X. 13, 130. -1
Liber Biblioth. Gieſſenæ veteris
Repoſit. D. Num. 69.

IO. HIERONYMI
CARDINALIS ALBANI
BERGOMENSIS
LVCVBRATIONES IN BARTOLVM,

IN QVIBVS PENE OMNIA, QVAE AD IVRIS interpretationem, & ad Iuſtitiam adminiſtrandam attinent, nouo, ac perutili quodam ordine feliciter explicantur.

CVM SVMMARIIS, ET INDICE LOCVPLETISSIMO.

Non abſque priuilegio Summi Pontificis, Senatus Veneti, aliorumq; Principum.

VENETIIS, M D LXXI.

PIO V. PONT. MAX.

IO. HIERONYMVS ALBANVS.

EXCITARVNT me, Beatiſsime Pater, cum illa, quæ in me beneficia contuliſti, tum præcellentes, ac propè diuinæ illæ tui animi dotes, quibus ad ſempiternam tui Pontificatus gloriam oues Chriſti gubernas, hæreſes profugas, mundum miro ſplendore ſanctitatis illuſtras: vt ego quoque, tuus iampridem cultor, tali ac tanto virtutum tuarum præconio acclamans, & iuſtitiam, quæ ex te oritur, & à te ceu à fonte quodam indeficiente, in cæteros mortales defluit, ſtudijs ac ingenio, ſi quod in me eſt, adiuuarem: & tanquam fidus paſtori catulus, impios catholici gregis abactores, qua poſſem uoce, terrerem. atque ita ex ijs, quæ ſunt maiora eorum, quæ poſſumus, tum ut qualis & quanta ſit mea erga te pietas, tum etiam, vt quibus exercitationibus, iam inde ab adoleſcentia totum me tradiderim, & in quibus deinceps ætatem meam conſumpſerim, omnibus innoteſceret: tandemq; hiſce fidedignis teſtimonijs, ab eo, qui ſe ipſam eſſe veritatem profitetur, & qui facit iudicium iniuriam patientibus, oslo quentium iniqua obſtrueretur. Itaque tuus ille animi candor, illa tua nunquam ſatis laudata bonitas, librum hunc, ſi non eruditè, at certè non ſine maxima veneratione tui nominis elaboratum, quæſo, libenter ſuſcipiat: in quo ſi quid boni fortaſſe inuentum erit, id totum tibi ipſi, ac fauori tuo, qui horum omnium eſt in cauſa, tribuendum cenſeas: ſin, vt uereor, in eo plus deſiderij, quàm eruditionis continebitur, hoc ipſum piæ huic uoluntati meæ condones, quæ in tam vaſto mari, ducta potius eorum magnitudine, quę tibi debeo, quàm iuſta virium mearum menſura, nimium ſanè auſa fuit. Tu verò, qui vt dignitate, ita virtute cæteris mortalibus antecellis, me, quemadmodum ſolebas, conſtanter diligere, & protegere non graueris.

INDEX TITVLORVM DIGESTI VETERIS.

A

Ctionibus empti fol. 320
Ad exhibendum fol. 225
Ad legem Aquiliam fol. 220
Ad leg. Rhod. de iactu fol. 294
Ad Macedonianum fol. 296
Ad Velleianum fol. 299
Adoptionibus fol. 46
Aleatoribus fol. 228
Alienatione iudicij mutandi causa facta fol. 168
Arbitris fol. 169

C

Calumniatoribus fol. 149
Capitis diminutione fol. 165
Commodati fol. 284
Compensationibus fol. 300
Communi diuidundo fol. 214
Communia prædiorum fol. 218
Condictione causa data fol. 265
Condictione ex lege fol. 280
Condictione furtiua fol. 279
Condictione indebiti fol. 270
Condictione ob turpem causam fol. 268
Condictione sine causa fol. 279
Constituta pecunia fol. 282
Constitutionibus Principum fol. 38
Contrahenda emptione fol. 315

D

Depositi fol. 300
Distractione pignorum fol. 336
Dolo malo fol. 156
Donationibus inter uirum & uxor. fol. 353

E

Edendo fol. 104
Edilitio edicto fol. 338
Eo per quem factum erit fol. 99
Eo quod certo loco fol. 280
Estimatoria actione fol. 330
Euictionibus fol. 339
Exercitoria actione fol. 292

F

Familiæ erciscundæ fol. 223
Feriis 103
Fideicommissaria hæreditatis petitione fol. 201
Finium regundorum fol. 223
Fundo dotali fol. 351

H

Hæreditate uel actione uendita fol. 319
His qui deiecerunt uel effuderunt fol. 232
His qui notantur infamia fol. 125
His qui sunt sui uel alieni iuris fol. 40

I

In diem adiectione fol. 319
In integrum restitutione fol. 150
In ius uocando fol. 88
In litem iurando fol. 263
Inofficioso testamento fol. 193
In quibus casibus pignus uel hypotheca tacite contrahatur fol. 335
Institoria actione fol. 295
Interrogatorijs actionibus fol. 225
Iudicijs fol. 177
Iure dotium fol. 348
Iure iurando fol. 250
Iuris & facti ignorantia fol. 347
Iurisdictione omnium iudicum fol. 73
Iustitia & iure fol. 13

L

Legibus fol. 29
Lege commissoria fol. 319
Locato & conducto fol. 324

M

Mandati fol. 303
Minoribus fol. 158
Mortuo inferendo fol. 230

N

Nautæ caupones fol. 177
Negocijs gestis fol. 141
Ne quis eum qui in ius uocatus ui eximat fol. 94
Noxalibus fol. 223

O

Officio assessoris fol. 72
Officio consulis fol. 52
Officio eius cui mandata est iurisdictio fol. 71
Officio præfecti uigilum fol. 61
Officio præfecti urbis fol. 55
Officio præsidis fol. 62
Officio prætoris fol. 58
Officio proconsulis & legati fol. 61
Officio procuratoris Cæsaris fol. 70

P

Pactis fol. 109
Pactis dotalibus fol. 352
Peculio fol. 297
Periculo & commodo rei uenditæ fol. 319
Petitione hæreditatis fol. 197
Pignoratitia actione fol. 286
Pignoribus fol. 332
Poltulando fol. 123
Præscriptis uerbis fol. 332
Prima constitutio digestorum fol. 3
Probationibus fol. 342
Procuratoribus fol. 131
Pro socio fol. 308
Publiciana in rem actione fol. 210

Q

Quando actio de peculio est annalis fol. 299
Quemadmodum seruitus amittatur fol. 220
Quę res pignori obligari possunt fol. 335
Quibus ex causis maiores fol. 166
Quibus modis pignus uel hypotheca soluatur fol. 337
Quibus modis ususfructus amittatur fol. 214
Quibus rebus ad eundem iudicem eatur fol. 127
Qui potiores in pignore habeantur fol. 335
Qui satisdare cogantur fol. 95
Quod cum eo fol. 296
Quod cuiusque uniuersitatis nomine fol. 137
Quod metus causa fol. 151
Quod quisque iuris fol. 84

R

Rei uendicatione fol. 205
Religiosis & sumptibus funerum fol. 229
Rerum diuisione fol. 48
Rerum permutatione fol. 331
Rescindenda uenditione fol. 319
Ritu nuptiarum fol. 348

S

Senatoribus fol. 49
Seruo corrupto fol. 227
Seruis exportandis fol. 320
Seruis fugitiuis fol. 228
Seruitutibus fol. 215
Seruitutibus rusticorum prædiorum fo. 217
Seruitutibus urbanorum prædiorum fol. 216
Si ager uectigalis fol. 212
Si certum petatur fol. 231
Si ex noxali causa agatur fol. 99
Si mensor falsum modum dixerit fol. 229
Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur fol. 220
Si quis cautionibus fol. 100
Si quis in ius uocatus non ierit fol. 91
Si quis ius dicenti non obtemperauerit fol. 86
Si seruitus uendicetur fol. 218
Si ususfructus petatur fol. 215
Sponsalibus fol. 347
Statu hominum fol. 38

T

Testibus fol. 344
Transactionibus fol. 118
Tributoria actione fol. 296

V

Usu & habitatione fol. 215
Usufructu fol. 212
Usufructu accrescendo fol. 214
Usuris fol. 340

IO. HIE-

IO. HIERONYMI
CARDINALIS ALBANI
BERGOMENSIS
LVCVBRATIONES IN BARTOLVM,

IN QVIBVS PENE OMNIA, QVÆ AD Iuris interpretationem, & ad Iustitiam administrandam attinent, nouo, ac perutili quodam ordine feliciter explicantur.

CTVRVS de multis,& varijs rebus, quæ ad rationem administrandæ iustitiæ,& ad iura Ecclesiæ, ac Apostolicæ sedis attinent: constitui in ijs ipsis recto ordine explicandis, sequi uestigia Bartoli Iurisconsultorum Principis. nam ab eius documentis, qui nihil propè intactum reliquit in iure, sumenda erit occasio tum disputandi, tum proponendi, tum diffiniendi, tum etiam remittendi ad loca, ex quibus poterunt decisiones quæstionum emergentiũ hauriri. ita enim fiet, vt multa, quæ nunc in diuersis uoluminibus usque adeò sunt diffusa,& dissidentia, vt uix ulla fieri possit recta collectio, posthac summa cura in hoc ipso, quàm breuissimè fieri possit, coacta compendio, & inuentu facilia, & intellectu perspicua habeantur. & prætereà quædam alia fortasse ab alijs non dicta in lucem prodire non uereantur. Itaque inuocato altissimi auxilio, sine quo nihil possumus, rem ipsam aggrediamur.

Summarium in Rub. in prima const. Digestorum.

1 *UDAEVS, qui Christiano iurat per Christũ, an huius iuramenti religione et uinculo teneat?*
2 *An liceat cum Judeis vllum habere commercium?*
3 *Judei sunt blasphemi Christi saluatoris nostri.*
4 *Cœlestis gratia cum hæreticis communis esse non potest, cum quibus nec terrestris cibus, nec secularis potus debet esse communis.*
5 *Hæretici & Iudei sunt tanquam membra putrida resecanda, & tanquam oues morbosæ non sunt cũ sanis ouibus aggregandæ, ne totum corrumpant ouile.*
6 *Vasallus, qui amicitiam cum inimicis domini sui contraxit, feudo ipso potest priuari.*
7 *Filius potest matrem exheredare, quando amicitiam cum inimicis ipsius filij copulauit.*
8 *Vxor hæretici non debet cum suo coniuge cohabitare.*
9 *Sub formidabilibus censuris & pœnis præcipitur cuicunque Christiano ne belli temporibus aliquod commercium, qualecunque illud sit, habere audeat cum Saracenis.*
10 *An Judei à Principibus Christianis possint expelli, eisque bona auferri sine peccato.*
11 *Iudei ex sola humanitate ab Ecclesia tolerantur.*
12 *Iudeus, qui Christiano iurat per Christum, an huiusmodi iuramenti uinculo astringatur?*
13 *Judei officiales esse non possunt, quia nequeunt suscipere iuramentum.*

14 Iudei in successionibus suis an tantùm subiaceant Mosaicæ legi, an verò legibus Cæsareis & iuri cõmuni?
15 Judei dicuntur esse de populo Romano, & habent filios in potestate.
16 Immunitas concessa hominibus alicuius loci, ad Iudeos ibi habitantes extenditur.
17 Judei in pœnis spiritualibus non subiacent legi canonicæ, quia concernunt animam, secus in his, quæ respiciunt corpus aut pecuniam.
18 Judæus delinquens an à Papa iudicari possit, & à quibus eius crimina puniri debeant?
19 Matrimonium Judæorum si in eo oritur lis, debet à loci Episcopo diffiniri.
20 Judeus, qui Christianæ fidei ueritatem agnouit, an liberetur ab obligationibus, quibus erat obnoxius, et à maleficijs per eum antea perpetratis?
21 Judei an in statuto laicorum contineantur?
22 Judeus confugiens ad Ecclesiam an sit tutus?
23 Judeus, qui est publicus fœnerator, an contineatur sub constitutione cap. quanquam, de usur. in 6.
24 Iudei huiusmodi fœnus exercentes, an possint à ciuitate & à principibus tolerari?
25 Iudæis an à Romano Pont. concedi possit huiusmodi usurarum exactio?
26 Judei an sint capaces dignitatis?
27 Judei in terris Christianorum possunt habere dominia rerum.
28 Dies & consul an in scriptura publica exigantur?
29 Ad ualiditatem instrumenti tres perfectiones sunt necessariæ.
30 Scriptura quot modis dicatur autentica & legitimè confecta.
31 Scripturæ sumptę ex archiuo publico probant, etiam si non habeant annos Domini, indictionē & similia.
32 Scripturas sumptas ex archiuo publico fidem facere duntaxàt in eo loco, ubi erat ipsum archiuum & non alibi.
33 Nominum uerbalium significatio, & energia.
34 Nomina uerbalia, quæ præ se ferunt delictum, non habent locum in mercatore.
35 Donatio Constantini an sit uiribus subnixa, & nu. 42.
36 Constantinus à Syluestro baptismum accepit.
37 Sententias eorum esse potissimùm amplectendas, à quibus dissentientes opiniones ad concordiam adducuntur.
38 Non satis est ei, qui iura alterius conatur infringere, si ostendat nonnullas ex probationibus, quæ pro illo facerent abesse, nisi prius suam ipse intentionem ita clarè probet, ut res se aliter haberi non possit.
39 Sola possessio tantum commodum tribuit possidenti, ut nisi de non iure ipsius possessoris clarissime ostendatur, pro eo semper iudicari soleat, etiam si ipse pro se nullam aliam probationem afferre posset.
40 Possessio, quæ uiuentium memoriam excedit, iustissimum tribuit ius possessorij, quin & priuilegij loco habetur, quod sit in ualidissima forma concessum.
41 In antiquis non exacta prorsus requiritur probatio, sed indicia & fama sufficiunt.
43 Imperatores quando à Pontifice coronantur, iuramentum suscipiunt de donatione Constantini non infringenda.
44 In rebus antiquis uerba enunciatiua plenam faciunt probationem, eaque alijs probationibus est potior.
45 Donationem Ecclesiæ factam, licèt sit magna, ratam esse, quamuis nulla insinuatio, aut solennitas in ea celebranda intercesserit.
46 Donatio, quę fuit confecta scripto interueniente, eam iure quandocunque posse ratam haberi.
47 Principi conuenit, quę procedunt à labijs meis non faciam irrita.
48 Donatio facta à Principe reuocari non potest neque à se neque à suo prædecessore.
49 Acta qualia diu habita sunt, talia esse interpretatione iuris existimantur, atq; in eis interuenisse omnia, quę requiruntur solennia, quamuis hoc alioqui doceri non possit.
50 Id, quod fit à prouidis & honestis personis, semper & rectè & rite præsumitur fuisse confectum.
51 Legum coniecturę probationes liquidissimę nuncupantur.
52 Multę presumptiones plenæ sufficiunt probationi.
53 Semper in ambiguis pro pia causa ferenda est sententia.

54 Quod

54 *Quod Papæ donatur, ipsi Deo, qui est omnium dominus, datum esse censetur.*
55 *Vbi non est fundamentum, ibi omne super ædificatum citò corruit.*
56 *Coniecturæ plures simul iunctæ, plenæ sufficiunt probationi.*
57 *Reges apud antiquos, Pastores nuncupabantur.*
58 *In uoluntate alicuius excutienda, plurimùm spectari oportere, quid is, cuius ratio uoluntatis exquiritur, facere consueuit.*
59 *Roma est electa, ut sit domicilium Ecclesiæ.*
60 *Spiritualia non possunt à laicis pertractari, & contrarium usum, non consuetudinem, sed abusum esse.*
61 *Malum exemplum est reijciendum.*
62 *Seculares non debent se immiscere in negocijs ecclesiasticis.*
63 *Omnis homo mendax.*
64 *Clerici quando mali inueniuntur, non propterea eorum dilaxianda est potestas.*
65 *Deus ob crimina subditorum quandoque malos superiores permittere solet.*
66 *Omnis potestas à Deo est.*
67 *Principes sunt legati & proconsules Dei.*
68 *Frater ad dotandam sororem potest iure compelli.*
69 *Frater uterinus an sit propriè frater, adeò ut in statuto excludente fœminas comprehendatur, quãdo extat frater ex utroque latere coniunctus.*
70 *Soror an ali debeat à sorore.*
71 *Donatio, quæ fit causâ meritorum, nuncupatur remuneratoria.*
72 *Remuneratio merita egredi non debet.*
73 *Donatio facta filio intuitu meritorum ualida est.*
74 *Donatio remuneratoria ideo efficax est, vbi alioqui simplex donatio irrita foret, quia propriè donatio appellari non potest, sed magis permutatio quædam.*
75 *Imperator quando aliquis propriè possit appellari.*

Bar. in rubr. primæ const. fforum.

1 BART. in d.rub.primæ const.versic. Sed quæro, quid in iuramento, tradit utrum † Iudæus, qui Christiano iurat per Christum, huius iuramenti religione, ac uinculo teneatur? Attende, quia priusquàm de hac re agere incipiamus, operæpretium
2 est, intelligere, an deceat, an liceat † cum Iudæis ullum habere commercium? Si enim hoc haud licere existimamus, consequens est, ut ista quæstio Bart. & complures aliæ ad Iudæos pertinentes, quæ diuersis in locis à iuris interpretibus disputantur, à iuris tramite declinare, & omnino inanes videantur. Hoc autem non debere permitti ex eo uel facilè vi-
3 detur esse persuadendum, quòd Iudæi † sunt blasphemi Christi seruatoris nostri, cap. 1. & cap. quàm sit, de Iudæ. sunt ipsius hostes acerrimi, ac Saracenis perfidiores: & propterea in die passionis Domini ecclesia non flectit genua, quando pro eis Deum exorat. ita Oldra. in consi. 51. ad quæ accedunt trad. per Alex. in cons. 130. in 7. uol. & multa præclara, ac scitu dignissima de perfidia Iudæorum egregiè tractauit Isidorus episcopus Hispalensis in suo tract. edito contra Iudæos. Cùm igitur & fides, & mores Iudæorum à Christianis prorsus abhorreant, nulla cum eis deberet esse communio, ut monent uerba illa psal. Non sedi cum consilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Legitur quoque in c. cum quibus, 24. qu. 3. Ecclesiastici moris non esse, cum ijs, qui pollutam habent communionem, permixtamque cum perfidis, misceri concilium. audi Apost. 2. ad Thessal. 3. Denunciamus autem uobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis. & 2. ad Corint. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? rursus ibi paulò post, Exite de medio eorum, separemini, & immundum ne tetigeritis. Audi Ioan. Apost. in epist. 2.

Si quis uenit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec, aue,ei
4 dixeritis. ad rem facit tex.not.in c.si quis inquit. 1.qu.1.vbi habetur, cœlestem gratiam † cum hæreticis communem esse non posse, cum quibus nec terrestris cibus;, nec secularis potus debet esse communis. cùm igitur cum Iudæis gratia cœlestis non sit communis,neq; cum eis in secularibus negocijs ulla debet esse communio. Ad hæc accedant multa exempla memorabi-
5 lia,quæ tradita sunt in c.denique.7.q.1.quinimmo ij tanquam membra † putrida sunt resecanda, & tanquam oues morbosæ non sunt cæteris ouibus aggregandæ, ne totum ouile corrumpant,arg.c.resecandæ,24.q.3.& c.fi.de regul.possent enim ob hanc familiaritatem simplicium animos flectere ad suam perfidiam,ut sentit text. in c.ad hæc, in fi. de Iudæ. Præterea cùm Iudæi sint hostes Christi, ut prædictum est,quomodo possunt Christiani ullum cum eis amicitiæ,
6 & familiaritatis fœdus inire? Si quidem explorati iuris est,etiam vasallum,†qui amicitiam cum inimicis domini sui contraxit, feudo ipso posse priuari, secundum glo.in l.j.ff. de offic.præfec. vrb.& glo.in c.1.§.porrò.quæ fuit prima cau.benef.amit.in vsibus feudorum.& glo.in l.liberi. C.de inoff.testa.Dec.in consi.544. & in l.consilij.§.socij.ff. de regul. iur. Item filius potest ma-
7 trem † exhæredare,quando amicitiam cum inimicis ipsius filij copulauit,d.l.liberi.ita etiã amicus inimici tanquam testis non integer,& suspectus rectè repellitur.c.3.3.qu.5.c.repellantur. de accus.nam ex ista familiaritate eum quoque esse inimicum ipsa lex suspicatur, ut docuit Io. de Ana.in consi.7.citat Archid.in c.quamuis,de procura.in 6. & glo.in c.si inimicus,93.dist.&
8 ad rem facit, quia uxor † hæretici non debet cum suo coniuge cohabitare, ut tradit Abb.in c. de illa, de diuort. Quàm ualidum etiam familiaritas hæreticorum ad conuincendum aliquem tanquam reum huiusce criminis præbeat argumentum, notissimi iuris est. Si igitur tot, & tantis exemplis ipsæ leges docuerunt,quæ,& quanta suspicio habeatur propter familiaritatem cũ inimicis contractam,fateamur,necesse est, uel familiaritatem Iudæorum esse respuendam, uel negandum eos esse hostes ecclesiæ, id quod fortasse non procul à manifesta hæresi distare videretur. Præterea hi perfidi sunt illi, qui sub prætextu mercium & cuiusdam familiaritatis, explorant secreta Christianorum,eaq; nunciant Turcarum Principi, seu eius uices agentibus,atque ita grauissima damna multoties nobis afferre solent. quàm magno enim huiusmodi denunciatores arcanorum sint nocumento, uidere est in l.omne delictum.ff. de re milit. quæ eis ultimi supplicij pœnam iniungit. ij sunt, qui à piratis res Christianorum non sine cruore surreptas auidè,& celeriter emunt,& ideo in locis, in quibus piratæ domicilium habere solent, morantur.ita quoque ij non nunquã sub quæsito colore mercium ad infideles arma deferunt,& nonnullos Christianos ad consentiendum tàm fœdo facinori auiditate lucri cõpellunt.quod quantum sacris constitutionibus reluctetur,traditum est in c.ita quorundã, de Iudæ.& in l.ij.C.quæ res export.non deb.& in bulla,quæ fieri solet in cœna Domini. iccirco tùm in Concilio Laterane nsi, tum etiam in c.cum olim,de Iudæ.sub formidabilibus censuris & pœnis præcipitur cui-
9 cunque † Christiano,ne belli temporibus aliquod commercium,qualecunque illud sit, habere audeat cum Saracenis. nos uerò,qui quotannis bellum habemus indictum, & apertum cũ infidelibus,qui terra,mariq́ue Christianos deprædantur,oppidaq́ue,vrbes,& prouincias christiano cultui dicatas suæ immanitati, tyrannidiq́; subijciunt, Iudæorum familiaritatem non repudiabimus? cum eis familiares, ac domestici esse nõ uerebimur? eosq́;, qui Deo sunt infideles, hominibus fideles esse existimabimus?contra tex.in c.non potest. 2.q.7.Quid? non ne propè infinita alia damna proueniunt ab usuraria prauitate,quam inter Christianos Iudæi exercent? & tamen adhuc dicere non deterrebimur,huiusmodi hominum genus non modò esse tolerandum,sed etiam fouendum? vt inquit Firm.siue Bertachi.in suo tracta.de gabellis, in 3.par.nu.
10 13.cum seq.an uerò potius est dicendum Iudæos † à principibus Christianis expelli debere, eisque bona auferri posse sine peccato? vt docuit Oldr.in consi.87.incip.Quæritur,& in cõsi. 264.incip.Illa uidetur,& in cons.72.vbi ait,bellum semper contra illos licitum esse, quia credendum est,eos data opportunitate semper bellum Christianis esse illaturos.tamen in cõs.91. dicit, hoc ex iusta causa fieri debere, ut si Christianis essent infensi. idem tenet Abb.in c.quod

super

super his.colu.fi.de uot.& Iaſ.in l.apud Iulianum.§.conſtat.ff.de leg.1.id quod demum fatetur etiam Ant.Corſet.in ſuo tract.de poteſtate regia in fi.quando ſcilicet periculum imminet. nos verò & Iudæos eſſe Chriſtianis infenſos,& periculum ſemper iſtis temporibus imminere, iam antea demonſtrauimus,igitur &c. Sed de ijs hactenus, ſunt enim hæc Romano Pont. humiliter ſubijcienda. à cuius ſententia nefas eſt diſſentire.c.hæc eſt fides.24.q.1.cum ſimil. Ex quo
11 igitur Iudæi † ex ſola humanitate ab eccleſia tolerantur. cap. Iudęi, de teſti. & cum eis habere commercium,non eſt peccatum,ut colligit Abb.in c.poſt miſerabilem,de uſur.iam ęquum eſt, ut agamus & de quæſtione, quam hic Bar. excitauit, ac etiam de quibuſdam alijs ad rem per-
12 tinentibus, quæ alibi ab alijs pertractantur. Quæro igitur cum Bar.utrum Iudæus, † qui Chriſtiano iurat per Chriſtum, huius iuramenti uinculo aſtringatur? reſpondeo, eum ad ſacra Dei euangelia iurare non poſſe,atque ita neq; per Chriſtum, ſed per Deum,quem colunt. Abb. in c.1.de iura.calum.& in c.Et ſi Chriſtus,in fi.de iureiur.Feli.in c.fi.de Iudæ. Iaſ.in rubrica. ff. de iuſt.& iur.nu.16.& de hac re vide etiam Feli.in c.cum ſit.col.7.in 7. fallent. de for. compet. & quomodo Iudæi iurare debeant,& an iuriſiurandi religione coerceantur, docuit Iaſ.in aut. ſa-
13 cramenta,nu.66.C.ſi aduer.uend.Ex hoc infertur,Iudæos † officiales eſſe non poſſe,quoniam nequeunt ſuſcipere iuramentum, ſecundum glo. in §.1. in aut. iuſiuran. quod præſt.ab his.& eadem ratione à Chriſtianorum quoque tutelis repelluntur, quia iurare non poſſunt, ſecundum.l.fi.C. de adminiſtrat.tut. ut tradit Bar.in d.rubrica,de iuſt.& iur.item à ferendo teſtimonio contra Chriſtianos reijciuntur.c.licèt uniuerſis.& ibi Abb.de teſti.& in c.Iudęi,eod.tit.An
14 Iudæi † in ſucceſsionibus ſuis tantùm ſubiaceant moſaycæ legi? an verò legibus cæſareis, & iuri communi? reſpondeo concludendum videri, eos uti debere iure communi.l. Iudæi,& ibi Bar.C.de Iudæ.Imol.in conſi.1.in fin. & ſubſunt principi ſeculari in caſibus, in quibus fideles laici ſubijciuntur eccleſiæ. Innocen.in cap.quod ſuper his, de uot.& Abb.in c.1.de conſtit. &
15 dicuntur † eſſe de populo Romanorum,& habent filios in poteſtate. Abb. in c.2. de conuerſ. fidel.& ideo cum uiuant Romano more,poſſunt,dato libello repudij, vxores dimittere. Alex. in conſi.213.Ponderatis, in lib. primi & ſecundi volu. veniuntque appellatione habitatorum, & incolarum.Bald.in l.ſpadonem.§.iam autem.ff.de excuſat.tuto. vbi citat tex.ſing. ſecundum eum in aut. de quæſtore, in princ.ibi ciuitas noſtra populoſa diuerſis hominum turbis.proin-
16 de immunitas † conceſſa hominibus alicuius loci,ad Iudæos ibi habitantes extenditur, ſecundum Alex.in conſi.75.in 5.vol.& in conſi.99. in 6.vol.& ad prædicta vide Soc. in conſi.6. col. 4.in 1.vol.Io.Campegium in trac.de dote,in vlt.quęſt.Thom.Ferratium in caut.24.& Crauer.
17 in conſ.73.nu.26.in pœnis † autem ſpiritualibus non ſubiacent legi canonicæ, quia concernunt animam, ſecus in his, quæ reſpiciunt corpus, aut pecuniam. c.gaudentes. & ibi Hoſt.& alij,de diuort.Animaduertendum tamen eſt Iudæos, ſi aliquid facerent in dedecus Chriſti, uel reciperent, & cælarent Chriſtianum,fidem Chriſti abnegantem,& eorum perfidiam agnoſcẽtem,puniri poſſe ab inquiſitore hæreticæ prauitatis.ita Oldr.in conſi.36.immo ſi Iudæus contra legem ſuam in hæreſis crimen incideret, puniri poſſet ab eodem inquiſitore, ſecundum Ang.in l.j.§.iuſgentium.ff.de iuſt.& iur.vide Abb.in d.c.gaudentes. Item ſi in moralibus contra traditiones ſuas Iudæus delinqueret, ab eccleſia puniretur, vt docuit Abb.poſt ſnno. in c.
18 quod ſuper his, de vot.ubi etiam agitur, an Iudæus † delinquens à Papa iudicari poſſet? & à quibus puniri debeant crimina Iudæorum, tradit Felin. in cap. poſtulaſti, de Iudæ. Item ma-
19 trimonium † Iudæorum, ſi in eo oritur lis, debet à loci Epiſcopo diffiniri. Felin. in cap. cum
20 ſit. de for. compet.Card. in cap.poſt miſerabilem, de uſur. An autem Iudæus, † qui Chriſtianæ fidei ueritatem agnouit, liberetur ab obligationibus, quibus erat obnoxius, & à maleficijs per eum antea perpetratis? Dec.in conſi.130.ait, eum propterea non liberari. ſed Thom. Ferratius in d.cau.24.inquit, eum liberari à pœna corporali, ad quam tenebatur. Scias etiam ſi filius Iudæi conuerſus eſt ad fidem, ex hoc abolitam eſſe ingratitudinem, quam contra patrem commiſiſſet. Feli.poſt Hoſti.& alios in c.Iudæi.2.de Iudæ. Item iſte filius conuerſus petere poterit legitimam in bonis patris,ipſo patre uiuente. Feli.in d.c.Iudæi. verſi. & per iſtum

tex.

21 tex.nunquid Iudæi † in statuto laicorum contineantur? vide Soc.in consi.62. & in consi.70.in
1.volum.& ad prædicta omnia vide Feli.in c.Iudæi.2. de Iudæ. & omnino Paul.de Montepico
in repet.l. Titia cum testamento.§. Titia cum nuberet.ff.de leg.2.nu.62. & seq. vtrum Iudæus
22 † confugiens ad ecclesiam sit tutus? in hac re diuersæ fuerunt patrum sententiæ, tamen affir-
* matiua pars * potior est,ut etiam hominum pessimi ingratitudinem suam agnoscant. ita Feli.
in d.c.Iudæi.Nunquid Iudæus cogi possit ad restituendum pignus furto subtractum? vide Io.
23 de Ana.in consi.70. cum ibi additis per Bolognin. An Iudæus, † qui est publicus fœnerator,
contineatur sub constitutione capituli quanquam, de usur. in 6.qua cautũ est,testamenta usu-
rariorum esse irrita, & inania? Alex.in consi.6.in 6.volu. ait eum non comprehendi. Sed nun-
24 quid Iudæi † huiusmodi fœnus exercentes possint à ciuitatibus, & à principibus tolerari? iu-
* ris interpretes hac in re in diuersas sententias adducuntur, nihilominus ea * potior est, ut ne-
queant tolerari, nisi à Papa dispensentur. ita Felin. in c.quia, de Iudæ. de qua re vide omnino
Anto.de Prato in consi.45.inter consilia Alexandri in 4.vol. vbi hanc partem acerrimè defen-
dit,refertque,se audiuisse B.Bernardinum Senis prędicantem,qui hoc idem contra eos,qui to-
25 lerant Iudæos, constantissimè affirmabat. Vtrum autem Iudæis † à Romano Pont.cõcedi pos-
sit huiusmodi usurarum exactio? vide Alex.in consi.143.& in consi.144.Visis dubitationibus.
& in cons.249.in lib.1.& 2.volu. & in consi.46.& in consi.47.in 4.volu.& Præposit.in c.lege.
col.4.dist.10. Imol. in consi.6.& in hac re scias,ita Iudæis,sicut & Christianis prohibitum esse
26 fœnerari.c.post miserabilem. & c.quanto.de usur.tradit Alex. in consi.80.in 3.vol.An † Iudæi
capaces sint dignitatis? respondeo,non, & ideo medici principis, uel doctores esse nequeunt,
quoniam utroque casu constituti essent in dignitate. ita Feli.in cap.1.de Iudæ.Vtrum sint ca-
paces legatorum, quæ eis fiunt à Christianis? vide glo.& Io.de Ana.in d.c.Iudæi. Bar.in l.j.C.
de sacros.eccles.vbi Angel. tenuit, eos esse incapaces huiusmodi legatorum, respondetque ad
27 ea,quæ in contrarium obijciuntur. eos tamen in terris † Christianorum habere posse dominia
rerum,aperit Innoc. in d. c. quod super his, de uot.& Abb.in c. de terris.de decim. ubi etiam
docuit,an Iudæi ad decimas prædiales, seu personales teneantur. vide Oldr.in cons.91.Venit
in dubium. & Abb.in c.quanto. de usur. Vtrum autem notarius, qui inter Iudæos conficit in-
strumentum, Christi nomen debeat inuocare? vide Abb.in procem.Grego.Bart.& alios in ru-
brica.ff.de oper.nou.nuncia.& Aret.in procem.inst.

28 Bart.in ead.rubr.primæ constit.tradit, an dies † & consul in scriptura publica exigantur? vi-
de glo.in uoce, authore, quæ ait apponendos esse etiam annos dominicæ incarnationis. & de
die, & consule, ut poni debeant,tradit Ias.in l.si qua.C.de diuer.rescript.propterea etiam indi-
ctio est necessaria, cum sit de substantia instrumenti, ideoque eius omisio irritum redderet
instrumentum. Bar.in l.si librarius.ff.de regul.iur.Alex.in consi.66.col.fi.in 1.vol.& Feli.post
alios in c.inter dilectos,num.23.de fid.instr. ubi etiam habetur quid sit indictio, & quomodo
computari debeat. hæc autem iccirco requiruntur,ut cõstet de tempore celebrati cõtractus,
29 nam ad ualiditatem † instrumenti tres perfectiones sunt necessariæ, quarum Prima est hæc, ut
constet de tempore,& loco. Secunda, ut liqueat de contractu, siue alio actu, de quo scriptura
cõficitur. Tertia est,ut apponatur subscriptio,& signum. ita Bal.in l.contractus.C.de fid.instr.
& Dec.in consi.447. & ideo post diem,& consulem hic rectè subiungit Bart. etiam signum in
instrumento exigi. de qua re agit Alex.in rubr. ff.de oper.nou.nunc.Postea concludit Bart.ea
demum omnia in instrumento esse ponenda, quæ poni consueuerunt. adde Bal. in l. quòd si
nolit.§. quia assidua, per illum text.ff.de ædilit. edic.& glo. not.in l.generali. C. de tabell. libr.
10.quæ ait, non esse prætermittendum etiam diem vrbis conditæ, si id expostulat consue-
tudo. hoc idem concluditur etiam in eo, an apponendum sit nomen Papæ? nam seruatur loci
consuetudo: qua cessante,dic ut per Abb.in procem. Decretal. An autẽ,& quando ualet instru
mentum,in quo appositum fuit nomen antipapæ? vide Abb. in d. procem. & breuiter quæ in
instrumento sint necessaria, vide apud gl.in d.l.generali,Albe.in §.quibus.C.de nou.codi. cõ-
pon.Inn.Io.And.Abb.& Feli.in c.1.de fid.instr.& Doct.in l.scripturas.ff.qui pot.in pign.hab.

vbi

30 vbi habetur,quot modis ſcriptura † dicatur autentica & legitimè confecta. vide Abb. in cap. ſcripta vero,de fid.inſtr.& in proœm.Gregor.ſciasque notarium cenſeri ſemper eſſe rogatum ita verba concipere, ut ex ea voluntas diſponentis ſuſtineatur. Crauet.in conſil.75. nu.2. At-
31 tende tamen circa prædicta,quoniam ſcripturæ † ſumptæ ex archiuo publico,probant, etiam ſi non habeant annos Domini,indictionem,& ſimilia,vide Bar.in aut.at ſi cõtractus. C. de fide inſtrum.Alex.in auth.ſi quis in aliquo,col.2.uerſ.6.fallit.C.de eden.Feli.plenè in c.ad audientiam,col.4.& ſeq.de præſcript.Imol.in conſi.37. Card.in conſi.72.colu.3. Alex. in conſi.138. col.3.in 1.vol.& in conſi.234.viſo & diſcuſſo,col.pen. in lib. primi & ſecundi volu. & omnino vide Iaſ.in repet.l.admonendi.colum.48.verſi.decimus caſus.ff.de iureiur.ubi aperit, quid iuris? quando huiuſmodi ſcripturæ neque à partibus,neque à teſtibus ſunt ſubſcriptæ? & Rom. in conſi.260.& Corn.in conſi.24.in 4.vol.& omnino Alex.in conſi.16.in 5.volu.vbi ait, ſcri-
32 pturas † ſumptas ex archiuo publico fidem facere dũtaxat in eo loco, ubi erat ipſum archiuũ, & non alibi,etiam ſi ibi ſtatuto cautum eſſet, huiuſmodi ſcripturis fidem eſſe habendam: & in conſi.23.col.2.in eod.5.volu.ubi dicit eas non probare contra non ſubditos. & Feli.in cap.fi. col.pen.verſ.fallit ſextò.de fid.inſtru.& Bald.in conſ.229.in 1.vol. vbi tradidit, quæ requirantur ad hoc ut huiuſcemodi ſcripturis ſit credendum.

33 Bar.in eodem loco col.3.nominum † verbalium ſignificationem aperit. vide trad. in c. priuilegia.iij.diſt.Barb.& alios.in c.cum.M.col.83.de conſt.Abb.in c.1.col.pen. de iudic. Et quia Bar.paulòpoſt ait, nomina uerbalia quandoque delictum ſignificare, vide Iaſ.in l.de pupillo, §.ſi quis ipſi prætori.col.7.ff.de oper.nou.nunc.& Alex.in l.Imperator,col.3.verſi.ex glo.ff.ad Trebel.& quale præbeant argumentum nomina uerbalia,& nomina propria, vide apud Abb. in c.1.col.pen.& fi.de iudic.Præterea Bar.hic in 3.col.verſi.item fallit in mercatore.ait,nomina
34 † uerbalia,quæ præ ſe ferunt delictum, non habere locum in mercatore, & citat.l.primam.§.j. ff.de tributor.Aduerte hoc ex illo tex.non colligi, ſed ex gl.ibi,in uoce, omnes. attende etiam quoniam huiuſcemodi nomina delictum indicantia,ut latro,raptor,& huiuſmodi genus alia, in uno actu ſolo uerificantur.l.mariti. §.quæſtum.ff.de adulter.ubi docuit ſecus eſſe in nominibus officium aliquod ſignificantibus, ut mercator, hoſpitator, & ſimilibus, quoniam in uno actu non verificantur,ſed uſum,& aſsiduitatem requirunt.ita ibi diſtinguit Bar.& remittit ad l.legatis.ff.de leg.3.ad quæ videas Anch. in c.1. de cleric. percuſſ. Et ad prædicta vide Aret.& Alex. in l.cætera.§.ſed ſi quis.ff.de leg.1.& Præpoſ.in c.ſitiens.82.diſt.Panor.in conſ.78.col.2. in 1. vol.Feli.in proœm.decretal.col.15.Aret. in conſ.29. col.7.Abb.in c.1.col.fi.de iudic.Aret. & Feli.in c.clerici,eo.tit.Anch.in c. canonũ ſtatuta,col.85.de conſt.Iaſ.in l.ſcriniarios. C. de teſt. milit.Card.in proœm.clement.in princ.& aliquid apud Bal.in l.j.C.de exercit.

35 Bar.in hac eadem rubr.primæ conſti.quærit,utrum donatio † Conſtantini viribus ſit ſubnixa? de qua re,& ciuilis, & pontificij iuris interpretes multa literarum memoriæ prodiderunt. propterea hinc ſumpta occaſione aperiendum eſt, quantum iniuſtè fecerint illi, qui de huius donationis inualiditate nonnunquam ſcribere auſi ſunt, & quàm impiè, & iniquè agant hæretici,in quibus uſque adeò erexit arrogantia ſupercilium, ut donationem hanc fuiſſe quoddam inane figmentum affirmare non uereantur: & ideo eos irrideant, qui de uiribus eius diſputandum putarint. illudque potiſsimum afferant, nulla in hiſtorijs ea dere monumenta extare. quæ quidem obiectio,& ſi multis, ut infrà patebit, confutari poſsit argumentis, tamen in primis intelligendum eſt,hoc nemini mirum videri oportere,quoniam hæc ultimis imperij Conſtantini temporibus geſta ſunt,ut docuit Card. Alex.in c.Conſtantinus.96. diſt. quibus imperatoris ſucceſſores ſumma ope nitebantur, ne ulla huius conceſsionis mentio in rerum geſtarum monumentis haberetur, ſed eius deleta prorſus memoria nullo unquam tempore poſteris innoteſceret.veruntamen,quia veritas vinci neſcia eſt,nutu Dei accidit,ut multi ſummę authoritatis ſcriptores,non modò huius munificentiæ meminerint, uerùm etiam ſigillatim omnia illius uerba ab originalibus excerpta exemplaribus,poſteris reliquerint. & inter alios Bernardus ad Eugenium ſcribens in 4.lib.de conſideratione,id apertiſsimè ſenſit, cum dixit, Pa-

pam

pam Constantino succesisse, & propterea indulget ei, ut auro uti posit. Adrianus Papa vir omni ueneratione dignissimus in epist. ad Constantinum, & Helenam matrẽ, testatur, Apostolos Petrum & Paulum fuisse Constantinum allocutos, cui sanitatem spoponderunt, quæ subinde, ut nouimus, huic donationi causam præbuit. Hieronymus quoque hoc idem innuit, qui ad Eustochium scribẽs in epist. incip sæpissimè rogatu. & super psal. 138. fatetur, Apostolos Cõstantino apparuisse, illumque à Syluestro baptizatum fidei defensorem euasisse. De hac eadem re complures pontificiæ constitutiones editæ iam diu fuerunt, quæ ubique pro legibus custodiuntur, quas ita palàm mentiri, & fingere uoluisse, nemo, qui quicquam sapiat, affirmarit, ut uidere est in c. fundamenta, de elect. in 6. in clem. Romani, de iur. iur. & in c. futuram. 12. q. 1. Ricardus in chronicis suis, ad quem accesit Aluarus Pelagius in tract. de planctu ecclesiæ, in lib. 1. art. 41. ait, Constantinum, postquam Syluestro occidentale imperium cesit, domicilium Bizantium transtulisse. Sed quid ego plura commemorem? cùm magnæ fidei authores non desint, qui ad perpetuam rei memoriam fide digna huiusce donationis exempla reliquerũt. Isidorus enim, cuius scripta magnum testimonij pondus habere solent, inter Nicæni Concilij gesta, huius concesionis formam tradidit. illam quoque prodidit Vincentius historiarum fidelis relator, & integer, in lib. 33. à c. 43. usque ad c. 57. Albericus Rosatus inter veteres iurisconsultus illustris, & probatissimus, eandem ab originalibus & publicis, ut ipse testatur, traditionibus accepta in sua commentaria retulit, ut habetur apud eum in l. j. ff. de offic. præfec. urb. Quid de Gelasio dicam? qui fuit uir omni maior exceptione, & multarum hæresum destructor, nam & is hoc magis expresè aperire non potuisset, quàm tum, cum acta Syluestri inter illos, qui ab ecclesia probari merebuntur, libellos annumerauit; in eis enim tota huius concesionis ratio continetur, ut traditum est in c. sancta, 15. dist. multi præterea alij celebres uiri huic ueritati suum testimonium adiecerũt, quorum meminit Card. Alex. in d. c. Constantinus, & Card. Iacobatius in tract. de concil. in fi. Quanquam autem non nulla Hieronymi, Ambrosij, & aliorum loca ab aduersantibus citari soleant, ex quibus colligunt, uarias fuisse scriptorum sententias, susceperit ne Constantinus à Syluestro baptismi sacramentum, an non? tamen, ut nonnulli dixerunt, qui in huiusce rei veritate inuestiganda elaborarunt, ita eorum opiniones sunt ad concor-
36 diam redigendæ, ut omnino tenendum sit, Constantinum † à Syluestro baptismum accepisse. authoritates verò, quæ contrarium innuunt, non de Constantino illo, sed de Constantino eius filio intelligantur. ita Iacobus Zenus in lib. de vitis pontificum, in uita Syluestri. nouimus au-
37 tem eorum sententias † esse potissimũ amplectendas, à quibus dissentientes opiniones ad cõcordiam adducuntur, secundum Alex. in cons. 50. in 7. vol. & Soci. in consi. 66. in 1. vol. Præterea quid mirum, si qua scriptorum discordia inuenitur? cum potentissimi pariter, ac nequissimi imperatores iam pridem totis uiribus elaborarint, ne fidedigna huius ueritatis testimonia in lucem prodirent? sed opinionum uarietate fides eorum adulterata obscuraretur. Verùm, ut cunq; se habeant, quæ ad baptismum pertinẽt, illud satis est, ferè neminem negare, Constantinum Romæ sub Syluestro fidem agnouisse, & Concilium Nicænum ipso protegente fuisse cõfectum. quare quis iam in proposita re tàm impudens reperietur? qui non malit ad unanimem tot ac tantorum patrum sententiam, qui donationem hanc prodiderunt, accedere? quàm cum nonnullis, qui magis iniquitate, quàm ratione ducti loquuntur, sentire? Quid enim sibi uult illud irrefragabile, ut ipsi putant, argumentum? quo ob id potissimùm Constantini donationẽ respuunt, quòd ea de re in multis historijs nulla fit mentio? quis enim est adeo iuris, & rationis imperitus, qui non intelligat, hoc argumentum potius esse deridendum, quàm refellendum? cũ non sit satis ei, qui iura alterius conatur infringere, si ostendat nõnullas ex probationibus, quæ
38 pro illo facerent, † abesse, nisi prius suam ipse intentionem ita clarè probet, ut res se aliter haberi non possit. l. neque natales, C. de proba. c. in præsentia, eod. tit. Præterea nunquam ista collectio ualida est, aliquid non legitur factum, igitur non fuit factum: quia locus ab authoritate negatiuę nullius est roboris, & momenti. legitur enim Io. ult. Multa alia fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc. & ista conclusio maximè indubitabilis est, quando contra possessorem ageretur,

ageretur,quoniam ſola poſſeſsio tantum commodi tribuit poſsidenti,ut niſi de non iure ipſius
39 poſſeſſoris† clariſsimè oſtendatur,pro eo ſemper iudicari ſoleat,etiam ſi ipſe pro ſe nullam aliã probationem afferre poſſet. ſatis enim ei eſt dicere,poſsideo, quia poſsideo. §. commodum, inſt.de interdict.cum ſimil. nam poſſeſsio transfert onus probandi in aduerſarium. Soc.in conſ. 127.in 1.vol.& quicunq; poſſeſſor præſumitur iuſtè poſsidere, & ideo poſſeſſor interrogatus non tenetur dicere titulum ſuæ poſſeſsionis. Angel.in l.qui interrogatus.ff.de petit. hæred. & Albert.Brun.in conſ.108.Cum autem Romani præſules ui huius donationis multa poſsideãt, præſumuntur legitimè poſsidere, niſi contrarium oſtendatur, hæc enim omnia leges ipſæ, quibus omnes regimur, ita ſæpe conſtituerunt, id naturæ ratio ita ſuadet manifeſtè, eaque frequentiſsimus iudiciorum uſus ita confirmauit, ut paſsim omnibus liqueant. Præterea cur huius donationis monumentum in multis deſit hiſtorijs, & ſuperius tetigi, & latius infra declarabitur, ſed quare potius harum opinionum inuentores optant ex ijs, quæ non extant, argumenta colligere, quàm ijs, quæ à fidedignis partibus tradita ſunt, & diuturna poſſeſsione confirmata, fidem habere? Hic ſolet eſſe perditorum hominum mos, qui quod ante pedes eſt, intueri non ſuſtinent, & cœli ſcrutantur plagas. Dicimus inſuper non ſolum pontifices poſsidere, ſed eos iam pridem poſſediſſe, eosque nullum alium ſuæ poſſeſsionis titulũ, quàm Conſtantini conceſsionem attuliſſe,ex quo illud iure ſequitur,ut donationis titulus ab eis adductus, hac ſola diuturnitate poſſeſsionis legitimè ſit probatus, quamuis aliter oſtendi non poſsit.l.cùm de in rem verſo.ff.de uſur.ubi vide Bart.& quæ ibi poſui in lucubrationibus meis. Alexand.in conſi.142.Feli.in cap. De quarta, de præſcript. Dec.in l.ſi certis annis. C.de pact.
40 & in ſimili caſu ita decidit Panor.in conſi.82.in primo volum. Rurſus poſſeſsio† quæ uiuentium memoriam excedit, iuſtiſsimum tribuit ius poſſeſſori, quin & priuilegij loco habetur, quod ſit in ualidiſsima forma conceſſum.l.Hoc iure,§.ductus aquæ.ff.de aqu.quot.& eſti.c.ſuper quibuſdam,de uerbo.ſignific.Feli.in d.c.de quarta,Iaſ.in l.de quibus.ff.de legi.& in l.quominus.ff.de Flumin.Cum autem hæc iam pridem à Romanis antiſtibus,tanquam à Conſtantino donata, poſsideatur,& iſta poſſeſsio non modo uiuentium, ſed etiam multorum ſeculorum memoriam excedat,perinde eſt ex ipſa iuris interpretatione, ac ſi donatio ipſa, ſeu priuilegiũ eius rei ampliſsimum exhiberetur. & hæc ſecundum leges etiam Cæſaris,cuius negocium agitur, plenæ ſufficiunt probationi, ut ſupra fuit iure concluſum. Nunc illud quoque amplius affirmamus, quod & ſi tanta in propoſito caſu probatio afferri non poſſet, nihilominus lon-
41 gè minor quoque ſufficeret, nam prudentiſsimi† legiſlatores uno animo ſtatuerunt, in antiquis non exactam prorſus requiri probationem, ſed indicia,& famam ſufficere, ſecundum gl. in l.at qui.§.cum me.ff.de negoc.geſt.Bar.in l.penul.ff.de cond.inſt.Angel.in l.Titius.ff. quib. mod.pign. vel hypoth. ſolu. Alex. in conſi.187.in libro primi & ſecundi volum. & in conſi.8. in 3.volum.& in conſi.5.in 5.volum.& in conſi.90.in 6.volum. Fulgoſ.in conſi.226. Socin. in conſi.205.& Felin.in c.veniens.de verbor.ſignific.& in cap.cauſam, de probat.& in cap. veniens. nume. 17. de teſti. nimis quippe graue eſſet, ſi à quocunque uel antiquiſsimo poſſeſſore plena rerum poſſeſſarum probatio exigeretur, propter multa, quæ inter mortales contingunt, incommoda. In propoſito autem caſu ea de re famam notiſsimam eſſe,nemo eſt,qui neſciat, cum uariarum ætatum ſcriptores aliquid de hac ipſa donatione literarum memoriæ mandarint. Teſtes etiam ſunt innumeri tam cæſarei, quàm pontificij iuris interpretes,qui tùm
42 antiquis, tùm noſtris temporibus, de huius donationis† ualiditate decertarunt, quòd ſanè ridiculum foret, niſi id ipſi iam diu ab antiquioribus accepiſſent, videantur Bar.& alij hic, Bar. in l.legatus.ff.de offic.præſid.& quæ ibi dixi.Panor.in conſi.82.& in conſi.84.in 1.volum.& in c.intellecto, de iureiur.glo.& doct.in l.j.ff.de offic.præfec.vrb.Alex.in l.in omnibus.ff.ad trebell.& in conſi.2.& in conſi.68.in 1.volum.& in conſi.24.colum.fin.in 5.volum.Anan.in conſ. 81.Paul.de Caſt.in conſi.74.in antiquis.Ancha.in conſi.32.Card.in clem.Romani,de iureiur. & in conſi.137.col.3.& in conſi.ulti.col.fin.Aret.in rub. de uerb.ſignifi. Soc. in conſil.39.in 3. uol.Iaſ.in l.Eum qui ita.§.qui ita.ff.de uerb.oblig Roſell.in ſua monarchia.Fel.latiſsimè.in cap.

ſi diligenti,

si diligenti, colum. fi. de maior. & obed. & in c. si diligenti, colum. prima cum ibi addit. de præscript. videantur etiam illi viri doctrina præcellenti illustres iam antea memorati, qui huiusce donationis formulam in libros suos retulerunt. ij enim omnes, & multi præterea alij, qui de illius uiribus egerunt, insani proculdubio, ac dementes fuissent nisi exploratum habuissent dubitare non licere, quin ista donatio facta fuerit, cum eorum, quæ non sunt, nullæ sint qualitates. l. eius qui. §. quod si stipulatus. ff. si cert. pet. l. si seruum. §. 1. ff. de action. empt. indicia quo que non desunt, quæ ualde urgeant, cum nouerimus, Constantinum sedem cæsaream ab urbe romana Byzantium transtulisse, nec uerisimile sit, Pontificem, cuius tunc modica erat potestas, tot ac tantas urbes, nisi consentiente, & adiuuante imperatore, obtinere potuisse. præterea
43 huius rei firmissimum est argumentum, iusiurandum † quod imperatores, cum à pontifice coronantur, de donatione Constantini non infringenda, in hanc usque diem suscipiunt, de qua re agit Barb. in clemen. prima de iureiur. multæ quoque aliæ ualidissimæ coniecturæ non desunt, quas infra paulò post adducemus. sed quid ego his utor argumentis, quasi res dubia, & obscura sit? Cum Zenonem Imperatorem videamus in suis legibus, quæ ubique hodie seruantur, & quarum memoriam nulla unquam ætas delebit, dicentem in l. Diui. C. de nat. liber. Diui Constantini, qui veneranda Christianorum fide Romanorum minuit imperium. &c. ita enim in Codicibus antiquis, & manu scriptis legibus, quamuis nonnulli deinceps fuerint impuden ter adulterati, in quibus loco illius uerbi, minuit, scriptum est, muniuit, sed libri ueteres, qui sunt omni fide digniſsimi, rem hanc clarissimè prodiderunt. Quod cum ita sit, quis non intelligit, ueritatem hanc ita esse perspicuam, ut quo magis occultatur, eo magis semper eluceat? Hæc eadem ferè & Iustinianus imperatoriæ uocis oraculo protulit, in auth. de non alien. reb. eccl. in principio iuncta glo. in l. prima. ff. de offic. præfec. urb. ubi ait, Leonem Augustum Post Constantinum fidei principatum auxisse. ex quibus verbis proculdubio colligitur, Iustinianum quoque Constantini donationem agnouisse, & à Zenonis confessione minime discrepare. Quod nam autem hac in re maius indicium? quæ grauior confessio desiderari potest? Quid igitur garriunt ij, qui ut iura Cæsaris tueri videantur, ipsius apertissimas destruunt constitutiones? Huic argumento si quis forte obijciat, Zenonis verba fuisse tantum enunciatiua, quæ disponere non solent. l. ex hac scriptura, cum ibi trad. ff. de donat. Nos ei respondemus,
44 in rebus antiquis uerba enunciatiua † plenam facere probationem, eamque alijs probationibus esse potiorem, vt docuit Dec. in consi. 595. & in consi. 564. Felin. in cap. cum causam, de probat. & Bald. in l. cum aliquis. C. de iur. deliber. Illud addimus, legislatores sanxisse, verba narratiua principis, de ijs etiam, quæ à suis prædecessoribus gesta sunt, plenam facere probationē, præsertim, ubi res est antiqua, ut aperit Alex. in cōs. 15. in 5. vol. & Soc. in consi. 266. col. 10. in 1. volum. Quin illud quoque amplius dico, uerba enunciatiua, etiam ob aliud prolata, ad plenam sufficere probationem, ubi piæ causæ fauor id suadet. ita probat Ias. in consi. 154. in 4. volum. Aret. in l. si is qui. ff. de testa. & est tex. in l. ij. C. de dot. promiss. Sed in proposito casu, hæc omnia, quorum unumquodque sufficit, simul concurrunt, habemus enim uerba narratiua ipsius principis, sumus in antiquis, sumus in casu, in quo de fauore piæ causæ, hoc est ipsius ecclesiæ, agitur, & adhuc à cauillationibus aduersantium deterrebimur? Illud autem, quod quidam ex ijs, qui contra ualiditatem huius donationis insurgunt, perhibent, hoc est, donationem hanc insinuatione, & alijs iuris solennitatibus caruisse, atque ideo irritam esse oportere, facillimè confutatur, utranque enim pro ecclesia defensionem suscepimus, & di-
45 cimus explorati, ac notissimi iuris esse, donationem † ecclesiæ factam, tam & si magna sit, ratam esse, quamuis nulla insinuatio, aut solennitas in ea celebranda intercesserit, ut videre est apud Bar. cum ijs, quæ ibi posui in lucubrationibus meis, in l. illud. C. de sacrof. eccles. & Panor. in c. relatum, de testam. & Fulg. in consi. 115. ut multos alios prætermittam. Quin quod mirē mur? quotiescunque donatur ecclesijs, optima mensura est, ut leges cæsareæ statuerunt, rerum donatarum imm[illegible] cusitas. §. finimus, in auth. de non alien. reb. eccle. Præterea donationes, quæ ab ipsis fiunt Imperatoribus, huiusmodi solennitate non indigent, ne leuibus hisce tricis

eorum maiestati detrahatur.l.sancimus.§. exceptis. C.de donat. Rursus conclusioni huic non reluctatur, si fortasse diceretur, minimè constare, Syluestrum donationem hanc ratam ullo tempore habuisse, & propterea si non fictam, saltem inualidam extitisse: quoniam statim respondeo, in donationibus ecclesiæ factis, ius ipsum hanc non exigere solennitatem, ut aperit Bald.in d.l.illud.C.de sacrosanct.eccles. & glo.in cap.quoties cordis oculus. 1.q.7.Huc accedit,
46 cum donatio † ipsa fuerit scripto interueniente confecta, eam iure quandocunque posse ratam haberi,secundum Bar.in l.Nuda ratio.ff.de donat.& Imol.in cap.si cautio, de fid.instrum. cum uero nouerimus deinceps ipsos Pontifices bona hæc donata possediſse, immo ea de re constitutiones,ut iam prædiximus, edidisse, consequens est, ut donatio ipsa rata habita sit.l. Paulus non tantum verbis.ff.rem rat.haber. Neque sanè id quicquam iuri ecclesię potest obesse, quòd quidam Imperatores, ne dicam tyranni, quæ fuerunt irreuocabiliter donata,impietate uiolenta inuaserunt, cum id, quod nostrum est, nobis auferri non possit.l. id quod nostrum.ff.de regul.iur. contractus enim à principio sunt uoluntatis, & postea sunt necessitatis, ac etiam inuitos, & nolentes astringunt.l.sicut.C.de action.& oblig.& potissimum illud prin-
47 cipi conuenit † quæ procedunt à labijs meis non faciam irrita, & illud, quod scripsi scripsi. debet enim Princeps in huiusmodi rebus esse immobilis, sicut lapis angularis,& sicut polus in in cœlo. hæc Dec.in consi.286.& latius in consi.580. & in l.nemo potest mutare.ff. de regul. iur.Principi enim Deus subiecit leges, non autem contractus. ita Bald. in cap.1. de nat.feud. ad quem accessit Dec.in consi.689.& ideo concluditur, à Principe reuocari non posse dona-
48 tionem factam † à se, neque à suo prædecessore, ut not.docuit Fulgos.in cons.143. At si quis rursus insurgat dicens, solennem rei donatæ traditionem exigi, eamq; huic donationi defuisse, atque ideo secundum leges irritam esse oportere: Respondeas licet, ipsos Cæsares constituisse, dominium rerum, quæ donantur ecclesijs, ipso iuris ministerio absque ulla traditione transferri.l.fi.& ibi doct.C.de sacrosanct.eccles.Præterea in contractibus,à Principe celebratis, sine traditione, dominia transferuntur. Bald.in prælud.feud.colu. penul. & in c. ad audientiam de præscript.& in cap.1.quid sit inuest.& Angel.in l.officium,in fi.ff.de rei vendic. & ratio est, quia huiusmodi cõtractus habent legis vigorem,teste Bar.in l.ciuitas. ubi de hoc dixi. ff.si cert. pet.& per legem transfertur dominium sine traditione,ut per Bal. in l.j.in princ. C. commun. de leg. & in l.fi.colu.4. C. de sacrosanc. eccles.& in cap.3.colu.fi.de no.for.fidel.& doc.in cap. cum dilectus de consuet.illud demum non prætermittam, antiquitatem temporis id præsta-
49 re, ut acta, qualia diu habita sunt, talia esse interpretatione iuris existimentur, atque in eis interuenisse omnia, quæ requiruntur, solennia, quamuis hoc alioqui doceri non possit.l. si filiusfamilias.C.de petit.hæred.& ibi Salic. & Barto.in l.qui in aliena.§.sed & si. ubi Aret. ff. de acquir.hæred.Socin.in consi.15.colum.penult.in primo volum.Alexand.in consi.9.in 3. volu. & in consi.45.& in consi.179.colum.fin.in 6.volum.& omnino videas eundem in consi.1.col. penult.in 4.volum.& in consi.16.& in consi.133.colum.6.eod.quarto volumine. Feli.in cap. illud.de præsumpt.Dec.in l.j.nume.8.C.qui admit. & quæ pono in lucubrationibus meis, in l.
50 sciendum.ff.de verbor.obligat.item id, quod fit † à prouidis, & honestis personis, semper & rectè, & ritè præsumitur fuisse confectum, hinc ait Panor.in cap.nisi essent,de præben.quamuis communiter solennitas extrinseca non præsumatur, eam tamen interueniſse censeri in actu ab huiusmodi viris celebrato. idem voluit Socin. in consi.164. columna secunda in primo volumine.& Fel.in.in cap.fin.columna 13.de constit.sed in quibus personis potest maior honestas, & prouidentia considerari, quàm in B.Syluestro, & in Constantino religiosissimo imperatore? Quamobrem ex prædictis omnibus iure colligimus, Constantini donationem non solum esse veram, sed etiam ualidam, & cum requisitis solennitatibus fuisse confectam, nec minus ad hoc probandum, possessio tanti temporis, quæ tot seculorum memoriam excedit, & prædictæ iuris interpretationes sufficiunt, quàm si ipsius donationis documentum in uali-
51 dissima forma concessum exhiberetur. nam legum † coniecturæ, probationes liquidissimæ

nuncu-

nuncupantur.l.licet Imperator.ff.de leg. 1.gl.& Bal.in l.si tutor.C.de peric.tut.& quæ liquidã exigunt probationem, sola possunt iuris coniectura probari.Ang.in l.j.C.de testam.milit.Feli. in c.prudentiam,col.pen.de offic.deleg.& Ias.in cons.25.in 1.vol.vbi ait,etiam si probatio per
52 instrumentum exigeretur, hanc tamen sufficere. & multæ præsumptiones † plenæ sufficiunt probationi. Soc.in consi. 37.in 3.vol. Imol.in consi.139.ex quibus omnibus luce clarius constat, ecclesiæ iura usqueadeo esse perspicua, ut de illis dubitare non liceat. & quamuis etiam dubia essent,id quod iure negatum est,& probatum, Romanæ tamen ecclesiæ causa potior esset.l.sunt personæ.ff.de religios.cum simil.ex quibus colligitur,semper in ambiguis pro pia cau
53 sa † ferendam esse sententiam. Quid adhuc igitur uultis amplius? num expectatis, ut Christus ipse hac de re testimonium dicat? nihil putatis ad eruendam ueritatem potissimum in antiquis ualere legum coniecturas? nihil lectissimorum hominum authoritates? nihil ipsorum Cæsarũ testimonia? nihil denique uetustissimam hanc Romanorum antistitum possessionem? manifestas ueterum historias quæritis?historias uobis illas,uel facillimè exhiberemus,nisi eas tùm impiorum quorundam Imperatorum potentia,tum effrenatus hæreticorum furor, tum eorum, qui iam pridem hanc eandem, quam & uos defenditis, perfidiam,agnouerunt,inuidia fœdasset,ac nobis reluctante conscientia eripuisset,quemadmodum etiam toto conatu insidiati sunt decretis Nicæni Concilij,ut eorum memoriam penitus abolerent,testis est Athanasius uir sanctissimus,& alij complures episcopi in synodo Alexãdrina collecti,qui propterea rogarunt Felicem.ij.Romanum Pontificem,ut Nicæni concilij sanctiones diligentissimè custodiret.& multas ex ijs deletas fuisse ab hæreticis testatẽ ipse Felix.ij.qui postea martyrij corona fuit illustris, vt videre est in eius decretis.c.2.in epist.concil.sardicen.Cæterum,utcũque se res habeat, hæc tot,& tanta,quæ diximus,negare unquam nõ poteritis, nisi negare omnia constituistis. Quare iam ex omni parte satis,superque ostensum est, donationem hanc omni prorsus ambiguitate carere,& ideo inquit Panor.in cons.24.in 1.vol.eum non procul ab hæresi distare,qui contrarium quicquam huic donationi dicere auderet. Hæc autem omnia plana sunt,& perspicua, ét si Constantinum purè ac simpliciter donasse Ecclesiæ cõcederetur. verum nos eum restituisse potius,quàm donasse affirmamus:ita inquit gl.in c.Ego Ludouicus.63.dist.& Io.de Lignan.in clem.Romani.de iureiur.Alex.in cons.229.in lib.primi & secundi volu.Panor.in cons.82.in 1.
54 vol.& quod Papæ † donatur, ipsi Deo,qui est omnium dominus,datum esse censetur. ita Alex. in l.stipulatio ista.§.si quis ita.ff.de verb.oblig.& qui Papæ iura cœlestis, & terreni cõmisit imperij.ut habetur in c.1.22.dist. plenè docuit Feli.in c.1.col.2.de cõst.idque inferius magis clarè aperiemus.Quod cum ita sit,consequens est,ut multo magis cessent ea omnia,quę in contrarium adducuntur.Et profectò apud prudentes,& integros uiros ne suspicio quidem oriri potest,concessionem hanc,uel inualidam fuisse,vel fictam,quoniam nisi veritatis, atq; iuris ipsius robore foret subnixa,& diuinitus data,certè nec eius fama omnium sermone adeo percrebuisset,argumento.l.iij.§.1.ff.de testi.ibi consentiens fama confirmat, nec multi sanctissimi pontifices,qui post Syluestrum hæc bona,tanquam ad se hoc nomine spectantia,posiderunt,uoluissent ea tanto consensu contra ius occupare.ita arguit tex.in c.Lugdunensis.9.q.2.& in c.omnis qui.7.q.1.nec Constantini successores,qui alioqui fuere acerrimi hostes Ecclesię,pertulissent, tantam, ac tam insignem Imperij partem, ab illis pauperculis detineri. Vel saltem ueri simile est, eos in primis illis temporibus, in quibus adhuc horum omnium recens erat memoria,declarare suis sanctionibus uoluisse, concessionem hanc, vel figmentum quoddam, uel inualidã esse. Denique nisi hæc uera, & ualida, & à Deo essent,nunquã Christus ipse perferre potuisset,ut tot tenebræ in hanc usque diem mentes fidelium obscurassent, & tantus in ecclesia sua error tot secula tefellisset.ita enim licet mihi conijcere,& propè diuino illo uti Gamilielis argumento,ea scilicèt,quæ à Deo nõ sunt,diu firma,& stabilia esse nõ posse,ubi.n.Christus,qui se ip
55 sam esse veritatẽ profitetur,non est fundamẽtum, † ibi omne superædificatum cito corruit. c. principatus,& c.cũ Paulus.1.q.1. Vtrum enimuero cum repetimus animo, & optimos patres

ab his

ab his bonis se nunquã abstinuisse, & iniquissimos Imperatores nihil unquam huic donationi contrarium statuisse: immo eam præclaros illos Carolum.1. Henri.11.Othonem.1111. Federicũ 11.& Carolum.1111.confirmasse,ut colligitur ex d.cle.Romani,de iureiur.& ex d.c. fundamenta,de elec.in 6.& c.per uenerabilem,qui fil.sint legi.& ex d. c. Ego Ludouicus.63.dist.idq; ait Panor.in consi.84.in 1.vol.& Card.Alexan.in c.Constantinus.69.dist.ubi horum nomina exprimit.ac denique uideamus Deum ipsum hæc tàm diu in sua ecclesia pertulisse, quis citra dementiam posset ea de re amplius uel dubitare,uel obloqui? nam ut prædiximus, tot simul iun-
56 ctæ coniecturæ † plenæ sufficiunt probationi.glo.in l.2.in prin.ff de excusa.tut.& Imol. in cõs. 191.Bal.in l.si creditoris.C.de fideicom. & Soc.in cõs.149.in primo vol. Postremò silere non possum,huic cessioni Diuinas quoque traditiones cõsentire, & ante alias se se offert Diuinum illud uaticinium,quod Dauid fortasse donationem hanc præsentiens, edidit, dicens: In manu tua Domine magnitudo,& imperium omnium,tuę sunt diuitię,tua est gloria,tu dominaris omnibus. ego autem & populus meus quid sumus,aut possumus tibi promittere, cum tua sint omnia? sed hæc ipsa, quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. hæc ille. Quis neget hoc in loco, & cessionem illam Constantini iam inde à primis à vate illo, pariter & rege, fuisse insinuatam? ad hoc accedit illud Hieremiæ, cui, dixit dominus: Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna. Hieremiam verò Papæ esse typum sacræ constitutiones declararunt, à quibus nefas est dissentire. hoc enim habetur in cap.solitæ,de maiorit. & obed.in cap.nulli, 29.dist.& in c.1.22.distinct.nouimusque teste Apostolo.1. ad Corinth.10. hæc omnia illis in figura contigisse, scripta autem esse propter nos, in quos sæculorum fines deuenerunt. Præterea,quidnam aliud pius ille egit Constantinus, quàm ut Christo, quod iure suum erat, id eius uices agenti in terris Syluestro redderet? non ne Domini est terra, & plenitudo eius? non ne illum dixisse nouimus, Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra? non ne ipse idem ab hoc mortalium cœtu discessurus, amplissimam hanc potestatem Petro concessit, dicens, Matth. vltimo,Tibi dabo claues regni cœlorum, quodcunque ligaueris, &c. Ex quibus sanè uerbis iura huius Imperij in Papam fuisse translata, traditum est in dicto cap.1.22. distinct.& per Bart.in tract.ad reprimendum. nonne hoc denique cùm ad cœlum esset ascensurus eidem confirmauit? dicens,Pasce oues meas. qui quidem sermo temporale quoq; Impe
57 rium indicat. nam apud antiquos, ipsi reges † pastores nuncupabantur, ut plenius de hoc ipso Pontificis principatu pono in lucubrationibus meis in l.j.ff.de legi. & in l.fin.ff.de iurisdict. omni. iudic. Et quanuis hæc uideantur Imperium omnium, quæ sunt sub sole complecti,quæ tamen à Pontifice non possidentur,satis est,ostensum esse, concessionem Constantini diuinis traditionibus uel maximè inniti. Nec quisquam excipiens illud obijciat, Christum ipsum aufugisse,ne Rex eligeretur. Respondemus enim eum propterea huiuscemodi electionẽ abnuisse, ne regni sui,per quod Reges regnant,præcellentiæ derogaret,si Regnum more aliorum mortalium suscepisset:idq; potissimùm cum explanauerit, se claritatẽ non esse ab hominibus accepturum.Io.5.Hac eadem ratione illud quoq; refellitur: Regnum meum non est de hoc mundo,hoc est non ab hominum electione,aut successione,sed à Deo ipso. idq; ut patefaceret, eos ad regnum huius mundi pertinere, qui non diuino præsidio, sed humanis uiribus se ab illatis iniurijs putant esse defendendos. huic enim expositioni uerba illa, quæ sequuntur, uidentur adstipulari: Si ex hoc mundo essem, ministri mei utique decertarent. &c. ita exponit text. in cap.primo.23. quæst. 3. Possent multis alijs argumentis hæc & alia quæcunque obiecta dissolui,quæ omnia à maioribus nostris, qui rem hanc excutiendam susceperunt, plenè aliquando tradita sunt. Sed ea ut recenseamus, nec huius temporis est, nec parui sanè laboris. illud enim unum aperuisse sat est, concessionem Constantini diuinis, ut diximus, documentis inniti, eamque propterea restitutionem potius, quàm donationem, iure merito nuncupari posse: ut egregiè docuerunt celeberrimi illi iuris interpretes, quorum suprà meminimus. ita .n.factum est,ut in Syluestro fuerit, Christo ipsi pars eorum, quæ sua sunt, restituta. ferturque ita Innocentium.1111.Federico Imperatori, quem ab imperatoria dignitate deiecerat, aper-

tissimè dixisse: ut habetur apud Aluarum Pelagium in tract. de planctu ecclesiæ, in primo libro articulo 43.& 59.& Card. Alexand in c. Constantinus,96.distin. Postremò & ueritas, & ualiditas huius donationis eo uel maximè confirmatur, quod legitur inter gesta Concilij Constantiensis, ibi enim traditum est, damnatam fuisse positionem illam Ioan. Vuicleff. in qua continebatur, Sylvestrum, & Constantinum errasse dotando ecclesiam. nam & ex assertione hæretici, & ex damnationis sententia à Concilio promulgata, colligitur, de ueritate aut ualiditate huius donationis ambigendum non esse: & Constantinum duce & authore Deo hoc tam præclarum ac memorabile facinus edidisse. Cæterùm,cum hæc ita sint, non ab re neque iniucundum fore arbitror, si hoc in loco huius rei ratio inuestigetur. & quanuis non modò arcanorum Dei ratio imperscrutabilis sit, sed eorum etiam,quæ à maioribus nostris tradita sunt. l.non omnium.ff.de legi.si tamen quispiam tanto huius inuestigationis desiderio teneretur, ut omninò aliquam optaret huius concessionis rationem intelligere,is sciat, in uoluntate alicuius
58 excutienda plurimùm † spectari oportere,quid is,cuius ratio uoluntatis exquiritur,facere cõsueuerit.l.si seruus plurium.§.fi.ff.de leg.1.l.pen.ff. de alim. lega. Cum autem illud exploratum sit, Christum iam inde ab initio fuisse hoc uno potissimùm delectatum, ut ijsdem quandoque ad sustentandam, atque augendam religionem suam, instrumentis uteretur, quæ ad eam ipsam euertendam orta esse uidebantur,ut hoc tam illustri testimonio, quàm incomparabilis esset Christi potentia,& quã uera eius religio passim ab omnibus intelligeretur. huius enim rei manifestus testis est Paulus,ut multos alios prætermittam: Paulus inquam ille huiusce fidei hostis acerrimus,qui deinde ad eam defendendam usq; adeò fuit accẽsus & animatus,ut Vas electionis appellari mereretur. hac ego ratione adductus opinor, fortasse ẽt in hac re iure conijci posse,Constantini donationem non sine Dei numine cõtigisse,ut Romanæ illæ uires, quæ iam antea Christianam religionem opprimebant, eandem defenderent,illudq;, à quo potissimùm Christi fideles trucidabantur,imperium eisdem fidelibus subijceretur. ac denique ubi superstitionis caput excellebat, ibi ueræ huius religionis caput emineret: vt expressè testatur B.Ambros. & relatum est in c.Beati.2.q.7.Posset alia quoq; ratio huic adijci, Deum scilicèt, iccircò Pontificibus Romanum hoc Imperium subegisse,ut quàm ampla esset Christi maiestas, ex eorum ẽt dignitate dignosceretur,quibus potestatem eius in terris exercendam mãdauit, secundum illud psal. 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis cõfortatus est principatus eorum. Non ne illud quoq; magno harum, quas attulimus, rationum est adiumento? cum animaduertamus omnes ferè florentissimas olim ciuitates, aut tum cum florerent, cecidisse, aut postea ab humanarum rerum dominis,tempore,& fortuna,uel funditus esse euersas, uel penè deletas: Roma tamen hucusque ita cæteris urbibus antecellit, ut fateri omnes debeamus, illi uni æternitatem imperij esse diuinitus datam, cui nulla unquam ætas finem sit allatura; ut huius regni sceptrum non homines, sed ipsum planè Deum, qui semper ille idem est, susceperisse,
59 sibique hoc unum † è toto terrarum orbe sempiternum, immobileque domicilium delegisse: ut colligi potest ex l.j.C. de pri.cor.urb.Rom.lib.11.& in l.j. C.de sacros. eccles. & in l.senatores.C.de incol.lib.10.Rursus iure optimo conijci posset, hoc Imperium Romanis Pontificibus esse concessum, ut eius auxilio potestas ac iurisdictio spiritualis,& aptius, & magnificentius exerceri posset, eique quasi ualidissimo cuidam præsidio inniteretur. cùm enim ad officium summi Pontificis potissimùm spectet, errantes corrigere, & rempublicam Christianam ad bene beateq; uiuendum,non solùm hortari, uerùm etiam urgere,atq; compellere: ut habetur in c.nouit,de iudic.in c.de Iudæis.45.dist. in c.per uenerabilem, qui fil.sint legit.in ca.1.de tregu.& pac.& in c.licèt,cum glo.de for.competen.cum similibus.& latè de hac ui coactiua in omnes fideles egit Ioan.de Turre Crem.in lib.11. suæ summæ. cap.45. consequens est, ut ei quoque ea concedantur,sine quibus hæc agi non possunt.l.2.cum ibi trad.ff.de iurisdict. omn. iudic.cap.præterea.de offic.delegat.& ad hoc leges notatu dignas attulit Angel.in consi.290. Constat autem sine causarum cognitione,sine pœnarum iniunctione,quibus mali coercentur, & boni quiescunt.c.factæ.4.dist.non posse homines ad hãc uitæ honestatem adduci; igitur ad

Papam

Papam pertinet, hortari, compescere, & punire etiam potentes, quæ omnia sine huius Imperij adiumento, uel difficillimè exerceri possent ob deprauatos hominum mores. nam ut Isydorus ait, & relatum est in c. Principes. 23. q. 5. sæpe per regnum terrenum, cœleste regnum proficit, ut disciplinam, quam utilitas ecclesiæ exercere non prævalet, ceruicibus superborum potestas principalis imponat. Et me hercule, si uera dissimulare non uolumus, nisi ecclesia hoc qualicũque imperio frueretur, potestas etiam spiritualis à multis potentibus opprimeretur. quis est. n. adeò lucis expers, qui non uideat, his temporibus charitatem fidelium ita refrigescere, ut etiã nonnulli ex maioribus illis, qui potissimùm tenentur ad ecclesiam defendendam, conẽtur illius amplissimam imminuere potestatem? & multoties Rom. Pontifici resistant, & quãdoq; etiam graues illi iniurias inferant, quorum libidini uoluntatis nisi hæc Roma. Imperij potentia obstaret, iam Christi uices agentium dignitas uilescereț, & propè ad nihilum redigeretur; nisi id fortasse ipse Deus auerteret. Qui nam alij hodie obsecro sunt, qui maiorum ecclesiarum sacerdotia conferant, quàm laici Principes? id quod à diuinis Concilij Nicęni traditionibus, in actio-
60 ne. 3. & à sacris constitutionibus declinauit, quibus uniformiter est sancitum, spiritualia † non posse à laicis pertractari, & contrarium usum, non consuetudinem, sed abusum esse. cap. si Imperator. 96. dist. c. fi. de reb. eccles. non alien. c. Massana, cum ibi trad. de electio. Nec quisquam obijciat hæc à nonnullis principibus agi uigore authoritatis, quam eis ipsi Romani Pontifices concesserunt. Quis enim non intelligit rem hanc, quæ à tramite iuris, & æquitatis aberrauit, &
61 Pontificiam maiestatem fœdauit, mali fuisse exempli, † & ideo esse reijciendũ? l. si quis aliquid .§. qui abortionis. ff. de pęn. l. exemplo. C. de proba. Principes enim ipsos etiam, atq; ẽt deceret, huiusmodi respuere concessiones, atq; imitari illud memorabile documẽtum, quod à Ludouico Imperatore accepimus, cum. n. ab Adriano Pont. Carolo magno, ob ingentes ab eo pro ecclesia res fortiter, pieque, ac fœliciter gestas, esset facta concessio, quæ deinde fuerat à Leone Othoni, & successorib. in Imperio confirmata, ut futurorum electio Pontificũ ad Cæsarem pertineret, Ludouicus ille nunquã satis laudatus Imperator, hæc dignitatem ecclesię dedecorantia perhorrescens, ultro huic tãto priuilegio sedente Paschali Pont. solenniter renunciauit, ut legiẽ in c. Ego Ludouicus. 63. dist. huius ego tam præclari, ac liberalis animi optarim istos nostri tẽporis principes esse imitatores, sed de ijs hactenus. nunc pergamus, qui nam sunt illi amplius, qui beneficijs à Papa concessis uti frui queant, niſi sæcularium principum ante omnia consen-
62 sus accedat? & ab eis expressa huius uoluntatis † suæ rescripta indulgeantur? contra decisionẽ sacrorum canonum, ut habetur apud Panor. in consi. 83. præsens dubium, & Fely. in c. ecclesia S. Mariæ. nu. 123. de const. ubi concluditur, principes, qui hæc facere nõ uerentur, ipso facto in sententiam excommunicationis incidere. sed ubi hodie formidabiles illæ, (fœdum Dij immortales facinus) censuræ ecclesiæ non contemnuntur? reformidauit iam pridem Desiderius Longobardorum Rex alioqui impius censuras Adriani Pontificis, nunc autem quidã ex ijs, qui religionem, & iusticiam profitentur, eas irrident? ubi nunc sunt ecclesiæ immunitates illęsæ? ubi religio non uiolata? ubi priuilegia clericorum illæsa? ubi hodie iusdicentes laici manus in clericos non inijciunt? Taceo fauores hæreticorum. Nempe non dicam, nulli, at certè pauci sunt, qui hodie horum criminum sint immunes. sed caueant, ne Deum tãtarum ultorem iniuriarum experiantur. Ozias enim propterea q̃ sacerdotum officia sibi uendicare nitebatur, fuit à Deo lepra percussus. 2. Paral. 29. & habetur in c. nos si incompetenter. 2. q. 7. Balthasarem regẽ, qui uasibus templi in suis conuiuijs uti non horruit, graues ob id pœnas dedisse, non ignotum est. Daniel. 5. & in c. uestimenta, de consecra. dist. 1. Heliodorus ab Antiocho Rege missus ad ærarium templi auferendum, fuit ab equo diuinitus ueniente penè interfectus. 2. Machab. 3. quæ quidem omnia deberent eos, qui sibi uel arrogant, uel contemnunt ecclesiæ potestatẽ, deterrere. His ego sanè rebus, pace illorum dixerim, non solùm commoueor animo, sed etiam toto corpore perhorresco, & ex ijs, quæ uel solo oculorũ sensu iudicari possunt, uehementer uereor, nisi huius Imperij potentia, & maiestas, nimios laicorũ conatus se in ecclesiæ perniciem efferẽtes aliquantulũ reprimeret, & quasi quodam frẽno cohiberet, futurũ ne res ecclesiæ periclitẽ.

Cæterum dicet fortasse quispiam, hæc ob clericorum delicta contingere, qui si bene ac sanctè
uiuerent, omnes passim eis libentissimè parerent. Ego uero ingenuè fateor, me nullorum un-
quam, & præsertim clericorum crimina esse laudaturum, sed quisnam tandem ille est, qui sine
63 aliqua labe inueniatur? non ne omnis homo † mendax? psal. 115 nonne contra naturam pe-
nè est, Hieronymo teste, ut sine peccato aliquis sit? hæc ille in epist. ad Oceanum, & habetur in
c. vnum. §. nomine. 25. dist. se ipsos colligant obsecro, qui hæc obijciunt, & qui nã tandem, qua
lesve ipsi sint, introspiciant: nihil enim iniustius est, quàm eos aliorum uitæ rationem poscere,
qui suæ reddere non possunt. ca. multi. 1. q. 1. hæc est illa Christi sententia, qua petentibus he-
brẽis, ut mulier adulterij rea interficeretur, respondit: Qui uestrum est sine peccato, in eam pri
mus lapidẽ iaciat. quasi hoc sermone omnibus aperiret, eos omni prorsus crimine carere opor
64 tere, qui in alios inuehuntur. Sed an propterea quòd clerici † quandoque mali inueniũtur, est
eorum dilanianda potestas? non sanè. c. non quales. 1. q. 1. c. sacerdotes. & c. oues. 6. q. 1. neq;
credendum est, laicos principes aliter esse dicturos, ne contra seipsos sententiã proferant, idq;
à sacris traditionibus multoties fuit acceptum. Hoc enim si rectè consideremus, apertè Chri-
stum ipsum docuisse nouimus. Matth. 18. cum dixit. pedem, manum, oculumq;, non tamen ca-
put, si scandalum afferret, amputandum esse. non enim ulla ratione credendum est, Deum, cu
ius perfecta sunt opera, & qui ineffabili sapientia ecclesiæ suæ corpori mystico prouidebat, si-
ne mysterio uoluisse membra quæcunque scandalum afferentia prẽcidi: de capite uerò nullũ
uerbum feciisse, quamuis illud, à quo membra gubernantur, esset uel in primis animaduersione
dignum. Et quantũ à naturali capite humani corporis ad Papam ipsum, ecclesiæ caput, valida
sint argumenta, præclare docuit Io. de Lignano in trac. de censura ecclesiastica. §. 4. nam Deus
65 ob crimina † subditorum quãdoq; malos superiores permittere solet, ipse enim regnare facit
hypocritam, propter peccata populi. Iob. 34. & alibi scriptum est: Dabo uobis Regem in furo-
re meo. Oseæ. 13. hinc Hieronymus ait, nõ semper princeps populo, & iudex ecclesiæ per Dei
arbitrium datur, sed prout merita nostra deposcunt. hæc habentur in c. audacter. 8. q. 1. facit. c.
non est. 2. q. 7. hoc idem sentiens B. Gregor. in c. ex merito. 6. q. 1. inquit: ex merito plebis nõ-
nunquam episcopi deprauantur. ideoq; extat memorabilis illa Petri apostoli sentẽtia, dicentis
in epist. 1. c. 2. Subditi estote dominis uestris ẽt discolis. Quare constanter affirmarim fore, ut
si nosmetipsos corrigeremus, charitasq; in nobis refloresceret, forte honestioris uitæ superio-
res haberemus. Et propterea, ut ad rem reuertar, in proposito casu adduci aliqñ potuisset illa
iurisconsulti sententia in l. sed licet. ff. de off. præsid. hoc est, non quid Romæ fiat, sed quid fieri
debeat, spectandum esse. Hodie aũt, Dij boni, nõ quid Romæ fieri debeat, sed quid Romæ fit,
inspiciendum est, ac suppliciter orandum, ut oẽs fideles totis uirib. nitantur imitari sanctiss. Do
minum nr̃m Pivm. v. nobis hac tempestate, tanquam sidus quoddã salutiferum è cœlo demis-
sum, cuius uirtutes, ac sanctitatem, nulla unquã posteritas conticescet. latrent nunc, si possunt,
contra inculpatæ uitæ Pastorem, huius temporis obtrectatores, obloquantur hæretici de hoc
fortissimo Christi athleta, de hoc eorũ hoste acerrimo, & indefesso, & palàm mentiantur, non
timemus amplius eorum iurgia, & insidias, qm̃ misericors Deus opem tulit ouibus suis in tpe
nubis, & caliginis, sicut pollicitus est, Ezech. 34. dicens: Liberabo gregem meum de ore eorũ,
uisitabo oues meas in die nubis, & caliginis. Cæterum ut eò redeamus unde nos christianus a-
mor, & uires ueritatis auocarant, dico non tàm impiè, ut fit, lacerandam esse clericorum famã,
66 & longè minus eorũ usurpandam potestatẽ: nã quæcunq; potestas † à Deo est, ut ait apost. ad
Rom. 13. & hr̃ in c. qui resistit. 11. q. 3. quod aũt in se bonum, ac sanctũ est, utiq; à malo admini-
stratore fẽdari nõ potest. c. fi. 15. q. ulti. quinimmo tm̃ honoris à Christo sacerdotali huic pote-
stati tributũ est, ut eius intuitu malis quoq; ministris esse parendũ mandauerit, postquã. n. cor-
ruptos eorũ, qui super cathedram Moysi sedebãt, mores increpuit, eis tñ ob iurisdictionẽ, qua
fungebantur, esse obediendũ præcepit, dicens: quæ dicunt facite. id quod multo magis de ijs,
qui super cathedrã Petri sedent, est cõcedendũ. c. nõ quales. 1. q. 10. Hæc eadem snĩa sumpto à
sacris antiquorũ literis probatur exemplo, legimus enim, 1. Regũ. licet Saul Rex iam unctione

ob

ob suas omnibus notas iniquitates indignus effectus esset, Dauid tamen, qui Dei spiritu ducebatur, nunquam eum capere, aut interficere ausum fuisse, quanuis id facere potuisset, ut legenti historiam liquet. Vbi est, nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius uenerit, aut descendens in prælio perierit, propitius sit mihi dominus, ut non mittam manum in Christum Domini. Rursus. Non immittam manum in Dominum meum, quia Christus Domini est, rursus. Quis immittet manum in Christum Domini & innocens erit? Ecce ergo quamuis Saul Rex esset iniquissimus, & insignis peccator, incorrigibilisque, tamen Dauid nunquam ausus fuit aduersus eum insurgere, appellans eum, quamuis improbissimũ, Christum Domini, quippe quem ob notissima scelera non modo dignitatem non amisisse, sed nec eijci sine scelere posse iudicaret. Itaque Dei iudicio, ut & nos in proposito casu affirmamus, dereliquit, dicens, iudicet Dominus inter te, & me, & ulciscatur Dominus te, & me. Hæc ibi, quæ omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos, in quos fines seculorum deuenerunt, ut ait Apost. 1. ad Cor. 10. Hinc Augustinus ait, Memento, Dei sacramentis nichil obesse malorum hominum mores, quin uel non sint, uel minus sancta sint. Item si non habebat Saul sanctitatem, quid in eo Dauid uenerabatur? Si autem habebat innocentiam, quare innocentem persequebatur? Et ibi paulo post, Ecce Saul non habebat innocentiam, & tamen habebat sanctitatem, non merito uitæ suæ, sed unctionis, nam sacramentum Dei, quod in malis hominibus est, sanctum est. Hæc ille contra Petilianum, & relata sunt in c. Dominus. 1. quæst. 1. ubi etiam Caiphæ pontificis, & grauissimi peccatoris affertur exemplum, qui licet ipse uerax non esset, tamen ob dignitatem, quam propter incomparabile scelus non amiserat, honore diuinæ ueritatis pronunciandæ, non est ab ipso Deo indignus iudicatus. Huc accedit illud Paul. Act. 23. nesciebam fratres quia princeps est sacerdotum, eiusdem sententiæ est Damascenus in libro illo, quem de immaculatis mysterijs edidit. Ecce igitur quàm clarè ostendatur, non modo Pontificem ob crimina à Pontificia non cadere potestate, sed immo eum ob tantæ præcellentiam dignitatis debere passim ab omnibus uenerari, atque in eo summi honoris gradu, tolerari, Quid plura? nonne hoc diffinitum est in concilio Constantiensi? à quo Ioan. Hus fuit damnata sententia, qua continebatur, Papam contrarijs moribus Petro uiuentem, uerum non esse Pontificem. Itaque iam ex ijs apertissimè constat, quantę audaciæ, quantæque temeritatis sint, qui contra tot, ac tanta insurgere maluerunt, quam eis, ut par erat, humiliter acquiescere. Hæc tamen omnia dixisse uolui, non ut ullorum, & præcipuè Principum maiestatem, uel mores læderem, sed potius. ut Deo parerem, cui magis quam hominibus esse obtemperandum didicimus, Actu. 5. in reliquis uero illos ueneror, & ut docet, colendos censeo, nec iurisconsulti illius immemor sum, qui ait, seruis semper honestas, & sanctas dominorũ personas uideri debere. l. Liberto. ff. de obseq. liber. quod & Paul. non obscurè sensit, ad thim. 6. cum dicit, quicunque sunt serui dominos omni honore dignos arbitrentur, id quod uel ma-
67 ximè de principibus † est sentiendum, sunt enim legati, & proconsules Dei, glo. in rubrica in aut. de hæred. & Falcid. Bald. in tract. super pace constantiæ, in principio & ideo uenerãdi sunt tanquàm Deus interris, cum sint eius uera imago, hinc Imperatores, apud Romanos, Diui nuncupabantur, hinc etiam aiunt aliqui magni nominis uiri, sub illo præcepto, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, contineri etiam dilectionem erga Principem, hæc, & multa alia memoratu digna ad honorem Principum habentur in conc. 12. inter consilia Albrrti Bruni. Cæterum, ut aliquando sermonem claudam, quem de Constantini donatione suscepi, dico eam & veram & iure optimo ualidam extitisse, eamque Dei afflante spiritu emanasse, ut Imperium istud ea etiam, quæ spiritualia sunt, protegeret, ac foueret, eisque non solum maximo foret auxilio, uerum etiam ornamento.

68 Bar. in ead. rubr. primæ const. ait, fratrem † ad dotandam sororem posse iure compelli, uide Alex. in consi. 85. in 4. uol. & in l. A filia. ff. ad trebell. Abb. post Ant. de Butr. in ca. peruenit. de arbitr. & in consi. 12. incip. ut clare materiam. & doct. in l. cum in plures. §. pen. ff. de administ. tutor. & in l. Non omni. C. eod. titu. fratremq; teneri ad eam dotandam tenuit Ias. in l. j. nu. 29.

cum seq.ff.solut.matr.dicens neminem ab hac sententia discrepasse.ac etiam fratrem clericum teneri ad dotandam sororem de fructibus beneficiorum:quæ alioqui dotem non habeat,citat Abb.in d.c.peruenit,ubi traditur etiam quid de sorore uterina dicendum sit, nam & soror uterina appellatione sororis in materia stricte intelligenda proprie continetur.ut per Soc.in cõsi.
69 .25.in 3.uol.& Mari.Soc.iuni.in consi.5.nu.12.& an frater † uterinus sit proprie frater, adeo ut in statuto excludente fœminas, comprehendatur,quando extat frater ex utroq; latere coniunctus ? vide Soc.in consi.1.& in consi.ult.in 1 uol.Ang.in consi.119.Fely. in c.ueniens de si-
70 mon.uide etiam quæ de fratre uterino agit Mari.Soc.iuni.in consi.12.An autem soror † ali debeat à sorore ? respondeo eam ali debere. ut per glo.sing.in l.si quis à liberis.ff.de liber.agnoscen.& Pau.de Cast. in suo singu.5. soror autem ideo soror nuncupatur , quasi seorsum nascatur, & à familia separetur.Soc.in consi.30.col.3.in 1.uol.

71 Bar.in eodem loco rub.uersic.præterea probo etiã,agit de donatione , † quæ fit ob causam meritorum,& ideo remuneratoria nuncupatur. Ad hæc uide Abb.in rubr.de donat.& bonum tex.in l.quis pro uxore,ibi,quasi conatũ.ff.de dona.inter uir.& uxo.& not.in l.j.in fi.ff. de donat.Abb.in cons.3.in 1.uol.Rom.in cons.26.col.3.Ias.plenissimè in l.ex hoc iure.col.9. & seq.
72 ff.de iust.& iur.animaduertendum tamen est, remunerationem † merita egredi non debere. Alex.in consi.55.in 1.vol.ubi subiungit,benemeritum dici eum non posse,qui aliquod insigne non contulit beneficium,c.si quis 12.q.2.& an huiuscemodi donatio inter uirum,& uxorẽ fieri possit,uide Socin.in consi.66.in 1.uol.& Barb.in consi.66.inter consilia Curtij. & quæ posui in rubr.infra de dona.int.uir.& uxor.& an talis donatio indigeat insinuatione?vide Bar.in l.Aquilius,cum ibi addit.ff.de donat.& in l.j §.consuluit.ff.de pet.hære.& Soc.in d.cõs.66.& Aret.in consi.2.& Mar.Soc.iuni.in consi.77.nu.55.cum seq.Ad prædicta,uide etiam Soc.in consi.95. in 1.uol.& Marcum Ant.Bauerium,in tract.de uirtute iuramenti, nu.142. ubi tradit,an huiusmodi donatio ualeat absque ulla probatione meritorum,quãdo in ea positum est iusiurandũ ?
73 Adde ¶ donatio † facta filio intuitu meritorum ualida est, quoniam non fit ei ut filio, sed tanquam extraneo,id quod procedit,quando benemerita filij forẽt æqualia rei donatæ,ut docuit Ias.post eos,quos retulit,in aut.vnde si parens.nu.14.cum seq.C.de inoff.testa.Aduerte tamen ualiditatem huius donationis sustineri,si merita non sunt infra dimidiam rei donatæ,Ias.in l pe tens ex stipulatione,uersic.confirmo per aliud.C.de pact.Non est in hac re silentio prætereundum,donationem remuneratoriam,quæ sit inofficiosa, usque ad legitimam filiorum reuocari posse.Ias.in d.aut.in fi.ad rem propositam accedat unum memoratu dignum, si uerum est, scilicet,si aliquis donat propter merita donatarij, & illa exprimit,quæ tamen sunt falsa,cum in eo nulla merita inueniantur, propterea tamen donatio illa non fit irrita,& inanis.hæc Bal. in l.j.ff. de cond.cau.dat.quem ibi sequitur Ias.sed hoc mihi placere non potest, cum enim substantia, & ualiditas donationis huiusmodi,à meritis pendeat, & ideo non sufficit,ea asserere,nisi etiam probentur,secundum generale illud Bartoli documentum.in l.si forte.ff.de castr. pecul.quem ad hoc in specie citat Mari.Soc.iuni.in d.consi.77.nu.58. quomodo sustinebitur ista donatio, ubi non modo merita non probantur, sed etiam ipsa eorum assertio falsa esse dignoscitur?Præ
74 terea donatio † remuneratoria ideò efficax est, ubi alioqui simplex donatio irrita foret, quia proprie donatio appellari non potest,sed magis permutatio quædam.ut idem Ias.declarat in l. Iulianus.§.qui fundum.nu.14.& 15.ff.de uerb.oblig.sublatis igitur meritis,quid est reliquum, cum quo res donata permutari quæat. ¶Postea Bar.in fi.d.rubr. primæ const.quęrit quando
75 aliquis † propriè Imperator appellari possit,aitq; post eius coronationẽ, citat glo. in proœm. inst.Adde tu Ang.de Aret.ibi, & Bar.in extrauag.ad reprimendum,in uoce,Imperator.& glo. in clem.1.in uoce,futurus.de iureiur.Nic.de Neap.in l.sed reprobari.in princ.ff. de admi. tut. An autem ante coronationem habeat administrationem,& priuilegia concedere ualeat ? uide Saly.in l.bene à Zenone.C de quadr.præscript.& Felyn.in c.eam te.uersi.similiter dicit.de rescrip.Ias.in l.quamuis.nu.5.C.de inoff.testa.

Sum-

Summarium in prima Constit. fforum.

1 *Quæ sit differentia inter totum & omne?*
2 *Sanctio pluribus modis accepi potest.*
3 *Quemadmodum Imperator uniuersalem iurisdictionẽ habet. ita & particularium rerum dñium habeat.*
4 *Imperator an rem meam alteri dari possit.*
5 *Imperator siue alius Princeps an possit saltem Iudæis & alijs infidelibus bona eorum auferre?*
6 *Princeps ius alicui per sententiam acquisitum aufferre non potest.*
7 *Princeps an possit sine iusta causa ius acquisitum alteri auferre?*
8 *Princeps pro habenda pace potest ius tertij auferri.*
9 *Princeps potest auferre ius tertij acquisitum. quando restituit aliquem ad pristinum statum. & remouendo impedimentum. faciendoque eum de inhabili habilem etiam sine causa.*
10 *Princeps reuocari non potest beneficium ab eo concessum per uiam contractus.*
15 *Princeps quando accepta pecunia à subdito suo ei priuilegium aliquod concessisset. tale priuilegium non potest reuocare.*
12 *Verba recipio te in protectorem, & defensorem meum quid significent?*
13 *Princeps confœderatos: qui se inuicem promiserunt defendere, non teneri. quando aliquis facit bellum iniustum.*
14 *Si dubitatur de uulnere utrum sit mortale an non. nunquid standum sit iudicio medicorum & peritorũ?*

Bart. in prima const. ff. in princ.

1 Bart. in d. prima const. in principio tradit, quænam inter totum, † & omne, sit differentia, citatq; glo. inst. pro soc. in princ. cui adde tu similem glo. in l. res hypothecæ in uoce, omnes. ff.
2 de pign. & dum Bar. in eod. §. colligit ex glo. sanctionem † pluribus modis accipi posse, adde tu glo. similem, in. §. sancte, in uoce, sanctiones. inst. de rer. diuis. Barb. Fely. & alios. in c. 1. de cõst. postea Bar. in eod. loco quærit cum glo. ibi, nunquid quemadmodum Imperator uniuersalem
3 iurisdictionem habet, ita & particularium † rerum dominium habeat? vide tu eundem Bar. in extrauag. ad reprimen. in uoce, totius orbis. Alex. in consi. 112. col. 1. in 4. uol. Fely. in c. quæ in ecclesiarum. col. 9. & seq. de const. Card. in tit. de summ. trin. in princ. col. 2. & deinde Bar. in d.
4 princ. prosequitur disputando, utrũ Imperator † rem meam alteri dare possit? vide tu Alex. in consi. 124. col. 2. in 4. uol. & in consi. 189. col. 2. & seq. in lib. 1. & 2. uolu. ubi ponit, quando de utilitate publica ageretur, uide eundem in cõsi. 16. in 5. uol. vbi ait, Principem michi auferre posse rem priuilegio acquisitam, siue tanto tempore, cuius initij non extat memoria. Ad prædicta uide etiam Doc. post glo. in l. fi. C. si contr. ius. uel util. publ. Præpo. in c. quo iure. col. 2. 8. dist. Abb. in consi. ult. col. fi. in 1. uol. Ang. de Aret. in §. fi. inst. de off. iud. Imol. in consi. 44. col. 2. & 3. & breuiter, quamuis Imperator appelletur Dominus uniuersi orbis, tamen cõclusio est, dominia rerum particularia esse singulorum. Ias. in l. possideri. § ex cõtrario. nu. 81. ff. de acq. poss. & ideo imperator nisi ex causa iusta, & publica, res alterius auferre non potest, secundum Ias. in l. Barbarius. num. 32. ff. de off. præt. sed hic opportunè quæritur, an Imperator, siue alius
5 Princeps possit † saltem iudæis, & alijs infidelibus bona eorum auferre? Oldra. in consi. 87. incip. Quæritur an princeps. & in consi. 264. incip. illa uidetur, de qua re dictum est supra in prima lucubr. & quoniam in quæstione proposita, de uniuersali in totum orbem iurisdictione Imperatoris agitur, uidendus erit omnino Oldra. in consi. 69. incip. consueuit dubitari, ubi acerrimè oppugnat potestatem imperatoris, dicens fundamentũ huiusce potestatis nullo iure probari, quod quidem consilium dicit esse terribile. Fely. in d. c. cum non liceat. col. 6. uersic. postremò pro ista parte, de præscript. ubi multa scitu digna, ad Imperatoris authoritatem perti-
6 nentia declarauit. Ad rem autem: de qua agitur. Adde, quòd Princeps, † ius alicui per sententiam acquisitum, auferre non potest, quia etiam si ille acquirendi modus sit de iure ciuili, supra quod est principis, & præsertim Imperatoris summa potestas, tamen dominium ipsum est de iure gentium, cui etiam de plenitudine potestatis derogari non potest, secundum

commu.opin.ut habetur per Doc.in d.l.fi.C. si contr. ius. uel util.publ.vbi Ias.col.fin.idem ait Ias.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de liber.& posth.col.20.& in l.si is qui pro emptore.ff. de usuc.Soc.in consi.120.& in consi.64.in 3.uol.& in consi.10. inter consilia Albert.Brun.Dec. in consi.344.& in consi.288.& Crauet.in consi.103. ubi adducit etiam Abb.in cõsi.121.col. fi.in 2.uol.aitq; , quamuis aliqui tenuerint contrarium, sequendo Paul. de Castr. tamen de dictis Pauli non esse curandum, quia idem Paul.de Castr.in consi.33.super primo dubio,de hoc
7 dubitauit,neque ausus fuit decidere ratione prædicta. & an Princeps † possit sine iusta causa ius acquisitum alteri auferre, uide Alex.in cõsi.229.in lib.1.& 2.uol. ubi tradit etiam,nunquid possit legitimare in præiudicium iuris alteri acquisiti, uide etiam Dec.in consi.357.& in consi. 286.& in consi.371.& in consi.689. Soc.omnino in cons.163. col.5. in 1.uolu.vbi concludit, Principem,sine iusta,& rationabili causa,non posse iura alicuius auferre,& an,& quando ex causa iusta motus esse censeatur, uide eundem Soc.in cons.266.col.16.in 1.uol.& latissimè eundẽ
8 in cons.120.in 3.uol.& dicas pro habenda pace † posse ius tertij auferri. Alex.in consi.94. col. 6.in 5.uol.& ad prædicta uide Dec.in d.c.Quæ in ecclesiarum. de const.sed in hac materia aduertendum est unum memoratu dignum,& nunquam obliuioni tradendum, etiam si Princeps tollere non possit ius alteri quæsitum de iure gentium, ut ex corporali apprehensione bonorũ, ut aiunt Doc.in d.l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe.& posth.& Fely.& alij. in d.c. Quæ in ecclesiarum,tamen hoc procedere solum, quando ius ad eum spectet directè, alioqui uerò, si
9 Princeps † procederet restituendo aliquem ad primum statum, & remouendo impedimentũ, faciendoq; eum de inhabili habilem. quia tunc etiam sine causa poterit iura tertij auferre. Albert.Brun.in cõsi.1.facit ad rem.l.fi.cum ibi trad.C.de sent.pass.& an. & quando ius tertij possit à Principe auferri,siue illud ius sit ei acquisitum in spe, siue aliter quomodocunque,uide pulcherrime apud Soc.in consi.10.inter consilia Albert. Brun. ubi ponit sex notabiles conclusiones, in quibus distinctè habetur de quocunque iure, quod alteri est quęsitum,& Io.Campegiũ
10 in consi.11.inter consilia eiusdem Albert.Brun.in 5.dubio. scias etiam Principem † reuocare non posse beneficium ab eo concessum per uiam contractus. Alex.in consi.50.col.4.& 5.in 5. uol.neq; reuocare potest donationem alicui factam ab eo, siue ab eius præcessore, secundum Raph.Fulg.in consi.143.item si Princeps aliquid subditis concedit interueniẽte pecunia,illud est irreuocabile.Bal.in l.qui se patris.C.und.lib.Fely.in c.1.de probat.& Alber. Bru.in cõs.51. & Ias.in l.Non amplius.§.si certum.ff.de legat. 1. Adde q; etiam statutum, si transit in contractum, efficitur irreuocabile.Bar.in l.pen.ff.de decre.ab ord.fac.habetur in c.1.de proba. limi-
11 ta tamen prædicta non procedere,quando Princeps † accepta pecunia à subdito suo ei priuilegium aliquod concessisset,qm̃ liberalitatem dicitur exercere,ita Rom.in singul.457.incip.An iudex. per tex.singul.in l. Ticius.ff.de obse.patr.præstan.de cuius quidem tex.præcellentia, & intellectu agit Soc.in cons.87.col.7.in 3.uolu. Et ad rem propositam uide Abb.in c.in nostra, de iniur.& in c.Nouit.de iudic. Deinceps Bar.hic in 4.col.quærit, quid significent hæc uerba,
12 recipio † te in protectorem,& defensorem meũ,tu de hac re uideas Abb.in c.recipiens, cũ ibi additis in apostil.de priuileg. Barb.in cõs.11.col.17.in 2.uol.& in cons.9. col.41.& 78. Aret. in cõs.165.col.1.& aliquid apud Fely.in c.postulasti.col.4.de for.compet. Anch.in consi.57. Fęder.in consi.239.Soc.omnino in consi.74.col.3.in 1.uol.& ad rem faciunt trad.per Bart.in l.j.C.de excus.mun.lib.10.ubi aperit quid facere debeat ille, qui est obligatus defendere,& an is:cui commissa est protectio,& regimen ciuitatis,habeat merum, & mixtũ imperium? An possit collectas imponere? & an pœnæ ad eum pertineant? Adde ad prædicta Angel.in l.si quis in
13 graui.§.1.ff.ad Sylla.ubi ex illo tex.colligit,Principes † confœderatos, qui se inuicem promiserunt defendere,non teneri,quando aliquis facit bellum iniustum,ad hæc Ias.accedit in l. Qui seruum.col.fi.ff.de uerb.oblig.Abb.in c.Recepimus.de priuileg.Fely.in c.causam quæ.de rescrip.Aret.in consi.165.col.2.& Raph.Cuma.in consi.161.vbi speciale esse aiunt in uasallo,ut Dominum suum etiam iniustè bellãtem defendere teneatur. Adde quod ille,qui est obligatus alium defendere,non tenetur,quando is culpa sua turbaretur,ac ei bellum indiceretur, Bar.in

l.quidam

l.quidam cum filiũ.ff.de uerb.oblig.Alex.in consi.114.in 3. uol. et Aret.not.in consi.160.col. pe.itẽ ille,q̃ obligatus est defendere,licet sciat eũ,cui obligatus est auxilio indigere,non teneẽ: nisi fuerit requisitus.Abb.in cõs.49.in 2.uol.Et dũ Bar.in hac ead.col.uer.itẽ nota hic.quærit.
14 si dubitatur de uulnere, † utrũ sit mortale,an nõ,nũquid standũ sit iudicio medicorũ,& perito rũ? Tu de hac re uide Bar.in l.1.C.de ponderat.& aur.lib.10.& Abb.in cõs.21.col.1.in 2.uol. Barb.& Fel.in c.ne innitaris,de cõst.Barb.in c.ex literis, eod.tit.Abb.& Fely.in c.proposuisti, de proba. aliquid apud Fely.in c.Qm̃ cõtra,in 3.not.eod.tit.& in c.pe.eo.tit.& non nichil in c. Veniens,uer.Quarto in quantũ,& in c.fraternitatis,de testi. & in c.Nostra col.3.in fi.eod.tit.& in c.Quia indicante.col.1.& scq.de præscript.eundem Fely.in c.fi.col.1. de re iud. Dominos de Rot.in Decis.antiq.Decis.8.in tit.de rescrip.Aret.in consi.83.& in consi.143. Bal. in c. cum causam.de testi.& in c.licet uniuersis,eod.tit.Cæpoll.in consi.28.Barb.in consi.29.col.15.in fi. in 1.uol.& in consi.46.Rom.in consi.253. Abb.in c.1.de iudic.Ias.in repet.l.Admonẽdi nu.39. ff.de iur.iur.& in l.stipulatio.§.eandem autem.ff.de uerb. oblig. ubi ait.adhibendos esse duos medicos,si reperiuntur,alioqui etiam unum tantum sufficere,vide etiã ad prædicta Soc.in cõs. 178.in 1.uol.Fely.omnino,in c.presbyterum, de Homic. Cor.in cõs.233.in 3.uol.& Dec. in consi.415.ubi subiungit,si dicta peritorum sunt uaria,standum esse attestationibus eorum, qui affirmant,uulnus non esse mortale,quando illud etiam natura loci uulneris suaderet.

Summarium in d. prima Constit. fforum in §. & antea.

1 *An lex dissuetudine tollatur?*
2 *Statutum à consuetudine non receptum,an intelligatur à principio fuisse sublatum, an uero cursus decem annorum exigatur?*

Bar.in §.& antea.in d.prima Const. fforum.

1 Bart. in ead.prima cõst.§.& antea, quęrit nunquid lex † dissuetudine tollatur? Animaduerte tu hoc quinque modis posse cõtingere, secundum Mattheum de Afflictis,in tract.de iure protomiscos.§.6.nu.2.& 3.ubi ex mente Iacob. de Beluis.quinque casus seiunctim considerauit. ¶Primus est quando lex non est seruata, neque contrarium est obseruatum,nam tunc nullo tempore abrogatur.l.leges. C.de leg.l.falso. de. diuers. præscrip. c.in istis, 2.q.6. ¶Secundus casus est.quãdo lex non modo non fuit seruata, sed contrarium semper seruatum est, & tunc sine dubio lex dissuetudine tollitur.§.igitur,in proœm.insti.l. vetustissimam, C. de iur. dom.impetr. ¶Tertius casus est,quando lex aliquando uiguit,sed eam usus malus in aliam figuram transtulit,& tunc etiam abrogatur.ut habetur in aut.de iudic.post princ.sed hoc distingue,ut in aut.ut null.iudic. ¶Quartus casus est.quãdo lex frequentari cœpit,sed tacitè postea in dissuetudinem abijt,& tunc etiam tollitur,ut in §.1.in aut.de hæred.& Falc.& in l.1.§.interrogatorijs.ff.de interrog.action. ¶Quintus casus est.quando lex aliquãdo seruata est, sed eã bonus usus in aliam figuram transtulit,& tũc dissuetudinem nõ tollitur,ut habetur in l.de quibus.ff.de legi.ubi est locus proprius,de hac autem re uide Alex.in consi.6.& in consi.132.in 1. uol.in consi.45.& in consi.136.& in consi.195.in 2.uol. Aret.in consi.134. in fi. Abb. & Eely.
2 plenissimè,in c.1.de tregu.& pac.sed circa prædicta quæro, nunquid statutum; † à consuetudine non receptum intelligatur, à principio fuisse sublatum, an uero cursus decem annorum exigatur? Aret.in consi.11.

Summarium in d.prima Const. fforum in §.nos uero.

1 *Mutatio nominis aliquando fit autoritate legis & hoc licitum est aliquando fit ab eo ipso in fraudem & tunc in pœnam incidit.*
2 *Nomina appellatiua utrum mutari possint ab homine?*

Bar.in §.nos uero.in d.prima const.

1 Bart. in ead.prima const.in §.nos uero, tradit, interdum fieri nominis † mutationem authoritate

thoritate legis,& hoc licitum esse. Aliquando fieri,ab eo ipso in fraudem,& tunc in pœnam incidi. Adde tu Alex.in rub.ff.sol.matr.in princ.& in l.si unus.C.de test.& Fely.in c.Ea quæ,& in
2 c.in tantum.de simon.vtrum autem nomina † appellatiua mutari possint ab homine? Ias. post Imol.in l.si is qui pro emptore.ff.de usucap.nu.175.ait ea esse immutabilia.

Summarium in d.prima Const. fforum in §. Tertij.

1 *Actio hypotecaria & pignoratitia quomodo interse differant & conueniant?*

Bar.in §.Tertij in d.prima const.

1 Bart. in ead.cõst.in §.Tertij,quærit: quomodo actio hypotecaria, † & pignoratitia differant inter se,Et conueniant? Adde Alex.in l.si rem.§.Propriè ff.de pignor.act.& plenè Anto. de fano in suo solenni tract.de pignorib. & hypot. & omnino uide, quæ pono in rubrica.ff. de pignor.action.

Summarium in d.prima Const. fforum. §.hæc autem tria.

1 *Jura an doceri possint in Ciuitate: quæ non habeat hoc priuilegium.*

Bar.in.§.hæc autem tria in d.prima.const.

1 Bart. in ead const.in § hæc autẽ tria,tradit,An uera † doceri posint in ciuitate, quę nõ habeat hoc priuilegium,Adde Barb.in cons.35.& in cons.41.in 2.uol. & aliquid apud Præpositin c.Responsa.secunda dist. Alex.in cons.74.col.2.in 4.uol.& plenè Fely.in c. cum contingat,uer.secundo in quantum,de for.comp.

Summarium in l.prima.ff.de iust.& iu.

1 *Dictio oportet exponitur. idest. deceat.*
2 *Verbum debet. idem est. quod potest.*
3 *De uirtute copulæ,& quid significet?*
4 *Coppula & repetit qualitates præcedentes.*
5 *Jnquibus differant coppula,& copula cum?*
6 *Coppula quandoque ponitur interdiuersa quod si inter duo substantiua non aliter uerificata poneretur requiritur concursus coppulatorum.*
7 *Si potestas ciuitatis bannum fecerit quod ille: qui tale bannitum cœperit, libras mille habeat,utrum hoc proclama ualidam sit?*

Bar. in l.j. In princ. de iust.& iure.

1 Bart. in d.l.1.in principio sequendo gl.exponit uocem oportet, † id est,deceat, ex quo colligi solet uerbum necessitatis quandoque, si id res ipsa exigat, honestatem significare. Adde hoc uerum esse etiam si ei dictio præcisa aduingeretur,ut est omnino.tex. de hoc in ca.1.in fi.cum glo.in uoce,omnino,& ibi Abb. de desponsi.impuber. Accedit glo. in uoce, debeant, in clem.2.de stat.mona.& glo.in uerbo,oportet,in c.1.25.q.1.Vide etiam Ias.post Alex.in l.1.ff. de iurisd.omni.iud.Fely.in c.Nam concupiscenriam,col.2.de const.Barb.in consi.24.col.5.in 2.uol.Abb.in tract. de Cõcil.Basil.in 1.dub.col.10.& doct.in l.sæpe.ff.de off.præsid. & not.in usib.feud.in tit.quib.mod.feud.amit.§.fi. & in l.si mandatum.§.fi.& §. Paulus.ff.mand.ubi uer-
2 bum debet, † idem est,quod potest,& contra uide etiam in l. si ex causa.§. Nunc uidendum.ff. de minor.Bar.& doct.in l.creditores.C.de pignor.
3 Bar.in d.l.1.in princ.tractat de uirtute copulæ,† &; uide tu Alex.in consi.48.col.pe.in 1.uol. Bar.in l.si is,qui ducenta.§.utrum.colu.4.uersi.Quarto opp.ff.de reb.dub. Abb.plenè,& Fely. in c.2.de rescrip.nu.24.ubi Fely.ponit regulam cum fallent.& declarationibus, & Dec.in cõs. 122.Bar.in extrauag.ad reprimen.in uerbo,uidebitur,cum ibi not.propè fi.Adde quod copula,&,in dubio stat ampliatiuè,quando sumus in materia fauorabili, alioqui uero in odiosa.Soc. in consi.33.col.3.& in consi.62.col.2.in 3.uol.& Fely.in d.c.2.col.18. uersi.Restringe quin-
71 Bar.in ead.l.col.17.versic.iuxta prædicta quæro,quid in delictis,mouet quæstionem,si statutum capitis † pœnam committenti aliquod crimen imponit, & aliquis eo modo deliquerit, & priusquàm is accusetur,editum sit aliud statutum, diminuens pœnam huic facinori, utrum in pœna ei iniungenda,primi an secundi statuti sanctio sit attendenda? vide tu de hac quæst. Fel. in d.c.fi.col.12.cùm seq.& Barb.ibi,col.17.& 198.de const.Anch.in d.c.canonũ,col.58.eod. tit.Aret.in consi.39.Oldr.in cons.56.col.2.& Alex.in consi.7.in 2.volum.Et quoniam Bart.in col.sequen.versic.Quædam,ait; quædam est adiectio pœnæ,siue diminutio,& in ijs attenditur tempus sententiæ. Adde tu contra hoc Bartoli documẽtum facere id, quod idem Bar.docuit in l.pen.ff.si ex noxal.cau.aga.vbi ait, si liber deliquit & posteà seruus accusatur, punitur ut liber,non autem ut seruus; atque ita delicti tempus inspicitur,& non sententiæ.

72 Bar.in d.l.col.18.dum agit de statuto † remittente,siue mitigante pœnam,ut putà,quòd banniti soluendo x.liberari possint: ait,statutum isto casu complecti etiam bannitos prẽteriti temporis. Attende hanc uocem,etiam,quæ est implicatiua.& propterea Bar.uidetur sentire huiuscemodi statutum etiam ad banniendos in futurum extendi. id, quod reluctatur ijs, quæ idem Bar.docuit in ead.l.omnes populi.col.antepe.versic.quæro quid de tẽpore. & in l.cùm lex.ff. de legi.in quibus locis concludit,statutum continens remissionem, siue mitigationem pœnæ, ad futura trahi non posse,ne detur occasio delinquendi. quæ quidẽ decisio Bar.extollitur tanquam singu.ab Abb.in c.cognoscentes,de const.eamq́; latè prosequitur Dec.in d.c.ubi denique testatur,eam esse * uotis frequentioribus approbatam. quam tamen limita & declara, ut dicam in lucubrationib.in Bar.in d.l.cùm lex.

73 Bar.in d.l.colu.19.in princ. tractat, an actiones † à statuto prouenientes perpetuæ sint,an ad tempus. & distinguit,ut ibi. Adde tu Alex.in l.j.in princ.col.7.versic.in hac materia.ff. ad leg. Falc.& Anch.in c.canonum,col.6.de constit.

74 Bart.in eodem loco.dum quærit,an à statuto † liceat appellare. idque licere ait, quando factum est contra certam personam. Adde Feli.& Dec.plenè in c. cùm omnes,de const.subiungit Bar.idem esse etiam,quando aliquibus legitimis coniecturis constaret,illam statuti sanctionem fuisse in alicuius certæ personæ odium promulgatã. Ad hæc uide Abb.in rubr.de consti. Feli.in d.c.cùm omnes,col.3.& in c.quæ in ecclesiarum,col.18.uersi.3.not.eodem tit.Ana.in cons.82.Anch.plenè,in c.canonum,col.75.& seq.Barb.in c.nam concupiscentiam,col.5.& in d.c.cùm omnes,col.6.de const.& in d.rubr.col.6.Alex.in consi.189.in 2.uol. & in consi.108. col.3.in 3.vol.circa prædicta attende, statutum contra certas & singulares personas, nisi *consentientibus* omnibus consiliarijs condi non posse: non enim eorũ maior pars sufficit, *ut* communiter fit.Ang.in consi.271.

75 Bar.in d.l.col.20.in princ.tradit,quid iuris sit, quando aliquis † uellet interpretari statutum esse correctum. Ad hæc uide Anch.in d.c.canonum statuta,col.6.de const.

76 Bar.in eodem loco,dum examinat, an statutum † recipiat interpretationem arctatiuam siue restrictiuam,distinguit; aut loquitur de damno uitando,aut de lucro non amittẽdo, ut ibi per eum. vide tu Alex.in consi.101.nu.9.in 3.uol.Aret.in cons.44.col.pen.Soc.in cons.1.in fi.in 1. vol.& Mar.Soc.iun.in consi.30.Abb.in c.in nostra,de iniur.

77 Bar.in d.l.in 6.quæst. princip.versic. ex prædictis possunt solui multæ quæstiones,dum agit, an statutum † pœnam imponens facienti sanguinem in palatio, comprehendat barbitonsorẽ, qui ibi aliquem phlebotomauit,ait, ꝙ non:quia statuta non sunt intelligenda,ut captioné induc ant.Adde Alex.in terminis in cons.116.Viso & examinato processu. in 3. volu.in consi.166.

Animaduersis

Animaduerſis his,col.antepen.verſicu.cùm ſtuprum.in conſ.283. Videtur in caſu prædicto.& in conſi.225. Viſa facti narratione,in lib.in quo primi & ſecundi uolu. conſilia continentur. & in conſi.201.nu.8.in 7.vol.Abb.in c.ſolitæ, de maior.& obed.Paul.de Caſtr.in l.3.& in l.non dubium.C.de legi.Abb.in conſ.78.in 2.volu.Barba.in conſ.29. in 2.volu. Rom.in conſi.117. Alex.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus, colu.11.verſic.Nam etiam in ſtatutis recedimus.ff.ad Trebell.Anchar.in d.c.canonum,colu.15.75.& 94.de conſtitu.Bald.in cap.cùm adeò, de reſcrip. Bart.in l.j.in fin.C.de agrico.& cenſ.lib.11.Capr.in conſ.39.& in conſ.45. Anch.in conſ.270. Corn.in conſi.8.in fin.in 3.volu.rurſus, Alexand.in conſ.148.num.15.in 6.volu.& in l.quamuis,colu.2.ff.de in ius uocan.& Feli.in d.cap.ſolitæ,colu.2.Attende in re propoſita,inſpicien-

78 da † eſſe verba ſtatutorum: nam, ſi ſtatuens uteretur uocabulis effuſionem ſanguinis indicantibus,eo caſu abundantia ſanguinis exigeretur. tex. eſt cùm glo.in cap.cùm illorum,§.quod ſi clauſtrales,de ſenten.excommun.& ibi Abb.& idem Abb.in c.propoſuiſti,de conſecr.eccl.uel altar.& eſt bona glo.in c.reuertimini.16.q.1.

79 Bar.in d.l.col.20.in princ.inquit, ſtatutum † recipere interpretationem declaratiuam à iure communi, & quæ iuri conſona ſit. Adde Raph. Cuman.in conſ.28. in conſi.30.& in conſ.54. tex.in l.vt gradatim.§.ſed ſi lege.ff.de muner.& honor. Abb.in conſ.22.colu.3. in ſecundo vol. & in c.in noſtra,de iniur.in c.cùm dilectus, de conſuet. in c.ad audientiam, de cleric.non reſid. & in c.cauſam,de reſcrip.Aret.in conſ.126.Alexand. in conſ.132. Præclarè ſcripſit, nu.4.in 1. volu.in conſ.65. & omninò in conſ.192.nu.3. in ſexto volu.vbi ait, etiam ſi uerba ſtatutorum gloſſari,uel ſubaudiri non poſſent,ſed ad literam forent intelligenda, propterea tamen non ipſius iuris communis,ſed hominis tantùm interpretatio reijceretur. Idem uoluit Anch. in d.ca. canonum ſtatuta,uerſus finem,verſ.occurrit alia quæſtio. ſed de hac re plenius tractabitur infrà,vbi erit locus proprius. Intellige tamen præcedentia, ſcilicèt ſtatutũ interpretari & declarari debere à iure communi,niſi quando ei derogaret; nam tunc ab eo nullam recipit interpretationem. Bal.in l.maximum uitium.in 5.q.C.de liber.præter.& in ca.cùm non liceat,col.fi.de præſcrip.Alex.in conſ.20.in fi.in 1.vol.in conſ.227.& in conſi.249.in 6.vol.& in conſ.201.in 7.vol.Soc.in conſ.150.col.24.verſ.poſtremò, in 1.vol.hoc tamen intellige, vt ſtatutum derogans iuri cõi,non declaretur ab eo,in ijs in quibus derogat, alioqui verò in reliquis: ita Fulg. in conſ.94.Tamen Ang.in conſ.202.ait ſtatutum nõ debere interpretari à iure communi, niſi quando diſponit idem,quod ius commune,alioqui,ſi diuerſimodè. Sed hìc opportunè quæri-

80 tur,nunquid ſtatutum † pœnã imponens pro aliquo crimine,intelligatur eò ipſo pœnæ iunctæ de iure cõi derogare uoluiſſe, adeò vt eo caſu ius commune cenſeatur eſſe ſublatum?Bart. in l.j.ff.de ui bonor.rapt.tenet quòd nõ. pro quo facit glo.quam ibi not. Bal. in l.ſiquis ab alio.

✶ ff.de calumniat.Sed contrarium * communiter affirmatũ eſſe teſtatur Dec.in c. de cauſis, col. 8.verſic.in fine glo.de off.deleg.circa prædicta verò.ſ.an & quãdo ſtatutum recipiat interpretationem à iure communi, vide etiam Doct.in l.ſerui noſtri.C.de noxa. & in l.fi.§.in computatione.C.de iur.delibe.Abb.in c.ex literis,de conſt.& in c.conſtitutus,de reſt.in integr.& Bald. in l.j.§.domini.ff.ad Syllan.

81 Bar.in eodem loco,dum ait,vbi ſtatutum † uſque adeò eſt obſcurum,vt eius congrua expoſitio haberi non poſsit,recurrendum eſſe pro illius interpretatione ad populum, non autem ad ſapientes,qui populo concedente ſtatuta ſanxerũt: quoniam functi ſunt officio ſuo. Vide hac de re Abb.in c.cùm olim,de arbitr.& Feli.in c.per tuas,de ſimon.Attende tamen hanc declarationem auferre non poſſe ius alteri acquiſitum,quãdo illa uerba dubia ſunt in iure; alioqui uerò ſi nullam in iure dubitationem paterentur.Feli.in c.cùm olim,col.4.de re iudic. Et quomo

82 do à correctione † declaratio differat,vide Feli.in c.1.§.ſignificantibus, nu.32.de libel.oblat. Et an in huiuſmodi declaratione authoritas ſuperioris exigatur?ei credendum eſt,q; non:quia ille,qui declarat,nihil de ſuo tribuit,& nihil noui agit.Abb.in c.fi.de cõſt. & in c.ſuper quæſtionum,de off.deleg.& eſt tex.& ibi Doc.in l.hæredes palàm.ff.de teſtam.Et in re propoſita uide Bal.in 1.conſt.C.§.quibus,ubi ait,licèt ſtatutarij addere non poſsint quicq; ad antiqua ſtatuta,

tamen declarare non prohiberi. Attende quoniam hac eadem ratione Latini patres Græcis in Concilio Basilienſi, & Florentino reſpondebant: nam Græci aiebant, ſancitum fuiſſe in Concilio Nicæno, Spiritum ſanctũ à patre procedere: & huic ſanctioni nihil addi poſſe. & propterea Latinos redarguebant, dicentes Spiritum ſanctum à filio quoque procedere, vt habetur in ſymbolo. Latini uerò reſpondebant, patrem exprimi non poſſe, quin etiam filius contineat. & ideò hoc tantum declaraſſe, non autẽ addidiſſe: quia, qui declarat, nihil addit. ad quæ uide quę pono in d.l.hæredes palàm.

83 Bar.in ead.l.& col.verſicu.iuxta præmiſſa, ibi, Pono aliud, ait, uerbum fuerit † prolatum à ſtatuentibus, quod reperitur in præterito & in futuro ſubiunctiui, referri debere ad futura. vide tu hac de re Feli.in c.fi.de conſt.& ibi Barb.col.9.Alex.in conſi.101.Viſis inſtrumentis, col.fi. in 1.vol.vbi inquit in caſu illo ideò uerbum fuerit, ad futura non eſſe referendum, quoniam ibi adiectum erat etiam uerbum ſit. Ad prædicta accedit Aret.in conſi.85.col.2.Abb.& Feli.in c. ad hæc, de reſcrip.Bal.in l.cùm tale.§.falſam.j.ff.de cond.& demonſtr.ubi limitationem tradit. vide ibi. & præcedentibus adde rurſus Alex.in conſi.108.Viſis his, col.2.in 3.uol.& Ang.plenè in conſi.382.

84 Bar.in ead.l.col.21.in princip.ait, in ſtatutis † eſſe recedendum à propria verborum ſignificatione, cauſa uitandæ abſurditatis. Adde Ant.de Butr.in c.cùm dilectis, de conſuet.Alexan.in conſi.52.Viſo themate, in 1.uol.& in conſi.80.col.4.& col.fi.eod.volu.& in conſi.81.col.3.in 3.vol.& in conſi.101.col.3.eod.uol.& in conſi.106.col.pen.nu.25.eod.uolu.& in conſi.106. col.2.in 5.vol.& in conſ.134.nu.27.in 6.vol.Aret.in conſ.34.col.4.Mari.Soc.iun.in conſ.15. nu.8.vbi bene loquitur. Ad rem propoſitam facit, quoniam ſtatutum ita eſt interpretandum, vt non poſsit à ſapiente reprehendi, l.Saluius Ariſto.ff.de legat. præſtan. Soci.in conſ.43.& in conſi.84.in 1.volu.

85 Bar.in eod.loco, ibi paulò poſt, inquit, in ſtatutis † eſſe recedendum à propria ſignificatione uerborum, quando id cõis loquendi uſus expoſtulat. Tu uerò de hac re vide Felin. in proœm. Decretal.Bal.in auth.ſi qua mulier.C.de ſacroſ.eccle.in l.non dubium.C.de legi.& in l.iij.C.de liber.præter.Card.Flor.in Clem.exiui.in princ.de uerb.ſignifi.Card.Alex.in c.2.2.diſt.Soc.in conſ.62.in 1.vol.Alex.in l.j.col.antep.nu.40.ff.ſi cert.pet.in conſ.5.in 3.uol.in conſ.211.in 6.

86 vol.ubi ait, hoc eſſe uerum, etiam ſi ſtatuto † cautum ſit, uerba ſtatutorum ad literam eſſe intelligenda: quia cõis uſus non dr̃ eſſe impropria ſignificatio.& in conſ.79.eod.6.uol.ait, attẽdendum eſſe cõem uſum loquendi peritorum, non autem idiotarum. ad quod vide Cur.omninò in conſ.9.Dec. uerò in conſ.366. dicit cõem uſum loquendi procedere ſolùm in ſermone uulgariter prolato, non aũt in latino, in quo ait, non eſſe recedendum à propria ſignificatione uerborum. Attende in re propoſita unum, quod eſt ſcitu dignum, ſcilicèt, probari oportere talem cõem uſum loquendi uiguiſſe tpe conditi ſtatuti, alioqui nõ releuare probantẽ. ita Thom. Ferratius in caut.52.Et ad præcedentia vide Mar.Soc.iunio.in cõſ.6.nu.15.in cõſ.15.nu.22. & in conſ.35.nu.14.Attende tñ, qm̃ ex mente Alex.prædictum eſt, quamuis ſtatutũ ſit intelligendum ad literam, nullo attento extraneo intellectu, tñ non intelligi excluſam eſſe interpretationem, quæ prouenit à cõi uſu loquendi. tñ contrariũ decidit Roma.in ſingul.417.incip. cõis doctrina. idque ea ratione: quoniam communis uſus loquendi eſt extraneus intellectus. qua in re uide multas authoritates ibi addit. per Caſtil. quas gratia breuitatis non recenſeo.

87 Bar.in eod.loco, verſicu.quæro, inquit, propriam ſignificationem primò ab authoritate † ſumi debere. Adde Soc.in conſ.1.vbi infert ad notab.caſum. & Bal.in l.maximum uitium, col.2. C.de liber.præter.& in l.j.C.de ſucceſſ.edi.vbi ait, proprium ſenſum uocabuli eſſe, quẽ dat lex, non quem uulgus aſsignat. & in d.l.maximum, agit de propria & impropria uerbi ſignificatione. de qua uide plenè apud Iaſ.in l.qui ſe patris.C.und.liber. Aiunt etiam Doct. propriã ſignificationem à diffinitione accipi.l.j.§.appellata.vbi Alex.Aret.& Iaſ.ff.ſi cert. pet.Doct. in l.j.ff. de acq.poſſ.Bar.in l.vt gradatim.§.et ſi lege,& in l.ſi tibi pecuniam.ff.de muner.& honor.quan doque etiam à conſuetudine ſumitur, l.librorum.§.quod tamen Caſsius.ff.de lega.3.

Bart.

88 Bar.in eadem l.& col.versic.quartò quæro, utrum statuta † recipiant extensiuam interpretationem passiuam: examinat quæst.hanc,vt ibi per eum. Adde Anch. in c.canonum statuta,colu.56.de const.Alex.in cons.137.in 1.volu.& in cons.257.Circa dubitationem.colu.pen.nu.31.in lib.in quo primi & secundi uol.consilia continentur. in cons.53.in 3.uolu. & in consilio 76.Visis dubitationibus,in 5.vol.& in cons.36.nu.2.& 12.in 6.uolu.& in cons.62.in 7.volu.

89 Paul.de Castr.in cons.314.Card.in cons.72.Aretin. in cons.25. Et vbicunque statutum † de vno casu ad alium extenditur, subintelligendum est, id fieri posse in proportionabilibus tantùm, & quatenus unus casus alteri adaptatur, secundum Alex.in cons.106.colu.4.in 3.vol. & quando subest eadem ratio, non solùm ipsa lex,sed etiam si casus exceptus est, extendi potest. glo.est not.in l.j.C.de cond.indeb.& est tex.in cap.cùm dilecta,de confir.vti. uel inutil.Abb.in c.cùm omnes,col.5.de constit. Item fieri potest extensio ad casum, qui sub lata significatione vocabuli continetur, quando militat eadem ratio. Soc.in cons.108.col.penul.in tertio volu.fit etiam extensio ad casum similem, quando magis cõsideratur effectus, quàm modus implendi. Soc.in cons.58.in 1.volu.quod intellige uerum esse, etiam in ijs, in quibus sui natura prohibetur extensio,quando casus est omninò similis,& idem effectus est utriusque; alioqui verò,si aliqua esset inter eos dissimilitudo.glo.est not.in c.1.in uoce Italiæ, de temp.ordin.in 6.& plenè de hac materia extensionis,vide apud Feli.in c.pastoralis,in princ.de rescrip.& Imol.& alios in l.si verò.§.de uiro.ff.solu.matr.Feli.in c.postulasti,de rescrip. Dec.in l.factum suum.§. in pœnalibus.ff.de regul.iur.& in cons.71.& in cons.333.& Ias.in l.si constante.ff.solu.matri. Attende

90 tamen,quòd etsi licita sit extensio † de uno casu ad alium ex identitate rationis, tamen hoc locum non haberet,quando ille casus legem haberet contrariam. & ita intelligitur id,quod habetur in c.in nostra,de iniur. hæc Abb.in c.translato,in fi.de consti. Rursus non fit extensio in dispensationibus,etiam si subsit eadem ratio. Feli.in d.c.postulasti,num.41.cum seq.Cessat quoque ista interpretatio extensiua,vbi cautum esset, statuta ad literam, prout iacent, esse intelligenda.Ias.post alios,quos refert in l.non dubium.C.de legi.& in cons.55.in 1.volum. Sed animaduerte,quoniam contra prædicta videtur facere,quòd ea rationis est uis & potentia,ut anima legis appelletur. & ideò ubi ratio militat,ibi lex disponit non ui interpretationis extensiuę, sed intellectiuæ, ut docuit Alexan.in cons.129.in 7.volu.Dec.in cons.372.Visis, & diligenter

91 consideratis. & Soc.in cons.30.in 1.volu. & magis attendenda † est ratio legis, quàm ipsa lex, secundum Gemin.in cap.vbi periculum, de elect.in 6. & ideò Alexand.in cons.75. in 5.volu. & in cons.36.in sexto vol.affirmat,casus omnes, & quascunque personas in statuto complecti quando militat eadem ratio: quoniam ita omnes deciduntur à lege, sicut species sub genere comprehenduntur.Quinimmo iureconsulti usqueadeò rationis potentiæ tribuerunt, vt uelint illam procedere,etiam si ratio in statuto non foret expressa, sed unica tantùm reddi potest, vt

✱ de hoc est glo.* comm.appro.in l.quamuis.C.de fideicomm.Dec.in d.cons.372.Feli.in d.cap. translato,in fin.de constitu.Alexand.in cons.129.in 7.uolu.& Soc.in cons.35.col.2.in primo volu.& quamuis contrarium sentiat Raph.Cuma.in cons.97.dicens, quòd si hoc uerum esset, omnia statuta extenderentur contra communes regulas: tamen durum esset recedere à tot & tantorum patrum sententia. id,quod eorum opinioni reluctatur,qui in multis casibus interpretationem extensiuam reijciunt. nam,si casus sub ratione,sicut species sub genere continẽtur, & propterea illa re uera non dicatur esse interpretatio extensiua,sed intellectiua, cessat funda-

92 mentum intentionis eorum. tamen cogita. Denique scias extensionem † passiuam semper locum habere,quando procedit ab aliqua regula iuris communis.l.j.ff. de muner. & honor.l.j.§. lex Falcidia,cum ibi not.ff.ad leg.Falc.Bar.in l.si quis seruo.C.de furt.

93 Bar.in d.l.omnes.colu.21.in princ.ait, statutum † relinquendum esse dispositioni iuris communis in casibus non decisis. Vide Alex.in cons.88.& in cons.137.in primo volu.in cons.65. & in cons.192.nume.3.in sexto volu.& in cons.227.& cons.249. eodem uolu.Soc.in consil. 150.col.24.versic.Postremò.Anchar.in c.canonum,colu.76.de const.Bar. in cons.154. Aret. in cons.97.in fine.in cons.109.in cons.126.& in cons.163.colu.quinta. Bart.in l.liberorum,

col.5.ff.de verb.signific.Bal.in l.j.§.1.ff.de feri.& Iaſ.in auth.Præterea.C.vnd.uir & ux.& Doc. in l.ſi uerò.§. de viro.ff.ſol.matr.

94 Bart.in eadem l.& col.verſicu.iuxta prædicta quæro,diſputat, utrum ſtatutum † extendatur, vt caſus decidat à contrario ſenſu. vide Alex.in conſi.159.in lib.in quo primi & ſecundi uolu. conſilia continentur.in conſi.7.col.pen.in 5.volu.in conſi.142. Viſo proceſſu. in ſexto vol.& in conſi.10.nu.4.in 7.vol.Abb.in conſi.75.in 1.vol.in conſi.42.colu.fin.& in conſi.113. & in conſilio 117.in 2.volu. Præpoſi.in cap.humanum.colum.4.diſtinct.1.Ana.in conſi.23. in fine. Aret.in conſi.27.colum.fi.Capr.in conſilio 62.colum. penul.Roma. in conſi.11.& in conſilio 399. Soc. Plenè in conſi.81.colum.3.in primo volu. Barbat.in conſi.38.colum.fin.in 3.volu. glo.& doct.in cap.vnic.de ętat.& qual.in ſexto.glo.in verbo,obſeruare,& ibi doct.in Clemen. prima.de ſent.excomm.Alex.& modern.in l.j.§.huius rei.ff.ſi cert. pet. vbi eſt locus proprius. Curt.in conſi.16.& in conſi.35.num.24. Dec.in conſi.283.& in conſi.364. Felin.in cap.1.in addit.ad princ.opus Abb.in decretum, nume. 8.& plenè,atque ordine congruo in cap. ſignificaſti,nume.15.vſque in fi.d.cap.de for.compet. Iaſ.in l.properandum.§.ſin autem alterutra. C.de iudic.vbi ait, etiam ſi argumentum à contrario ſenſu in ſtatutis locum non habeat,hoc tamen non procedere quando ſtatutum in ſenſu directo nihil operaretur: quoniam tunc licèt hoc ſumere argumẽtum etiam ad correctionem iuris communis, ne ſtatutum reddatur inane. Hoc idem ait ipſe Iaſ.in l.re coniuncti.nu.151.ff.de leg.3.

95 Bar.in eadem l.& col.verſic.vlteriùs quæro, diſputat an ſtatutum † ad caſum fictum extendatur. Vide Alex.in l.ij.§.adoptiuum.ff.de in ius uocan.in l.tranſigere. colum.6.C. de tranſac. & in conſ.224.Proſpectis ijs. & in conſi.257.in lib.in quo primi & ſecundi uolu. conſilia continentur,in conſ.40.in 3.volumi.in conſi.62.nu.14.in 4.volu.in conſi.51.& in conſi.79. num. 7.& in conſilio 112.num.13.& in conſi.207.in ſexto vol. idem Alexand.in l.prima.§. lex Falcidia.ff.ad leg.Falcid.& in l.j.colu.antepe.num.41.ff.ſi cert.peta.& in l.prima.§. hoc etiam, & ſeq.ff.ad Trebell.Abb.in conſi.30. in primo dubio. in 2. volu. Anchar.in cap.canonum,colu. 90.de conſtitu.Mari.Soci.iun.in conſi.3.nu.27. & in conſi.20.num.25.& omninò Feli.in cap. inſinuatum,de ſimon. Ad prædicta accedat Bald.in l.iij.§. hæc uerba.ff.de nego.geſt. in l.ſed ſi hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius uoc.& in rubr.C.ad Trebell.& in cap.ſedes Apoſtolica,de reſcript. Abb.in cap.in noſtra.de iniur.in cap. cùm dilectis, & in cap. ad audientiam,de cleric. non reſid.Rom.in l.hæreditas.ff.de vſucapio.& pleniſsimè Alex.& Iaſ.in l.qui ſe patris.C.vnd. lib.Iaſ.in l.j.§. bonorum.ff.ad Trebell.vbi ait, ſtatutum habere locum in caſu ficto, quando caſus uerus & caſus fictus æquiparantur. idem ait Ial.in l.j. num.45.ff.de vulg.& pupill. & Feli.in c.cum inter,col.3.de re iud.quare autem ſtatutum communiter locum nõ habeat in caſu ficto, vide apud eundem Iaſ.in l.ſi ab hoſtibus.ff.ſol.matr.

96 Barto.in d.l.colu.antepe.verſic.quid de tempore, tradit, an ſtatutum † per uerba præſentis, aut præteriti temporis promulgatum,trahatur ad futura. De hac re uide Feli. Dec. & alios in c.ſi.de conſti.& quæ poſui ſupra.

97 Bart.in eadem col.verſicu.vltimò quæritur,tractat, quid operetur ſtatutum † diſponens,ſtatuta omnia interpretationem,gloſſationem, uel extraneum intellectum recipere non debere. Adde Alex.in l.poſt aditam.C.de impuber.& in conſi.80.num.10.in primo volu.vbi ait communem eſſe opinionem à tali ſtatuto iuſtam, & legitimam interpretationem non excludi. et ideò, ſi abſonus aliquis intellectus, uel contra aliud ſtatutum ſequeretur, tunc ſtatutum hoc non militaret. argumento glo.in cap.ſi delegatus,in uerbo abeſſe,de offic.deleg.in ſexto.vide Paul.de Caſtr.in conſ.198.colu.3.in fin. & interpretationem illam non eſſe reſpuendam, qua mediante ſtatuta ſibi inuicem non reluctantur, docuit Alex.in conſi.29. in 3.volu.& Bald.in l.

98 ſi duo,in fi.C.per quas perſon.nob. acquir.& quæ interpretatio † admittatur, uide apud Bald. in l.ſi quis filium.C.de liber.præter.Cor.in conſi.331.in primo vol.Præpoſi.in c. conſuetudo, 1.diſt.vide eundem Alex.in l.j.col.4.ff.ſi cert.pet.vbi multas authoritates ad rem hanc facientes adducit. Anchar.plenè in cap.canonum, de conſtitu. Cardina.in conſi.72.in tertio dubio.

Barb.

Barb.in cap.cùm.M.in fi.de constit.Capr.in consi.98.colu.pen.& fin.Aret.in consi.109.& in consi.145.Curt.in consi.6.colum.3.Cæpol.in consi.14.Barba.in consi.21.colum.2.in primo volu.& in consi.51.colu.32.eodem volu.& in consi.7.colu.13.in 2.volu.& in consi.38.volu. seq.colu.5.eodem volu. Bald.in consi.22.in 4.volu.Felin.in cap.2.nume.21.de rescript.& in capitulo translato,colum.5.de constit.& Præposit.in cap.erit autem, colu.1.distinct.4.Adde,

99 quòd quamuis huiusmodi statuta † nullam extensiuam interpretationem recipiant, vt ait Ias. post alios in l.non dubium. C.de legi. tamen recipiunt congruam & laudabilem interpretationem. Ias.in l. si quis in conscribendo . C. de pact. Item à communi vsu loquendi interpretantur, & declarantur; quia communis vsus non est impropria significatio . Alexand.in consilio 211.in sexto volumine. tamen, vt dixi in præcedentibus lucubrationibus, in quibus egi de communi vsu loquendi, dicitur extraneus intellectus, & ideò ab hoc statuto reijcitur: vt per Roma.in singu.417.cum ibi addit. & ut ibi dixi . Et uigore huius statuti nullam admitti pasiuam, vel extensiuam interpretationem,ait Ias.in consi.50. in primo volu. & de hoc statuto vide Ias. in rubrica.ff.de oper.nou.nunciat.colu. 2. & omninò Curt.in consi.9.nume.25. Raph.Cuma.in consi.126.in fin.& in consi.136. Bald. in l.fin.colum.9.C.de hæred.instituen. Alexand.in consilio 80. in primo volumine . Item vbi est clausula decreti, ibi non admittitur interpretatio . Imol.in l.ex facto.ff.de vulgar. & pupillar. & Barbat. in repet. rubricæ . de fide instrumen. fol.18.

100 Barto.in eodem loco,versicu. Aut statutum disponit difformiter, ait,ubi non cadit aliquod ius formatum, † vnde actio oriri possit, tunc agi debere condictione ex illa lege municipali. Adde Alex.in l.j.col.11.versic. Hanc conclusionem limito.ff.de leg.1. & in consi.55.col.1.in 1.vol.Curt.in consi.30.col.3.in fi.

101 Barto.in eadem.l. colum.penult.versicu. Circa secundum, examinat, an statuta † sint producenda, quemadmodum etiam instrumenta producuntur. concluditque ea produci non debere, quando publicè nota sunt, & in volumine statutorum inserta, adeò, vt eorum non sit probabilis ignorantia. Tu uerò attende hoc Bartoli documentum, cui reluctantur trad. per eundem Barto.in l.j.columna quinta.versic.Iuxta prædicta.ff.si certum pet.vbi ait, testem, qui dicit Christum natum fuisse Augusto Cæsare imperante, & interrogatus de causa scientiæ, euangelium citat, non probare, nisi euangelium ostendatur. nam in eo casu pariter sicut, & hìc, non est probabilis ignorantia. Et si uis aliquid scire de natiuitate Christi, vide in Martiniana anno 42. Octauiani Augusti, & apud Alber.in suo dictionario, in uoce Cæsar, vbi habetur Christum conceptum fuisse ex Beata Virgine existente annorum 12. Angelo nunciante VIII. Kalend. April.Feria VI. & natum feria.i. baptizatum autem fuisse VIII. Idus Ianuar. feria 2. vixit annos XXXIII. & menses III. post passionem verò Beata Virgo vixit annos viginti in domo B.Ioan. Euangelistæ, & fuerunt anni eius LXIIII. De re autem proposita vide plenè Felin.in capitulo primo de re iud.Cardin.in consi.61.in fin.& in consil.seq.colu.3. in tertio dubio.& Aret.in consi.154. colum.1.& adde Barto.ibi in colum.fin. versicu.aut sunt statuta non sic publicè nota. adde Alexand.in consi.82.colu.2.in 3.volumi.& in l.prima.C.ut quæ desunt aduoc.

102 Postquàm hìc agimus de materia statutorum, operæpretium est intelligere, an statutum † possit unum pro alio obligare, & pœnam iniungere. exempli causa; si banniti à prouincia, confinia prouinciæ ingredi audebunt, puniantur in mille, cuius exactio pœnæ fieri possit contra eorum proximiores . qua in re quanuis dicendum uideretur,unum pro alio teneri non debere, vt habetur.C.ne fili.pro patr. & ne ux. pro marit. & huic sententiæ faueat Diuinum illud documentum ; Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Tamen apud iuris interpretes uera est conclusio, statuentes propter bonum publicum iuribus priuatorum derogare

103 posse. Et ideò uoluit Ange.in consi.63. Nobilis, statutum † Senarum ualere, quo cautum erat, si banniti relegati non seruarent certos confines; pœnam mille ducatorum exigi posse à coniunctis, usque ad quintum gradum per lineam masculinam. Et ad hoc Ang.documentum

accedit Alex.in conſi.190.uel 193.Maturè,col.3.uerſi.dico,in 2.uol.ubi multas attulit autho ritates ad rem facientes. Et ratio eſt, ut banniti à delictis retrahantur non ſolùm propter ſalutem propriam, uerumetiam agnatorum. Item,ut ipſi coniuncti totis uiribus nitantur ne agnatorum quiſquam delinquere audeat.

104 Hinc etiam traditum eſt, Florentinum ſtatutum † iuribus eſſe ſubnixum, diſponens uno ex agnatis delinquente, cæteros obligari: ita Ioan.de Plat.in l.iure prouiſum. C.de fabricenſ.lib. 11.Et de hac re latiſsimè agunt Barba.& canon.in c. cognoſcentes, de conſt.ubi Dec.num.4.

* teſtatur hanc eſſe * communem.Alex.in l.ſæpe,nu.12.ff.de re iud.Hippol.in l.infans,de ſicar. Roch.Curt.in c.fi.de conſue.& Barb.in dicto cap.cognoſcentes,col.2. refert Bal. & Anch. tenuiſſe, ſtatutum Florentinum ualere, quo cautum erat agnatos eorum, qui occiderunt ambaſciatores pro rebellibus habendos eſſe, & eorum bona publicari debere, niſi infra annum exhiberent occiſores uiuos, uel mortuos. Et ita in facti contingentia ſeruatum fuiſſe teſtantur. Et multum ad rem facientia docuit Dec.in conſ.64.licèt ipſe quendam Princiuallum excuſet alijs argumentis.Poſſent multa alia aggregari, quæ breuitatis cauſa omittuntur:quare hęc omnia in caſu propoſito urgent, ut pax & quies reddatur Prouinciæ. Et ita ſeruatum fuit in contingentia facti in Prouincia Marchiæ Anconitanæ,dum ibi eſſem Gubernator generalis.atque huiuſmodi conſtitutioni ſapientes, qui Romæ tunc iuſſu Papæ incumbebant regimini totius ſtatus Eccleſiæ conſenſerunt, Sedente Pio V.Pont.Max.

105 Bar.in ead.l.in fi.quærit,an totum uolumen † ſtatutorum edendum ſit, an uerò illa pars ſtatuti, quæ adducitur? vide tu Feli.in cap.1.col. penult. nume.52.de probat.& Iaſ.in rubrica.ff. de oper.no.nunciat.

Summarium in l.ius pluribus.ff.de iuſt.& iur.

1 *Ius quid ſit,& quid iuſtitia.*
2 *Iuſtitia eſt ſumma uirtus quæ iura diſtribuit.*
3 *Juſtitia quæ adeo mirabile bonum eſt, reddenda eſt unicuique ſine ulla perſonarum exceptione.*
4 *Magis tolerandum eſt quodlibet ſcandalum,quàm quod ueritas & iuſtitia relinquatur.*
5 *Clementia in quocunque Principe laudabilis eſt.*
6 *Partes an poſſint conſentire, ut iudex in alieno territorio ius dicat.*

Bar.in l.Ius pluribus.ff.de iuſt.& iure.

1 Bart. in d.l.Ius pluribus,tradit quid ſit Ius, † & Iuſtitia, & reliqua,ut ibi per eum. Vide ad rem hanc tex.in c. ius generale,& in capitulo humanum genus,diſtinct.1.Præpoſi. in capitulo cum omnes,columna ſecunda. eadem diſtinct. Alber.in proœm.ff.nou.& ff.de origin.iur.vbi habetur de ſignificatione huius uocis, Ius, & de ipſius origine. Aret.in conſi.76.colu.fin. aliquid apud Barb.in c.2.colu.3. de off.deleg. & unde unumquodq; Ius originem traxerit, vide apud Feli.in c.canonum ſtatuta.col.1.& 2.de conſt. Et quot ſint nomina iuris uide apud Bart. in l. quod dicitur. ff. de impen. in reb. dotal.fac. Et quid ſit ius,& multa ad rem facientia, uide apud Abb.in c.fi. de conſuet. Quid uerò ſit Iuſtitia,habetur in §.1. in auth. ut omnes obed.iud.

2 prouin.ubi ſcriptum eſt,Iuſtitiam † eſſe ſummam uirtutem,quæ iura diſtribuit.vide Bart.in l.j. C.de dignit.lib.12.& tex.not.in c. cùm deuotiſsimam,12.q.2.Seneca de copia uerborũ, aliàs in lib.de quatuor uirtutibus, ait,Iuſtitia eſt tacita naturæ conuentio in adiutorium multorum inuenta.Et ſubiungit,iuſtitia non eſt conſtitutio noſtra,ſed diuina lex,& uinculum humanæ ſocietatis:in hac non eſt,ut exiſtimes quid expediat,niſi quicquid illa dictauerit.& reliqua,ut ibi. quæ omnia ſunt memoratu digniſsima.Et de hac re uide Archid.in c.decet,de immun.eccl.in 6.& Aegidium omninò de regimine principũ.c.12.& B.Auguſt.in lib.2.de Ciuitate Dei.c.21. & in lib.4.cap.4. Et Iuſtitia. ſecundum Philoſ.eſt anima ciuitatis.& ideò habita iuſtitia.omnes aliæ uirtutes habentur,ſecundum B.Ambroſ.in exameron. vbi ait: Vbi prudẽtia,interdum eſt malitia: ubi fortitudo, ibi iracundia: vbi temperantia,ibi impietas: vbi autem iuſtitia,ibi omnium

nium aliarum uirtutum concordia est. Proinde Augustinus in lib.4. & 10.de Ciuitate Dei, inquit: Amota iustitia,regna magna sunt latrocinia,& posita iustitia,etiam tyrannides sunt iusta regna.Et hac de re uide multa scitu digna apud B.Thom.in lib.de Regimine dominorum, seu de quatuor uirtutib.in princ.Iustitia uerò 12.abusionibus sæculi opprimi solet, quas tradit Cyprianus in lib.12.abusionum sæculi. quæ sunt hæc. Sapiens sine operibus, senex sine religione, adolescens sine obedientia, diues sine eleemosyna, fœmina sine pudicitia, dominus sine uirtute, Christianus contentiosus,pauper superbus, Rex iniquus, Episcopus negligens,plebes sine disciplina,populus sine lege. Hęc habentur apud gl.in Clemen.1.§.quia uerò,
3 de stat.monach. Iustitia igitur † quæ adeò mirabile bonum est,reddenda est unicuique sine ulla personarum exceptione.c.nouit.§.sed forsan,de iudic.In iudicijs enim nihil debet locum habere,nisi sola iustitia.l.eos.§.1.C.de appell. Et ideò multùm aberrant iusdicentes, qui nonnun quam quibusdam causis adducti,quas ipsi putant ad humanam prudentiã pertinere, deflectũt à tramite ueræ iustitiæ,& inde multa mala proueniunt.tantæ enim dignitatis est ipsa iustitia,ut ea nullo alio intuitu sit utendum, nisi ut fiat ius, etiam si mundus periclitaretur, secundum Sapientis illius sententiam, qui tanquam è sublimi specula clamitat: Fiat ius, & pereat mundus. alioqui multa mala oriuntur; quoniam iudices sine lumine iustitiæ à uia ueritatis declinarunt.
4 itaque magis tolerandum est quodlibet scandalum, quàm ueritas † & iustitia relinquatur. c. qui scandalizauerit,cum gl.de reg.iur.Et ad hoc uide omninò quæ pono in l.j.ff. de offi. assess. nec ullo pacto timendum est in administranda iustitia: nam lux oritur iusto,& iustum deducet Dominus per uias rectas.Sap.c.10.hæc enim est illa ueritas iustitiæ, quæ nunquam est deserẽda,ut habetur in gl.not.in d.c.qui scandalizauerit,de reg.iur.vbi agitur de triplici ueritate.ista tamen veritas iustitiæ est lenitate misericordiæ temperanda.c.disciplina.c.omnis,& c. vera iu
5 stitia.45.dist. Clementia enim † in quocunque principe laudabilis est: quia ei quodam iure peculiari ascribi solet.l.imperialis.C.de nupt.& l.j.C.de sum.Trin.id quod dicitur etiam de ijs, qui principum uices agunt.Dec.in consi.690. in fi.sed eam potissimum ecclesiastico principi conuenire docuit Oldr.in cons.47.ubi scribens ad summum Pont.in re proposita affert exempla memoratu digna.Quomodo autem fieri debeat hoc temperamẽtum,& qua statera uti debeat Iudex,ut fines iustitiæ, & misericordiæ non egrediatur,uide bonam glo.in d.c. omnis, & Albert.Brun.in consi.28.& Dec.in consi.451.in fi. & ueh ciuitati illi, & regno, ubi hæc ueritas iustitiæ,& misericordia non inueniuntur, ut legitur Oseæ.4. ibi,non est veritas, neque misericordia,& non est scientia Dei in terra,maledictio & mendacium inundauerunt; propterea lugebit terra,& infirmabitur omnis,qui habitat in ea. Et de hac eadem veritate iustitiæ habetur Machab.7.non est in eis veritas,neque iudicium,transgressi enim sunt constitutum & iusiurandum. & Isai.59. conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit: quia corruit in platea veritas,& æquitas non potuit ingredi. Hinc dixit Dominus Moisi. Exod.17. Elige ex omni plebe uiros sapientes,timentes Deum, in quibus, sit veritas.s.iustitiæ. Veritas enim hæc illa est,quæ uincit, & inualescit, vt legitur apud Specul.in tit.de aduoca.§.6. versic. aduocatus igitur. & habetur in c.consuetudo,8.dist. & qui hanc iustitiæ veritatem occultat, iram Dei super se prouocat.cap.quisquis.11.q.3. Tria verò sunt,quæ talem ac tantam uirtutem impedire solent: Carnalis amor, timor,& auaritia.c.accusatores.3.q.5.& c.Episcopus.25.q.6.
6 Bar.in ead.l.in fi.quærit, nunquid possint partes † consentire, vt Iudex in alieno territorio ius dicat. de hac re. vide plenè Alex.& alios in l.fi.ff.de iurisd.omn.iud.vbi est locus proprius.

Summarium in l.j.ff.de leg.

1 *Lex quid sit.*
2 *Leges humanæ propter varietatem temporum aliquando immutari solent.*
3 *Id quod à lege permittitur etiam in foro conscientiæ licet.*
4 *Primi legum autores qui fuerunt.*
5 *Lex humana à Deo non prouenit.*

6 *Finis*

6 *Finis humanę legis est pax humani generis.*
7 *Sacrorum canonum contemptores in spiritum sanctum blasfemi deprehenderentur.*
8 *Ea quæ Dei tantum iudicio reseruantur, solus Papa potest diffinire.*
9 *Papa solus causam fidei decidere potest.*
10 *Papa fidei firmamentum appellatur.*
11 *Exosculatio pedum Ro. Pontificis mos est antiquus.*
12 *Electores Imperatoris ex decreto Gregorij Papæ quinti constituti fuerunt.*
13 *Ille qui à Papa ad concilium appellare audet hæreticus dicitur.*
14 *Vacante imperio Papa in iurisditione succedit.*
15 *Papa in feudum potest concedere non solum ea quæ sunt apostolatus sui, sed etiam res quæ sunt aliarum omnium ecclesiarum.*
16 *Excommunicatus non potest à concilio dispensari, quia Romano Pontifici reseruatus est.*
17 *Ignorantia quæ sit punienda, & quæ non.*
18 *Probabilis ignorantia quæ sit, & an & quando excuset à pœna.*
19 *Ignorantia an & quando excuset, & quando non.*
20 *Ignorantia in facto proprio probabilis non est.*
21 *Quæ forma sit seruanda in condendis legibus.*
22 *Mulieres de consilio esse non possunt neque in ferendis constitutionibus interuenire debent.*
23 *Mulieribus interdictum est officium prædicandi.*
24 *Mulier dicitur à mollicie & inconstantia.*

Bar. in l. j. ff. de legib.

1 Bar. in hac.l.j. colligit ex isto tex. quid sit lex.† Tu uerò in proposita re scias, Cicer. in lib. de Rep. ad quem accedit Lactantius, in lib. 6. cap. 7. ita legem definisse: Lex est recta ratio naturæ congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, quæ uocat ad officium iubendo, aut uetando à fraude deterret: ac in summa, ut idem inquit Cicero in lib. de legib. uitia emendat, uirtutesque commendat. Attende tamen, quoniam ista definitio soli Diuinæ legi congruere uideretur, & ijs, quæ de fide, aut de uniuersali statu ecclesiæ constituuntur: quæ omnia sunt immutabilia. c. sicut. 15. dist. c. Anastasius. 19. dist. glo. in c. proposuit, de concess. præben. & est text. in c. maiores. 24. q. 1. in c. quæ ad perpetuam, in c. sunt quidam, & in c. contrà. 25. q. 1. Cæterùm,
2 quia leges † humanæ de quibus agimus, propter uarietatem temporum quandoque mutari solent. c. non debet, de consanguin. & affinit. iccircò alia eiusdem Ciceronis definitio fortasse magis ad rem faciet. ſ. Lex nihil aliud est, nisi recta & à numine Deorum tracta ratio imperans honesta, prohibens contraria. Hæc ille in Philippica. 11. Quæ quidem difinitio optimè comprobatur ex ijs, quæ habentur in gl. 1. in fi. in l. 2. ff. eod. tit. de legi. legum autem inuentorem & sempiternum authorem, esse Deum ipsum, extra quęstionem est. & ideò dicitur, legislatores à Deo ipso proferendi leges licentiam accepisse, easque per ora Principum diuinitùs promulgari. l. fi. & ibi Albe. C. de præscrip. long. tẽp. & in auth. ut hi, qui oblig. se hab. perhi. res. min. *in prin.*
3 Feli. in c. quarto. de testi. Hinc traditum est, id, quod à lege † permittitur, etiam in foro *conscien*tiæ licere, ut uoluit. B. Thom. quem refert & sequitur Flor. de. S. Petro, in l. ex parte habes. §. fuę libertatis. ff. famil. ercisc. ad hæc accedit Bald. in l. adigere. §. quanuis, in glo. 1. ff. de iur. patr. & Matth. de Afflictis, in trac. de iure prothomiseos, in rubrica. nu. 8. atque ideò infertur, legis trãsgressores in peccati reatum incidere, & propterea iustè captum fugiẽdo peccare docuit Dec. in l. quod à quoquam pœnæ nomine. ff. de reg. iur. ubi alia quoque exempla scitu digna cõmemorat. Et plenè de hac re habetur apud eundem Dec. post Abb. Feli. & alios, in c. nam concupiscentiam, de const. & apud Abb. & Feli. in c. 1. de treg. & pac. & trad. in c. 2. de maio. & obed.
4 Sed legum, † quarum inuentio hominibus tribui solet, qui nam fuerint primi authores, dubitatum est apud ueteres; si quidem Athenienses eas inuenisse aiunt Cecropa; Argiui phoroneũ; Cretenses Minoa, atque Rhadamantum: Lacedæmonij Lycurgum: Aegyptij Mercurium

Nili

Nili filium: Perſæ Zoroaſtrem: multi alij Cererem,alij Draconem,alijque Solonem eas reperijſſe, & tuliſſe Athenienſibus prodiderunt. Cæterum Romanas, quibus utimur leges,fuiſſe à Solone Athenienſibus permulgatas,ab eisque Romanos illas accepiſſe traditum eſt à Pompo nio,& Liuio.Ad quod uideatur etiam.l.2.ſupra de orig.iur.& c.fuerunt.prima diſt.Redeundo autem ad rem propoſitam,ſcilicet,quid ſit lex,Reſpon.Legem eſſe ſermonem quendam ſecundum communem concordiam ciuitatis,quo monemur quõ oporteat agere ſingula,ſecundum Philoſ.in epiſt.quadam ad Alexandum.Nec reprehenſibile eſt,tùm Philoſophi,tùm Ciceronis, tùm ẽt aliorum prudentum authoritates afferre,cùm id fieri debere ipſorum iureconſultorum doceamur exemplo.l.ſeptimo menſe.ff.de ſtat.hom.l.ſi pater.ff.de ſolu.& l.j.ff.de contr.empt. ſed.B.Thom.in 1. ſecundæ q.20.artic.4. aliàs.2.inquit, Legem eſſe quandam rationis ordinationem ad bonum commune,& ab eo,qui curam habet ciuitatis,promulgatam.Pulchra de legibus vide in epiſtolis Senecæ ad Lucillum,lib.12.epiſt.2.colu.5. Et an lex tranſlata fuerit de græco in latinum ſermonem,Bar.in l.j.ff.de excuſ tut.& plenè Feli.in proœm.Decretal.Et quo ordine fieri debeat lex,vide Bar.in l.humanum.C.de legi.ſed præcedentibus refragatur: nam
5 uidetur dicendum,Legem † humanam à Deo non prouenire, cùm ipſa quandoque impunita relinquat,quæ à lege Diuina puniũtur;ut eſt ſola cogitatio.l.cogitationis.ff.de pœn. quæ tamẽ ab Euangelica traditione damnatur. Qui enim uiderit mulierem ad concupiſcendum, ſtatim mœchatus eſt in corde ſuo.Matth.6.& c.ſicut enim,32.q.5.Reſpon.legem humanam, quæ ſit iuſta,proculdubio à lege Diuina prouenire,ſecundum.B.Aug.de libero arbitrio.libr.1.ubi ait: in temporali lege nihil eſt iuſtum & legitimum,quod non ſit ab æterna lege. ſed finis humanæ
6 † legis,eſt pax humani generis,ut habetur in proœm.Decretal.§.ideoque lex.& in c.factæ ſunt autem. 3.diſt.finis uerò Legis Diuinæ eſt pacificatio humani generis quò ad Deum. proinde lex humana non punit,niſi ea,quæ ſuo fini contraria ſunt,id eſt,hominũ paci. Et ideò rectè fuit ſuprà concluſum,leges humanas,ſi iuſtæ ſunt,obligare tranſgreſſores in foro cõſcientiæ, ut ait Alex.in conſi.65. in 6.uolu.idem tradit.B.Thom.in 1. ſecundæ. q.196. Nam inquit Dominus prouerb.8.Per me Reges regnant.facit,Epiſt.inter claras.C.de ſum.Trini. de qua re. uidẽdus eſt etiam Iaſ.in rub.ff.de acq.hæred.& ideo dum lex fertur,diſputare licèt,an bene,an malè cõ ſtituatur: ſed poſtquàm lex eſt lata,non de ipſa lege,ſed ſecundum ipſam iudicandũ eſt.Quomodo ẽt iuſtæ dicantur eſſe legum ſanctiones,habetur in c.erit autem.4.diſt.& per totã illã diſtinctionẽ:& ab illis tot & tanta procedunt beneficia, ut à ſapiẽtibus acceptum ſit, Principem, leges ſubditis dando,maiora eis ac meliora tribuere,quàm ſubditi ſuo Principi præbeãt, etiam ſi ei regnũ ipſum & diuitias tradidiſſent: ut eruditè docuit Io.de Lign.in tract.de amicitia,in §. De amicitia magnatum in ſubditos.Propterea quali & quanta ueneratione ſint leges cuſtodiẽ dæ, tanquam ad conſeruãdam Rempublicam potiſsimùm neceſſariæ,ex eo uel facilè dignoſci poteſt,quòd neminem omnium,qui præclarum aliquid, ſancteque ſcriptum de Republica tradiderunt,dubitaſſe conſtat,leges, cùm ad beatam ciuium uitam, tùm ad ipſius ciuitatis diuturnitatem & gloriam plurimùm pertinere:nihilque eſſe, cui tantoperè ciuitatum ſalus inniteretur,quàm bonis inſtitutis,& legibus,ſi modo fuerit earum mens,atque poteſtas, ſapienter, integreque adminiſtrata.Et ideò fermè omnes ualidiſsimę illæ Reſpublicæ,quæ priſcis regnaue re temporibus,uel breui tempore imperarunt,uel tùm,cùm maximè florerent, præcipites ceciderunt,propterea quòd aut ſine legibus uiuerent,aut malas haberent conſtitutiones,aut bonis uterentur non bene. atque ita ſtetit earum imperium, quò ad uoluerunt, uoluerunt autem quò ad ſanctiſsimarum legum integras uires cuſtodierunt. nec tàm externis armis illarum extincta eſt gloria, quàm immoderata licentia ciuium, inteſtinis ſeditionibus, & interitu omniũ legum, & ſanctionum, quibus earum maieſtas & ſalus potiſsimùm innitebatur. Id quod ſatis documenti omnibus ſit,& præcipuè illis,qui uel ſine lege eſſe deſiderant, uel ſacras cõſtitutiones,ac uetuſtiſsimo & probatiſsimo uſu corroboratas contẽnunt: ut ſunt hæretici huius temp oris .ij enim,proh dolor, & ſacros canones, qui dignitate, ſanctitateque cæteris legibus antecellunt,& Romani Pontificis,ipſorum canonum conditoris, authoritatem ſpernere non uerentur.

rentur. Proinde tot,& tàm uariæ ſunt eorum ſnīæ,tàm repugnantes ſibi inuicem eorum ſunt uoluntates,ut ipſi ſibi ipſis nọn conſtent; & uix intelligi poſsit,quid uelint,quid cupiant, & q̄ ſit eorū intentio. Nec mirum,carent enim lumine ueritatis,& ideò per de uia iter arripiunt,ac in errorum foueas cadunt,poſteaquàm ab uſitato & infallibili ſanctarum legum tramite declinarunt,quibus tota Chriſtiana reſpublica per tot anteacta ſæcula fuit prudētiſsimè recta,& fœliciter aucta. Et ideò quàm impiè & impudenter agant, & quantùm laborent contra propria commoda,& ſalutem,diſcāt obſecro ab illarum urbium,& regnorum euerſione, in quibus iſti ſacrorum canonum contemptus, & conſequenter hæreticæ prauitates iam anteà uiguerunt. Nonne Florentiſsimæ illæ olim Orientis ciuitates poſt peruerſa Arrij dogmata ceciderunt? nonne amiſſa imperij maieſtate Græcia uirtutum omnium parens, poſtquàm à ſacris eccleſiæ conſtitutionibus,& ab obedientia ſe ſubtraxit Romani Pontificis, corruit? Africa agnito Pelagij crimine diruta eſt,& collapſa? Pannonia potens poſt labem Io.Hus,& Hier.à Praga, Turcarum tyrānidi eſt ſubiecta.&,ut recentioribus utamur exemplis,Germania,Gallia & Angliain quibus ſacri canones deſpiciuntur,quot & quātis diſcriminibus ſubiaceant,quantum ab inteſtinis bellis quotidie deſtruantur,iudicent omnes,& præſertim illi, qui hæc ipſa in dies experiuntur,non ſine bonorum gemitu ac lacrymis. Et,ut aliarū omnium prouinciarum obliuiſcamur,ſola nobis Gallia ſatis documenti ſit,Gallia inquam illa,quæ ſuperioribus temporibus Regem ſuum tanquam Deum colebat, nunc uero contra eum impudenter inſurgit;Gallorum hæreticorum acies etiam contra perſonam ipſius Principis inſtruuntur, crudeliſsimi fiunt conflictus & pugnæ cruentę,& denique Gallia Galliam deſtruit,ac propè ad nihilum redigit.Sic etiā Panor.in c.conſtitutis,de teſti.minatur ruinam Bohemiæ propter hæreſes, quæ deinceps ſecuta eſt.Et ideò infallibilis uidetur iſta ſententia,ubi hæreſes uigent, ibi deſtructionem eſſe ſubſecuturam.Prætereà hinc ualidiores fiunt infidelium in nos impetus:hinc iniuſtiſsimi Turcarum imperij proueniunt incrementa: hinc denique maiora & magis horrentia Chriſtianis in futurum pericula imminent,quæ uitari difficillimè poterunt,niſi omnes ab eiſdem ſanctis Eccleſiæ legibus gubernemur,& omnium fidelium ſit cor unū & anima una,atque inconſutilis illa Dei, ac Seruatoris noſtri tunica non ſcindatur: ut docuit Paul.1.ad Cor.dicens: Idipſum dicatis omnes,& non ſint in uobis ſchiſmata.hoc enim præceptum ſatis impleri nūquàm poteſt, niſi unus ſupremus ſit in eccleſia,cuius legibus & imperio fideles omnes coerceātur.& is eſt, Romanus Pontifex,ut concludit.B.Thom.2.ſecundæ q.1.art.10.cui conſentiunt trad.per Oldr.in conſi. 90.facit.cap.legimus.93.diſt. Hinc.B.Cyprianus in eos inuehitur, qui huic principatui detrahunt.affirmans,non aliunde ortas fuiſſe hæreſes,& nata ſchiſmata, quàm ex eo, quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur,nec unus in eccleſia iudex uice Chriſti cogitatur. hæc ille in epiſt.3.

7 Atque ideò ſacrorum canonum † contemptores in ſpiritum ſanctum blaſphemi deprehenderentur.c. violatores.25.q.1. quin eos etiam dignitatibus, & honoribus priuari iubet canon in c.nulli,ead.q.denique eos ut hæreticos à chriſtiana communione B.Gregorius putat arcēdos, ut habetur in ca. nonnulli,19. diſt. Extat ſuper eadem re grauis illa B. Hieronymi ſententia ad Damaſum,quæ relata eſt in c.hæc eſt fides.24.q.1.quantę autem authoritatis ſint hi *Doctores* Eccleſiæ,habetur in c.1.de reliq.& uener.ſanct.Accedit ad hæc tex.in c.1.22.quæſt.& in epiſt. liquet.C.de ſum.Trin.Proinde ſanctiſsimi Damaſus,& Leo,quorum alter ſecundum uniuerſale Concilium,alter uero quartum Chalcedonenſe apoſtolica authoritate firmauit,Omnia (inquiunt) decretalia prædeceſſorum noſtrorum ita ab omnibus Epiſcopis, & generaliter à cunctis ſacerdotibus cuſtodiri debere mandamus,ut ſi quis in illa commiſerit,ueniam deinceps ſibi nouerit denegari. Leonis uerò Epiſtolæ in quinto Concilio Conſtantinopolitano receptæ fuerunt,ut legitur in actione prima eiuſdem concilij, & in reſcripto Ioannis Hieroſolymitani. Agapetus Papa qui ſextam ſynodum uniuerſalem ſua authoritate firmauit,ſic ait; Omnes Apoſtolicæ ſedis ſanctiones accipiendæ ſunt tāquam ipſius Petri uoce firmatæ.Nicolaus Papa primus uniuerſalis Concilij iudicio ſanxit,ut anathema eſſet quicunque Decreta Romani Pontificis cōtempſiſſet.Sanctus quoque Adrianus Papa Reges anathematizauit, qui Sedis Apoſtolicæ

licæ Decreta uiolare præſumpſerint. hæc habẽtur apud Aymarum Archiepiſcopum Remeñ.
8 in lib.de Synodis,cap.3.ea enim etiam,quæ Dei † tantum iudicio reſeruantur, ſolus Papa poteſt diffinire,ita ut illud dicatur authoritate ipſius Dei factum eſſe,quod fit à Romano Pontifice.c.inter corporalia,cum gl.in uoce,Diuina,& c.quanto,ubi Panor.de tranſl.epiſc. nã & hoc Dei eſſe iudicium intelligitur,ſecundum gl.approb. in c.continua.11.q.1. id quod ea ratione confirmari poteſt: quoniam ſicut Epiſcopi, & eius Vicarij unum eſt tribunal. c.Romana, de appell.in 6.cum ſimil.ſic etiam de Chriſto cõcedendum eſt,ac de Romano Pontifice,qui eius uices gerit in terris.c.1.Vt eccle.benef.c.quanto,de tranſl.prælat.& c.1.21. diſt. & plenè habetur in extrauag. Vnam ſanctam,de maior.& obed.in ca.cuncta per mundum.9.q.3. in c.per uenerabilem,qui fil.ſint legit.Accedat ad hæc c. cum ex eo, de pœnit. & remiſſ.c. maiores,de baptiſ.& tex.in c.1.de homic.in 6.cum infinitis propè alijs ſacris conſtitutionibus, quæ breuitatis gratia prætermittuntur.Ad quas addendus eſt.B.Hieronimus in epiſt.ad Euſtochium,de uinculis B.Petri,vbi hęc ait: Chriſtus ſoli hanc poteſtatem Petro pœnitenti conceſsit, & negatus,quam ſolus habuit,Petro poteſtatem tribuit.& B. Bernardus hoc idem ſentit in epiſt.131. ad Mediolanenſes,dicens: plenitudo poteſtatis ſuper uniuerſas orbis eccleſias ſingulari prærogatiua, Apoſtolicæ ſedi donata eſt; qui igitur,huic poteſtati reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtit.hæc ille.Et ideò Panor.in c.uenerabilem de elect.ſic ait; Chriſtus non fuiſſet diligens pater familiàs,niſi aliquem uices eius agentem reliquiſſet in terris,qui ea omnia poſſet, quæ ipſe po-
9 teſt.Hinc eſt,quòd Papa ſolus † cauſam fidei (qua nihil eſt maius) decidere poteſt.immo in ſpecie ad eum eſt referenda.d.c.maiores,de baptiſ. & c.1.21.diſt. d.cap.hæc eſt fides.24.q.1.& c. rogamus,ead.cau.hoc idem confirmat B.Hieronymus in epiſt. ad Demetriadem uirginem,in cip.Inter omnes,dicens,illud te pio charitatis affectu præmonendam puto, ut.ſ.Innocentij,qui apoſtolicæ cathedræ ſucceſſor eſt,fidem teneas .idem apertiſsimè ſenſit B. Bernardus in epiſt. 180.ad Epiſcopos & Cardinales curiæ,& in epiſt.190.ad Innocẽtium Papã,dicens; Oportet ad veſtrum referri Apoſtolatum pericula quæque,& ſcandala emergentia in regno Dei: & præſertim,quæ de fide contingunt.cui enim alteri dictum eſt,ego rogaui pro te,& reliqua? ad quæ adde gl.Panor.& alios in c.quod tranſlationem.de off.lega. Proinde uidemus ante acta Concilia ſummum ſemper honorem canonum decretis,& eorum conditoribus detuliſſe. Legãt in 5. ſynodo Conſtantinopolitana,in interlocutione Mennæ Patriarchæ,ubi hæc à patribus illis dicta fuiſſe inuenietur: Non mirandum ſi ſuas etiam nunc magna ſedes Apoſtolica ſequitur ſanctiones: vnde,& nos ſequẽtes, quæ à ſanctiſſimo Papa in epiſtola,& reliqua,vt ibi. Ex quibus facilè intelligitur,ſynodum illam Romano Antiſtiti,& eius decretis plurimùm detuliſſe:ſimiliter quoque ex epiſtola Athanaſij,& aliorum Epiſcoporum in Alexandrina ſynodo commorãtium,ad Fœlicem.II. hæc habentur: Summã ueſtram petimus ſedem iuxta canonum decreta, ut inde auxilium capiamus, vnde anteceſſores noſtri ordinationes, & dogmata acceperunt. Octaua ſynodus doctrinam, & ſentẽtiam Apoſtolicæ ſedis recipiens,ita inquit: Quoniam ſequentes in omnibus Apoſtolicam ſedem,& obſeruantes omnia eius ſtatuta,ſperamus,ut in ipſa communione,quam ſedes Apoſtolica prædicat, eſſe mereamur: in qua eſt uera & integra Chriſtianæ religionis ſoliditas.hæc ibi in epiſt. Agatonis Papæ ad Conſtantinum Imperatorẽ, quæ recepta fuit à ſexta Synodo,hæc de ſede Apoſtolica inueniuntur. Eius authoritatẽ, ut putà Apoſtolorum Principis,ſemper omnis catholica Chriſti Eccleſia, & uniuerſales Synodi fideliter amplectẽtes in cunctis ſecutæ ſunt.In Concilio Vormatienſi patres illi dixerunt, ſe præceptis Apoſtolicæ ſedis eſſe inſtituendos. & propterea recitata Gregorij Romani Pont.ſentẽtia,in eam omnes unanimiter cõceſſerunt,ut legitur in geſtis illius Concilij,in cap.de baptiſmi ſacramento. In 3.concilio Toletano ſtatutum eſt,Romanorum Præſulum ſanctiones eſſe per quàm diligenter cuſtodiendas.Poſtremò Concilium Florentinum in diffiniendo Papæ principatui,ſacrorum canonum decretis potiſsimùm adhæſit.Ex quibus omnibus liquet,tùm vetera illa, tùm noua Concilia, canonum, & Romanorum Antiſtitum authoritati ſemper plurimùm tribuiſſe.Idque teſtatur Aymarus Archiepiſcopus Remeñ.in d.libro de ſynodis. ca.3. ad quæ

accedat

accedat tex.not.in c.nolite. 2. dist.& Epistola Nicolai Papæ ad Phocium Patriarcham Constãtinopol.quę fuit in 8.synodo confirmata & approbata.in qua quidem epistola,ut in 8.actione eiusdem Concilij continetur, ita scriptum est: Decretalia autem, quæ, à sanctis Pontificibus Romanæ ecclesiæ sunt instituta,cuius authoritate atque sanctione omnes synodi, & sancta Cõcilia roborantur,& inde stabilitatem sumunt,cur uos non habere, uel obseruare dicitis?& reliqua,ut habetur in c.Si decreta. 20. dist.Quare dicant ij,qui plus uolunt sapere, quàm oportet, & ideò à ueritatis ac ueræ lucis tramite declinarunt, qua ratione ducti, sacrorum canonum sanctiones contemnunt? Nam,cùm ad faciendam fidem non rationes solæ, sed authoritas etiã testium multum prosit,satis intelligere non possum,cur eorum,qui canones condiderunt, testimonium respuant:nam, cùm hæ demum personæ magnum testimonij pondus habeant, quas aut morum sanctitas,aut imperij potentia,aut multarum rerum scientia commendat; quid est horum, quod in canonum conditoribus non sit illustre? si scientiam requirunt, multos ex ijs, ut eruditissima eorum scripta testantur,profundissimæ scientiæ uiros fuisse nouimus: si morũ ac uitæ sanctitatem desiderant,multi eorum non solùm iusti,cõtinentes ac modesti, sed fortissimi etiam Christi milites religionis nostræ ueritatem non solùm subtiliter disputando, sed etiã fortiter moriendo defenderunt: & nunc martyrij sui constantia nobiles cœlesti beatitudine perfruuntur.Poterit ne autẽ cuiusquam intellectus concipere,eos,quos pietas ac religio quædam incomparabilis martyrio subiecit, ita fastu atque inani gloria elatos fuisse, ut non modò eam,quæ ad ipsos iure non pertineret,potestatem sibi uendicarint,sed ea de re sanctiones etiã, quas nulla unquam ætas delebit, impudenter ediderint, quibus exteræ quoque nationes per tot retroacta sæcula paruerunt.Quòd si morum sanctitatem ac doctrinam, quæ suadere solùm possunt,refellere non uerentur,potestatem,quia cogere potest,magis admirentur.quæ potest uel maior esse,uel augustior potestas,quàm quæ Petro & eius successoribus uoce ipsius Christi delata est? Quæ uerò potest amplior esse iurisdictio,quàm in terris ita uel soluere,uel ligare, ut quæ hìc uel solueris,uel ligaueris,eadem in cœlo quoque uel soluta sint,uel ligata?At hæc est summorum Pontificum,hoc est eorum,qui canones condiderunt,potestas,quos nemo unquã sanæ mẽtis negauit esse in terris Christi Vicarios.Quinimmo eos maximi uiri ita uenerati sunt, ut Hieronymus ille unus omnium doctissimus pariter & sanctissimus fidem apud Romanum Pontificem professus, scriptum reliquerit: Hæc est fides mea, Papa beatissime, in qua si quid erro,cupio abs te emendari,qui Petri sedẽ tenes.si autem hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio fuerit comprobata, quicunque me culpare uoluerit, is se hæreticum comprobauit.
10 Hæc ille ad Damasum. in c. hæc est fides. 24.q.1.Papam Ambrosius fidei † firmamentum appellare non dubitauit.in c.fidelior. 50. dist.eiusdem sententiæ fuit Gregorius in c.nulli. 19. dist. Cyprianus in hanc eandem opinionem adductus,sic ait.Qui cathedram Petri deserit,se esse in ecclesia non confidat.c.qui cathedram,93. dist.Ad hanc sententiam Augustinus quoque accedit, referens Epistolas Apostolicæ sedis inter canonicas scripturas, ut relatum est in ca. in canonicis. 19. dist.Concilium uerò sub Stephano Papa celebratum humili professione Romanã ecclesiam dominam suam appellat,ut legitur in c.oportebat.79. dist. Illud prætereà crimen inter cætera,ob quæ Dioscorũ à Concilio Chalcedonensi dãnatum fuisse legimus, grauissimum fuit, quod contra sedem latrauerat Apostolicam, ut habetur in epistola eiusdem Concilij, ad Valentinianum & Augustum.Pari quoque ratione fuit damnatus in Concilio Constãtiensi articulus ille Io.Vuicleff, Decretales epistolæ sunt apocriphæ, & seducunt à fide Christi, & stulti sunt clerici,qui student eis. Denique Concilium in quo aderat Carolus Imperator eandẽ Romanam ecclesiam honorari iubet. & licèt uix ferendum ab ea sede iugum imponatur, tamen ferri debere præcipit.c.in memoriam. 19. dist. Ad quod accedit B. Gregorius dicens, contra morem ecclesiasticum esse,si non patienter toleratur dictę sedis etiam iniuncta correctio.c.cõtra morẽ. 100. dist.Socrates episcopus,cuius opera in septimo concilio roborata fuere, tàm in historia Cassiodori,quàm alibi primatum Romanæ sedis super alias extulit. Quid uerò Cyrillus Alexãdrinus in libr.Thesaur.quid Io.Chrisostomus homil. 55. in Matth.& ultima in Ioann.

quid

quid Ignatius,quid Ambroſ.in homil.lib.1.quid Bernardus in 2.de conſideratione,& plerique alij magni nominis uiri de hac ipſa re eruditiſsimè ſcripſerint, & quali ac quanta ſententiarum grauitate huic ueritati conſenſerint,præteribo,ne ad longiores tractatus digrediamur.ſed quę ſo audiamus etiam quantùm ipſi Cæſares,& Reges priſcis illis temporibus,& ſermone & re ipſa huic principatui Romani Pontificis tribuerunt. Conſtantinus Auguſtus in ſuo edicto mirũ in modum Romani Pontificis poteſtatem extollit,dicens: eum eſſe ſacerdotum totius mundi principem.& Valentinianus Auguſtus,ad Theodoſium Imperatorem patrem ſcribens, ita inquit:Dignitatem propriæ uenerationis B. Petro intemeratã ſeruemus, quatenus Romanę vrbis Epiſcopus, cui principatum ſacerdotij ſuper omnes antiquitas contulit, locum habeat, & reliqua,quæ habentur in epiſtola præambula ad Concilium Chalcedonenſe.Bonifacius Papa. iij.à Phoca Imperatore obtinuit,ut ſedes B.Petri, quæ caput eſt omnium eccleſiarum,ita & dicteretur,& haberetur.Hinc Iuſtinianus Imperator, Conſtantini primi Romani Pontificis pedes uenerationis cauſa exoſculatur,& eius decreta confirmat. Carolus Magnus magna uenera tione fit obuiam Stephano II.Romano Pont.& Pipinus eius pater & Franciæ Rex ex equo de ſcendẽs pedes ſanctiſsimi uiri exoſculatus eſt,& à frẽno æqui, quo Pontifex uehebatur, pedes ipſe nunquam diſceſsit,donec hominem in urbem perduxit,& in cubiculo,vbi diuerſaturus eſſet,collocaret.Carolus magnus Romam petit ſedente Adriano. I. Romano Pont. qui tantum Principem retinere non potuit,quin eius pedes exoſcularetur. Ludouicus Imperator cognomento Pius cùm uidiſſet Stephanum.IIII.Roman. Pont. ex equo deſcendit,eumque maxima cum uenerationе in urbem introducit. horum omnium meminit etiam Platina in uit.dictorũ

11 Pontificum.Et exoſculationem † pedum Romani Pontificis,morem eſſe antiquum teſtatur in vita Leonis Papæ.IIII.& in vita Benedicti.iij. quamuis Card.Zabarella in c.licèt,de elec.huius probatiſsimæ conſuetudinis fortaſſe inſcius,aliter loquatur,& ſentiat.Præterea Romani Pontifices ſuprema iuris dicendi poteſtate utentes, & leges de eligendo Imperatore conſtituerũt,

12 & nonnunquam eos ſuis ſententijs de ſedibus eiecerunt.Electores enim Imperatoris † ex decreto Gregorij Papæ V.conſtituti fuerunt,quo ſemper uſi ſunt.quamuis nonnulli eorũ aliquãdo eandem poteſtatem irridere audeant. Zacharias Rom. Pont.Regem Francorum non tàm pro iniquitatibus eius, quàm eò quòd tantæ poteſtatis uidebatur indignus, regno priuauit, & Pipinum Caroli magni patrem in eius locum ſubrogauit,ut videre eſt in c. alius.15.q. 6.& apud Platinam in uita eiuſdem Zachariæ. Innocentius Papa contra Archadium Imperatorem excommunicationis ſentẽtiam protulit.c.duo.96.diſt.Stephanus Papa ij. Imperium à Græcis ad Germanos tranſtulit.c.venerabilem,de elect. Tamen quid in Germania hodie agatur contra Pontificis poteſtatem,nemo eſt,qui neſciat.Honorius. iij. (ut legitur in chronicis) Federicum Imperatorem anathematizauit,& proceres eius à iuramẽto fidelitatis abſoluit,quem poſteà Innocentius iiij.in Concilio Lugdunenſi ab Imperiali dignitate deiecit, ut legitur in c. ad apoſtolicæ,de re iudic.in 6.Propterea B.Auguſtius in quodam ſermone incip. Fortis,hanc Petri & ſucceſſorum eius poteſtatem admirans,ait.Quis plebeium piſcatorem Apoſtolorũ facilè crederet Principem? & Regibus obſiſtere,reges ſanctificare, Regibus omnibus imperare,mũdum frænare legibus? Hinc etiam B.Thom. contra errores Græcorum, cap.66.inquit: ſimilẽ eſſe erorem dicentium,Chriſti vicarium Romanæ eccleſiæ Pontificem non habere primatum uniuerſalis eccleſiæ,errori dicentium Spiritum ſanctum à filio nõ procedere. & plenè hunc Romanæ ſedis principatum declarant etiam ſcripta Acari Epiſcopi Conſtantinopolitani, & Thi-

13 motei viri doctiſsimi.Atque ideò traditum eſt, eum, qui à Papa ad Concilium † appellare audeat,hæreticum eſſe,ut declaratum eſt in bulla Pij.ij.Romani Pont. Et huius declarationis ratio eſt in promptu: nam totius eccleſiæ appellationes ad Romanæ ſedis examen deferuntur. c.ipſi ſunt canones.&.c.cuncta per mundum.11.q.3.igitur ab ea appellare non licet.hoc enim modo colligit legiſlator in l.1.ff.quib.appell.non lic.alioqui ſequeretur ſupremam poteſtatem non eſſe in Papa, contra id, quod diffinitum eſt in Concilio Conſtantienſi, & confirmatum ac ſolenniter declaratum in concilio Florentino.accedit tex.not.in c.122.diſt.vbi habetur Papæ

iura

iura omnia terreni,cœleſtisque Imperij.commiſſa fuiſſe;& aliter credẽtem hæreſis reum eſſe. idque confirmatur infinitis propè iuribus & authoritatibus, quas anteà memorauimus. Quomodo autem Papæ ſupremam hanc iuriſdictionem Deus ipſe tradiderit, et quomodò idem Deus eam iam inde ab initio mundi exercuerit,eruditè docuit Innoc. ad quem alij acceſſerũt
14 in c.licèt ex ſuſcepto,de for.compet.ubi propterea etiam traditum eſt,uacante Imperio † Papam in iuriſdictione ſuccedere. Poteſtatem enim à Chriſto utriuſque gladij eum accepiſſe uali diſsimis rationibus aperuerunt Panor. & alij in c.nouit, de iudic.idque de neceſsitate ſalutis firmiter eſſe tenendum ait,idem Panor.in conſi.28.in 1.uolu.Et ideò Papa totius mundi iudex eſt ordinarius,qui recuſari nõ poteſt,cùm uniuerſus orbis ei ſit territorium,ut declarat Panor. in d.c.fi.de for.comp. Hinc dicit Bar.iuriſconſultorum princeps hoc idẽ ſentiens ad reprimẽd. in uoce,Per edictum,Papam citare poſſe quemcunq;,& in quocunq; loco exiſtentẽ; qm̃ ubiq;
15 eſt dñs. Hinc tàm Ciuilis,quàm Pontificij † iuris interpretes conſenſerunt, Papam in feudum poſſe concedere nõ ſolùm ea,quæ ſunt Apoſtolatus ſui,ſed etiam res, quæ ſunt aliarum omniũ eccleſiarum:ita poſt Io.Mon.dixerunt Doct.in c.ſi eo tẽpore,de elect.in 6. Bal.in c.1.in princ. qui feud.dar.poſſ.& multi alij,ut hab etur apud Albert.Brun.in conſi.1.& 2.& Soc.in conſ.10. inter conſilia eiuſdem Brun.& contra ſupremam Papæ poteſtatem, in ſpiritualibus nemo poteſt præſcribere.Innoc.in c.bonæ.2.de poſtul.prælat. Panor.in c.Venientes, de iureiur.quare hoc Papæ principatu conceſſo,qui citra hæreſim negari non poteſt,cõſequens eſt, ut ab eo appellare non liceat. Cùm enim & Papæ,& Chriſti unum & idem cenſeatur eſſe tribunal, ut docuit Hoſt.in c.quanto,de conſuet.idque paulò ante probauimus, ſequeretur aliud in terris eſſe tribunal,quod maioris eſſet authoritatis,quàm tribunal ipſius Chriſti:id quod ab omni pror
* ſus ratione abhorret.Et ad hoc facit gl.* comm.approb.in c.3.de cleric.excomm. quæ ait, ex-
16 communicatum nõ poſſe à Concilio diſpenſari,idque eſſe Romano Pontifici reſeruatum. itaque cùm tales ac tanti uiri canones condiderint,cùm tantæ dignitatis ſit Romana Eccleſia, tãtæ poteſtatis Pontifex Maximus,tantæ demum authoritatis ſint ac numero plurimi, qui Pontificiam poteſtatem non modò uenerati,ſed etiam,atque etiam admirati ſunt, vos, qui canones contemnendo ſimul omnes eos contemnere audetis, uobiſcum diù & multùm cogitate, quinam tandem uos ſitis,qui fuerint illi,vitam cum vita ueſtra,poteſtatem cum poteſtate, dignitatem cum dignitate,doctrinam cum doctrina,pietatem cum pietate, omnes denique illorũ uirtutes cum veſtris comparate. Et quæſo attendite etiam,quæ præmia,quàm egregiam laudem, & quàm ampla ſpolia hucuſque ab hoc ſanctarum legum contemptu referatis: & poſteà quod in arcano veſtri pectoris dictarit conſcientia,iudicate.

17 Bar.in d.l.j.ff.de legi.poſt principium,tradit,quæ nam ignorantia † ſit punienda, & non. Adde gl.ſing.in l.fi.& ibi Bal.ff.de decret.ab ord.faci.& tex.in l.ſi tutor petitus.C.de peric.tut. Felin.in c.vigilanti,col.2.de præſcrip.& plenè de hac re uide Abb. & Feli. in c.2.de conſt. Dicas etiam facilem eſſe ignorantiam eorum,quæ fiunt tẽpore noctis, uel in magna hominum multitudine;& ideò error eſt excuſabilis.tex.& gl.eſt ſing.in l. ſi cum exceptione.§.in hac actione.ff. quod met.cau. Dyn.in c.iuris ignorantia,de regul.iur.in 6.& in c.præſumitur ignorantia. eod. tit. Archid.in c.ut animarum,de conſti.in 6.& uide tex. & ibi Bart.in l.ſuper ſeruis.C.qui milit. poſſ. vel non,lib.12.& Bar.in l.ſi cui.ff.de accu.& ad prædicta,ſcilicèt, quæ ſit probabilis igno
18 rantia,† & an & quando excuſet à pœna,& quæ ſint inter errorem,& ignorantiam differentię, trad.Abb.in c.Apoſtolicæ,in princ.de cleric.excomm.in c. innotuit, in gl.in uoce ignorantiã, de elect.in c.ab excommunicato,de reſcrip.& in c. referente, qui fil. ſint legit. Iaſ. plenè in l.ſi res obligata.ff.de leg.1.Adde, quòd ignorãtia affectata & procurata nunquam prodeſt.Iaſ.in l.ſi ſeruus plurium.§.ſi quis.ff.eod.tit.ad quod accedat,affectationem uſque adeò ab ipſis legibus abhorreri ut communiter ſancitum ſit,eum,qui aliquid affectat, omni priuilegio & commoditate carere,quæ rei affectatæ fuit conceſſa:ita Feli.in c.fi.de reſti.ubi multas ſcitu dignas deciſiones adducit,& Rom.in ſing.591.Ang.in conſ.245.col.5.uide text.& ibi Bar.in l. ſcire oportet.§.fi.ff.de tut.& cur.dat.ab his.& Thom.Ferrat.in caut.18.Et an & quando ignorãtia poſsit

Summarium in l. tutor. ff. de tuto. & curat. dat. ab his.

1 *Si in causa dandi tutorem erratur, datio illa est nulla.*
2 *Si tutor datus est à iudice nulla facta mentione matris, an ualeat illa datio.*
3 *Iudex qui ex inquisitione dat tutorem, non tenetur aliquem citare.*

Bar. in l. tutor. ff. de tuto. & cura. dat. ab his.

1 BART. in d. l. tutor, sic ait in summa: si in causa † dandi tutorem erratur, datio est nulla. vide Bar. in l. Seiæ egressæ. infrà eod. tit.

2 Bar. in ead. l. col. 2. quærit, si tutor † datus est à iudice, nulla facta mentione matris, an ualet datio? vide Alex. in consi. 109. in 3. vol. & in consi. 161. in 5. uol.

3 Bar. in ead. l. col. fi. ait, iudicem, † qui ex inquisitione dat tutorem, non teneri aliquem citare. vide Alex. in cons. 228. visis dubitationibus, col. 1. in lib. in quo primi & secũdi uol. consilia continentur. vbi idem ait in curatore. vide etiam Ang. in consi. 325.

Summarium in l. is, qui. §. diuus. ff. de tut. & curat. dat. ab his.

1 *Quomodo probetur, aliquem esse furiosum.*
2 *Auaritia est peior prodigalitate.*
3 *Auaritia est amor inordinatus excedens mensuram rationis.*
4 *Auaritia sequitur senectutem, propter defectum naturæ.*
5 *Prodigus an & quomodo differat à furioso.*
6 *Prodigo an interdici possit bonorum administratio.*
7 *Prodigus an possit testari.*

Bar. in l. is qui. §. diuus. ff. de tut. & curat. dat. ab his.

1 BAR. in d. §. diuus, tradit, quomodo † probetur aliquem esse furiosum. item quomodo probetur aliquem esse prodigum. De furioso hic non conteram tempus, quia memini, me de hoc in alijs lucubrationibus tradidisse. De prodigo autem aliqua dicam. In primis enim sciendum est, prodigalitatem esse oppositum auaritiæ; sunt enim duo extrema uitiosa, quorum medium est liberalitas, & est uirtus. Auarus enim retinet tenenda, & non tenenda: & prodigus dat danda, & non danda, secundum glo. not. & ibi Abb. in c. ex parte. de consuet. Proinde Cicero in 2. de officijs, ait, Nec ita est claudenda res familiaris, ut eam benignitas aperire nequeat, nec ita aperienda, vt omnibus pateat. & B. Hieronymus Paulinum monet, ne Christi substantiam ita
2 impudenter effundat, vt liberalitate liberalitas pereat. Auaritia † autem est peior prodigalitate, quia illa est morbus incurabilis, ista autem non, teste Aegidio de regimine principum, cap. 18. & est radix omnium malorum. c. radix. de pœnit. dist. 2. & habetur in §. cogitatio, in auth. vt iud.
3 sine quoquo suffrag. & contra auaros est tex. sing. cùm glo. in c. sicut hi, 47. dist. Auaritia † enim est amor inordinatus, excedens mensuram rationis. B. Thom. in secunda secundæ de prodigalitate, cap. Ad primum. & cap. 19. Et auaritia est idolorum seruitus, vt habetur in c. auaritiæ, de præbend. Auarus enim nummis, quasi Deo reuerentiam exhibet. c. cum omnes. 1. q. 1. & plenè
4 de hac re uide Alberic. in l. si quis in suam. C. de inoffic. testam. & auaritia † sequitur senectutem propter defectum auaritiæ, secundum Philosoph. in 4. Ethic. hinc dixit glo. in c. de multa, in uoce, literatis, de præbend. Philosophum auarum esse nõ posse. & ex ijs percipi potest, quomodo probetur prodigalitas, ac etiam auaritia. & prodigus dicitur ille, qui in se tantùm prodigalitatẽ exercet, & in se delinquit. tex. est sing. in l. j. §. exigitur. ff. de bonor. poss. secundum tab. & quo-
5 modo conijciatur, aliquem esse prodigum, vide Bar. in l. qui habet, in princ. ff. de tutel. & an † & quomodo differat à furioso? Bar. in l. is cui. ff. de testam. & attende, quia prodigus æquiparatur pupillo in contrahendo, non in delinquendo. Bar. in l. si curatorem, uer. ad secundum. C. de restitu. in integr. & in l. siquis in tantam, vers. quæro quid prodigi. C. unde ui. & ad hæc uide Alex. & Aret. in l. is cui bonis. ff. de uerb. obliga. & Abb. in d. c. ex parte, de consuet. vbi tradit, quis sit
6 prodigus, quis sit largus, & quis sit parcus. et an prodigo † interdici possit bonorum administratio? vide doct. in d. l. is cui bonis, & Abb. in c. de his, de sepult. & Ioan. de Ana. in c. fin. & ibi etiam Abb. de accus. & prodigus etiam ille appellatur, qui prodigus est famæ, & honoris pro-

7 prij,& talis est crudelis famam suam negligendo.c.nolo, 12.quæst.1. An autem prodigus † testari possit? vide Abb.in rubrica de testa.Anchar.in c.2.eod. tit.& doct. in d.l.is cui bonis. An præscriptio currat contra prodigum. Abb.in c.cùm non liceat,de præscript.tenet,quod non. De qua re uide Io.And.in addit. ad Specul.in tit.de præscript.in rubrica.Bar.in l.imperatores. ff.de re iudic.Paul.de Cast.in l.tutor.ff. de iureiur. Anchar.in consi.5. Pro parte, & Felin.in d. c.cùm non liceat.

Summarium in l.vbi.ff.de tuto.& cura.dat. ab his.

1 *Si in ciuitate,non est iudex appellationis, appellari potest à sententijs potestatis ad ordinem decurionũ.*
2 *Vacante episcopatu, iurisdictio episcopalis remanet apud Capitulum.*
3 *Collegium Cardinalium de reseruatis Pontifici negocijs ullo pacto se immiscere potest.*
4 *Membrum unum aliquando cogente necessitate alterius opera fungitur.*
5 *Cardinales qui tempore schismatis se in unum congregarunt, & qui ob sanctissimam unionem ab utriusque de Pontificatu certantis obedientia discesserunt,iura ecclesiæ, etiam Pontifici Romano reseruata, exercere possunt.*
6 *Cardinalibus non prohibetur ne futuri Pontifici electio prorogetur.*
7 *Collegium Cardinalium constitutiones,an condere possit.*
8 *Collegium Cardinalium non potest aliquem ad Cardinalatum cooptare.*
9 *Vbi plus & minus sunt diuersæ speciei, eo casu de uno ad aliud non potest colligi argumentum.*
10 *In his, quæ sunt iurisdictionis,nunquam de uno ad aliud rectè fit illatio.*
11 *Legatus Papæ an eo mortuo succedat Papæ in prouincia sibi decreta.*
12 *Episcopus tempore schismatis exercere potest iurisdictionem,etiam in casibus Papæ reseruatis.*

Bar.in l.ubi.ff.de tut.& curat.dat.ab his.

1 Bar. in d.l.ubi.dicit,si in ciuitate † non est iudex appellationis, appellari posse à sententijs potestatis ad ordinem decurionum.vide Feli.& Dec.in rubrica de appell.col.3.& seq. & Feli. in c.pastoralis,de off.ordi.& Iaſ.in l.bonorum.C.qui admit.

2 Bar.ibidem subnectit,uacante episcopatu, † iurisdictionem episcopalem esse apud capitulũ, & uacante Papatu, iurisdictionem pontificiam esse apud collegium Cardinalium. circa primum,scilicèt de iurisdictione episcopali,uide Felin.in c. his, qui,de maior.& obed.& trad.in c. cùm olim,eod.tit.in 6.& Feli.in c.eam te, de rescrip.in uerbo, erat iste.& in c.edoceri.nu.23. de rescrip.Circa secundum autem de Papatu,hoc idem quod Bar.hic,uoluit Archid. post glo. in c.nullus.79.& Host.in c.cum ex eo,de pœnit.& remiſ.Contrarium uoluit Bar.in l.j.§.deniq;, col.2.ff.de aqu.plu.arc.Barb.in c.translato,col.pen.de const.& in hanc sententiam,à doctorib.

3 communiter itum est,qui aiunt,Collegium † Cardinalium,de reseruatis Põtifici negocijs, ullo pacto se immiscere non posse,per tex.in clem.ne Romani.§.irritum.vbi gl.& doct. de elect.idẽ ait gl.in c.vnic.de schismat.in 6.vbi dicit, quamuis hoc in alijs collegijs inferioribus toleretur, hoc tamen huic amplissimo collegio ob accelerandam summi Pontificis electionem prohiberi,per tex.in c.ubi periculum.§. idemque, de electi.in 6.simile uidemus in glo.in c.accusatus.§. sanè,de hæret.in 6.& ista opinio (ut dicam) plurimorum sententia confirmatur. casum tamen euidentis necessitatis, & imminentis periculi semper excipio, per tex. in d. c. vbi periculum.§. idem quoque,& per trad.per Card.& alios,in d.clem.§.irritum.ad quos accedit Abb. in sua 1.

4 quæst.col.antepen.vbi ait, sicuti unum membrum, † quandoque cogente necessitate alterius opera fungitur,ita nec totũ corpus,quin officio capitis uti possit prohibendũ esse. hinc Cardi. in cons.150.inferebat,Cardinales pro sedando schismate concilium congregare posse, & sedis apostolicæ inuasorem anathematizare, per text.in c.siquis pecunia.79.dist.ex hoc pariter tra-

5 ditum est,Cardinales,† qui tempore schismatis se in unum congregarunt,& qui ob sanctissimã unionem ab utriusq; de pontificatu certantis obedientia discesserunt,iura ecclesię ẽt Pont.Maximo reseruata exercere posse,vt elegantissimè docuit Petr.de Anch.in consi.409. Idem perhiberi posset,vbi Cardinalis in longinquis partibus existens ad Pontificatũ assumptus esset,ut donec ipse electioni de se factæ consentiat,vrgentib. negocijs,imminentibusq; periculis, Cardinales

dinales iurisdictionē pōtificiam administrare ualeant,ut post Leonis. X. obitū electo Adriano in longinquis partibus cōmorante contigit.in his enim,& similib.casibus illa specialitatis ratio
6 nō subest,scilicèt,hoc Cardinalibus prohiberi,ne futuri Pontificis † electio prorogetur. immo qñ periculum imminet,hoc ipsum conceditur collegio Cardinalium, quamuis electio Pontificis in longum protraheretur,vt habetur,in d.c.vbi periculum.§.idem quoque. In reliquis autē hæc sententia potior est,Cardinales iurisdictionem hanc supremam exercere non posse, ut uoluit Barb.in consi.1.in 1.uol.in d.c.translato,de const.& in c.licèt ex suscepto,de for.compe.& Feli.in rubr.de appella.vbi præcisè reprobat hoc Bart.documentum. & ex hoc infertur,colle-
7 gium † hoc constitutiones condere non posse.Feli.in d.rubr.Inno.in c.cū accessissent, de cōst. Barb.in d.cons.1.vbi etiam dixit,hac ratione, Cardinales constitutionibus authoritate pontificia confirmatis nō derogare; quia eius est tollere,cuius est dare.l.fi.C. de legi.& Bal.in c.quisquis,de elect.in fi.ait, Cardinales ad seruandas ad unguem sanctiones astringi. id quod uerum
8 non esset,si eo tempore ipsi hac suprema potestate perfruerentur.& ideo etiā non possent † aliquem ad Cardinalatum cooptare contra nonnullorum sententiam,quorum meminit Archi.in c.nullus.79.dist.qui ea ratione ducebantur: quia si Papam eligere possunt,igitur multò magis Cardinalem,id quod est minus.contra quos sensit ibi Archid.& Alber.de Ros.in rubrica.C.de summ.Trinit.& de hoc est glo.in d.clem.ne Romani.§.irritum, vbi idem affirmat Card. Neq;
9 urget illa ratio,quia ubi plus † & minus sunt diuersæ speciei,vt hic, eo casu de uno ad aliud non potest colligi argumentum.l.solemus.§.latrunculator.ff. de iudic. Dec.in c.cum in cunctis.nu. 23.de elect.& in l.non debet.ff.de regu.iur.Abb.in c.fi.de translat.Episcop.& per Dec.in l.nō debet.& ibi præcisè,in his terminis ait Card.in d.§.irritum.vers.quartò oppo.ad idem. ad quē
10 accessit Martinus Lauden.in 2.tract.de Cardin.q.1.et in ijs † quæ iurisdictionis sunt,nunquam de uno ad aliud recta fiet illatio,vt habetur per tex. glo. & Doct.in l.illicitas.§.qui uniuersas.ff. de offic.Præsid.Abb.in c.fin.de transla.episc.& per Dec.trad.in d l.non debet. & circa prædicta uide omninò Franciscum de Pauinis in tract. De officio,& potestate capituli sede uacante,
11 in sexto præludio.nu.7.cum sequ.Quid autem in legato † Papæ, an eo mortuo succedat Papæ in prouincia sibi decreta? Dicas,quòd non. Roma.in singul.422.incip.Vacante imperio.& in singul.seq.tradit Barb.in d.c.licèt ex suscepto. & an mortuo Imperatore succedat Papa in Imperio? dicunt Doct.eum succedere. idque habetur, in d.cap.licèt ex suscepto.vbi Innoc.Abb.
* Barb.& alij hoc * communiter tradiderunt. quamuis Card.ibi asserat, hoc cōmune documentum ex illo tex.colligi non debere. de qua re uide Castillion.in addit.ad Roma.in d.singu.422. vbi Rom.hanc communem conclusionem,tanquam ueram attulit.& Barb.in clem. Pastoralis, in fi.de re iudi.Postremò nunquam obliuiscaris eius,quod superius memorauí,scilicèt,Episco-
12 pos † tempore schismatis exercere posse iurisdictionem ēt in casibus Papæ reseruatis;vt egregiè consuluit Pet.de Anch.in consi.409.Viso,& diligenter inspecto,col.pen.& fin.

Summarium in l.scire oportet.§.si mater.ff.de tut.& curat.dat.ab his.

1 *Una uia prohibita, alia non censetur permissa.*

Bar.in l.scire oportet.§.si mater.ff.de tutor. & curat.dat.ab his.

1 Bart. in d.l.§.si mater,colligit regulam,cùm quid una † uia prohibetur,alia non debet esse permissum.c.cum quid,de reg.iur. Attende hoc usq; adeò uerum esse,vt etiam in pœnalibus latissima fiat interpretatio.c.ciuitas,& c.si sententia, de senten.excommunic. tradit Mari.Soci. iun.in repet.l.sciendum,ante numerum 26.ff.de leg.1.& ad materiam huius regulæ, vide Ang. in consi.290. col.pen.

Summarium in d.l.scire oportet.§.cum reditus.ff. de tut.& curat.dat.ab his.

1 *Tutor quando datur ex inquisitione,inquirendum est de moribus illius, qui datur.*

Bar.in d.l.scire oportet.§.cum reliquis.ff.de tut.& cur.dat.ab his.

1 Bart. in ead.l.§.cum reliquis,inquit,cùm tutor † datur ex inquisitione,inquirendum esse de morib.illius,qui datur:& in hac re coniunctos,& amicos pupilli esse requirēdos. vide Curt.

in consi.46.col.3.& seq.& dum Bar.ait,eum non esse dandum, qui se ingerit. Declara, ut per Alex.in consi.228. Visis dubitationibus,col.2.in lib.in quo primi & secundi uol. consilia continentur. vide etiam Imol. in consi.78.

Summarium in l.diuus.ff.de tuto.& curat.dat.ab his.

1 *Si tutor in ciuitate non reperitur,eum esse perquirendum in ciuitatibus circumuicinis.*

Bar.in l.diuus.ff.de tut.& cur.dat.ab his.

1 BART. in d.l.diuus,ait,si tutor † in ciuitate non reperitur,eum esse perquirendum in ciuitatibus circunstantibus.vide Alexan.in consi.161.in 5.vol.& quid teneat Bar.in l.continuus.§. qui insulam.ff.de uerb.oblig.in fi.& Alex.in l.j.§.fi.eod.tit.

Summarium in l.Seiæ egressæ.ff.de tut.& curat.dat.ab his.

1 *Si tutor datur impuberi,ei qui non est,non ualet datio.*

Bar.in l.Seiæ egressæ.ff.de tutor.& cur.dat.ab his.

1 BAR. in d.l.Seiæ egressæ,sic ait in summa. Si tutor † datur impuberi,ei,qui non est,non ualet datio. Ad istam l.vide Bal.in c.ex parte,col.5.de rescrip.& dum Bar.subiungit,decretum interpositum ex falsa causa,esse ipso iure nullum. vide Alex.in consi.227. Viso themate, col.1.in lib.in quo primi & secundi uol.consilia continentur.& in consi.69. in 3.uol.vbi uide omninò, & aliqua per Rom.in consi.69. col.2.

Summarium in l.pupillo.ff.de tuto.& curat.dat.ab his.

1 *Si Pupillus habet originem in una ciuitate,in alia sortitur forum,& in alia habet bona, quomodo ei dabitur tutor.*

Bar.in l.pupillo.ff.de tut.& cur.dat.ab his.

1 BART. in d.l.pupillo,quærit,si pupillus † habet originem in una ciuitate,in alia sortitur forum,& in alia habet bona,quomodo ei dabitur tutor? vide ad hæc aliqua per Barto.in l.j.C. de contrah. empt.

Summarium in l. si minores.ff. qui pet. tuto.

1 *Pupillis petendi sunt tutores à matre,alioqui priuatur successione.*

2 *Nemo tenetur facere id, quod factum non releuat.*

Bar.in l.si minores.ff.qui pet. tut.

1 BART. in d.l.si minores,sic ait,in summa. Pupillis † petendi tutores sunt à matre,alioqui priuatur successione,& à libertis, qui alioqui puniuntur: agnati autē possunt id facere,sed si negligunt,non puniuntur. De materia huius.l.vide Bal.in l.precibus.C. de impub.Anch.plenè in consi.104.Fulg.in consi.52.& Capr.in consi.14.& in consi.16.& dum Bar.in 3.col.oppo.ad id quod prædictum est de matre,dicens,eam non debere cogi ad petendum tutorem,cùm ipsa sit tutrix legitima: declara,vt per Soc.in consi.20. in 1.uol.

2 Bar.in ead.l.col.4.dum quærit,quid de substituto,& matre,sic arguit. Nemo † tenetur *facere* id,quod factum non releuat,vt ibi per Bar.vide Feli.in c.ex transmissa,col.3.vers. Limita tñ, de præscri.& dum posteà in col.6.distinguit de substituto,& declarat iustā causam,ut puta, si substitutus ignoraret,vide Soc.in d.consi.120.& Fulg.in consi.52.in secundo dub.Ad *id* aūt, quod ait Bar.in d.l.col.antep.vers.ex eo enim q; dicit secundum.l.vide Abb.in consi.11.col.2. & seq. in 2.uol.in 3.dub.Item ad id,quod ait Bar.ibi,col.pen.uers.item econtrà,matrem excludi.vide Capr.in consi.59.& in consi.67.& Soci.in consi.153.in fi.in 1.uol.

Summarium in l.credendum.ff.qui pet.tuto.

1 *Mater,quæ non petit tutorē confirmari uel in locum excusati alium dari,cum alius non supereſſet, amittit successionem filij.*

Bar.in l.credendum.ff.qui pet.tut.

1 BAR. in d.l.credendum,ait,matrem,† quæ non petit tutorem confirmari, vel in locum excusati alium dari,cùm alius non supereſſet,amittere successionē filij. Ad istum tex.vide Roma. in consi.

in consi. 207. Areti. in consi. 40. in fi. & in consi. 33. colum. fi. Capr. in consi. 76. & Soci. in consilio 20. in primo uolu.

Summarium in l.j. §. sufficit. ff. de admi. tuto.

1 *Pupillus citari potest, quia potest comparere per legitimam personam.*
2 *Si tutor compareat petens dilationem ad exhibendum pupillum, an ei dari debeat.*

Bar. in l.j. §. sufficit. ff. de adminis. tut.

1 BART. in d.l.j. §. sufficit, colu. 2. inquit, etiam solum † pupillum citari posse; quia intelligitur, vt compareat per legitimam personam. De hoc uide aliquid per Alex. in l. si ex legati, col. 2. in fi. ff. de uerb. oblig. & Abb. in consi. 43. in 1. dubio. in secundo uol. & omnino in c. Raynutius, de testam.

2 Bar. in eod. §. & in ead. col. quærit, si tutor † compareat petens dilationem ad exhibendum pupillum, nunquid ei dari debeat? & sentit missionem ex primo decreto fieri posse contra pupillum citatum & indefensum. vide Rom. in consi. 454. vbi etiam tradit, quid in ecclesia, & in habente causam à republica.

Summarium in l. ita autem. ff. de admi. tuto.

1 *Dictum determinatur secundum suam causam.*
2 *Syndicus, qui ab aliqua uniuersitate fuit institutus usque ad decretum tempus, potest cogi ad prosequendam causam, etiam finito tempore, quando lis fuerat contestata.*

Bar. in l. ita autem. ff. de admin. tut.

1 BAR. in d.l. ita autem, sic ait in summa. Dictum † determinatur secundum suam causam. Ad istam l. vide Alex. in cons. 2. col. 2. in 4. uol. & in consi. 17. col. 1. in 1. volu. & quoniam ista est illa trita regula, cui non conueniunt uerba dispositionis, non conuenit dispositio. ego non conteram tempus in referendo propè infinita, in quibus hoc idem continetur, sed uidenda sunt illa iura, in quibus, de hac re potissimùm agunt doct. vt in l. iiij. §. condemnatum. ff. de damn. infec. & in c. ad nostram. 3. de iureiur. Sed quid si uerba dispositionis in aliqua parte cõueniant, & in alia non? vide Alex. in cons. 149. Visis & diligenter, col. pen. in fin. in lib. in quo primi & secundi
2 uol. consilia continentur. Bar. in ead. l. §. post completum, inquit, syndicũ, † qui ab aliqua uniuersitate fuit institutus usque ad decretum tempus, posse cogi ad prosequendam causam, etiam finito tempore, quando lis fuerat contestata. vide Alex. in consi. 277. Ponderatis, in lib. in quo primi & secundi uolu. consilia continentur. & Paul. de Castr. in consi. 335. vide Bar. in l.j. §. fi. ff. de procura.

Summarium in l. quidam decedens. ff. de admin. tut.

1 *Si relinquitur liberatio à reddendis rationibus, nihilominus tutor tenetur de dolo.*

Bar. in l. quidam decedens. ff. de admin. tut.

1 BAR. in d.l. quidam decedens, inquit, si relinquitur † liberatio à reddendis rationibus, nihilominus tutorem teneri de dolo. vide Alex. in consi. 59. Serenissimus, in 4. vol. & in cõs. 164. Præsuppono. in 5. uol. Barb. in cons. 18. col. 4. & seq. in 2. uol. Ang. in consi. 174. ubi tradit, quid si relictum esset omne id in quo esset condemnatus? & in consi. 185. & in consi. 112. Et de iure ultimo. vide etiam Ias. in l. alieni, col. fi. C. de transact. Anchar. in consi. 111. Casus talis. & in consi. 117. & omninò uide Soci. in consi. 101. in 1. vol. vbi multos enarrat modos relinquendi huiusmodi liberationem. Curt. in consi. 66. col. 7. & Fulg. in consi. 25. Ias. post Salice. in l. necessitatem. C. de fideicomm. Ias. in l. nemo potest, col. 9. ff. de leg. 1. & in l. actione, col. fi. C. de transact. vide etiam Alex. in consi. 102. col. fi. in 1. uol. Paul. de Cast. in consi. 373. Ad primum, col. antepe. & Feli. in c. si diligenti, nu. 34. de for. compet.

Summarium in d.l. quidam. §. ex quo. ff. de admi. tut.

1 *Non sufficit si mihi ab aliquo denunciatur, me esse tutorem.*

De administratione tutorum.

Bar.in d.l.quidam.§.ex quo.ff.de admin. tut.

1 BART. in ead.l.§.ex quo,in fi.dicit, non sufficere † si mihi ab aliquo denunciatur, me esse tutorem:quia ei non teneor credere. Hoc idem sequitur Ias.in l.quod te,col.pen.ff.si cert.pet.

Summarium in l.tutor, qui repertorium ff. de admi.tuto.

1 *Contra tutorem, qui non facit inuentarium, absque causa iuratur in litem.*
2 *Debita à pupillo alijs personis non sunt ponenda in inuentario.*
3 *Inuentarium, quomodo sit conficiendum.*
4 *Vtrum sufficiat si tutor dicat in inuentario, se credere tales res esse pupilli.*
5 *Quænam sit iusta causa excusandi tutorem, qui inuentarium non confecit.*
6 *Liber rationum, an remitti possit.*

Bar.in l.tutor qui repertorium.ff.de admin.tut.

1 BART. in d.l.tutor qui repertorium,ait,contra tutorem, † qui non facit inuentarium absque causa,iuratur in litem; & antequam illud conficiat,non potest administrare, nisi quæ dilationem non recipiunt. Idem inquit Bar.in l.legitimos,in fi.principij.ff.de legit.tutor.vide Rapha.Cuma.in consi.15. Alex. in consi.228. Visis dubitationibus, in lib.in quo primi & secundi uol.consilia continentur. Roma.in consi.118.Areti.in consi.29.Soc.omnino in consi.159. in 1.uol.& in consi.223. Fulg.in consi.25. vbi limitat,& in consi.196.Felin.in cap.cum accessissent,col.2.de const.& omnino Mari. Soc.iunior.in cons.148.Si tamen extat consuetudo,vt inuentarium non conficiatur,omitti poterit. Item iudex potest illud remittere,ne secreta pupilli pandantur. vide Abb.in c.ex parte, secundo de appell.

2 Bar.in eadem l.colu.3. vers. Et ex hoc concludo duo, inquit debita † à pupillo alijs personis non esse ponenda in inuentario. vide Aret.in consi.148. vbi tenuit,eum,qui renunciat iuribus hæreditatis,non perdere iura,quæ ipse habet contra illa bona. item cum ibidem ait,ea,quę ipsi pupillo debentur,non esse ponenda in inuentario,antequam exigantur, nisi huiusmodi debita per instrumenta constent. vide Ias.in l.j.col.pen.in fi.ff.de acquiren.possess. & quomodo sit
3 conficiendum † inuentarium,vide apud Doct.quos memoraui in præcedenti lucubra.& apud Barba.in consi.59. col.17.in 2.uolu.& in consi.62.eodem uolu.& Soc.in consi.159.colu.1.in primo uolu. vbi ait, omnia descripta in inuentario tutoris,præsumi esse pupilli, adeò ut tutor uolens probare contrarium, non audiatur. quod tamen declara, ut per Barto. in consi.239. Proponitur quod Archolus. ubi ait,etiam sufficere,si dicatur in inuentario, talia & talia bona esse in hæreditate. & ideò ex hoc infert, satis esse in casu,si tutor tempore reddendæ rationis, exhibeat instrumenta, sed in casu prædicto tenetur etiam possessionem tradere. subiungit
4 posteà Bar.in ead.col.versi.Quæro quid si tutor,vtrum sufficiat † si tutor dicat in inuentario, se credere tales res esse pupilli. De hoc uide Abb. in consi.73.col.4.in tertio dubio.in 2.volu. Imol.in consi.94.col.pen.in 7.dub.& Soc.in consi.46.& in cons.213.

5 Bar.in ead.l.col.4.uersic.quæro, quæ sit illa causa, tractat, quæ nam sit iusta causa excusandi tutorem,qui inuentarium non confecit. De hac re vide Barto.& alios, maximè Ias. in l.nemo
* potest,in 5.quæst.ff.de lega.primo. ubi * communiter concludunt,hoc, quod omitti *posset* cõfectio inuentarij ex iusta causa, procedere etiam in tutore datiuo,& legitimo,*secundum* glo.in l.tutores.C.de administ.tut. An autem hoc dici possit,etiã in inuentario ab hærede conficiendo? vide ibi per eos,& per Alex.in cons.224.Perspectis his,col.fi.in lib.in quo *primi* & secũdi uol.consilia continentur.vbi ẽt ait,confectionẽ inuentarij remitti posse à testatore, quò ad prę iudicium legatariorum,& fideicommissariorum, non autem quòad præiudicium aliorum.

Sed an hoc sit uerum,uide quæ posui suprà in l.quidam accedens,quia non potest remitti do
6 lus futurus. & ad prædicta uide Fulgos. in consil. 25. vbi loquitur etiam in libro † rationum, an remitti possit. & Alexand.in consi.40.colu.penul.in 3.uolu. & dum Bar. in colu.fin.huius.l. in principio,quærit,an si tutor agit contra aliquem,teneatur ei edere copiam inuentarij? Dicitque res descriptas in inuentario non esse exhibendas, sed tantùm, quod sufficiat ad ostendendum ipsum esse tutorem. vide Alexand.in l.j.§.1.colu.5.in fin.ff.de eden. Dum autem ibi

in fi.

in fi.eiusdem col.agit Bar.de his, quæ fiunt à tutore ex necessitate ante confectionem inuentarij,vide Soc.in consi.159.& in consi.213.in 1.uol.

Summarium in d.l.tutor.§. si post deceptionem.ff.de admi.tuto.

1 *Tutor tenetur ad usuras propter negligentiam in emendo.*

Bar.in d.l.tutor.§.si post depositionem.ff. de admi.tuto.

1 BART. in ead.l.§.si post depositionem,tradit,tutorem † teneri ad usuras propter negligen tiam in emendo.vide Rom.in consi.28.in 1.dubio.Alex.post Bar.in l.Diuus,col.2.in glo.ff.ad leg.Falcid.Aret.in consi.29.col.11.& in consi.31.col.pen.& Soci. in consi.2. & in consi.247. col.pen.vers.circa tertium. & dum subiungit Bar.ad hoc,vt tutor,ex hac negligentia conuenia tur,necesse esse probare,tũc prædia fuisse uenalia,quæ tutor emere potuit. vide Paul.de Cast. in consi.14.& Signor.in consi.199.& ad prædicta facit.l.non est ignotum. C. de admini.tuto. Idem,quod prædictum est de tutoris negligentia, dicendum est, & de prælato negligente,vt pariter ad indemnitatem ecclesiæ teneatur.Glo.est sing.in c.placuit.2.16.q.3.quæ facit hanc tutoris & Prælati æquiparationem.vide Abb.in c.si de terra,de priuileg.

Summarium in l.quoties.§. nequaquam.ff.de admi.tuto.

1 *Debitum ex alia causa in actione tutelæ continetur, si tutor debuit, & potuit soluere.*

Bar.in l.quoties.§.nequaquam.ff.de admin.tut.

1 BAR. in d.l.quoties.§.nequaquam,inquit, debitum † ex alia causa in actione tutelæ contineri, si tutor debuit,& potuit soluere. Item,si pupilli interest, vt in actione tutelæ contineatur. vide Aret.plenè in consi.150.

Summarium in d.l.quoties.§. sicut autem.ff.de admi.tuto.

1 *Tutor potest sibi, & alijs soluere.*

2 *Tutor emere potest à pupillo, siue à contutoribus palam, & bona fide.*

3 *Filius tutoris prohibetur emere à pupillo.*

4 *Tutor interrogatus, tenetur respondere ueritatem in iudicio, etiam si faciat contra pupillum.*

Bar.in d.l.quoties.§.sicut autem.ff. de admi.tut.

1 BART. in ead.l.§.sicut autem,ait,tutorem † posse sibi,& alijs soluere, eumque debere bonam fidem agnoscere. De materia huius tex.& glo.an tutor possit cum pupillo contrahere, & debitum sibi soluere, & ex qua causa, vide Bar. in l.singularia,in quinto speciali.ff.si cert.pet. vbi Ias.col.7.& idem Ias. in l.j.§.fuit quæsitum, in secundo notab.ff.ad Trebell.vide etiam An-
2 gel.in consi.96.vbi ait,tutorem † emere posse à pupillo, siue à contutoribus palàm & bona fide. vide ad prædicta Abb.in c.cùm in iure peritus,de electi. & quamuis tex. not. in l.si mandauero tibi.§.si tibi.ff.mand.uelit,eum,cui mandatum est ut centum det, cui vult,si ea pro se retinet,teneri mandati: tamen limitari potest,nisi hoc faciat palàm & bona fide per tex. in l.pupillus.§.item ipse.ff.de author. tut. & per prædicta dicitur autem contrahere cum pupillo palàm & bona fide,quando id facit coram iudice.Ias.in l.pacta nouissima.C.de pact.& fortè hoc idem esset,quando id fieret coram coniunctis,& amicis pupilli,vt per Cæpoll. in caut.24. & in caut.
3 221. Alioquì uerò sicut tutor prohibetur emere à pupillo,ita prohibetur filius † tutoris,& quę cunque persona eius iuri subiecta. Ias.in l.si mihi & tibi.§.regula.ff. de lega.1.id quod facit ad decisionem quæst.si statuto cautum est, rectorem ciuitatis cum aliquo eius ditioni subiecto cõ trahere non posse,vt pariter eius filij,& alij ei suppositi id facere prohibeantur.

4 Bar.in eodem §.colligit, ex tex.tutorem † interrogatum teneri respondere ueritatem in iudicio,etiam si faciat contra pupillum.vide Feli.in c.quoniam,col.7.de præscrip. & Alexan.qui in pulchro casu consuluit per istum tex.in consi.214. Visis & diligenter, in fin.in lib.in quo primi & secundi uol.consilia continentur. & dum quærit postea Bar.an iste §.& præcedens sint correcti per auth.minoris,vide Card.in consi.51.col.fi.in 7.dubio.

Summarium in d.l.quoties.§. constat.ff.de admin.tut.

1 *Si aliquis fundat ecclesiam hoc pacto, vt subsit Abbati, ea nihilominus subiecta est Episcopo.*

De administratione tutorum.

Bar.in d.l.quoties.§.constat.ff.de admin.tuto.

1 BAR. in ead.l.§.constat, colligit ex tex.argumentum, si aliquis † fundat ecclesiam,hoc pacto,ut subsit Abbati,eam nihilominus subiectam esse episcopo.vide Dec.in c.cum uenerabilis, in 10.notab.de except.Abb.in c.edoceri,col.2.in 1.quæst.de rescrip.

Summarium in l.cum plures.§.cum tutor.ff.de admin.tuto.

1 *Tutor circa personam pupilli,debet impendere,quod eius honestati, & conditioni congruit.*

Bar.in l.cùm plures.§.cùm tutor.ff.de admin.tuto.

1 BART. in d.l.cum plures.§.cum tutor,ait,tutorem † circa personam pupilli debere impendere quod eius honestati, & conditioni congruit: & ideo posse donare quædam munera solita,ut ibi per eum.vide Alex.in cons.55.in 1.uol.communiter autem tutor donare non potest, etiam interueniente decreto.l.fi.§.cùm autem.C.si mai. alien.fact.rath.hab. & quomodo tutor donare possit,vide Aret.in consi.24.col.fi. Et dum subiungit Bar.tutorem dare posse dotem sororipupilli,vide Ias.in auth.res quæ,col.3.vers.Item in quantum.C.comm. de leg. & in l.j.col. 9.vers.ultimo.ff.tol.matrim.

Summarium in l.tutor.§.non est.ff.de admi.tuto.

1 *Quod quis facit de suo, præsumitur, quòd potuerit facere de alieno.*

Bar.in l.tutor.§.non est.ff.de admin.tuto.

1 BART. in d.l.tutor.§.non est,in princip.sic ait. Quod quis facit † de suo præsumitur,quòd potuerit facere de alieno. Declara,& limita istum tex.vt per Rom.in sing.698.incip.Attende ad tex.Posteà Bar.ibi in fi.inquit,si quis uult arguere aliquem ex negligentia,quia pecuniã non mutuauit,eum probare debere,quòd eam mutuare potuisset. vide Soc.in consi.149.& quæ dixit Bar.& ibi posui,in annot.in l.tutor qui repertorium.§.si post depositionẽ, suprà hoc eo.tit.

Summarium in l.cum quæritur.ff.de admin.tuto.

1 *In eadem administratione plura nomina contrahuntur.*

Bar.in l.cùm quæritur.ff.de admi.tut.

1 BART. in d.l.cum quæritur,sic ait in summa. Si in eadem administratione † plura nomina contrahuntur,dominum debere ad petitionem administratoris omnia,uel agnoscere, uel omnia repudiare. vide exemplum apud Rom.in consi.414.in 8.dubio.col.pen.& in cons. seq.

Summarium in l.Lucius.ff.de admi.tuto.

1 *Pater non obligatur pro filio, quando aliquis ipso præsente,& consentiente cum filio contrahit.*

2 *Pater,qui solum est præsens,& non consentiens, sed tacens,quando filius eligitur decurio,obligatur ad omnia,quæ filius malè gessit tanquam eius fideiussor.*

Bar.in l.Lucius.ff. de admin.tuto.

1 BART. in d.l.Lucius,in fi.inquit,patrem † non obligari pro filio,quando aliquis ipso præsente & consentiente cum filio contrahit. vide Alex.in consi.273. In causa uertente, colu.2.in lib.in quo primi & secundi uol.consilia continentur. & quia Bar.hic remittit se ad distinctionẽ per eum traditam in l.si cùm dotem.§.transgrediamur.ff.solu.matr.vide quæ ibi posui.Item attende,quia contra hoc Bartoli documentum, videtur urgere tex. not. in l.ij.ff.ad municip.ubi
2 pater,† qui solum est præsens,& non consentiens,sed tacens,quando filius eligitur decurio, obligatur ad omnia,quæ filius malè gesit, tanquam eius fideiussor. si igitur ibi pater obligatur etiam absque aliquo consensu,vt tradit Ang.in consi.91. in fi.multò magis debet hic obligari, vbi est præsens & consentiens. cogita solutionem.

Summarium in l.vulgo.ff.de admi.tuto.

1 *Si aliquis habet instrumenta causæ, ex quo præsumitur procurator, eum esse admittendum cum cautione de rato.*

Bar.in l.uulgo.ff.de adm.tut.

1 BART. in d.l.vulgo,in fi.ait,ex mente Innoc.si aliquis habet † instrumenta causæ, ex quo præsumitur

præsumitur procurator, eum esse admittendum cum cautione de rato. vide Cæpoll. in consi. 11. col. 3. & Barb. in c. cùm. M. col. 2. in primo notab. de const. & Rom. in consi. 496. in 2. dub.

Summarium in l. decreto. ff. de admi. tuto.

1 *Ex causa constituitur actor per tutorem decreto iudicis.*

Bar. in l. decreto. ff. de admin. tut.

1 BART. in l. decreto, sic ait in summa. ex causa constituitur † actor per tutorem decreto iudicis. vide Aret. in cons. 26. col. 6.

Summarium in d. l. decreto. §. si duobus. ff. de admi. tuto.

1 *Vnus ex pluribus tutoribus agere potest.*

Bar. in d. l. decreto. §. si duob. ff. de adm. tut.

1 BART. in ead. l. §. si duobus, ait, unum † ex pluribus tutoribus posse agere. vide Aret. in d. consil. 26.

Summarium in l. si minoris. ff. de admi. tuto.

1 *Ille qui egit ad minus, an & quando possit agere ad plus.*

Bar. in l. si minoris. ff. de adm. tut.

1 BART. in d. l. si minoris, tradit, an & quando † ille, qui egit ad minus posit agere ad plus. & dicit, si actio generalis est proposita, sed prosecutio est facta in una specie, & in alia non, & tunc agi potest; & ita limitat procedere. l. licet. C. de iudic. sed si in una specie facta est prosecutio, quamuis non in totum, & eo casu pro residuo agi non potest. Istam limitationem sequitur Ias. in d. l. licet, col. 2. ubi istum tex. ad hoc putat esse singul. & dum Bar. in ead. l. col. fin. inquit, restitutionem in integrum posse cedi, quamuis sit beneficium personale, quia est transitorium ad hæredes, istam consequentiam reprehendit Ias. in l. j. §. fin. colum. 3. versic. vltimò. ff. de oper. nou. nunc.

Summarium in l. si sine hærede. ff. de admi. tuto.

1 *Mortuo principali sine hærede fideiussorem teneri ad id, ad quod principalis tenebatur.*
2 *Accessorium debet sequi naturam sui principalis.*
3 *An & quando accessorium possit stare sine suo principali.*

Bar. in l. si sine hærede. ff. de adm. tut.

1 BART. in d. l. si sine, ait, mortuo † principali sine hærede, fideiussorem teneri ad id, ad quod principalis tenebatur. ex quo Bar. colligit, hunc esse casum, in quo durat obligatio accessoria absque principali. vide Aret. in consi. 10. col. fi. & in l. ij. C. de luit. pignor. Attende in hac materia accessorij, quamuis Doct. dicant regulam capituli accessorium, de reg. iur. in 6. scilicèt, ac-
2 cessorium † debere sequi naturam sui principalis, non habere locum, quando accessorium sine principali stare non potest. tamen Ant. de Fano in tract. de pignor. & hypothec. in 4. membro secundæ par. nu. 63. in fi. ait, distinctionem, scilicèt, an accessorium posit stare sine principali, an non, procedere duntaxàt, ubi agitur de tollendo ipso accessorio, aliter non. & an & quan-
3 do † accessorium posit stare sine suo principali, vide Doct. & maximè Anch. in d. c. accessoriũ. Feli. in c. nonnulli. nu. 80. de rescript. & in c. debitores, col. 2. de iureiur. & in c. cùm. M. Ferrarien. col. 9. in princ. de const. Soc. in consi. 300. col. 3. in 1. vol. & Mari. Soc. iuni. in consi. 65. 68. & in consi. 145. nu. 75.

Summarium in d. l. si sine. §. Modestinus. ff. de admi. tuto.

1 *In reddenda ratione sufficit, si contra tutorem probetur, quot fructus bona fide percipi potuerint, licèt non probetur ab eo fuisse perceptos.*

Bar. in d. l. si sine. §. Modestinus. ff. de admi. tuto.

1 BART. in ead. l. §. Modestinus, inquit, in reddenda † ratione, sufficere, si contra tutorem probetur, quot fructus bona fide percipi potuerint, licèt non probetur ab eo fuisse perceptos. vide Soc. in consi. 159. col. 5. in 1. vol.

Summarium in d. l. si sine. §. Lucius. ff. de admi. tut.

1 *Consuetudo, quæ respicit ipsam rem, ita ligat minores, sicut & maiores.*

Bar.

Bar.in d.l.si sine.§.Lucius.ff.de admi.tut.

1 BART. in ead.l.§.Lucius,tradit,consuetudinem,† quæ respicit ipsam rem,ita ligare minores,sicut & maiores.vide Alex.in cõs.49.col.2.in 1.vol.& in l.non uidetur,col.fi.C.de in integ. rest.& Anch.in c.canonum statuta,col.57.de const.

Summarium in l.tutoribus.§.principalibus.ff.de admi.tut.

1 *Iudex ex causa potest salarium tutori constituere.*

Bar.in l.tutoribus.§.principalibus.ff.de admin.tut.

1 BART. in d.§.Principalibus,inquit,iudicem † ex causa posse salarium tutori constituere. vide Imol.in consi.75.col.2.& Cor.in consi.62.in fi.in 4.vol.Paul.de Cast.in consi.140.col.2. in 2.dub.Barb.in consi.62.in 2.volum.Angel.de Aret.in §.actionum, colum.3. inst. de action. uersi.12.quæro.

Summarium in l.inter tutores.ff.de admi.tut.

1 *Si Comiti concessum fuit feudum à principe de pluribus castris,et filij postea diuiserunt, non propterea diuisa est iurisdictio, sed tantum administratio,& exercitium iurisdictionis.*

2 *An diuisio iurisdictionis fieri possit.*

3 *Feudum comitatus diuidi potest.*

4 *Si plures feudatarij sunt condomini & sint discordes in eligendo officialem,quid fieri debeat.*

Bar.in l.inter tutores.ff.de admi.tut.

BART. in d.l.inter tutores,in fi.decidit quæstionem,quæ sibi in facti contingentia euenit.
1 Cuidam Comiti † fuit concessum feudum à Principe de pluribus castris,filij postea diuiserunt ut propterea non sit diuisa iurisdictio, sed tantum administratio & exercitium iurisdictionis. ex quo sequitur,quòd si unus ex illis delinquat in territorio alterius,non potest ab alio puniri; quia par in parem non habet imperium. Hæc Barto. & ita ipse idem consuluit in consi. 189. incip.Primò quæritur utrum iurisdictio,in secundo dubio quem sequitur Paul.de Cast.in l.viç. ff.de seruit.& Ant.de Butr.Imol.& Abb.in c.prudentiam,de offic.deleg.Gemin.in c.2. col.fin. de arbitr.in 6.Alex.in consi.25.Attentis narratis,in themate,in 5.vol.Adde tex.not.in clem.1.
2 de iur.patron.& glo.in c.licèt.16.q.3.& de 1. quæst.an diuisio † fieri possit,vide Alex.in consi. 160.in libro in quo primi & secundi vol.consilia continentur,in consi.6.& in consi.7.in consi. 11.& in consi.25.in 5.vol.& in consi.60.in 3.vol.Feli.in c.quæ in ecclesiarum,col.32.de cõst. Barb.in consi.22.col.2.in 2.volu. Limita tamen ut per Bald.in c.imperialem,in §. Præterea,de prohib.feud.alien.ut opin.Bar.procedat in uasallis,qui habent in feudum aliquem comitatum, alioqui uerò si essent uasalli inferiorum: quia tunc cessat ratio Bar.scilicèt,iurisdictionem inter eos diuidi non posse: nam tales possent diuidere, ut ait Alex. in locis præmemoratis. Limita etiam ut per Iaſ.in l.j.colu.23.ff.de offi.eius,in princ. & vide Aret. in consi.165. ubi tenet,feu-
3 dum † comitatus diuidi posse,vide Paul.de Cast.in consi.163.col.fi.& plenè Soci. in consi.67. & in consi.165.in 1.vol.& in consi.272.& in consi.278.eod.vol.Iaſ.in l. stipulationes non diuiduntur,col.5.versi.circa gl.ff.de uerb.oblig.Curtium in tract.feudor.col.175.uersic.nonò & ultimò. ubi tradit quomodo fiet ista diuisio commoditatis, & exercitij, & multa uide apud Abb.in d.c.prudentiam,col.3.& ibi Dec.col.4.uersi.& prædicta. & ad prædicta uide omnino consilium 66.inter consilia Albert. Bruni, ubi accedit ad hanc Bartoli sententiam, ut feudum comitatus diuidi non possit,nisi in contrarium uigeret consuetudo. Sed hic suboritur difficul-
4 tas,si plures feudatarij † sunt condomini,& sint discordes in eligendo potestatem, siue officialem,quid fieri debeat? vide apud Albert.Brun. in consi.93.& Soci.in d. consi.272. ubi ait, eos à superiore ad concordiam esse coercendos. Ad illud uerò,quod ait Barto.si unus ex pluribus dominis delinquit,eum non posse ab alijs iudicari,vide Albert.Brun.in cons.31.& Bar.& alios in l.qui iurisdictioni.ff.de iurisd.omn.iud.& quæ ibi posui ad Bar.

Summarium in l.tutores.ff.de admi.tut.

1 *Ei qui agere non potest,imputandum non esse periculum, si nomina debitorum sunt effecta deteriora.*

Bar.

Bar.in l.tutores.ff.de admin.tut.

1 BART. in d.l.tutores,in princ.ait in summa. ei,qui agere, † non potest, imputandum non esse periculum,si nomina debitorum sunt effecta deteriora.vide Rom.in consi.413.col.4.ver. quoad septimum,& in consi.426.

Summarium in d.l.tutores.§.curator.ff.de adm.tut.

1 *Curator datus in testamento impuberi non ualet.*

Bar.in d.l.tutores.§. curator.ff.de admin.tut.

1 BART. in ead.l.§.curator,inquit,curatorem † datum in testamento impuberi non ualere. vide Aret.in l.à Titio,col.fi.ff.de uerbo.obligat.& in consi.66.col.1.& seq.& Iaſ. in l.j.§. si quis ita.col.6.ff.de uerb.oblig.& ibi in 5.col.uersi.secundò,ex hac solutione hic tradita per Bart. limitat Bartolum ibi. sed contra istam solutionem adducitur tex. ut per Aret. in l.j.§.pen. col.3. ver.pro ista.ff.eod.tit.uide omninò Aret.in d.conſ.66.col.1.

Summarium in d.l.tutores.§.curatores.ff.de admi.tut.

1 *Tutores teneri in solidum,ut tutores.*

Bar.in d.l.tutores.§.curatores.ff.de admi.tut.

1 BART. in ead.l.§.curatores,ait,tutores † teneri in solidum, ut tutores. vide Aret.in consi. 24. colum. 8.

Summarium in l.ex pluribus.ff.de admi.tut.

1 *Quæ non sunt transmissibilia ad hæredes cedi non possunt.*

2 *An priuilegium,quod datur pupillo transeat ad hæredem.*

Bar.in l.ex pluribus.ff.de admi.tut.

1 BART. in d.l.ex pluribus,sic ait in summa.Quæ non † sunt transmissibilia ad hæredes,cedi non possunt.Ista regula affirmatiuè non procedit,hoc est,illud esse cessibile,quod est transmissibile ad hæredes: nam fideicommissum transmittitur.l.cogi.§.idem.ff ad Trebell.& tamen cedi non potest.l.si mulier.§.ex asse.ff.de iur.dot.& in alijs huiusmodi casibus idem est. uide Iaſ. in l.j.§.fi.col.4.ff.de oper.nou.nunc.Soc.in l.cùm filios,col.pen.in fi.ff.de leg.1.& vide Rom.in consi.486.ubi ponit exemplum.

2 Bar.in ead.l.in fi.quærit,an priuilegium,† quod datur pupillo,transeat ad hæredem? vide Bar. in l.quia tale,in fi.ff.sol.matr.

Summarium in l.cum post mortem.§.qui cum esset.ff.de admi.tut.

1 *Qui promittit nomine proprio,tenetur, si uerò promittit curatorio nomine non tenetur.*

2 *Ordo scripturæ ordinem indicat uoluntatis.*

3 *Prior in uoce prior est in sensu.*

4 *Si dictum est enunciatiuè aliquem esse hæredem Titij ex hoc intelligitur id factum esse ab eo tanquam hærede Titij.*

5 *Qualitas sine subiecto stare non potest.*

Bar.in l.cum post mortem.§.qui cum esset.ff.de admi.tut.

1 BART. in d.§.qui cum esset,inquit, eum, qui promittit † nomine proprio, teneri, si uerò promittit curatorio nomine,non teneri. sed quid si promittit exprimendo nomen proprium, & appellatiuum,sed nomen proprium præcesit? ait Bart. prima fronte dicendum uideri eum proprio nomine promisisse. vide in simili casu Iaſ.in §.nunciatio,col.3.ver.secunda.ff.de oper.
2 nou.nunc.hoc idem confirmatur; nam ordo scripturæ † ordinem indicat uoluntatis.l.quoties, & ibi gl. & doct.ff. de usufr. ad idem est tex.not.in l.generaliter.§.quis ergo statuet.ff.de fideicommiss.libert.ubi si testator multos seruos manumitti mandauerit,pretium uerò ad unius manumissionem suppetat,prænominatum præferri debere sancitũ est. per quem tex.refert Ang. fratres Minores ab Vrbano Pontifice requisitos, ut ei tres ex fratribus suis nominatim deferrent,quia unum eorum erat ad Cardinalatum euecturus,ipsi uerò ne ex ordine scripturæ unum alteri prætulisse uiderentur,nomina eorum descripta in circulo detulerunt. Ad idem est text.
3 in l.qui soluendo.2.ff.de hæred.inst.& ratio est,quia† prior in uoce,prior est etiam in sensu.Bal.

in l.

in l.qui duos.ff.de excusat.tut.hinc Ang. in auth. de hæred.& Falcid. in §. etenim, ait, si aliquis bona sua in eodem instrumento Titio,& Seio obligauit, Titium ratione prænominationis esse priorem in hypotheca. Ad hęc accedit Dec.in consi.609.ubi loquitur de duobus præsentatis. Tamen Bar.hic decidit contrarium,ratione rei,de qua agebatur,quæ ad adultã pertinebat.sed ultrà Bar.ego dico,ubi etiam ex qualitate rei non dignoscereturˌ id curatorio nomine factum fuisse,nihilominus hoc esse alia ratione conijciendum. Nam ubicunque in aliqua dispositione etiam enunciatiuè sit mentio alicuius qualitatis,id præsumitur factum uigore illius qualitatis;
4 ut puta dictum est enunciatiuè aliquem esse hæredem † Titij,ex hoc intelligitur, id factum esse ab eo tanquam hærede Titij. Abb.in consi.115.in 2.vol.& Alex.in consi.90.col.fi.in 3.vol.& uide omnino quæ pono in secunda annot.in Bar.in l.Titium.§.altero, infrà eod. tit. ita igitur & in proposito casu,cùm ultra nomen proprium exprimitur ista qualitas, scilicèt, eum esse curatorem huius adultæ,intelligitur absque alia coniectura curatorio nomine id fecisse. Neque ob stat ratio prænominationis,quam superius attuli; quoniam illa procedit solùm quando sumus in personis, uel in rebus, quarum unaquęque per se potest principaliter considerari. & ideò dubitare decet,de qua prius fuerit intellectum.sed in proposito casu hoc dubium cadere non
5 potest; quia,quod aliquis sit curator adultæ,ista est qualitas † quædam,quæ sine subiecto stare non potest.l.eius qui.§.qui stipulatus.ff.si cert.petat.& ideo necesse est, ut prænominetur persona, tanquam subiectum, cui ista qualitas adijciatur, quare ista prænominatio non potest indicare ordinem uoluntatis,sed magis ordinem indicat necessitatis: quia si uolo nominare curatorem adultæ,necesse est,ut prius intelligatur,quis ille sit,cui cura fuit iniuncta.

Summarium in l.Lucius. §.Paulus.ff.de admi.tuto.

1 *Si aliquis assumpsit custodiam castri usque ad sex menses,& dedit fideiussores, finitis sex mensibus, fideiussores non tenentur.*

Bar.in l.Lucius.§.Paulus.ff.de admi.tut.

1 Bart. ind.§. Paulus, ponit quæstionem, si aliquis assumpsit † custodiam castri usque ad sex menses, & dedit fideiussores, ut finitis sex meusibus fideiussores non teneantur: & remittit se ad ea quæ dixit in l.item quæritur.§.qui impleto. ff.loca. ubi uide, quæ posui ad Barto.& vide etiam Ias.in l.j.col.pen.C.de iudic.& in l.lecta.col.6.versi.& in 1.ff.si cert.pet.

Summarium in l.Titium. §.tutores.ff.de admi.tuto.

1 *Ad tutorem, apud quem instrumenta ad administrationem alterius pertinentia reperiuntur, pertinet alteri notum facere.*

2 *Ille,qui promittit soluere ubicunque petitum fuerit,non propterea trahi potest extra territoriũ suum.*

3 *Licèt in contractibus,quis conueniatur ubi reperitur,tamen quando quis in certo loco solutionem destinauit,ut puta Venetijs,uel ubi creditor uoluerit,partes tacitè agunt, ut omnino ubique etiam si sit absens conueniri possit.*

4 *Ille,qui se obligauit ut ubique conueniri possit,an etiam in loco non tuto conueniri possit.*

Bar.in l.Titium.§.tutores.ff.de admi.tut.

1 Bart. in d.l.Titium.§.tutores,sic ait in summa. Ad tutorem, † apud quem instrumenta ad administrationem alterius pertinentia reperiuntur,pertinet alteri notum facere. Ad materiam huius tex.vide Soc.in consi.175.in 1.vol.Postea Bar.dicit attendenda esse illa uerba text. ibi, promisit soluere ubicunque fuerit petitum. ex quo infert ubicunque petitum fuerit, ibi esse contractum uideri. sequitur Dec.in c.1.col.18.de iudic.in 4.ampliat.& uide Bal.in c.1.de milit.uasal.qui contu.est.col.4.& Alex.in l.pen.col.1.in fi.C.de pact.Præterea Bart. considerat illa uerba tex.ibi,quæro si nec debitores in Italia essent,nec eorum prædia. ex quibus colligit,
2 eum,qui promittit † soluere ubicunque petitum fuerit,propterea non posse trahi extra territorium suum, si ibi non inuenitur personaliter, uel si ibi non sunt bona sua. hæc Bar. Ad istam
* opinionẽ accedit Dec.in d.c.1.col.19.de iudi. ubi ait.eam esse * uotis frequentioribus approbatam. Attende tamen diligenter,quia contrarium uidetur colligi ex illo tex.ubi hæc habẽtur:

quæro

quæro cùm debitores non sint in Italia,nec eorum prædia,an exactio ad tutores Italicæ rei spe
ctet? Resp. si contractus erat prouincialis, non pertinere. igitur uult, contractum, si italicus
fuisset,ad tutores italicos pertinere in proposito casu, scilicèt quãdo nec debitores,nec eorum
bona in Italia sunt:& adc.Romana.§.contrahentes, de foro comp. ubi uidetur casus, respon-
deas licet,illum tex.procedere,quando aliquis simpliciter in aliquo loco cõtraxit,hic uerò pro
misit soluere,ubicunque uoluerit creditor: atque ita diuersitatem facti uideo,rationem in iure
uidere nescio. vere tamen iste tex.uidetur urgere,si diligenter inspicietur. & ex ijs potest col-
3 ligi noua conclusio,quæ ea est,ut quamuis in contractibus † quis conueniatur ubi reperitur,ta-
men quando quis in certo loco solutionem destinauit,ut puta Venetijs uel ubi creditor uolue-
rit,partes tacitè agunt,ut omninò ubique etiam si sit absens conueniri possit; nam talis non di-
citur promissa seruare,& ideò actio efficitur arbitraria ratione interesse. atque ita iste tex.mul-
tùm facit ad rem hanc,quamuis reluctari uideatur tex. in l.j.ff. de eo quod cert.loc. & ibi om-
nes tradunt;ideò cogita solutionem. & pro nunc sufficiat difficultatem hanc excitasse. neque
obst.huic sententiæ tex.iste,qui præsupponit debitores ab italicis tutoribus conueniri nõ pos-
se; & tamen attenta conclusione præmemorata,ubicunque deberent posse conueniri, ex quo
promiserunt soluere ubicunque peteretur. Respondeo enim hoc fieri posse à prouincialibus,
cum quibus debitores contraxerunt,non autem ab italicis,cùm quibus nihil prorsus egerunt.
& ista opinio suaderi posset ex traditis per Dec.in d.c.1.col.3.& 4.de iudic.& in materia eius,
4 qui se obligauit,ut ubique conueniri † possit,dubitari solet,an is etiam in loco non tuto conue-
niri possit? Ang.& Alex.in l.cùm res.ff.de leg.1.eum dicunt ibi conueniri non posse. Imol.ve
rò contrarium sentit. sed ad opinionem Alex.accedit Feli.in c.accedens.2. inter numerum 6.
& 7.ut lit.non contest.idque ea ratione,quia is in specie hoc uerisimiliter non fecisset.

Summarium in d.l.Titium.§.Præfectus.ff.de admi.tut.

1 *Ea,quæ tutor potest licitè facere pro se ac etiam pro pupillo, si fecit,in dubio pro se fecisse uidetur.*

Bar.in d.l.Titium.§.Præfectus.ff.de admi.tut.

1 Bart. in ead.l.§.Præfectus,ait,ea,quæ tutor † potest licitè facere pro se, ac etiam pro pu-
pillo,si fecit,in dubio pro se fecisse uidetur.vide Alex.in cons.132.col.2.in 5.vol. & in cõs.134.
eod.vol.& Dec.in cons. 7.col.3.nu.5.

Summarium in d.l.Titium.§.altero.ff.de admi.tuto.

1 *Pecuniam,quam ex re pupilli redigit tutor,non esse ipsius pupilli, sed tutorem teneri in genere.*
2 *Quando dubitatur,an aliquis pecunia communi,an propria negotiatur,in dubio de propria pecunia præ-
sumendum est.*
3 *Quando aliquis habuit mandatum ab alio ad id faciendum, eo casu in dubio censetur illius nomine ne-
gociari.*
4 *Licèt pecunia sit communis,tamen compendium non esse commune,nisi communi nomine contractus fue
rit celebratus.*
5 *An & quomodo societas tacitè contrahi possit.*
6 *An filia unius ex fratribus,qui tacitè omnium bonorum societatem contraxerunt,de bonis communibus
sit dotanda.*
7 *An & quando,& quomodo cum contutore societas tacitè contrahatur.*
8 *Quomodo tacitè sit contracta societas,an omnium bonorum,an unius negociationis.*
9 *Si lucra unius negociationis communicantur,illius negociationis uidetur esse contracta societas.*
10 *Si unus socius nomine suo fundum emeret,non tenetur illam communicare.*
11 *Societas dissoluitur à tempore,quo socy desierunt possidere.*
12 *Societas intelligitur tacitè renouata inter hæredes sociorum defunctorum, quando finito tempore perse-
uerant exercere actus sociales.*

Bar.in d.l.Titium.§.altero.ff.de admi.tut.

1 Bart. in ead.l.§.altero,in 1.col.inquit,Pecuniam, † quam ex re pupilli redigit tutor, non
esse ipsius pupilli,sed tutorem teneri in genere. & ideo si pecunia deperiret,periculum, & dã-

num

num esset ipsius tutoris. Attende istam rationem, quam ad decisionem pulchri casus attulit Dec. in consi. 6. quem uide omninò.

2 Bar. in ead. col. inquit, quando dubitatur, † an aliquis pecunia communi, an propria negocietur, in dubio de propria pecunia præsumendum esse. vide Alex. in consi. 134. & in consi. 137. in 5. vol. & dum subiungit idem esse etiam quando dubitatur, an communi, an proprio nomine negocietur, vide Bar. in l. post dotem, in 6. lectura Dyn. uersic. item oppono, quòd secundum, in 3. quæst. ff. sol. matr. ubi Ias. col. 56. versic. circa secundum notabile. Hoc tamen fallit secun-
3 dum Bart. quando aliquis habuit mandatum † ab alio ad id faciendum: nam eo casu in dubio censetur illius nomine negociari. idem sequitur Alex. in consi. 167. Viso instrumento, col. fin. in libro in quo primi & secundi vol. consilia continentur, & in consi. 90. colu. fi. in 3. vol. & in l. post dotem, col. 8. ff. sol. matr. Aret. in consi. 23. in 3. dub. & in consi. 63. & in terminis vide Bal. in cons. 61. in 3. dub. in 2. vol. Sed redeundo ad prædicta, quid si emerem nomine meo, & nomine fratris mei, de cuius pecunia uidebitur facta emptio? Respondeo de propria. casus est sing. in l. ij. vbi Bar. gaudet. C. pro soc. & tradit Rom. in sing. 435. incip. quid si emerem.

4 Bar. in eod. §. col. 2. versi. quæro quid si patruus, dicit, quamuis pecunia † sit communis, tamẽ compendium non esse commune, nisi communi nomine contractus fuerit celebratus. vide Corn. in consi. 112. in 3. vol. Rom. in consi. 3. & ad hæc omnia vide Barb. in consi. 307. per totum in 2. vol. Rom. in consi. 297. & in consi. 413. in ultimo dub. & in consi. seq. Card. in consi. 27. in 2. dub. Ana. in consi. 63. in 2. dub. Alex. in consi. 48. col. 3. in 1. vol. & in cons. 172. Viso testamento, in 2. dub. in lib. in quo primi & secundi volu. consilia continentur. & in consi. 134. in 5. vol. & omninò Bal. in cons. 260. in 1. vol. Corn. in cons. 61. & in cons. seq. in 1. vol. Ang. in cõs. 113. Soc. in cons. 24. col. pen.

5 Bar. in ead. col. quærit, an & quomodo societas † tacitè contrahi possit? Ad istam quæst. vide Alex. in consi. 24. & in consi. 49. in 1. volu. & in consi. 172. Viso testamento, in libro in quo primi & secundi vol. consilia continentur, & in consi. 690. eod. vol. & in consi. 36. in 4. vol. & in consi. 72. usque ad consilium 78. in eod. vol. & Abb. in consi. 65. in 1. volu. Soc. in consi. 160. in consi. 162. & in consi. 192. in 1. volu. Dec. in consi. 21. per totum. in consi. 66. in consi. 68. & in consi. 304. & in consi. 441. & in consi. 548. & in consi. 628. & latè Ias. in l. j. C. qui testa. facer. poss. & omninò uide eundem Ias. in consi. 2. in 3. volu. Contrarium tamen eius, quod hic tenet Bar. tenuit idem Barto. in l. & duobus, in 6. q. principali. ff. de duob. reis. & pro opinione Bartoli hic ultra ea, quæ ibi tradidit Aret. facit tex. in l. ij. C. pro soc. & ibi Bar. Bal. Ang. Sali. & Paul. de Cast. & ad rem faciunt trad. per Bal. in c. 1. de benef. fratr. in usibus feudorũ. uide Raph. Cuma. in l. duos reos. ff. de duob. reis. Rom. in consi. 168. & in consi. 291. Barb. in consi. 301. colu. 4. in 1. vol. Corn. in consi. 114. in 4. vol. & Alex. in consi. 70. in 5. vol. ubi inter cætera tractat, an filia
6 † unius ex fratribus, qui tacitè omnium bonorum societatem contraxerunt, de bonis communibus sit dotanda? De qua re uide eundem Alex. in consi. 297. in libro in quo primi & secundi vol. consilia continentur. & in cõs. 103. in 3. vol. & quæ plenè posui in l. si socius. ff. pro socio.

Bar. in ead. col. versi. ex prædictis, ait, rem hanc ex prædictis non bene declarari, ideò inquit latius esse dicendum, siue simus in duobus fratribus, siue in patruo, & nepote: aut eorum alter erat pupillus, & eo casu tacita non intelligitur contracta societas, & reliqua, ut ibi per Bart. Ad hoc, quod dicitur de pupillo, vide Alex. in consi. 49. in 1. vol. & in consi. 172. in libro in quo primi & secundi vol. consilia continentur. & in cons. 103. in 3. vol. & in cons. 36. in 4. uolu. Soci. in cons. 60. & in cons. 192. in 1. uol. Dec. in cons. 21. & in cons. 548. Barb. in cons. 25. col. 4. in primo uol. Roma. in cons. 282. Ana. in consi. 56. & latè de tota hac re, de qua agit Bar. hic uide Ias.
7 in l. j. C. qui test. facer. poss. & de hoc, ac etiam an & quando † & quomodo cum contutore societas tacitè contrahatur, vide Rom. in consi. 413. col. pen. in 6. dub. Soc. in consi. 87. colu. fi. in 1. vol. & Alex. in consi. 138. in 5. vol. ubi agit, an inter fratres uiuo patre simul habitantes, & negociantes, uideatur contracta societas. & plenè ad omnia ferè dicta hic per Bart. uide Dec. in d. consi. 21. Corn. in consi. 251. in 4. vol. & in consi. 299. eod. volu. & in consi. 61. & in consi. 1.

in 1. vol.

in 1.vol.& in consi.213.in 2.vol.Soc.in d.consi.160.& 162.Anch.in cons. 103. Barb. in cons. 22.scripsit in lib.Alex.in cons.184.& in consi.137.in 5.vol.

8 Bar.in eod.§.col.fi.quærit,quomodo † tacitè sit contracta societas,an omnium bonorum, an unius negociationis? vide Soc.in consi.192.uersi.circa secundum,in 1.vol.vbi tradit, quæ lucra sint communicanda,& quæ onera inter socios omnium bonorum expresè, & tacitè. Alex. in consi.172.in libro in quo primi & secundi volu.consilia continentur. Dec.in consi.21.& in
9 consi.66.& in consi.68.& dum subiungit Bar. si communicauerunt † lucra unius negociationis,illius negociationis uideri contractam esse societatem. vide Alex. in consi.297. Videretur circa. & in consi.22.in fi.in 4.vol.& in consi.72.cum tribus sequent. eod.vol. & in consil. 24.
10 in fi.in 1.vol.& dum ex hoc infert Bar.quòd si unus † nomine suo fundum emeret,non teneretur illum communicare,vide Ias.in l.si socius.ff.si cert.pet.& Alex.in d.consi.172.in lib. in quo primi & secundi vol.consilia continentur. & Dec.in d.consi.21.sed secundum Bartolum tenetur communicare pecuniam,si ex d.negociatione fuisset.vide Alex. in consi.190. Diligenter inspectis,in d.lib.in quo primi & secundi vol.consilia continentur. & in consi.37.in 4.vol.& in consi.49.in 1.vol.& in consi.98.eod.volu. Barb.in consi.22.in 2.vol.Ias.in l.j.col.3. C. de furt.
11 Dec.in d.cons.21.& Anch.in cons.302.Denique subijcit Bar.in fi.eiusdem.§. societatem † dissolui à tempore, quo desierunt possidere, alioqui uerò si unus perseuerabat communicando, & alter sibi retinebat,& societati non renunciabat. De hac re uide omninò Alex.in consi.220. Discussis his,in libro in quo primi & secundi volu. consilia continentur. vbi excutit hæc dicta Bar.hic in fi.& in consi.132.134.& in consi.137.in 5.vol.Bal.in consi.452.in 3.vol.& in cons. 397.in ultimo uol.& Ana.in consi.302. Non est hoc ultimo loco prætermittendum, societa-
12 tem † intelligi tacitè renouatam inter hæredes sociorum defunctorum,quando finito tempore perseuerant exercere actus sociales. Abb.in consi.87.in 2.vol.uide Dec.in cons.213.

Summarium in l.inter bonorum.ff.de admi.tut.

1 *Dictio plenè,idem est,ac si liberè diceretur.*

Bar.in l.inter bonorum.ff.de admi.tut.

1 Bart. in d.l.inter bonorum,uocē hanc,plenè, † idem esse,ac si liberè diceretur. quid autem significet uox,liberè,uide Alex.in cons.154.in lib.in quo primi & secundi vol.consilia cōtinentur.& Dec.in c.si pro debilitate,de off.deleg.

Summarium in l.tutor rerum.ff.de admi.tut.

1 *Res pupilli iustè uendita,potest à tutore licitè retineri,si emptor pretium non soluit, & ipse pretium de suo in pupilli utilitatem conuertit.*

Bar.in l.tutor rerum.ff.de admi.tut.

1 Bart. in d.l.tutor rerum,colligit ex tex.Rem pupilli † iustè uenditam posse à tutore licitè retineri,si emptor pretium non soluit,& ipse pretium de suo in pupilli utilitatem conuertit. & rationem ait esse,quia tutoris authoritas à principio fuit facta uenditio: proinde absque noua uenditione potest tutor sibi rem retinere palàm & bona fide.Istum tex.ait esse sing.Rom. in l.singularia,colum.7.ff. si cert.pet.facit tex.in l.quod diximus.§.fi.cùm l.seq.& ibi tradit Bar.ff. quod met.caus.Bald.in l.si ut proponis.1.colum.penul.& ibi etiam Salic.C.quomod.& quando iudex.

Summarium in l.chirographis.ff.de admi.tut.

1 *Si amisi instrumentum,debitor potest cogi ad nouam promissionem faciendam.*

Bar.in l.chirographis.ff.de adm.tut.

Bart. in d.l.chirographis,quærit,de quibus instrumentis sentiat ista l.& ait,de publicis.vi-
1 de Perus.in c.ut debitus,de appell.col.16.subiungit postea Bar. si amisi instrumentum, † debitorem cogi posse ad nouam promissionem faciendam. hoc dictum not.cum gl.ad aliud adducit Bar.in l.ij.in princ.col.fi.ff.sol.matr.sequitur Bar.in l.Gallus.§.idem credendum,propè fi.ff. de liber.& posth.ubi in prima lectura colu.5.versi. subdit.vide ad prædicta Alex.in l.si finita,§. eleganter.ff.de damn.infec.col.7.

Summa-

De administratione tutorum.

Summarium in d.l.chirographis.§.ab eo.ff.de adm.tut.

1 *Si iudex primus appellationem non recepit, ad officium iudicis spectare, admitti ne debeat, an non.*

Bar.in d.l.chirographis.§.ab eo.ff.de admi.tut.

1 BART. in ead.l.§.ab eo,inquit,si iudex † primus appellationem non recipit,ad officium iudicis spectare,admitti ne debeat, an non. vide Soc. in consi.195.col.2. in 1.vol.& dum infert Bar.iudicem primum,qui non recepit,debere causam exprimere, quare non recepit. vide Bal. in c.ex parte,col.3.de rescrip.& Signor.in cons.130.& in cons.251.in fi.

Summarium in l.apud Aristonem.ff.de admi.tuto.

1 *Pupillus tenetur ex culpa tutoris, quatenus factus est locupletior.*

2 *Pupillus conuentus ante finitam tutelam cedere potest spem actionis, quam habet contra tutorem.*

Bar.in l.apud Aristonem.ff.de admi.tut.

1 BART. in d.l.apud Aristonem,sic ait in summa. Pupillus † tenetur ex culpa tutoris quatenus est factus locupletior,ac etiam ultra;si tutor est soluendo,sed liberetur cedendo actionem. De hoc an & quando pupillus liberetur cedendo actionem, vide Paul. de Cast.in l.ij. C.de his
2 quib.ut indign.& dum subiungit Bar.pupillum conuentum † ante finitam tutelam,cedere posse spem actionis,quam habet contra tutorem. Attende,quia contrarium tenuit idem Bar. in l. si se non obtulit,in princ.ff.de re iudic.& ibi Alex.animaduertit ad istam contrarietatem,& dicit se credere hanc opinionem Bartoli hic esse ueriorem,ut ibi per eum in 2.col.& ibi Ias.colu. 17.versi.limita.

Summarium in l.j.ff.de auth.tut.

1 *Quod iure directo non licèt, in consequentiam licet.*

2 *Pater potest authoritatem præstare filio in causa aduentitia, quò ad proprietatem, non autem quò ad usumfructum.*

3 *Filius an possit donare patri causa mortis ipso authorante.*

4 *Ad hoc ut filius possit donare fratri eius authoritas non exigitur.*

Bar.in l.j.ff.de aut.tutor.

1 BART. in d.l.j.sic ait in summa.quod iure † directo non licet,in consequentiam licet. Multa ad l.hanc pertinentia uide apud Bal.in l.si uxor.C. de condit. insert. & Felin. in c.edoceri,col.penul.de rescript.& aliquid per Soc.in consi.242.col.pen.in 1. vol. vbi limitat hanc.l. & hoc Bartoli documentum. & dum Bart. opp. dicens,immo quod directè non licet,non licere etiam per obliquum. uide Flor.in l.emptorem.ff. de probat. & Alexan. in consi.28.Ponderatis uerbis,col.pen.in 3.vol.& omninò in consi.164.Præsuppono in 5.uol.

2 Bar.in ead.l. uersi. quæro quid si pater, tradit, patrem † posse authoritatem præstare filio in causa aduentitia quò ad proprietatem,non autem quòad usufructum; quia patri quæritur. vide Alex.in l.j.col.2.C.und.uir & ux.& in consi.29.col.antepe.in 3.vol.Bald.in consi.213.in 2. vol.& in consi.284.& in consi.290.& in consi.331.in 3.vol.Soc.in consi.87. colu.2.in 1.volu. Ang.in consi.143.Tria dubia. Rom.in consi.515.Signor.in consi.290.Oldrad.in consi.26.& an & quando aliquis possit authoritatem præstare in facto proprio,vide Ang.in l.j.§.fuit quæsitum.ff.ad Trebell.Alex.in cons.49.& in cons.106.in 1.vol.& omninò Soc.in cons.23.in 4.vol. & ea quæ posui ad Bar.in l.si consul.ff.de adopt.

3 Bar.in ead.l.uersi.quæro quid si filius,agit an filius † possit donare patri causa mortis ipso au-
* thorante. & conclusionem Bartoli hic* communiter respuunt moder.ut per Ias.in l.j.§.fuit quę situm,col.1.versi.hic uidetur. ff.ad Trebell. & adde in contractu gesto cum patre necessarias non esse solennitates alioqui requisitas,ut per Ias.in l.pactum quod.col.fi.C.de collat.ubi ponit exemplum. & de ista quæst.Bar.vide Alex.in d.§.fuit quæsitum,& Abb.in consi.147.Factum in effectu,in fi.Barb.in c.possessiones,col.2.& seq.de reb.ecclesiæ non alien.& Bal. in consi.193.
4 in 5.vol.& dum ibi Bar. dicit, aduertendum esse ex ista gl.ad hoc ut filius † possit donare patri,

eius

eius authoritatem non exigi. vide Alex.in l.bonorum,propè fi.C.qui admit.& in l.j.col.2.eod. tit.& Barb.in consi.1.col.4.in 1.vol.Denique Bart.in fin.principij.huius.l.quærit, quid fiet de usufructu,si pater non potest authorari,ut sibi quæratur. vide Oldr. in consi.26. Abb.in consi. 40.in fi.in 2.vol.& in c.sicut nostris,col.fi.de iureiur. Feli.in c.in super,col.5.de testi. & aliquid in c.cum nuncius,col.fi.de testi.Barb.in consi.42.col.13.in 1.vol.& Ias.in l.si quis hæres.§.fi.in 3.notab.ff.de acquir.hæred.post Ang.quem ibi refert.

Summarium in d.l.j.§.tutor si inuitus.ff.de auth.tut.

1 *Præsentia alicuius potest esse sine consensu.*
2 *Testi an sufficiat si dicat se fuisse præsentem,an uerò necesse sit ut dicat,se etiam intellexisse.*
3 *Præsentia authoris tacentis,& intelligentis inducit authoritatem.*

Bar.in d.l.j.§.tutor si inuitus.ff.de auth.tut.

1 BART. in ead.l.§.tutor si inuitus, colligit ex tex.præsentiam † alicuius esse posse sine con
* sensu. De hac re uide Alex.in l.ij.§.fi.ff.sol.matr.ubi ait ad hanc opinionem Bar.hic doctores* communiter accessisse,& in l.j.col.20.ff.si cert.petat.idem sequitur in consi.70.Viso processu, col.4.versic.& licèt testis dicat,in 1.volum.& in consi.73.col.1.eod.volu.Felin.in procem. decretal.Cæpoll.in consi.61.Barb.in consi.29.col.15.in 1.vol.& in c.causam matrimonij,colu.5. de offi.deleg.& Ias.in d.l.ij.§.fi.ff.solut.matrim. & in l.j.in fi.ff. de in ius uocan. & omninò uide quæ posui ad Bar.in l.diem proferre.§.coram.ff.de arbitr.& ideo ex ijs Barto.infert ad testem,
2 † utrum sufficiat, si dicit se fuisse præsentem,an uerò necesse sit, ut dicat se etiam intellexisse ? de qua re uide Ias.in rubri.C.de in ius uocan.& dum subiungit Bart.illum text.facere à contra-
3 rio sensu,præsentiam † tutoris tacentis & intelligentis inducere authoritatē, vide Barb.in cōsi. 31.col.4.in 1.vol.Feli.in c.3.col.4.de iudic.Aret.in consi.161.col.3.& quamuis Bart. concludat hic,& in l.etiam, infrà eod.titulo à tutoris taciturnitate colligi non posse interpositionem suæ authoritatis, tamen in contrarium uidetur urgere; quia si tutor esset uocatus præcisè ad hoc,tunc tacendo uidetur consentire & affirmare: ita Felin. declarat Innoc. in c.1.de maio. & obed.dicens documentum hoc esse menti tenendum. neque obstat ratio,quam adducit Bart. in d.l.etiam, scilicèt, si à taciturnitate tutoris consensus eliceretur, etiam mutus posset esse tutor; sed consequens est falsum, igitur & antecedens. Respondeo enim hæc longè esse dissimilia: nam ideo muti taciturnitas significare non potest consensum,quia non potest non tacere, & loquendo dissentire non potest, alioqui uerò est in eo, qui potest loqui, & dissentire; nam cùm sit uocatus ad hoc,& taceat,censetur consentire per prædicta: tamen magna est authoritas Bartoli & aliorum.

Summarium in l.pupillus.§.item ipse tutor.ff.de auth.tut.

1 *Fraus præsumitur eò ipso quòd aliquis emit per interpositam personam.*

Bar.in l.Pupillus.§.item ipse tutor.ff.de auth.tut.

1 BART. in d.l.pupillus.§.item ipse tutor, colligit ex text.fraudem † præsumi eo ipso quòd aliquis emit per interpositam personam. De hac re uide aliqua per Alex.in l.j.§.quæsitum,col. 1.ff.ad Trebell.Feli.in c.consuluit.col.pen.& fi.de offic.deleg.& in c.cùm quidam,colu.pen.de iureiur.& in c.edoceri,colu. penul. de rescrip.Angel.in consi.96.in primo dubio.& in l.j.§.fuit quæsitum.ff.ad Trebell.& Soc.in consi.87.col.3.& in consi.112.in 1.vol.& in consi.80. col.2. in 4.vol.& dum Bar.prosequitur distinguendo,aut tutor emit authoritate sua, & reliqua: vide eundem Bar.in l.singularia,in 5.speciali.ff.si cert.pet.ubi Ias.col.7.

Summarium in l.& si conditionalis.ff.de auth.tuto.

1 *Authoritas tutoris cum sit actus legitimus, an possit fieri sub conditione si & in quantum potest fieri de iure.*

Bar.in l.& si conditionalis.ff.de aut.tut.

1 BART. in d.l.& si conditionalis,agit,an authoritas † tutoris,cum sit actus legitimus,possit

fieri ſub conditione,ſi & in quantum poteſt fieri de iure? Bar.uidetur dicere hanc conditionẽ, quæ eſt de præſenti,non ſuſpendere.& ex hoc inferri poteſt contra Io.Fabri.in §.conditiones. inſt.de uerb.oblig.ubi uult,actus legitimos fieri ſub conditione de præterito uel dę præſenti. vide Feli.in c.cùm contingat,col.3.de off.deleg.

Summarium in l.obligari.§.tutor.ff.de auth.tut.

1 *Authoritas debet in ipſo negocio interponi.*

2 *Quando obligatio utilis eſt pupillo non ſolum authoritas ex poſt facto interuenire poteſt, ſed etiam ſine authoritate tutoris pupillus poteſt obligari.*

Bar.in l.obligari.§.tutor.ff.de auth.tut.

1 BART. in d.§.tutor, ait, authoritatem † debere in ipſo negocio interponi. De hac re vide Soc.in conſi.15.& in conſi.87.in primo uol. & Alexand. in conſi.106. Quò ad præſens,in primo vol.ubi citat hoc Bartoli documentum. Illud tamen ſcias, authoritatem prælati, quò ad utilitatem eccleſiæ,etiam ex poſt facto interuenire poſſe, per text. in c.ſi qua de rebus.12.q.2. Abb.in c.edoceri,de reſcript.ubi uide etiam Felin.& ad rem faciunt trad.per Bal.in l. quæcunque.C.de bon.quæ liber.Limita id, quod hic,& alibi dicitur de authoritate præſtanda pupil-
2 lo,maximè inſt.de aut.tut.in principio,& alioqui obligari † non poſsit, ut non habeat locum, quando illa obligatio utilis eſt pupillo: nam tunc non ſolùm authoritas ex poſt facto poteſt interuenire, ſed etiam ſine authoritate tutoris,pupillus obligari poteſt. glo.eſt ſingul.ſecundum Ange.in l.ij.ff.de accept. & vide ibi Imol. & Corſet.in ſingul.ſuis in uoce,Pupillus. Ad rem faciunt,quia hoc idem dicitur etiam in contractu mulieris,ut ualeat ſine decreto, quando ei utilis eſt. Dec.in conſi.331. col.2. in l.Barbarius.ff.de offic.prætor.& multos caſus ſimiles attulit Feli.in c.cauſam,col.pen.de iudic.

Summarium in l.accipientis.ff.de auth.tuto.

1 *An ſufficiat ſi unus procurator,qui plures habet cauſas coram iudice compareat, & dicat, compareo pro omnibus cauſis meis.*

Bar.in l.accipientis.ff.de auth.tut.

1 BART. in d.l.accipientis,in fi.quærit,nunquid ſufficiat † ſi unus procurator,qui plures habet cauſas,coram iudice compareat,& dicat; compareo pro omnibus cauſis meis? vide Alex. in l.ſi finita.§.Iulianus,col.2.verſi.item in quantum.ff.de damn.infec.ubi ſubnectit aliam quæſtionem de eo,qui ſaccum ſcripturarum produceret,quatenus faciunt pro ſe? vide Iaſ.in l. Titiæ textores.in princ.col.2.ff.de leg.1.& Feli.in c.imputari,in fi.de fid.inſtrum. & uide Barb. in conſi.8.colu.fi.in 1.volu.

Summarium in l.ſi tutor.ff.de auth.tut.

1 *Non cogitur tutor in certo contractu authorari pupillo.*

Bar.in l.ſi tutor.ff.de auth.tut.

1 BART. in d.l.ſi tutor,ſic ait in ſumma, Non cogitur † tutor in certo contractu authorari pupillo. vide Rom.in conſi.149.in princ.& ſolutionem,quam dat Bar.hic in fi.ad contraria ſequitur Alex.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori, col.5.ff.de oper.nou.nunc.

Summarium in l.poteſt.ff.de auth.tuto.

1 *Appellatione bonorum mobilium,uel immobilium,an & quando ueniunt iura,& actiones.*

2 *In uenditione,cuius loci & territorij dicantur eſſe nomina debitorum.*

3 *Si teſtator dicit,ſubſtituo talẽ in oĩbus bonis meis mobilibus,et immobilib. iura et actiones nõ cõtinẽtur.*

Bar.in l.poteſt.ff.de auth.tut.

1 BART. in d.l.poteſt, tradit, an & quando appellatione † bonorum mobilium, uel immobilium ueniant iura & actiones. De hac re vide Alexand.in l.à diuo Pio.§.in uenditione,in primo notabili.ff.de re iudic.ubi Iaſ.in quarto notabili colum.63. Alexand.in conſi.16. colum.fi. & in conſi.45.colum.4.verſic. Primo enim conſidero.& in conſi.125. colum.5.in primo vol. & in conſi.27.columna fin. in tertio uolum. in conſi.136.& in conſi.244.in 6.volum.Socin.in conſi.101 in 1.vol.Aret.in conſ.54.propè fi.Feli.in c.omnes leges,nu.22.in addit.ad princip.

opus

opus Abb.in decretum. & aliquid in proœm.decretal.col.3.Bart. in consi.50. Filius Petri de Florentia. Abb. & Barb.in c.nulli.de reb.eccl.non alie.in cap.2. per illum tex.de relig.domi.& omnino Ang.in l.si constante.§.si bona mulieris.ff.sol.matr. Alex. & Bart.in d.§. in uenditione.

2 Cuius autem loci, † & territorij dicantur esse nomina debitorum, vide Alexand. in consi.125. in 1.volum.& in consi.19.in 6.volu.& Socin.in d.consi.101. & in consi.175.in 1.volum. quid si testator legat omnia bona sua, vtrum comprehendantur nomina debitorum? vide Bart. in d.consi.50.& tex.& doct. in l. uxoris meæ.ff. de usufru.leg. & clarius uide Bart.in l.quintus.§. argento.ff.de aur.& arg.leg.ubi not.distinguit,aut uox,omnium, applicatur generi amplo, ut non dicam generalissimo, ut puta omnia bona mea, & tunc etiam iura & actiones contineantur. aut applicatur alio generi strictiori, ut omnia bona mea mobilia, uel immobilia, & tunc non comprehendantur: ita decidunt etiam Bal. Ang.Imol.& Alexand.in d.l.si constante.§.fin. ff.solut.matrim.ubi publicatis omnibus bonis mulieris,aiunt etiam debitorum nomina contineri? alioqui uerò si dictum fuisset, omnibus bonis mobilibus,& immobilibus. & decisionem hanc ad legatum attulit Alexand. in apostill. ad Barto. in d.§.argento. ad rem faciunt trad. per

3 Barto.in l. Centurio, in tertia quæstio. princip.ff.de uulga.& pupill. vbi ait, si testator † dicit, substituo talem in omnibus bonis meis mobilibus, & immobilibus, iura & actiones non con-

* tineri. & hanc opinionem testatur esse * communem Alexand.in d.§.in uendititione,in primo notabili.& idem sentit ibi Iaſ. in quarto notabili dicens se consuluisse ultra montes, donationem omnium bonorum mobilium, & immobilium,iura & actiones non complecti. & in legato sequitur Bartolum in d. consi.50. idem tradit Iaſ.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig.Redeundo autem ad dicta Bart.hic,vide eundem Bar.in l.si conuenerit,2. ff.de pignor.acti.& in l.j.C.si aduers.transact.Et an appellatione immobilium contineantur actiones, vide Bar.in l.ad resoluendum.C.de prædi.minor.

Summarium in l.inter pupillos.ff.de aut.tut.

1 *Diuisio an & quando inter pupillos fieri possit.*

Bar.in l.inter pupillos.ff.de aut.tut.

1 Bar. in d.l.inter pupillos,tradit,an & quando † inter pupillos possit fieri diuisio. Aret. in cons.22.& dum Bar.ait,pupillum,quando ei expedit,ut quia socium habet rixosum,posse prouocare ad diuisionem cum authoritate iudicis. vide Alexand.in consi.7.in fi.in 5.vol. Paul.de Cast.in consi.162.col. pen. Soci.in consi.67.colum. fin.uersic. sed postremò. & in consi.165. col.fi.in 1.volum.

Summarium in l.defendente.ff.de auth.tut.

1 *Petitio restitutionis impedit executionem sententiæ.*

Bar.in l.defendente.ff.de aut.tuto.

1 Bart. in d.l.defendente, sic ait in summa. Petitio restitutionis † impedit executionem sententiæ. circa istam.l.uide omninò Aret.in l.necessarijs,col.5.versi.sed redeundo. ff.de peti. hæred.ubi attendit hunc tex.tanquam singul. ad probandum sententiam ualidam ferri posse contra pupillum antequam se immisceat. dicit etiam intellectum tertium gl. & Bartoli,iudicem, scilicèt, restitutionem concessisse causa cognita, contra illum tex.esse. Item dum dicitur hic, exceptionem post sentẽtiam opponi posse,quæ est peremptoria,& ibi hoc declaratur. & ad declarationem huius.l.vide etiam alios, in d.l.necessarijs. & dum Bar.hic in fi.declarat, petitionem restitutionis ita demum impedire executionem sententiæ, si causa restitutionis erat euidens. vide Barb.in consi.8.col.2.& seq.in 1.vol.& Rom.in consi.160.

Summarium in l.j.ff.quando ex fac.tut.

1 *Quando pupillus conuenitur ex dolo tutoris, non admittitur probatio per iuramentum in litem.*

Quando ex facto tutorum.

Bar.in l.j.ff.quan.ex fact.tut.

1 BART. in l.j.ſic ait in ſumma, Quando pupillus † conuenitur ex dolo tutoris, non admittitur probatio, per iuramentum in litem. vide Barb.in conſi.17.col.2.& ſeq.in 2.volu. & in conſi.38.col.fin. & in conſi.83.col.2.eod.vol.& dum Bar. in primo notabili dicit generaliter, vbi aliquis ex dolo alterius conuenitur, non admitti probationem per iuramentū in litem, vide Iaſ.in l.in actionibus,col.8.verſi.ſeptimò.ff.de in lit.iuran.

Summarium in l.ſi tutor.ff.quando ex fac. tut.

1 *Quod tutor uel curator acquirit, ex pecunia minoris, efficitur ipſius minoris.*

Bar.in l.ſi tutor.ff.quand.ex fact.tut.

1 BART. in d.l.ſi tutor,inquit,id totum,quod tutor † uel curator acquirit ex pecunia minoris,effici ipſius minoris. vide Alex.in conſi.49.col.fi.in 1.vol.& in conſi.37.col.pen.in 4.volu. ubi citat hunc tex. Quid ſi non apparet tutorem de pecunia minoris acquiſiuiſſe, & ſit factus ditior,utrum præſumatur ditatus de bonis ipſius minoris? Soc.in conſi.182.colu.2.in 1.volu. ait,eum de ſuo ditatum eſſe cenſeri.

Summarium in l.poſt mortem.§.tutor.ff.quan.ex fact.tut.

1 *Tutor qui contraxit ſuper re ad pupillum pertinente, in dubio cenſetur tutorum nomine extraxiſſe.*

Bar.in l.poſt mortem.§.tutor.ff.quand.ex fact.tut.

1 BART. in d.§. tutor, inquit, tutorem, † qui contraxit ſuper re ad pupillum pertinente, in dubio cenſeri tutorio nomine contraxiſſe. Hoc idem ait Bart.in l.fin.infrà eodem titu. & clarè in l.cùm poſt mortem.§. qui cùm eſſet, ſuprà de adminiſtra. tutor. vbi uide omninò quæ poſui ad Bar.& uide Alex.in conſi.40.in 5.vol.ubi ſequitur hoc Bartoli documentum,& Bal.in conſi.2.col.2.in 5.vol.& dum Bar.diſtinguit circa negociorum geſtorem, dicens, aut eſt certum,& reliqua. vide Bar.in l.poſt dotem,col.3.& Iaſ.colu.56.verſic.circa ſecundum notabile. ff.ſolut.matrim.

Summarium in l.j.§.ſciendum.ff.de ſuſpec.tut.

1 *Accuſatio ſuſpecti tutoris an ſit ciuilis uel criminalis.*

Bar.in l.j.§.ſciendum.ff.de ſuſp.tut.

1 BART. in d.l.j.§.ſciendum,quærit,utrum † accuſatio ſuſpecti tutoris ſit ciuilis, an criminalis? deciditque,ſi agitur ſolùm ad hoc,ut remoueatur, ciuilem eſſe: alioqui uerò,ſi etiam ad impoſitionem pœnæ ageretur. Limita primum dictum, niſi remotio à tali officio eſſet omnis pœna,quæ in huiuſmodi re poſſet iniungi: quoniam tunc diceretur criminalis,ſecundum Abb.in rubrica de iudic.col.fi.& ibi Feli.per tex.in c.tuas.in fi. de ſimon. & dum Bar.citat.c.tuæ,de procur.dico ex illo tex.non colligi,an cauſa ſit ciuilis,an mixta.

Summarium in l.tutor.ff.de ſuſpec.tut.

1 *Vbi ſunt duæ regulæ, quæ concurrant, & una ſit permiſſiua, & alia prohibitiua, potiorem eſſe prohibitiuam.*

2 *Quando teſtator in una parte teſtamenti mentionem fecit de filijs maſculis, & in alia de filijs ſimpliciter, non ſubintelligitur iſta qualitas maſculinitatis.*

Bar.in l.tutor.ff.de ſuſp.tut.

BART. in d.l.tutor,in princ.colligit ex tex.ubi ſunt duæ † regulæ,quæ concurrunt, & una ſit permiſsiua,& alia prohibitiua,potiorem eſſe prohibitiuam. vide Dec.in conſ.3. & Iaſ.in l.j. §.veteres.ff.de acquir poſſ.col.3.in 3.notab.ubi multa in contrarium adducit, & tenet contra Bar. in l.ſi Rufinus. C.de teſtam.milit. & Alexand.in l.j.§.fin.in fin.ff.de oper.nou. nuncia.Huius documenti exemplum ponitur: nam regula, quæ habet, unam partem teſtamenti,

ab alia

ab alia declarari; contraria eſt illi regulæ,qua traditum eſt, ſi teſtator in caſu propoſito idem uoluiſſet,hoc idem expreſsiſſet. hæc enim regula,quia eſt negatiua,præfertur:niſi aliud ex coniecturis colligeretur. Dec.in conſi.15. & in conſi.599. ex hoc infertur ad illam quæſtionem,
2 quando teſtator † in una parte teſtamenti mentionem fecit de filijs maſculis, & in alia de filijs ſimpliciter,ut non ſubintelligatur iſta qualitas maſculinitatis: quia regula,quæ hoc negat, tanquam potior eſt præferenda. De qua re uide ſubſcriptionem Decij, & aliorum ad conſilium
* Mari.Soc.iuni.128.nu.208.& nu.223.ubi habetur,in hanc ſententiam * communiter itum eſſe. & idem confirmat ipſe Mar.in conſi.100.nu.20.& in conſ.29.nu.12.

Summarium in d.l.tutor.§.præterea.ff.de ſuſpec.tut.

1 *Condemnatus per inquiſitionem,non efficitur infamis.*

Bar.in d.l.tutor.§.præterea.ff.de ſuſpect.tuto.

1 BART. in ead.l.in §.præterea,colligit ex gl.condemnatum † per inquiſitionem non effici infamem. & de hoc remittit ſe ad ea, quæ dixit plenè in l.infamem.C. de publi.iudic.ubi poſuit longam diſtinctionem, ut ibi uidere eſt. De hac re uide Ang.de Aret.in §. ex quibuſdam, colu.4. uerſi. quæro an damnatus ex inquiſitione. inſt.de pœn.temer. litig.Abb.in rubrica de iudic.col.fi.& in c.inquiſitionis,de accuſat.& in conſi.25. col.2. in tertio dubio in 1.vol. Rom. in conſi.208.col.2.Card.in conſi.94.in 1.dub.& quæ poſuit Zanet. in repet.capituli primi de accuſat.in 5.differentia.

Summarium in d.l.tutor.§.ſi tutor.ff.de ſuſpec.tut.

1 *An tutor remoueri debeat propter inimicitiam fratris pupilli, uel tranſuerſalium, arbitrio iudicis relinquendum eſt.*

Bar.in d.l.Tutor.§.ſi tutor.ff.de ſuſpec.tut.

1 BART. in ead.l.§.ſi tutor,dicit relinquendum † eſſe arbitrio iudicis,an tutor remoueri debeat propter inimicitiam fratris pupilli,uel tranſuerſalium. uide Iaſ.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori,& ibi Iaſ.col.8.q.9.ff.de oper.nou.nunc.

Summarium in d.l.tutor.§.tutores qui repertorium.ff.de ſuſpec.tut.

1 *Tutor,qui non facit inuentarium,uel pecuniam pupilli non deponit,pertinaciter, in uinculis eſt detinendus,niſi ſit poſitus in dignitate.*

Bar.in d.l.tutor.§.tutores qui repertorium.ff.de ſuſp.tut.

1 BART. in ead.l.§.tutores qui repertorium, inquit, tutorem, † qui non facit inuentarium, uel pecuniam pupilli non deponit pertinaciter,in uinculis eſſe tenendum: niſi ſit poſitus in dignitate. vide Alex.in conſi.290.in libro in quo primi & ſecundi volum. conſilia continentur. Abb.in conſi.42.in 2.vol.Rom.in conſi.120.& in conſi.141.Ana.in conſi.21.& quæ poſui in annot.in Bar.in l.tutor qui repertorium.ff.de adminiſtr.tut. Ad id uerò quod ait Bar. de conſtitutis in dignitate,vide Feli.plenè in c.paſtoralis,de off.deleg.ubi multis exemplis aperit,quantum dignitati à legibus tribuatur in criminalibus.

Summarium in l.hæ enim.ff.de ſuſpec.tut.

1 *Remotus abſque dolo non eſt infamis.*

Bar.in l.hæ enim.ff.de ſuſpec.tutor.

1 BART. in d.l.hæ enim,ſic ait in ſumma. Remotus † abſque dolo non eſt infamis. & ſi cauſa non exprimitur in ſententia,non præſumitur damnatus ex cauſa famoſa. poſteà quærit Bart. quomodo poſsit eſſe ut nulla cauſa exprimatur? vide in hac re Feli.in c.pen.col.3.verſi.difficilius,de except.& in c.ſicut,col.10.de re iudic.& in c.cùm te,col.2.& fi.eod.titu. Aret.in conſi. 31.col.pen.& Bal.in c.ſuper literis,col.6.de reſcript.

De ſuſpectis tutoribus.

Summarium in l.impuberibus.§.præterea.ff.de ſuſpe.tuto.

1 *An propter fugam aliquis efficiatur ſuſpectus.*
2 *Fuga aliquando non imputatur alicui ad delictum.ſed ad probationem alterius criminis.*

Bar.in l.impuberibus.§.præterea.ff.de ſuſp.tut.

1 BART. in d.l.impuberibus.§.præterea,tradit,an propter † fugam aliquis efficiatur ſuſpectus? De hac re uide Raph.Cuma.in conſi.175.& Felin. omninò in c.nullus,de præſumpt.ubi ponit regulam cum fallentijs. Dec.in conſi.234.Attende in hac materia, quæ multoties & diuerſimodè poſſunt contingere. Aliquando fuga imputatur alicui ad delictum, ita quòd fuga & delictum ſunt idem,& tunc probata fuga dicitur etiam probatum eſſe delictum. ita procedit tex.in l.iij.§.deſertorem, & §.emanſor. ff.de re milit. & in l.quis ſit fugitiuus.§.apud Labeo-
2 nem.ff.de ædil.edict.Aliquando fuga † non imputatur alicui ad delictum, ſed ad probationem alterius criminis, & eo caſu ſi ſola ſuſpicio ſufficit ad ſententiam, ut eſt in ſuſpecto tutore, & tunc dicitur ex fuga probatum eſſe crimen, quod in ſola ſuſpicione conſiſtit. & ita procedit iſte tex.hic,& tex.in l.locorum.C.de om.agr.deſer.lib.12. Aliquando autem adducitur fuga ad probationem alterius criminis, in quo plenæ probationes exiguntur, ut in l. ſciant cuncti. C.de probat.& eo caſu fuga nec plenæ, nec ſemiplenæ ſufficit probationi,ſed ex ea, quædam oritur ſuſpicio,ut habetur in l.j.C.de rapt.uirg.& in l. lege Cornelia.ff.ad Syllan. tradit Bart. in l.fin.ff.de quæſt.& doct.in l.admonendi.ff.de iur.iur.Iſta tamen ultima concluſio multas patitur limitationes,ut recto ordine tradit Paulus Grillandus in tract.de relaxatione carceratorum,in tit.de fuga incarcerati,in 1.quæſt.

Summarium in l.impuberibus.§.item ſequis.ff.de ſuſpec.tut.

1 *Tutor ſi eſt contumax remoueri poteſt.*
2 *Ille qui eſt contumax in allegando,& producendo iura ſua,quomodo debeat citari.*

Bar.in d.l.impuberib.§.item ſi quis.ff.de ſuſpec.tut.

1 BART. in ead.l.§.item ſi quis, inquit, tutorem, † ſi eſt contumax, remoueri poſſe. & ibi tradit formam procedendi contra contumacem. De hac re, quomodo contumax condemnari poſsit,an cum citatione,an ſine: vide Bar.in l.non ignorat.C.de fruct.& lit. expen. & in l.iij.§.ſi ad diem.ff.de re milit.ubi diſtinguit,aut eſt pœna, quæ reſpicit primum proceſſum, ſuper quo contumacia eſt admiſſa, ut contra contumacem ſententia proferatur; uel ut ad primum, aut ad ſecundum decretum perueniatur: & eò caſu citationem non exigi. Aut pœna ipſum proceſſum non reſpicit, ſed uenit extrinſecus, ut ſi de damnando aliquem propter contumaciam ageretur, uel de remouendo eum ab officio; & tunc ait Bart. neceſſariam eſſe citationem. Limita tamen hoc niſi in prima citatione facta eſſet comminatio procedendi ad ulteriora, quia tunc alia citatio non exigeretur, ut per Bart.hic, & in d.l.non ignorat, & Iaſ. in l.j.in principio.colum.fin.verſic. tenendo. ff.ſi quis iuſd.non obtemp. & de hac re uide eundem Iaſ.in l.ſancimus,colum.4.in 2.quæſt.C.de iudic.Attende quoniam iſta limitatio non uidetur poſſe ſubſiſtere, quia Bart.in d.l.non ignorat, qui ad hoc fuit allatus, loquitur de expenſis debitis ratione contumaciæ, ita ut non requiratur noua citatio, quando in libello comminatum eſſet de procedendo ad ulteriora. nos uerò in propoſito caſu loquimur quando alia pœna eſt imponenda, ut puta mulctando, uel remouendo contumacem ab officio, & ita loquitur Barto. hic. ſed ille caſus longè diſtat à primo, ut expreſsè ſentit Barto. in dicto §.ſi ad diem, igitur hæc limitatio Barto. hic ſuſtineri non poteſt. nam alioqui nulla eſſet differentia inter primum & ſecundum caſum; quia in utroque caſu ſi facta eſt comminatio,poteſt ad ulteriora procedi, & in neutro ſi non eſt facta; ita ut inania redderentur uerba Barto. in dicto §.ſi ad diem. niſi fortè diceretur, in primo caſu generaliter comminatum fuiſſe, in ſecundo autem ſpecialiter ſub pœna mulctæ. De hac re vide latè Alexand.in l.ſi finita.§.Iulianus, colum. 1.& ſeq.ff. de damn. infec. & Felin.in cap.1. columna 5.de iudic.& ibi Dec. in 24. columna

poſt

2 post Abb.Scias etiam in hac re eum,qui est contumax † in allegando,& producendo iura sua, debere citari secundum gl.in auth.iubemus.C.de iudic.& formam procedendi contra contumacem,tradit Abb.in c.pro ut,de dol.& contu. quomodo autem quis dicatur uerè & propriè contumax,vide Ang.in cons.187.& in cons.206.& quot modis aliquis dicatur contumax,tradit Abb.in c.2.de dol.& cont.

Summarium in l.nihil.§.Imperator.ff.de suspect.tut.

1 *Pater potest cogi ad se obligandum pro filio tutore, si est necesse.*

Bar.in l.nihil.§.Imperator.ff.de susp.tut.

1 BART. in d.§.Imperator,ait,Patrem † cogi posse ad se obligandum pro filio tutore, si est necesse. vide Bal.nouel.in tract.de dote,in 6.in 20.priuilegio.

Summarium in l.excusantur.§.1.ff.de excus.tut.

1 *Priuilegium concessum ob numerum filiorum,an cesset,si postea filij moriantur.*

2 *Verba legis, & statuti sunt intelligenda,ut effectum habeant permanentem.*

Bar.in l.excusantur.§.j.ff.de excus.tut.

1 BART. in d.l.excusantur.§.1.tradit,an priuilegium † concessum ob numerum filiorum cesset,si postea filij moriantur? vide Alex.in l.si cùm dotem.§.si maritus, col.3. & seq.ff.sol.matr.Ana.in cons.ultimo.& Ias.in l.sciendum.§.fi.ff.qui satisd.cog.& ad rem faciunt trad.per Ias.in l.j.§.veteres.ff.de acquir. poss. ubi tenet sufficere qualitatem, quæ requiritur,adfuisse à principio, quamuis postea non duret.de qua re vide Alber.de Rosat.in 2. par.statutorum,quæst.108.ubi solenniter hanc materiam uentilauit. Bar.& Ias.in l.ex facto,in princ.ff.de uulg.& pupill.gl.in c.statutũ,in uoce,canonicus.& ibi Anch.de rescr.in 6. & Anch. in procem.eiusdem libri sexti & in clem.& si principalis,de rescrip.vide etiam trad. per Bart.in l.præcipimus.§.sanè.C.de appell.Ang.in l.si quis hæredem.C.de inst.& subst.& in consi.34.& in consi.141.& in consi.159.& in l.subst.vbi etiam Imol.ff.de uulg.& pupill.Io.And. omnino in c.decet.de reg.iur.in 6.& est gl.not.& ibi Bart.in l.fin.C.de indic. uidu.toll.Io. Brunellum in tract.de sponsalibus & matrimonijs,conclusione 32.in 4.dubio nu.2.& quòd sufficiat cõditionem extare,quamuis non duret,habetur in l.pen.ff.de cond. inst. Attende tamen circa prædicta id quod ait Abb.in consi.69.in 1.vol.ubi ait,uerba legis † & statuti esse intelligenda, ut effectum habeant permanentem,maximè in odiosis. & exemplum ponit in statuto, quo cautum est,gabellam solui debere de quolibet dato in solutum.si aliquis datum obtinuit, quod postea fuit incisum, ut gabella solui non debeat. Puto in huiusmodi inuestigatione diligenter adnotandum esse hoc Bartoli documentum, an scilicèt simus in indiuisibilibus, an in ijs, quæ recipiunt diuisionem.

Summarium in l.idem Vlpianus.§.sunt & alij.ff.de excus.tut.

1 *Tantum operatur certa scientia Principis, quantum ipsa dispensatio super illo actu operaretur.*

2 *Papa committendo causam appellationis si narrat bis fuisse iudicatum, derogat titulo, ne liceat tertio prouocare.*

Bar.in l.Idem Vlpianus.§.sunt & alij.ff.de excus.tut.

1 BART. in d.§.sunt & alij,colligit ex tex.tantum operari certam † scientiam Principis,quãtum ipsa dispensatio super illo actu operaretur. De hac re vide Abb.& Feli.in c. cùm inter, de except.Raph.Cuma.in consi.81.Abb.in c.ad hæc,col.2. de rescrip. Feli.in c. cùm uigesimum, col.3.de offic.iud.deleg.& in c.nonnulli, col.3.versi. fallit quartò de rescrip. Archid. in c.præsentium,7. q.1. ubi ait, totam facti expressionem factam à Principe æquipollere clausulæ ex certa scientia. ad quem accedit Abb.in c.quia diuersitatem,de concess.præben. Ant. de Butr. in c.porrecta,de confirm.util.uel inut.Anch.in consi.288.incip.Vltra alia. & Alexan. in consi. 219.In causa & lite,in libro in quo primi & secundi uol. consilia continentur, ubi ait, Papam

2 † committẽdo causam appellationis,si narrat bis fuisse iudicatum,derogare titulo,ne lic.tertio

prouoc.idem sequitur Card. Alex.in c.naturales, si de feudo fuer.controuers.ubi testatur hanc
* esse communem sententiam.& prædicta per doct.in l.si quis in princ.ff.de leg.3.ubi aiunt com memorationem primi testamenti habentis clausulam derogatoriam ad sequentia sufficere ad illud irritandum, non obstante clausula derogatoria in eo apposita; quia satis esse aiunt, si ex narratis colligitur eam fuisse testatoris uoluntatem.

Summarium in l.scire oportet.§.oportet.ff.de excusat.tut.

1 *An exceptio possit opponi in scriptis, & sine causa.*

Bar.in l.scire oportet.§.oportet.ff.de excus.tut.

1 Bart. in d.§.oportet,quærit,an exceptio † possit opponi in scriptis,& sine causa,cùm excusatio sit quædam exceptio. vide Lanfr.in repet.c.quoniam contra,col.5.de probat.& circa illum tex.uide Imol.in cons.112.col.5.

Summarium in l.spadonem.§.qui absolutus.ff.de excus.tut.

1 *Quilibet præsumitur uiuere usque ad centum annos.*

Bar.in l.spadonem.§.qui absolutus.ff.de excus.tut.

Bart. circa hunc tex.nihil scribit,tamen attende tu gl.in hoc.§.in uoce, depositionibus.
1 ex qua colligitur limitatio ad illam regulam,quemlibet præsumi uiuere † usque ad centum annos,ut non procedat nisi quando principaliter de hoc ageretur, alioqui uerò si incidenter: ita not.inquit Raph.Cuma.in cons.43.

Summarium in l.iuris peritos.ff.de excus.tut.

1 *Tempus si non est alicui limitatum,an debeat intelligi in perpetuum.*

Bar.in l.iuris peritos.ff.de excus.tut.

Bart. in hac.l.in principio nihil dixit,tamen ex eo colligitur,eum, qui non habet limita-
1 tum † tempus, debere intelligi in perpetuum. de qua re uide Felin.in cap.ex literis.nume.27. de constit.

Summarium in l.iuris peritos.§.cum oriundus.ff.de excus.tut.

1 *Si concedatur prædium situm in ciuitate ista, & pupillus alibi domicilium habeat, consilium esse, ut decretum iudicis utriusque territorij interueniat.*

Bar.in d.l.iuris peritos.§.cum oriundus.ff.de excu.tut.

1 Bart. in hac ead.l.§.cùm oriundus,inquit,si uenditur † prædium situm in ciuitate ista, & pupillus alibi domicilium habeat,consilium esse,ut decretum iudicum utriusque territorij interueniat. vide Feli.in rubrica de appel.col.6.

Summarium in l.amicissimos.ff.de excus.tut.

1 *Nemo uti debet priuilegio contra eum,à quo illud fuit consequutum.*

Bar.in l.amicissimos.ff.de excusat.tut.

Bart. in hac l.amicissimos,dicit quædam. sed ultra ea,dicas tu ex isto tex.in fi. colligi ar-
1 gumentum,ut nemo uti debeat priuilegio † contra eum,à quo illud fuit consecutus. Quomodo autem hoc procedat,& declaretur,vide apud Mari.Soc. iuni.in repet.l. cùm filiofamiliàs in 3.par.nu.44.ff.de leg.1.

Summarium in l.qui testamento.ff.de excus.tuto.

1 *Insertio falsæ causæ reddit sententiam ipso iure nullam fauore minoris.*

Bar.in l.qui testamento.ff.de excus.tut.

1 Bart. in d.l.qui testamento, sic ait in summa. Insertio † falsæ causæ reddit sententiam, ipso iure nullam fauore minoris.vide Felin.in c.2.col.6.de rescrip.& in c.sicut, col.2. de re iudi. Card.in cons.29.col.3.Anch.in cons.1.& Roma.in cons.235.in 3.dub.

Summa-

Summarium in l. si cum ipse. ff. de excusa. tuto.

1 *Vbi aliquis ab aduersario impeditur finire causam excusationis, et transacta sint tempora, posse sine noua causa, siue instantia procedi ad excusationem.*

Bar. in l. si cùm ipse. ff. de excus. tut.

1 BAR. in d. l. si cùm ipse, ait, ubi aliquis ab aduersario † impeditur finire causam excusationis, & transacta sint tempora, posse sine noua causa, siue instantia procedi ad excusationem. vide Abb. in consi. 16. in 2. uol. Barb. in consi. 7. col. 5. in 2. uol. Alex. in consi. 72. col. 1. in 3. uolu. & in consi. 71. in 5. uol.

Summarium in l. administrantis. ff. de excusa. tut.

1 *Priuilegium siue beneficium alicui concessum, porrigi debet etiam ad ministros.*

Bar. in l. administrantes. ff. de excus. tut.

1 BAR. in d. l. administrantes, inquit, priuilegium † siue beneficium alicui concessum, porrigi debere etiam ad ministros. vide Bal. in auth. habita. C. ne fil. pro patr. ad rem facit tex. in l. certum. ff. de usu & habit. Aret. in consi. 17. col. 11. & omnino uide Felin. in c. quàm sit, de iudæ. Ad rem faciunt trad. per Abb. in c. 2. de for. comp. & doct. in c. fi. de offic. Archid. vbi habetur Episcopi familiam perfrui priuilegio fori ecclesiastici. & an & quando familiares priuilegio domini potiantur, vide Bal. in l. j. C. de epis. & cler. & Feli. in c. nullus iudicum, de foro compet.

Summarium in l. in omnibus. §. officio. ff. de tute. & ration. distrahen.

1 *Quilibet administrator tenetur si non facit rationem.*
2 *Si administrator in reddenda ratione administrationis negat, se aliquid recepisse, quod postea receptum esse ostenditur, dicitur prædo.*
3 *Tutor non potest pecuniam pupilli ponere ad aliquod exercitium, nisi illud tẽpore patris fecerit consuetũ.*

Bar. in l. in omnibus. §. officio. ff. de tutel. & rati. distr.

1 BART. in d. §. officio, ait, quemlibet administratorem † teneri si non facit rationem. vide in hac re Alex. in consi. 102. col. 3. in 1. uolu. Ancha. in consi. 316. & Soci. in consi. 24. colu. 11. in consi. 46. in consi. 73. in consi. 149. & omnino in cons. 159. & in cons. 213. in 1. uol. vbi ponitur generaliter de omnibus bonorum administratoribus. Anch. in cons. 330. Rom. in consi. 413. Fulg. in consi. 25. & quomodo rationes confici debeant, tradit Soc. in
2 d. cons. 46. & Dec. in consi. 464. & unum attende in proposita re, si administrator † in reddenda ratione administrationis negat se aliquid recepisse, quod posteà receptum esse ostenditur, dicitur prædo. & ex hoc infertur, officialem, qui in libris communis non posuit omnia, quæ recepit, in quadruplum condemnari debere. Soci. in d. consi. 46. col. pen. & ad prædicta uide de tutore. Mari. Soc. iuni. in consi. 148. nu. 8. & Feli. in c. si diligenti, nu. 34. de for. compe. Item ad-
3 uerte in hac materia, quia tutor † non potest pecuniam pupilli ponere ad aliquod exercitium, nisi illud tempore patris fuerit consuetum. & si tutor non est industrios, vt erat pater, neque isto casu id facere poterit, alioqui periculum est ipsius tutoris, & lucrum efficitur pupilli. Soci. in d. consi. 24. col. pen. illud etiam non est obliuioni tradendum, in optione pupilli esse, uel agere contra administratorem ad damnum emendandum, vel petere restitutionem in integrum, vel rem uendicare à tertia persona. tex. est & glo. in c. ex præsentium, de pignor. tradit Abb. in c. cum uenissent, de in integr. restit. Administrator autem alicuius principis, qui sit ei coniunctus, de quibus ei rationem reddere teneatur, vide singul. & egregiè apud Abb. in cons. 12. columna penultima.

Summarium in l. j. §. uerba autem. ff. quod falsi. tut.

1 *Actum sustineri, in quo autoritas tutoris falsi, & alterius ueri tutoris interceßit.*

Bar.

Quod falso tutore.

Bar.in l j.§.uerba autem.ff.quod falſ.tuto.

1 BART. in d.§.verba autem,inquit,actum† ſuſtineri,in quo authoritas unius falſi, & alterius veri tutoris interceſsit. Ad iſtam l.uide Oldr.in conſi.47.& Feli.in c.cùm ſuper,colu.2.de offic.deleg.& ibi Barb.col.4. & ſeq.

Summarium in d.l.j.§.item Pomponius.ff.quod falſ.tuto.

1 *An ualeant geſta à procuratore pronunciata à præſide.*

Bar.in d.l.j.§.Item Pomponius.ff.quod fal.tuto.

1 BART. in ead.l.§.item Pomponius,ait,iſtum.§.adduci ad quæſtionem, an ualeant† geſta à procuratore pronunciato à præſide? vide Feli.in c.poſt ceſsionem, col.pen.de probat.Alex. in conſi.245.col.2.in lib.in quo primi & ſecundi uolu.conſilia continentur. & Roma.in conſi. 454.vbi loquitur in tutore,& curatore.

Summarium in l.nouiſſimè.ff.quod falſ.tuto.

1 *Confeſſio metu facta dicitur, quando aliquis confeſſus eſt in conſpectu tormentorum.*

2 *A iudice præſumitur illatus terror.*

3 *Metus inducitur ex uultu terribili alicuius potentis.*

4 *Metus an purgetur ſi adfuerint amici, & conſanguinei.*

Bar.in l.nouiſsimè.ff.quod falſo tut.auto.

1 BAR. in d.l.nouiſsimè,inquit,textum hunc facere ad quæſtionẽ de illo,qui poſitus† in conſpectu tormentorum confeſſus eſt,ut dicatur,metu confeſſum eſſe.vide Alexan.in conſi.98.in 3.uol.vbi ait,tex.hunc eſſe adnotandum ad hoc,quod non ſolum metus,ſed etiam ſuſpicio metus reddit actum meticuloſum.& in conſ.ſeq.& in conſi.156.col.pen. & fi.in 5.volu.Cæpoll.in conſi.40.col.2.in 6.dubio. Feli.in c.cum.M.col.10.& ſeq.de cõſt.& in c.1.col.1.de off. deleg. & in c.fi.de re iudi.Aret.in conſi.14.col.pen. & in conſi.24. col.pen. & in conſi.87.Anchar.in
2 conſi.64.& in conſ.24.vbi ait, ſemper à iudice† præſumi illatum eſſe terrorem. Bal.in l.interpoſitas.C.de tranſact.& in conſi.26.in 3.vol.& in conſ.131.col.4.in 5.vol.Barba. in conſi.83. col.fi.in 3.uol.& in conſi.70.col.3.in 4.vol.Dec.in conſ.100.Soc.in conſi.263.col.5.in 1.uol.
3 Dicas etiam metum† induci ex vultu terribili alicuius potentis. Dec.in c.quia quæſitũ.col.2. de offic.deleg.& de metu adhibito,vide Cæpoll.in cautel.144.& 151.Et qualis metus ad irritandum actum aliquem exigatur,& differentia, quæ eſt inter hominem, & mulierem; & quomodo probetur metus,vide plenè apud Dec.in l.in omnibus cauſis.ff.de reg.iur. & quid ſi ad-
4 fuerint† conſanguinei & amici,an ex hoc metus purgetur,vide not.Ang. in conſi.215.& omninò in conſi.218.col.2.& ad prædicta uide Feli.in c.cauſam matrimonij.de offic. deleg.Mar. Soc.iuni.in conſi.77.& Crauet.in conſ.49. Adde metum probari per unum teſtem. Cæpoll.in cautel.150. & metus ac uiolentiæ exceptionem tolli ſpacio 30. annorum, docuit laſ.in conſi. 72.in 1.uolu.

Bar.in l.cum oſtendimus.ff.de fideiuſſ.tut.& cur.

BAR. in d.l.cum oſtendimus,ait,caſum huius.l.eſſe perpetuò menti tenendum.vide Felin. in c.fraternitatis,col.4.de teſtibus.

Summarium in l.j.ff.de magiſtr.conuen.

1 *Magiſtratus in his, quæ neceſſariò non incumbunt uniuerſitati non tenentur conueniri.*

Bar.in l.j.ff.de magiſtr. conuen.

1 BART. in d.l.j.diſtinguit,circa magiſtratus† conueniendos, vt in ijs, quæ neceſſariò nõ incumbunt uniuerſitati,non teneantur; alioqui uerò in alijs. vide plenè Barb.in conſ. 7.col.2.& ſeq.in 1.uol.& pro declaratione uide Alex.in conſi.245.col.penult.in lib.in quo primi & ſecundi uol.conſilia continentur.

Summa-

Summarium in d.l.j.§.magiſtratibus.ff.de magiſtra.conueni.

1 *Quando aliquis fuit, etiam officio iudicis condemnatus, hoc debet ſemper intelligi, ſi illud fuit petitum.*

Bar.in d.l.j.§.magiſtratib.ff.de magiſ.conuen.

BART. in ead.l.§.magiſtratibus, ait, ex mente Dyn. quando aliquis fuit etiam off. iudicis
1 condemnatus, † hoc debere ſemper intelligi, ſi illud fuit petitum. Ad hoc vide Alexan.in conſi. 19.col.2.in 1.vol.& aliquid per Feli.in c.cùm olim,col. 3.uerſi.quando autem,de teſti. & in c. cùm cauſam,col.3.eod.tit.

L.In magiſtratus.ff.de magiſtr.conuen.

HVNC tex.in ſui ratione conſiderat Aret.in conſ.19.col.7.

Summarium in l.j.§.ſi minor.ff.de rebus eor.

1 *Licèt fieri poſſit pactum uenditori de retrouendendo ei rem emptam, & interea eam retineat loco pignoris, donec ei pretium ſoluatur, tamen hoc non habet locum in minore.*

Bar.in l.j.in §.ſi minor.ff.de reb.eor.

1 BART. in d.l.j.§.ſi minor, nihil dicit. Tamen iſte tex.eſt mirabilis ad probandum, quòd etiam ſi fieri poſsit, pactum † uenditori de retrouendendo ei rem emptam, & intereà eam retineat loco pignoris donec ei pretium ſoluatur.l.ij.C.de pact.inter empt.& uendit.tamen hoc non habet locum in minore: quia ex quo fuit ei dominium acquiſitum, non poteſt ad id obligari, quamuis eodem tempore concurrãt iſta dominij acquiſitio, & d.pactum & obligatio pignoris. & ita diſtinguendo ſing. tenuiſſe Franciſcum Accurſ. retulit Io.Andr.in addit.ad Specul.in tit.de pact.per l.ſi ad reſoluendum.C. de prædi.minor.

Summarium in l.magis puto.ff.de rebus eor.

1 *Ille dicitur alienare, qui repudiat legatum ei factum.*
2 *Abbas ſolus ſiue alius prælatus, etiam ſi bona eccleſiæ alienare non poſſit, tamen ſolus iura eccleſiæ delata repudiare non prohibetur.*
3 *Prælatus, qui recipit ſolutionem præteriti temporis, eccleſiæ præiudicare non poteſt.*
4 *Nunquid repudiatio iuris delati, ſit propriè alienatio, an non.*
5 *Quare ex diſſimilibus, non recta fieri ſoleat illatio.*
6 *An ille, qui non acquirit, dicatur alienare.*
7 *Filius, licèt ſe immiſceat hæreditati paternæ, non dicitur quaſi contrahere cum creditoribus hæreditarijs.*
8 *Pupillus, an poſſit ſolus adire hæreditatem.*

Bar.in l.magis puto.ff.de rebus eor.

BART. in d.l.§.fundum, parum dicit. Tamen iſte tex.eſt memorabilis, quia in eo probatur,
1 eum dici alienare, † qui repudiat legatum ſibi factum. nam contra iſtum tex. videtur tex. expreſſus in l.qui autem.ff.de his, quæ in fraud.credit.vbi ille, qui non acquirit hæreditatem ſibi delatam, non dicitur alienare. Ad idem eſt text.in l.ſi ſponſus.§.ſi maritus hæres.ff. de donat.inter uir.& uxor.vbi ille, qui repudiat hæreditatem donandi cauſa, non dicitur alienare; quia ille, qui non acquirit, non efficitur pauperior.de hac re eſt tex. optimus in l.alienationis uerbum.§.qui non occaſione.ff.de uerb.ſignifi.vbi qui occaſione acquirendi non utitur, non dicitur alienare. Ad idem eſt tex.in l.non fraudantur.ff.de regul.iur.vbi Dec.multa ſimilia memorauit, quæ hoc
2 idem confirmant,& Ang.in conſi.338.& ideò dici ſolet, etiam ſi Abbas ſolus, † ſiue alius prælatus ſolus bona eccleſiæ alienare non poſsit, toto tit.de reb.eccl. non alien. Eum tamen ſolum iura eccleſiæ delata repudiare non prohiberi. Bald.in l.j.C.qui admit. Card.Flor.& quidam alij in c.potuit, de loca.gl.& doct.in l.iubemus.C.de ſacroſ.eccleſ.Rom.in conſi.184.Abb.in c.verùm, nu.28.de for.compe.glo.Abb.& alij in c.ne pro defectu, de elect.vbi habetur, prælatum in iure deuoluto eccleſiæ non cogi ad habendum capituli conſenſum. Ad hæc accedit Dec.in conſ.260. Tamen contra hoc uidetur decidere Bar.per illum tex.hic in §.fundum, in l.tutor.ff.
3 de bonor.poſſ.& Dec.in conſi.138.col.1.vbi aît, prælatum, † qui recipit ſolutionem præteriti temporis,

temporis,ecclesiæ præiudicare non posse. & Abb.in c.1.de in integr.restit. ait, prælatum talia facientem obligatum esse ad interesse,& ecclesiam contra eum, uel eius hæredes agere posse. Quid dicendum? Quidam respõdent ad istum text. in hoc.§.fundum, dicentes hoc ideò esse, quia pupillus non potest bona sua administrare.sed ista responsio nihil ualet, quoniam & si uera sit in se,tamen text.huic rationi non innititur, sed quia rem suam alienauit repudiando legatum. & iste est scopus huius nostræ disputationis, scilicet, nunquid repudiatio † iuris delati sit 4 propriè alienatio,an non: cùm iura prædicta sibi inuicem repugnare uideantur. nam iste text. aperit hanc esse ueram alienationem,alibi uerò contrà. Attende rationem huius.§. iuncta glo. quoniam ex ea colligitur solutio huius dubitationis, vt arbitror; nam hic agitur de quodam legato facto huic pupillo,quod quidem legatum,vt ait gl.recta uia transit in legatarium, eiq; dominium absque ullo ipsius facto acquiritur. Et propterea minor,qui dominium alienare nõ potest,quod ei semel est acquisitum,vt in casu fortiori probauimus in lucubrat.in l.j.§.si minor,supra hoc eodem tit.vbi uide omninò,non potest hoc legatum repudiare, ex quo dominium fuit translatum in eum ipso iuris ministerio. & repudiando, dicitur uerè quod suum est alienare. sed d.l.qui autem,& alia iura adducta superius in contrariũ,non agunt de dominio iam acquisito,sed de acquirendo. nam, si non adiretur hæreditas,dominium non est apud hæredem,& ita 5 in disparibus terminis procedunt: quare ex dissimilibus† non recta fieri solet illatio.l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de uerb.oblig.cum simil.Non obst.prælatum,qui non acquirit,teneri ad interesse: quia est ad instar tutoris,qui non solum tenetur de malè administratis, verùm etiam de neglectis.l.tutor qui repertorium.§.si tutor.& §.si post depositionem,suprà de admin.tut.vt habetur per Nicol.de Neap.in l.j.ff.de tutel.& ratio.distr. & Soc.in consi.11.in 1.volu. & ideo non est mirum si tenetur,non enim propterea obligatur,quòd alienauit, sed quòd non acquisi- 6 uit. & de hoc nostra (ut prædixi) non est contentio,sed de hoc tantùm,an ille,qui non †acquirit,dicatur alienare: an non. & ad prædicta uide Abb.in c.1.de dol.& contum.Feli.in c.in præsentia.nu.104.de probat.& in c.cum omnes,de const.& in c.2.col.5.eod.titu.Roma.in consi. 321.Barb.in c.super,col.3.& seq.de reb.eccl.non alien. Attende hic quoniam tenẽdo opinionem,de qua egi paulòante, scilicet.l.qui autem, procedere in hæreditate delata,quæ nisi adeatur,atque ita nisi mediante facto hæredis,non acquiritur,& ideo nõ dicitur alienatio, quamuis repudietur. Ex hoc potest noua & pulchra fieri illatio,vt hoc non habeat locũ in suo, cui absq; ullo ipsius facto acquiritur hæreditas paterna iure continuationis, non iure deuolutionis, aut nouæ acquisitionis,vt per Bar.ad quem alij accesserunt in l.si infanti.C.de iur.delibe. & Maria. 7 Soc.iuni.ut alios breuitatis causa prætermittam in consi.119.nu.23. & ideo licèt filius † se immisceat hæreditati paternæ,non dicitur quasi contrahere cum creditorib.hæreditarijs,ut eleg. & eruditè docuit Dec.in consi.331.ex cuius dictis ista nostra conclusio corroboratur:quia ex quo abstinẽdo se ab hæreditate,abijcit à se quod suum est uerè & propriè,illud sequitur, vt ista dici uerè alienatio debeat. Tamen cogita. Hoc in loco non ab re est inuestigare,utrum pupil- 8 lus † possit solus adire hæreditatem? et uidetur quòd non,etiam si esset lucrosa.l.potuit, & *ibi* Bal.& alij.C.de iure deliber. Tamen si probaretur hæreditatem non esse grauatam ære alieno, & esse lucrosum,contraria opinio potior uideretur,per gl.sing.in l.si quis mihi bona.§.si seruus * fisci.ff.de acquir.hæred.& ibi Angel.& Paul.de Castr. sed * communis opinio, est contraria,ut per Ias.in d.l.potuit.

Summarium in d.l.magis puto.§.non passim.ff.de reb.eor.

1 *Aliud est si liberum arbitrium concederetur,& aliud si arbitrium simpliciter.*

Bar.in d.l.magis puto.§.non passim.ff. de reb.eor.

1 Bar. in hac ead.l.§.non passim,aliud esse si liberum † arbitrium concederetur, & aliud si arbitrium simpliciter. vide Imol.in consi.98.

Summarium in l.Paulus.ff.de rebus eor.

1 *Ex testamento licèt inualido probatur uoluntas testatoris.*

Bar.

Bar. in l. Paulus. ff. de reb. eor.

1 BART. in d.l. Paulus, ait, ex testamento † quamuis inualido probari uoluntatem testatoris · vide Aret. in cons. 17. col. 8. & in cons. 103. Quid dicendum de scriptura confecta à testatore, vtrum ex ea eius uoluntas eliciatur, quemadmodum fit ex testamento inualido? videtur dicendum quòd non, per ea quæ tradit Dec. in cons. 448. quem uideas omnino.

Summarium in l. consilio. §. cum dementis. ff. de curat. furio.

1 *Contra exceptionem rei iudicatæ curatore primo remoto, datur replicatio hæredi furiosi.*

Bar. in l. consilio. §. cum dementis. ff. de curat. furio.

1 BAR. in d. §. cum dementis, sic ait, Contra † exceptionem rei iudicatæ, curatore primo remoto, datur replicatio hæredi furiosi. & reliqua, vt hic per Bar. vide ad hanc. l. pulchrè trad. per Imol. in cons. 98. & in consi. seq. in 6. dubio.

Summarium in l. excusantur. ff. de excusa. tuto.

1 *Ille intelligitur esse senex, qui est natu annorum septuaginta.*

2 *Præsumptio facit plenam probationem in his, quæ sunt consona ueritati.*

3 *Qualitas à lege requisita, est uerè probanda, nec sufficit legis præsumptio.*

Hæc quæ sequuntur sunt commentaria Nicolai de Neapoli, in l. excusantur. ff. de excusat. tuto.

1 NICOL. de Neap. in l. excusantur. ff. de excusat. tut. col. 1. dicit, eum intelligi esse † senem, qui est natu annorum lxx. vide Oldr. in cons. 93. col. fi. & Feli. in c. quoniam frequenter, vt lit. non contest.

2 Nicol. de Neapoli in ead. l. col. 2. inquit, præsumptionem † facere plenam probationem, in ijs, quæ sunt consona ueritati. Ista decisio est falsa quando statutum exigit probationem: quia intelligendum est de uera, non autem de præsumpta probatione. Alex. in l. licèt Imperator, colu. 1. ff. de lega. 1. & in proposita re Bar. in l. j. in princip. de fide instru. & Barb. in consi. 9. col. 7.

3 in 2. uol. Ad rem optimè faciunt trad. per Cæpoll. in cons. 57. vbi expressè ait, qualitatem † à lege requisitam, esse uerè probandam, neque sufficere legis præsumptionem. Attende, quoniam hoc credo posse limitari, procedere vbicunque probatio uera super illo actu inueniri posset; sed vbi hoc non nisi præsumptiuè probari posset, vt puta si esset conditio filiationis, tunc dicẽdum puto, sufficere si probetur eo modo, quo probari potest, scilicèt, præsumptiuè, vt not. decidit Feli. in rubr. de probat. Ad illud autem, quod subijcit Nicol. de Neap. de indicijs, vide Alex. in consi. 5. col. 2. in primo vol.

Nicol. de Neapoli in l. sed & reprobari. ff. de excusat. tut.

NICOL. de Neap. in d.l. sed & reprobari, in princip. inquit, hanc. l. facere, ad id, quod semel fuit factum in regno ab Archiepiscopo Capuano, qui omnes iterum examinari uoluit. vide Feli. ad hæc in c. ex literis, col. 3. & seq. de const. Oldr. in consi. 18. Abb. in c. cum secundum, col. 3. de probat. & Ias. in l. ex hoc iure, col. 2. ff. de iust. & iur.

Summarium in l. sed & reprobari. §. amplius. ff. de excusat. tut.

1 *Priuilegium concessum ciuitati, vtrum porrigatur ad uillas.*

Nicol. de Neap. in d.l. sed & reprobari. §. amplius. ff. de excus. tut.

1 NICOL. in ead. l. §. amplius, col. 2. discutit, vtrum priuilegium † concessum ciuitati, porrigatur ad uillas? vide ad rem hanc ea, quæ colliguntur ex dictis Ias. in l. ij. §. prætor, in 4. not. ff. de in ius uocan. Et dum subnectit Nicol. in uers. præterea, etiam in legatis fieri latam interpretationem. Dicas hoc esse uerum, vbi agitur de sustinendo testamento, alioqui uerò ubi de ampliando legato ageretur: nam in dubio testator censetur minus grauare hæredem, quàm possibile sit. & ita respondet Ias. in l. ij. col. 2. C. de in ius uoc.

Summarium in l. idem Vlpianus. §. sunt & alij. ff. de excusa. tut.

1 *Scientia principis æquipollet clausulæ non obstante.*

Nicol.

Nicol.de Neap.in l.idem Vlpianus.§.sunt & alij.ff.de excusa.tut.

1 NICOL. in d.§.sunt & alij,colligit ex tex.scientiam † Principis æquipollere clausulæ,non obstante. vide Feli.in c.cum inter,de except.laſ.in l.de pupillo.§.ſi in pluribus.ff.de oper.noui nunc.& quæ plenè posui suprà ad Bar. in hoc eodem.§.

Summarium in l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusa. tuto.

1 *Quotiescunque ex uerbis simpliciter intellectis sequitur iniquitas, recedendum est à uerbis, vt seruetur mens constituentis.*

Nicol.de Neap.in l.scire oportet.§.aliud.ff.de excusat.tut.

1 NICOL. in d.l.scire oportet.§.aliud autem,colligit ex text.quotiescunque ex uerbis † simpliciter intellectis sequitur iniquitas,recedendum esse à uerbis, ut seruetur mens cõstituentis. Ad hoc uide pulchrè Rom.in consi.8.col.fi.& in consi.seq.in 3.uol. Corn. in consi.77.col.2.in 1.uol.vbi declarat,& Ang.in cons. 170.

Summarium in d.l. scire oportet. §. consequens. ff. de excusa. tut.

1 *Ex sententia lata contra ius litigatoris non expresso errore in sententia, an ualeat.*

Nic.de Neap.in d.l.scire oportet.§.consequens.ff.de excus.tut.

1 NICOL. in ead.l.§.consequens, agit de sententia † lata contra ius litigatoris non expresso errore in sententia,vt hic per eum.vide Feli.in c.cum inter,col.2.de re iudic.& in c.sicut,col.2. eodem titulo.

Summarium in d.l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tuto.

1 *Oportere excusationem proponere infra quinquaginta dies.*

Nicol.de Neap.in d.l.scire oportet.§.sufficit.ff.de excus.tut.

1 NICOL. in ead.l.§.sufficit, dicit, oportere † excusationem proponere infra quinquaginta dies.& hunc tex.ait, esse pulchrum. Dicas hunc tex. afferri ad probandum,in declarationibus curarum sufficere rationem generalem. De qua re uide Corn.in consi.170.col.fi.in 1.uol.

Summarium in d.l.scire oportet. §. scire. ff. de excusa. tut.

1 *Si iudex statuit terminum parti, infra quem dilatorias exceptiones proponere debeat, ipse autem una proposita, dicit alias sibi esse saluas, vt propterea non sint saluæ, nisi eas expresserit.*

Nicol.de Neap.in d.l.scire oportet.§.scire.ff.de excus.tut.

1 NICOL. in ead.l.§.scire,in fi.ait,si iudex † statuit terminum parti, infra quem dilatorias exceptiones proponere debeat,ipse autem una proposita dicit,alias sibi esse saluas, vt propterea non sint saluæ,nisi eas expresserit. vide Feli.in c.pastoralis.col.4.in fi.de except.

Summarium in d.l. scire oportet. §. oportet. ff. de excus. tut.

1 *In electione rei esse proponere exceptionem in scriptis, uel sine scriptis.*

Nicol.de Neap.in d.l.scire oportet.§.oportet.ff.de excusa.tut.

1 NICOL. in ead.l.§.oportet,inquit, in electione † rei esse proponere exceptionẽ in scriptis, vel sine scriptis. vide Feli.in d.c.pastoralis, col.fi.de except.

Summarium in l. Spadonem. §. qui iura. ff. de excusa. tut.

1 *Probationes, quæ singulæ non prosunt, neque simul iunctas prodesse.*

Nicol.de Neap.in l.spadonem.§.qui iura.ff.de excusa.tut.

1 NIC. in d.§.qui iura,ex tex.colligit,probationes, quæ singulæ † non prosunt, neque simul iunctas prodesse. de hac re distingue, vt per Abb. in c.cum causam, de probat.& uide quid ex hoc tex.inferat Oldr.in cons.118.& Roma.in consi.333.in secundo dubio. & ad prædicta uide etiam Bal.in d.c.cum causam,vbi agit,quando probationes simul possunt coniungi, & non, & tex.in l.qui sententiam.C.de pœn.facit.l.iij.ff.de test.& Abb.in c.transmissa, qui fil.sint legit. & in consi.16.col.fi.

Summarium in l.propter.ff.de excusa.tuto.

1 *Id, quod dicitur de omnibus bonis, habere locum etiam vbi agitur de maiori eorum parte.*

Nicol.de Neap.in l.propter.ff. de excus. tut.

1 NIC. in d.l.propter, in princip.colligit ex tex.id, quod dicitur † de omnibus bonis, habere locum

locum etiam,vbi agitur de maiori eorum parte. Ad rem hanc optimè facit,quia sicut dici solet, metum perditionis omnium bonorum æquiparari metui mortis: ita hoc idem conceditur ēt ubi de metu perditionis maioris partis bonorum ageretur. Bald. post Guil.& Cyn.in l.isti quidem.§.1.ff.quod met. cau.idem sensit Bar.in l.j.in fi.ff.de cond.ob turp.cau.& apertius in l.pe. col.2.eod.titu.hoc ipsum uoluit Innoc.in c.cum dilecti, de his quæ ui met.cau. & de hoc uidetur bonus tex.quem ibi not.Abb.& alij in c.2.eodem titu. cum alijs adductis per Albert.Brun. in consi.82.Super difficultate,col.2.versitē suberat.& Curt.in l.interpositas,col.2.C.de trāsac.

Summarium in l.iuris peritos.ff.de excusa.tuto.

1 *Beneplacitum intelligi esse perpetuum.*

Nicol.de Neap.in l.iurisperitos.ff.de excusa. tut.

1 NICOL. in d.l.iuris peritos, colligit ex tex. beneplacitum † intelligi esse perpetuum. vide Calder.in tit.de rescrip.& Feli.in c.ex literis,nu.27.de consti.& in c.G.perpetuus,de fide instr. & gl.in c.fi.in uoce,Perpetuatis,de rescrip.in 6.Card.in clem.1.qu.10.de electi. & Alberi.in l. quisquis.C.si cert.pet.Dec.in cons.108.& beneplacitum non dicitur esse reuocatum per mortem,quia mors nihil operatur circa ea,quæ positiua sunt, ut not.declarat Soci.in cons.78.in 3. vol.vide Ang in consi.217.col.9.& tex.& ibi Gemin.post alios in c.si gratiose,de rescrip.in 6. Bar.& Ias.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de oper. noui nunci. & dum hic agit Nicol.de appellatione,quæ deuoluitur ad Papam in quæstione per eum proposita, vide Ias.in d.l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori, col.6.quæst.2.

Summarium in l.Nesennius.§.non semper.ff.de excusa. tuto.

1 *Inspicitur, sit ne relictum legatum intuitu oneris annexi.*

Nicol.de Neap.in l.Nesennius.§.non semper.ff.de excusat.tut.

NICOL. in d.§.non semper,attendit distinctionem positam in isto.§. vt inspiciatur sit ne re
1 lictum † legatum intuitu oneris annexi,an non. Tu uerò dicas distinctionem huius.§. hodie uideri esse correctam; quoniam & si constaret testatorem legatum propter aliud reliquisse, quā propter onus iniunctum,nihilominus legatum amitteretur,si non fieret id,in quo legatarius esset pergrauatus.Bar.in l.j.ff.de leg.2.de cuius dicti ueritate,vide ibi Alexand.in 1.col. & Bar.& alios in l.pen.C.de legā. Tenendo autem quòd non corrigatur, dic unam esse præsumptionē, si aliàs esset relicturus: vt per Bar.in princ.istius.l.dum citat.l.tutor peritus,& aliam ponit Bar. in l.cum quid,in fi.ff.si cert.pet.

Summarium in l.amicissimos.§.Lucius.ff. de excusa. tuto.

1 *Neminem debere uti priuilegio contra eum, à quo illud fuit adeptus.*

Nicol.de Neap.in l.amicissimos.§. Lucius.ff.de excus.tut.

1 NICOL. in d.§.Lucius,colligit ex tex.neminem † debere uti priuilegio contra eum, à quo illud fuit adeptus. vide Ang.in consi.31.in secundo dubio.& quæ posui suprà ad Bar.in hoc eodem tex.ad quæ addas Bal.in l.nulli.C.de sent.& alia per Dec.adducta ad rem facientia in consil.538.col.pen.& non ab re illud est,quod habetur,Esaiæ 10. Nunquid gloriabitur securis cō tra eum,qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum, qui trahit eam?

Summarium in l.quinquaginta.ff.de excusa. tuto.

1 *Dictio,per,indicat actus perfectionem.*

Nicol.de Neap.in l.quinquaginta.ff.de excusat.tut.

1 NICOL. in d.l.quinquaginta, ait, uocem, Per,† indicare actus perfectionem. vide etiam Bar.in l.Celsus.ff.de usucap.& in l.illud.ff.de offic.præsid.& Soc.in consi.42.col.1.in 1.uol.

Summarium in l.cum ex oratione.ff. de excusa.tuto.

1 *Ingenuus uel libertus iure annulorum aureorum munitus, potest se excusare à tutela, seu cura liberti.*

2 *Si unus ex tribus fratribus, qui habebant castrum commune, & iurisdictionem in subditos, uēdidit cuidam rustico partem, utrum iste erit exemptus à iurisdictione aliorum duorum fratrum.*

Nicol.de Neap.in l.cum ex oratione.ff.de excus.tut.

1 NICOL. in d.l.cum ex oratione, sic ait in summa. Ingenuus † uel libertus iure annulorum aureorum

aureorum munitus potest se excusare à tutela, seu cura liberti, nisi etiam eodem iure sit tutus? Attende,quia ex isto tex.colligitur, paria esse aliquid habere per naturam, & per priuilegium. Soci.in cons. 1.in primo uolu.sed contra istam decisionem uidetur tex.in l.fi.C. de his qui uen. ætat.impetr.& Alex.in consi. 229.in lib.in quo primi & secundi uolu.consilia cõtinentur. vers. 3.per hoc facit.l.fi.& Bal.in l.iij.§.hæc uerba.ff.de nego.gest.vbi decidit statutum,quo cautum est,vt qui ciuem offenderit,tali pœna puniatur,non habere locum nisi in uero ciue per naturã, non autem per priuilegium. & hanc decisionem sequitur Alex.in consi. 99.in 6.uol.

2 Nicol.in ead.l.in fi.principij quærit,si unus ex tribus † fratribus,qui habebant castrum com mune,& iurisdictionem in subditos uẽdidit cuidam rustico partem suam,vtrum iste erit exemptus à iurisdictione aliorum duorum fratrum? & decidit quòd non. Attende istam decisionẽ, ex qua infertur,parem habere imperium in parem. sed contra hoc in fortiori casu uidetur esse decisio Bar.in l.inter tutores.ff.de administr.tutor.vt per Bertachin.in uoce,iurisdictio quotu plex.vers.26.incip.iurisdictio diuidi.

Summarium in l.Titius.ff.de excusa.tuto.

1 *Tutor testamentarius reipublicæ causa absens ueterem tutelam assumere tenetur post reditum.*

Nicol.de Neap.in l. Titius.ff.de excusa.tut.

1 Nic. in d.l.Titius,sic ait in summa. Tutor testamentarius † reipublicæ causa absens,ueterem tutelam assumere tenetur post reditum. Ad intellectum huius.l.in primo & secundo respõso,vide Io.de Lignano in tract.de ecclesiastico interdicto.nu. 13.

Summarium in l.ius alimentorum. §. sed si constet.ff. vbi pupil.educari debeant.

1 *Alimenta debere præstari secundum quantitatem reddituum.*

Nicol.de Neap.in l.ius alimentorum.§.sed si constat.ff.Vbi pupil.educ.deb.

1 Nicol. in d.§.sed si constat,colligit,ex isto tex. alimenta † debere præstari secũdum quantitatem reddituum. Adde hoc idem esse in alimentis præstandis uxori in bonis mariti,maximè inspecta quantitate dotis.Abb.in c.salubriter,de usur.& Alex.in consi.72.in 5.uolu.& dum ibi subiungit Nicol.vtrum iudex possit pœnam imponere litiganti? vide Alex.in l.j.in princ.col.fi. vers.& quid si suspicatur iudex.ff.siquis iusdic.non obtemp.

Summarium in l.in omnibus. §. officio.ff.de tutel.& ration.distrahen.

1 *Tutorem ad reddendam rationem administrationis pupillo obligatum esse.*

2 *Auia administrans bona neptis, an sit obligata ad reddendam rationem administrationis.*

Nicol.de Neap.in l.in omnibus.§.officio.

ff.de tutel.& rat.distr.

1 Nicol. in d.§.officio,ait,tutorem † ad reddendam rationem administrationis pupillo obligatum esse.De hac re uide,quæ posui ad Bar.suprà in hoc eodem. §. & uide ét Dec.in consi. 178.in princip.& ad ea, quæ dicuntur in isto tex. vide Roma.in consi. 168.in 3.dubio.& in consi. 214.& in consi. 13. vbi plenè de hac materia & latè in consi. 425. & seq.Imol.in cons. 35.col.6.& in consi.65.& 75.Abb.in cons. 12.in 6.dubio.& in cons. 36.in fi.in 2.uol.Ang.in cons. 175.Ias.in l.si hæres.ff.de cond.ob cauſ.Soc.in cons. 2.in primo uolu.& in cons. 190.eodem uol.& in cons. 24.col. 11.uers.& ideo dicunt iura,cum duobus seq.eodem uol.& in cons. 46.& in consi. 73.eod.vol.vbi loquitur de fratre, qui stat in communione cũ fratribus. Bal.in cons. 137.in 5.volu.vbi loquitur in auia † administrante bona neptis,& omnino vide Aret.in c.qualiter,& quando,2.col. 2.de accusat.& Ias.in l.admonendi,in repet.colu.46. ff.de iureiur.& Alex.in consi.45.Habita,in primo uol.& dum Nicol.subiungit,an credendum sit libro rationum in expensis,vide Ias.in d.repet.l.admonendi, col.54.vers.de tutoribus,vbi limitat,quod dicit Bar.de iuramento,non procedere defuncto eo, cuius sunt rationes. Item uidetur obst.quod not.ait Soc.in consi. 213.colu. 1. versic.vnde,in primo uol.& quatenus tradit

Nicol.

Nicol. iuramentum in litem deferri contra non reddentem rationẽ administrationis, vide Soc. in d. consi. 213. col. 2. vers. circa secundam.

Summarium in d. l. in omnibus. §. præterea. ff. de tute. & ration. distrahen.

1 *Filius non cogitur ad dotandam matrem.*

Nicol. de Neap. in d. l. in omnibus. §. præterea. ff. de tutel. & rat. distr.

NICOL. in eadem l. §. præterea, inquit, hunc. §. posse continuari ad. §. sed nonnullas. vide
1 Roma. in consi. 413. col. 2. & ad illud quod ait, filium † non cogi ad dotandam matrem, si uult nubere, vide Ias. in auth. res quæ, col. 3. vers. secundum. C. de fideicomm. & in l. j. col. 7. versic. secundò. ff. solu. matrim.

Summarium in l. quid ergo. §. contrarium. ff. de contra. iudicio tute.

1 *Si tutor consequutus est libertatem à pupillo cum iuramento, nunquid huiusmodi liberatio teneat.*

Nicol. de Neap. in l. quid ergo. §. contrarium. ff. de contr. iudi. tute.

1 NICOL. in d. §. contrarium, quærit, si tutor † consecutus est liberationem à pupillo cum iuramento, nunquid huiusmodi liberatio teneat? vltra Alex. hic in apostill. vide Bart. in l. tutor. in fi. ff. ad municip. & Soc. in consi. 159. col. 4. in 1. uol.

Summarium in l. nouissimè. ff. quod fal. tuto.

1 *Metus tormentorum, idem operatur, quòd ipsa tortura.*

Nicol. de Neap. in l. nouissimè. ff. quod fals. tut.

NICOL. in d. l. nouissimè, infert ex isto tex. ad illam quæst. de qua Bar. hic ait, scilicèt, ut me
1 tus † tormentorum idem operetur, quod ipsa tormenta. tu ultra ea, quæ posui ad Bart. in hoc eod. §. vide Brun. in tract. de indicijs & tortura, col. 19. vers. circa primum. & dum paulò post inquit Nicol. uideri dicendum, quando authoritate falsi tutoris quęrit pupillus, & restituitur, cõtrahentem non teneri pupillo ad sumptus litis. vide Feli. in c. cum. M. Ferrarien. col. 10. de constit. & Dec. ibi col. 13. & Aret. in consi. 14. col. 18.

Summarium in l. cum ostendimus. §. fideiussores. ff. de fideiuss. tuto.

1 *Præsentiam inducere consensum fauore pupillorum.*

Nicol. in l. cum ostendimus. §. fideiussores. ff. de fideiuss. tuto.

1 NICOL. in d. §. fideiussores, ait, præsentiam † inducere consensum fauore pupillorum. Tu autem dicas fauorem pupilli, calorem iudicij & scripturam inducere stipulationem, ut concludit Alex. in l. j. in princ. col. 4. ff. de uerb. oblig. vbi Ias. col. 2. post Aret. ibi col. 3. cum seq. alioqui uerò istis omnibus non concurrentibus, non enim præsumitur stipulatio. Imol. in l. fi. ff. de prætori. stipul. post Bar. ibi.

Nicol. de Neap. in l. j ff. de reb. eor. qui sub tut.

NICOL. in d. l. j. in princip. adnotat glo. in uoce, tunc enim. vide Ias. in repet. l. admonendi, col. 8 ff. de iureiur.

Summarium in l. sed hic. ff. de rebus eor.

1 *Quare non possit res uendi minoris hoc pacto ut maneat obligata donec pretium soluatur.*

Nicol. de Neap. in l. sed hic. ff. de reb. eor.

1 NICOL. in d. l. sed hic, tradit, quare non † possit res uendi minoris, hoc pacto, ut maneat obligata donec pretium soluatur. circa rem hanc, quæ ex hoc text. colligitur, dicas, hoc uideri contra tex. in l. Iulianus. §. offerri. ff. de action. emptio. qui text. citatur in glo. ubi fine pacto potest res uendita pignorari, usque quo pretium soluatur. & quamuis glo. soluat dicens, hoc procedere post traditionẽ, tamen ista solutio non uidetur uera, cùm istud pactũ in ipsa uenditione

fuerit factum,vt sentit tex.iste in hac.l.ij.ibi, ab initio obligationi inhæsit. cogita super hac decisione, quæ uidetur mirabilis, vt latè dixi in lucubrat. ad Bart. in §.præcedenti. Item quia ex dicto §. præcedenti,iuncta ista l.colligi solet,bona minoris posse esse tacitè hypothecata. vide Iaſ.in l,item quia,versſ.Pro clara intelligentia.ff.de pact.& latissimè in l.si constante,in 4.quæst. tertiæ quæst.princip.ff.sol.matr.

Summarium in l,magis puto.§. si pupillus.ff.de reb.eor.

1 *Alienatio rerum minorum, quomodo fieri debeat.*
2 *Maior uiginti annis,& minor. 25. potest pati se uenundari ut partem pretij habeat.*
3 *Consensum tutoris uel decretum iudicis per procuratorem interponi non potest.*
4 *Si consensus,aut decretum petitur à minore,& ei negatur,an minor poterit alienare.*
5 *An molendina,& fructus annui,inter mobilia,& immobilia iudicentur.*
6 *An in dubio decretum præsumatur interuenisse ex iusta causa, & faciat præsumi omnia fuisse solenniter acta,*
7 *Si decretum fuit interpositum ex falsa causa, utrum possit ab eodem iudice reuocari.*
8 *Quando solennitates requisitæ in alienatione rerum minoris non interueniunt, alienatio irrita est si minor uult, alioqui non.*
9 *Minor, etiam proximus pubertati, non obligatur iuramento.*
10 *Minoris bona non incidere in commissum si solutæ non fuerunt collectæ, licèt facta essent proclamata hoc ipsum præcipientia.*

Nicol.de Neap.in l.magis puto.§.si pupillus.ff.de reb.eor.qui.

1 NICOL. in hoc §.si pupillus,cùm sequ.tractat de alienatione † rerum minorum, quomodo fieri debeat. Circa hunc tex.cum sequ.vbi communiter tradi solet, quæ solennia exigantur, vt bona minoris ualeant alienari: Aduerte, quia debet fieri subhastatio. Specul.in titu. de emp. & uendit.§.Nunc dicendum,colu. 3.versſ.tu ulterius. & Bart.in suo summario in l.ait Prætor.§. hodie.ff.de minor.Roma.in consi. 221. In casu proposito. Item requiritur, vt causa alienationis appareat iusta in ipso instrumento contractus. Paul.de Castr.in consi. 215. Non interest.& huius dicti ratio est,quia quamuis in instrumento alienationis diceretur,causa cognita, tamen ei non creditur, cùm huiusmodi causæ cognitio fieri non potuerit tempore instrumenti confecti. glo.in l.j.C.de fide instrum.lib.10. Iaſ.in l.sciendum,colu.4. versſ.tertiò.ff. de uerbo.obligation. Primò debet iudex facere, vt de hoc separatum instrumentum conficiatur continens causam necessariam alienationis fuisse inuentam. Paul.de Castr.in consi.91. Super eo. pro cuius dictis faciunt tradita per Anchar.in consi.312.Visa facti narratione. ad quem accessit Corset.in suo singul.incip.Decretum,in uoce,minor,& Iaſ.in l.ij.C.de eden.& in l.iudices.C.de iudic.& in l.nequicquàm.§.vbi decretum,colu.14.ff.de offic.proconſ.& leg.& in l.ij.ff. de offic. eius.& Feli.in cap.ecclesia,col.7.& sequ.de constitu. & de ista materia alienationis rerum minoris,vide plenè apud Iaſ.in d.l.ij.ff. de offic. eius. vbi posuit regulam cum ampliationibus & fallentijs & declarationibus. Attende tamen hic quoniam durum uidetur, in huiusmodi alienatione requiri, vt minor necesse habeat uendere. Item authoritatem tutoris, uel curatoris.

2 Item decretum iudicis cum causæ cognitione, vt hic. & tamen maior xx. annis † & minor xxv. potest pati se uenundari,vt partem pretij habeat.§.serui autem aut nascuntur.instit.de iur.person. & ibi non requiritur aliqua necessitas,uel authoritas,vel decretum,quæ tamen multò magis eo casu deberent interuenire, cùm ibi agatur de libertate perdenda. Cogita solutionem. Accedat ad prædicta,causæ cognitionem non præsumi interuenisse, si iudex, uel curator suam interponunt authoritatem,quando petitur, vel statim post,ita ut ex breuitate temporis uerisimile non sit,causæ cognitionem interuenisse, & ideò contractus non ualet. Corset.in d.singul. & Iaſ.in d.l.ij.C. de eden. col. 5. versſic. Adde etiam,& in d.l.iudices.C.de iudic.& in d.l.ij.ff.de offic.eius. Et qua cautela isto casu utendum sit,uide Thomam Ferratium in caut.60. Ad præcedentia faciunt multa, quæ de alienatione rerum minoris attulit Iaſ. in authent. ingressi, col. 1,versſic.sed pone.C. de sacrosanc.eccleſ. Item scias consensum † tutoris, uel decretum iudicis

per

per procuratorem interponi non posse. Iaſ. in l.j.§. item acquirimus, columna ſecunda. ff. de acquiren. poſſeſſ. & uide trad. per glo. in l. minorum. C. de prædi. minor. Quid autem ſi facta eſt alienatio bonorum minoris, & non conſtat prædictas ſolennitates interueniſſe, vtrum ex lapſu decennij præſumantur? vide Iaſ. in l.j. col. 4. C. qui admitt. & in l. ſi certis annis, col. 3. ver.
4 nonò. C. de pact. Quid autem ſi huiuſmodi † conſenſus, aut decretum petitur à minore, & ei negatur, an minor poterit alienare? Iaſ. in d. l.j. col. 7. verſicu. confirmo. C. Qui admit. Attende etiam, quia & ſi ſtatuto cautum eſſet, eum, qui eſt annorum 18. vel 19. dici eſſe maiorem, uel aliter uenia ætatis fuerit impetrata, illum tamen ſine iſtis ſolennitatibus alienare non poſſe: ita ex mente Paul. de Caſtr. concludit Dec. in conſi. 39. Iuridicam. ſed iſtam concluſionem puto falſam, cui reluctatur ratio. l.j. C. de his qui ueni. ætat. impetr. Item quia ſtatutum idem poteſt in ſua ciuitate, quod poteſt ius commune quò ad omnes, vt habetur in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. Et contrarium ſeruatur in ciuitate Bergomi, in qua huiuſcemodi uiget ius municipale. vide etiam ad materiam hanc, illam quæſtionem Bartoli. in l. ſi ſic. §. primo. ff. de leg. primo. & in l. poteſt. ff. de authorit. tutor. vbi tradit, actionem iudicari mobilem, & immobi-
5 lem, ſecundum rem ad quam competit. & an molendina, † & fructus annui inter mobilia, & immobilia iudicentur? vide Curt. in tracta. feudor. colum. 16. An autem prædictæ ſolennitates locum habeant, in alienationibus, ad pias cauſas? vide Iaſ. in l.j. verſic. Confirmo ultimò. C. de ſacroſanc. eccl. in prima lectura. Quid verò ſit in pecunia deſtinata ad emptionem prædij, vtrum res immobilis iudicetur? vide Iaſ. in l. cætera. §. ſed ſi parauerit, columna penultima.
6 ff. de legat. 1. An in dubio decretum † præſumatur interueniſſe ex iuſta cauſa, & faciat præſumi omnia fuiſſe ſolenniter acta? vide Alex. in conſi. 245. Viſis ſcriptis mihi tranſmiſsis, colu. 2. in libro in quo primi & ſecundi uolu. conſilia continentur. Soci. in conſi. 15. colu. 9. & in conſilio 29. colu. 6. in primo uol. & in conſi. 105. & in conſi. 157. eodem uolumine. vbi tenet par-
* tem affirmatiuam, dicens, eam eſſe * communiter approbatam. Contrarium ſentit Aretin. in conſi. 69. vide Imol. in conſi. 98. Dec. in conſi. 351. Iaſ. in dicta l.ij. ff. de offic. eius. & omninò
7 Thomam Ferratium in d. cautel. 60. Quid ſi decretum † fuit interpoſitum ex falſa cauſa, vtrum poſsit ab eodem iudice reuocari? Socin. in conſi. 18. colu. 4. & 7. in primo uolumi. tenet hoc fieri poſſe. Et ideò inquit, eum, qui eſt in poſſeſsione uigore decreti inualidi, de ui turbatiua accuſari poſſe. quæ quidem deciſio eſt magna. Sed dubito an ſit uera, cùm authoritas iudicis
8 qualiſcunque ſit eum excuſet. Quando autem prædictæ ſolennitates † requiſitæ in alienatione rerum minoris non interueniunt, alienatio irrita eſt, ſi minor vult, alioqui non, quoniam etiam ſi interuenerit, tamen poterit petere in integrum reſtitutionem. Iaſ. in auth. ſacramenta puberum, in primis uerbis. C. ſi aduerſ. uendit. verùm, ſi contractus irritus eſt ex defectu ſolennitatum, tamen confirmabitur iuramento, neque reſtitutio eſt concedenda. dicta auth. ſacramenta puberum, vbi Iaſ. colu. 7. verſic. Pro clara. Hoc tamen, quòd dicitur de iuramento, multas patitur limitationes, vt ibi per Iaſ. colu. 12. & ſequ. & in hac re uide Fulgo. in conſi.
* 237. vbi teſtatur * communem opinionem eſſe, minorem † etiam proximum pubertati, non
9 obligari iuramento, contra Bar. Vide in hac materia iuramenti omninò Alexand. in conſi. 53. Viſis, & conſideratis, in 3. volum. Adde, minorem poſſe feudum ad ſe reuerſum alteri ſine iſtis ſolennitatibus dare in feudum. cap. 1. in principio. per quos fiat inueſt. Item ſcias non credi notario aſſerenti decretum interueniſſe. Iaſ. in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus, colu. 3. verſic. ſe-
10 cundò facit. ff. de iureiur. Accedat ad prædicta, minoris † bona non incidere in commiſſum, ſi ſolutæ non fuerunt collectæ, quamuis facta eſſent proclamata, hoc ipſum præcipientia. Alex. in conſi. 31. in 5. uolu. An autem minor poſsit cogi ad compromiſſum uigore ſtatuti, quo cautum eſt, inter coniunctos compromiſſum neceſſarium fieri debere; & an poſsit peti in integrum reſtitutio? Alex. in conſ. vltimo in 6. uolu.

Nicol. de Neap. in d. l. magis puto. §. ne tamen. ff. de reb. eor.

Nicol. in ead. l. §. Ne tamen, remittit ſe ad notata. in c. quoniam contra, de probat. vide

tu Abb.in c.præterea,colu.3.de testi, Bart.in l.j.§.cura carnis.ff.de offic.præfec.vrb.& in l.si librarius.ff.de regul.iur.

Summarium in l. si pupillorum. §. si prætor.ff.de reb.eo.

1 *Vtrum ille, qui promisit uendere, dicatur satisfeciſſe, si dedit insolutum.*

Nicol.de Neap. in l.si pupillorum.§.si prætor.ff.de reb.eor.

1 NICOL. in d.§.si prætor, quærit,vtrum ille, qui promisit † uendere,dicatur satisfeciſſe,si dedit in solutum? vide Bar. disting. in l.si alio, colu.3.ff. de alimen.lega.Dec.in consi.60.& in consi.586.nu.9. vbi ait, dationem in solutum contineri in statuto disponente de alienatione, & Bertachinum, in tracta. de gabellis,in tertio membro octauæ par.nu.6. Alberic. in secunda par.statut.quæst.11.& in prima par,quæst.110,aliàs 108. Barba.in rubri. de rebus eccles.non alien.in ultimo fol.& Roma.in consi.107.& faciunt trad.per eum in consi.219.in 2.col.

Summarium in l.j.ff.de cura. furi.

1 *Furioso an interdicatur administratio à lege, vel ab homine.*

Nicol.de Neap.in l.j.ff. de curat.furios.

1 NICOL. in d.l.j.quærit, an furioso † interdicatur administratio à lege,vel ab homine? & ex mente glo. decidit hoc fieri à iudice: item à iudice conceditur. contra hoc uidetur facere iste tex. vbi habetur, cessante furore, ipso iure eum liberari à potestate curatoris: tamen limita,quia necessaria est sententia declaratoria.vt per Ias.in l.is cui bonis,colu.5.vers.tertiò.ff.de uerb.obliga.vbi respondet ad argumentum,quod ex isto tex. colligi posset,scilicèt,si ipso iure interdicto cessat cessante prodigalitate, ideò etiam ipso iure deberet induci. Nam restituere,est ad primam naturam redire, & est fauorabile, nimirum, si id ipso iure conceditur,sed interdici odiosum est,& contra naturam,ideò requiritur expressa interdictio.

Summarium in rubr.ff.de testam.

1 *Testamentum inuentione esse de iure gentium, quamuis,quò ad solennitatem sit de iure ciuili.*
2 *Testamentum, an sit de iure diuino, & naturali.*
3 *Testamentum publicatum coram duobus testibus tantum ualet ad pias causas.*
4 *Testamentis duobus confectis, potest quandoque aliquis decedere.*
5 *Testandi actus difficilius conceditur,quàm actus contrahendi.*
6 *Si testamentum precibus propinquorum fuit ab eo confectum,qui est infirmitate grauatus, ad hoc ut leget aliquid alicui, huiusmodi legatum dicitur factum metu interueniente.*

Lucubrat.in rubricam.ff.de testam.

1 CIRCA istam rubricam scias, testamentum † inuentione esse de iure gentium, quamuis quò ad solennitatem sit de iure ciuili, ita disputat & concludit Martinus Laudensis in tracta.de primogenitura, secutus Bart.in l.interdum.ff.de condi.indeb. ex qua conclusione infert, dubitari posse, an testamentum apud Turchas coram duobus testibus confici possit? quia ista solennitas sufficit de iure gentium. conclude, vt ibi per eum. & vide
2 Ias.in dicta l.interdum. An autem testamentum † sit de iure diuino, & naturali, vide Alexand. in consi.229.versic.quinimmo,in libro in quo primi & secundi uolu. consilia continentur. Testamenti uerò solennitas est de iure positiuo, & ideò alterari potest à statuentibus. Angel. in consi.88. Et in hac materia attende unum, quod est singulare: nam et si testamentum non nisi per septem testes probari queat, tamen per duos probabitur,si factum est compromissum in arbitratorem, qui procedere possit iuris ordine non seruato: ita Gemin.2.quæst.4. in sum-
3 ma,& vide not. in c.1. de pact. Item testamentum † publicatum coram duobus testibus tantũ, valet ad pias causas, & tamen non ualet scriptura,in qua constat de mente testatoris, quã uult

postea

postea publicari,ut declarat Dec.in consi.488. Item coram duobus testibus testamentum ualet inter liberos.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testa. sed an hoc procedat in filijs legitimatis? Bald.affirmatiuam partem amplectitur,in c.de causis, de offic.deleg.col.fi.sed contrarium decidit Dec.in consi. 610. De ualiditate autem & solennitate testamenti, de iure canonico,vide Fulg.in consi.29. & Feli.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.nu.101. cum sequentibus. de
4 constitu. Testamentis † duobus confectis potest quandoque aliquis decedere, id quod uidetur mirabile. glo.in l.si arrogator.ff.de adopt. Testamentum qua cautela confici possit, vt nequeat reuocari,vide Cæpol.in caut.117.& testamentum eo modo confectum, vt reuocari nequeat,qua cautela reuocari non possit, Cæpoll. in eadem caut. Testamentum, in quo septem testes interfuerunt, si duo ex eis negant interfuisse testamento, an probet contenta in eo, saltem in uim codicillorum,quando apposita fuit clausula codicillaris? Soci.in consi.28.in 3.uo-
5 lu.tenuit non probare, vt not. tradit. Testandi † actus difficilius conceditur, quàm actus contrahendi.§.quia ergo.institu.quibus ex caus.maior. Alexand.in consi.12. in primo uol. Tamen alienatione prohibita leges facilius concedunt in ultima uoluntate alienationem, quàm inter uiuos,vt declarat Bar.in l.si ita quis.§. ea lege.ff.de uerb.obligatio.Soci.in consi.121. col.5.in 4.volu. Testamentum si aliquis infirmus facere non audet, utputa, quia consanguinei impediunt notarios,& testes ne accedant,poterit iudex ex officio suo accedere ad eũ, & secum ducere notarios,& testes, vt testamentum conficiatur. Item scias unum memoratu dignum,sci-
6 licet,si testamentum † precibus propinquorum fuit ab eo confectum, qui est infirmitate grauatus, ad hoc ut leget aliquid alicui, huiusmodi legatum dicitur factum metu interueniente: quia infirmus dubitat derelinqui, si negat ea, quæ petuntur. Crauet.in consi. 10. col.fin. & testamentum conditum ab eo est ualde suspectum. Soci.in consi.163.col.3.in consi.229.in primo uolu.& in consi, 20.in 3.uol.& in consi.28.col.fi.eodem uolu. & omnino in consi.92.colu. 8.& seq.eod.uol.Alexand.in consi.33.in 3.volu.& Dec.in consi.439.vbi quærit,quid si aderat aliud testamentum.

Summarium in l.j.ff.de testam.

1 *Testamentum quid sit.*

Bar.in l.j.ff. de testa.

1 Bart. in d.l.j.ponit diffinitionem testamenti,† de qua uide Abb.in rubrica.de testam. & Ias.in l.cum quis,colu.4.vers.secundum.C.de iur.& fact.ignor. & in l.j.colu.5.vers. in ea glo.ff. de conditio.indebi. vbi plenè aperit, an solennitas septem testium sit de forma substantiali & essentiali, an uerò probatoria tantùm: & consequenter, utrum legata facta in testamento non solenni debeantur naturaliter legatarijs? & dum Bart. in eadem l.in fin.ait, testamentum poni pro sententia uoluntatis nostræ, quæro,an testamentum dicatur dispositio facta in uita,an non? vide Alex.in consi.13.col.pen.in 3.uol.

Summarium in l.testamenti.ff.de testam.

1 *An per statutum minui possit solennitas testamenti.*
2 *Statutum an possit constituere, vt spurius succedere ualeat.*
3 *Licèt spurius hæres institui communiter non possit,tamen aliquando potest.*

Bar.in l.testamenti.ff.de testam.

1 Bart. in dicta l.testamenti, quærit, an per statutum † minui possit solennitas testamenti? vide Angel.in consi.88. & in consilio 233. & ad rem faciunt nonnulla ex ijs, quæ posui suprà in rubrica.

2 Bart.in eadem l.propè fin.quærit, an statutum † constituere possit, vt spurius succedere ualeat? vide Præpos. in capitulo constitutiones. 10.distinct. & in cap.cùm haberet,colu.2.de eo qui dux.in matri. Federic.de Sen.in consi.70.& tribus sequen. Barbat.in consi.34. colu.27.in secundo uolu.Anchara.in cap.canonum statuta,colu.31.de constitu. & in c.possessor,col.2.&

seq.de regul.iur.in sexto. Barba.in c.cum.M.colu.59. de constit.& in cap.1.col.3. eodem titu. & aliquid per Aret.in consi.48.colu.2.Paul.de Castr.& Angel.in l.hac consultissima.C.eodem & Bald.in consi.267. in primo uolu. & Dec.in consil.576. & in consi.62. Et quamuis spurius
3 † hæres institui commmuniter non possit, tamen traditur cautela,qua poterit institui. Felin.in c.multorum,de Iudæ.& multas cautelas tradit Cæpoll.in caut.38.& ad prædicta uide quæ posui in annot.in Bar.in l.item in potestate.ff.de his qui sunt sunt sui uel alie.iur.

Summarium in l.si quæramus.ff.de testam.

1 *Iudicium an uitietur, si ordo omitteretur.*
2 *Statutum, an dispensare possit, vt ille, qui non est suæ potestatis, possit facere testamentum.*
3 *A statuto an dispensari possit is, qui patitur mentis defectum.*
4 *Excommunicatus an possit dispensari à statuto.*

Bar.in l.si quæramus.ff.de testam.

Bart. in d.l.si quæramus, tradit ordinem seruandum in iudicio, circa personam eius, in
1 qua sustineri debet iudicium,& circa personam testatoris. Posteà quærit, an iudicium† uitietur,si fortè iste ordo omitteretur? & tenet,quòd non. vide Feli.in c.cæterum.col.7.de rescrip.
2 Bart.in eadem l.vers.quæro circa,tradit, an statutum † dispensare possit, ut ille, qui non est suæ potestatis, possit facere testamentum? vide apud Alexand. remissiuè, in l.senium. C.qui testam.facer.poss. & dum ait Bar. statutum non posse dispensare seruum, Contrarium docu t glo.in auth.si qua mulier, in uerbo,diuidere.C.de sacrosanc. eccles. dicens à lege licentiam testandi seruo posse concedi. quam ibi adnotat Ias. in secundo notab. & dum Bart. successiuè ait, à statuto posse dispensari eum, qui non est suæ potestatis de iure ciuili. Dicas de hoc esse textum.in d.auth. si qua mulier. vbi permittitur testari monacho, qui est in potestate Abba-
3 tis. Prosequitur deinde Bar. quærendo, vtrum'à statuto dispensari † possit is, qui patitur mentis defectum, vt est furiosus,& mentecaptus, vel impubes? sed nunquid ualeat rescriptum dispensans minorem testari posse cum clausula, non obstante.l.qua ætate,infrà eodem titulo? vide latè Ias.in l.rescripta, colu.fin.vers.in secunda.C.de precibus Imper.offer. vbi distinguit,sit ne doli capax, an non? et tunc defectum iuris ciuilis dispensari posse, alioqui uerò defectum
4 iuris gentium. Deinceps quærit Bart. Quid de excommunicato. † vide Socin. in regul.133. & quamuis testamentum excommunicati secundum aliquos sit nullius roboris & momenti, tamen si absoluitur excommunicatus,reconualescit testamentum. Feder.de Sen.in consi.129. & Feli.in cap.cùm dilectus,vers. & prædicta adducuntur,de accusat. An excommunicatus tenendo istam opinionem circa inhabilitatem ipsius possit facere testamentum saltem ad pias causas? Innocen. posse ait in c.cum uoluntate, de sentent. excommunic. vide Bald. & Salic.in authen.credentes. C. de hæret. & Felin.in d. c.cum uoluntate,versic.extra glo. & quamuis dictum sit, excommunicatum esse prohibitum testari secundum aliquorum sententiam, tamen contrarium tenet Abb.in c.ad probandum,de re iudic.col.3. vers.idem expresè, vbi ait, idem esse etiam,de excommunicato publico. Hoc idem uoluit Ioan.Andr.in c.decernimus,de sent. excommunic.in sexto.& Anton.de Butr.in quæstio. incip. Bononiensis quidam. Card.in clemen. 1.de except.col.4.vers. octauò quæro,& Felin. in d.c.ad probandum.& Philipp.Franc.in repet.c.si pater,col.16.de testa.in sexto.Bald.in l.fi.C.si non comp. Et Corn.latè in consi.180. in 12.dubio.in 4.uolu.Signorol.in consi.119.vbi latè tradit etiam de bannito. Corne.in consi. 58.in 1.volu. vbi loquitur de excommunicato, de bannito,& rebannito. & Federic.de Sen.in consi.74.Vetus querela.

Summarium in l.qui in potestate.ff.de testam.

1 *Donatio causa mortis magis est contractus, quàm ultima uoluntas.*
2 *Filiusfam. in quibus casibus testari possit.*

Bar.

Bar.in l.qui in potestate.ff. de testa.

1 BAR. in d.l.qui in potestate,ait,donationem † causa mortis, magis esse contractum, quàm ultimam uoluntatem. sed contrarium uidetur probari in l.j.C.de imp.lucra.descript.lib.10.in l.fi.C.de codic.in l.fi.C.de donat.cau.mort.& per Fulgo.in consi.88. de cuius rei ueritate uide plenè apud Mari.Soci.iuni.in repet.l.sciendum.ff.de leg.1.

2 Bar.in ead.l.quærit,an hodie filius † familiàs testari possit in aduentitijs,in casibus, in quibus quæritur ususfructus patri? vide ad hoc Alex. in l.j.§. Ad hæc autem, col.2.super glo.in uerbo testari.ff.ad Trebell.

Summarium in l.eius.ff.de testam.

1 *Testamentum factum, quando quis erat seruus hostium non ualet.*

Bar.in l.eius.ff. de testa.

1 BART. in d.l.eius,inquit,testamentum † factum,quando quis erat seruus hostium non ualere.vide Ias.in l.si is qui pro emptore,col.26.vers.quartò.ff.de usucap.

Summarium in d.l.eius.§. si cui.ff.de testam.

1 *Bannitus nostri temporis, an possit testari.*

Bar.in d.l.eius.§.si cui.ff.de testam.

1 BAR. in eadem l.§.si cui, tradit, an bannitus † nostri temporis possit testari. deciditque illum non posse testari, secundum statuta propriæ ciuitatis, sed retinere testamenti factionem de iure communi. vide Capr.in consi.77.in fi. Signorol.in consi.119. & sequ.Fulgo. in consi. 44.vbi loquitur de damnato ad perpetuos carceres.vide omninò Curt.in consi.59. & Ludou. Bologn.in addit.ad tracta. Matthæsill. de succesion.ab intestato, in tertio articulo principali, nu.36. & quæ plenè posui ad Bart.in l.si qua.ff. de his qui sunt sui uel alie.iur.

Summarium in l.obsides.ff.de testam.

1 *Obsides dati ab una ciuitate, non amittunt testamenti factionem.*

2 *Obsides si aliquid soluunt, vtrum illud repetere ualeant.*

Bar.in l.obsides.ff.de testam.

1 BAR. in d.l.obsides, ait, obsides † datos ab una ciuitate alteri ciuitati, non amittere testamenti factionem. De hac materia obsidum, vide Ias.in §.rursus,col.9. & seq.institu.de action. A quibus alimenta habere debeant obsides,quando non habent unde se alant, vide Felin.post Abb.in cap.ex rescripto,de iureiur.An obsides dari possint inter priuatas ciuitates? Barto.in l.
2 diuus.ff.de iure fisc.& si aliquid † soluunt, vtrum illud repetere ualeant? Bart.in l.nam et si seruus,in principio.ff.de negoc.gest.An autem Episcopus possit dare obsides de clericis sibi subiectis? Abbas de monachis suis?Doct.tradunt in d.c.ex rescripto.Rom.tenuit eos dari nõ posse in suis sing.sed eum redarguit Anton.Corset.in suo sing.incip. An Episcopis, in uoce,obses, vbi plenè distinguit,ut ibi uidere est.

Summarium in l.qui à latronibus.ff.de testam.

1 *Capti in bello an serui efficiantur,& an testari possint.*

Bar.in l.qui à latronibus.ff. de testa.

1 BART. in d.l.qui à latronibus,tradit, an capti † in bello,serui efficiantur? & an testari possint? vide Ang.de Aret.in §.fin.institu.quibus non est permiss.face. testa. posteà subiungit,carceratum testari non posse,neque contrahere. vide Bal.in consi.26.in 3.volu. Et quoniam egimus de hac re in locis proprijs, hic non repetam.

Summarium in l.is cui.ff.de testam.

1 *Cui interdictum est bonis, testari non potest.*

2 *Adultus sine curatore potest testari.*

3 *Prodigus potest contrahere in his, quæ sunt ei utilia.*

Bar. in l.is cui.ff.de testam.

1 BART. in d.l.is cui,ait,eum,cui interdictum † est bonis, testari non posse. Attende quare

testari non possint. Hoc enim concernit eius commodum,& fauorem,vt patet ad sensum. sed ille,cui bonis est interdictum, potest contrahere in ijs,quæ sibi utilia sunt, & obligatur.l.is, cui. ff.de uerb.obliga.vbi Iaſ.in 1.col.Præterea prodigus,& adultus curatorem habens æquiparan
2 tur.l.si curatorem.C.de in integrum rest.minor. sed † adultus sine curatore potest testari,secun dum doct.in l.j.§.fuit quæsitum.ff.ad Trebell.Immo in ultima uoluntate potest dare licentiam executoribus alienandi bona immobilia, sine alicuius authoritate, uel decreto iudicis. Iaſ.in l. fi.col.fi.uerſ.hinc uidemus.C.de pact.& in d.§.fuit quæsitum, in fi. Et ideò pater poterit ei substituere pupillariter, secundum Iaſ.in l.ex facto,col.13.uerſ.item in quantum.ff.de uulg.& pupilla. Quare hoc idem & de prodigo dicendum uideretur. Quò ad primum argumentum re-
3 sponderi posset, ideò prodigum † posse contrahere in ijs,quæ sunt ei utilia,quia constat de hac ipsius utilitate: sed testando posset abuti substantia sua, & ideò actus testandi difficilius concedi tur, quàm actus contrahendi; quia in eo agitur de maiori periculo. Alexan. in consi. 12.col. 25.in 1.volu. Posset etiam secundum obiectum remoueri, & dici. quamuis communiter prædicta militet æquiparatio, tamen in hoc lex magis suspicatur de eo, cui ob eius prauos mores bonis est interdictum,quàm de adulto curatorem habente, de cuius prauis moribus non constat,sed tantum lex suspicatur ob fragilitatem ætatis. tamen cogita. & dum Bar.quærit exemplum,de illo cui bonis interdicitur à lege, vide Ang.in consi.223.

Summarium in d.l.is cui.§.siquis ob carmen.ff.de testam.

1 *Infamis an possit facere testamentum.*

Bar.in d.l.is cui.§.siquis ob carmen.ff.de testam.

1 Bar. in ead.l.§.siquis ob carmen,tradit,an infamis † possit facere testamentum.vide Iaſ.in l.hac consultissima,col.6.C.qui testa.facer.poss.

Summarium in l.qui testamento.ff.de testam.

1 *Tutor an possit esse testis pro pupillo.*

Bar.in l.qui testamento.ff.de testa.

1 Bart. in d.l.qui testamento,agit,an tutor † possit esse testis pro pupillo? vide Oldrad.in consi.101. col.2.& Roma.in consi.420. & dum Bar.quærit, si tutor constituit actorem suo periculo,an tunc possit esse testis in causa? vide Bar.in l.duæ causæ. ff. de ædilit.edict. & Orian.in repet.c.quoniam contra,de probat.

Summarium in d.l.qui testamento.§.quæcunque.ff.de testam.

1 *Pater an possit esse testis pro filio emancipato.*
2 *Frater an possit esse testis pro fratre.*
3 *Nonnulli sunt, qui non coguntur esse testes contra alium ratione fauoris eius contra quem producuntur.*
4 *Quando testes repellantur ratione domesticitatis.*

Bar.in d.l.qui testamento.§.quæcunque.ff.de testam.

1 Bar. in eadem l.§.quæcunque, col.fin.quærit, an pater † possit esse testis pro filio emancipato? vide Alexan.in consi.286. Quoniam abundè,in libro primi & secundi volu.vbi tradit, quid in patre adoptiuo? & quid in compatre? Posteà Barto. quærit, an socer possit esse testis pro genero? vide Feli.in cap. R.monachus,in fin.de offic.delega. Barba.in consi.80.colu.9.in
2 4.volu. & in consi.25.colu.4.eodem uolu.Soci. in consi. 17. Deinde quærit de fratre,† an possit esse testis pro fratre? vide Anchara.in consi.64. & Socin.in dicto consi.17.& in consi.235. col.fin.& Iaſ.in l.admonendi, col.75.ff.de iureiur. Alexand.in consil.119. in 7.vol.& in consi. quinto,in primo uolu. Cravet. in consi.2. & de omnibus istis quæstionibus, uide multos tractatus, qui editi sunt de testibus, & quæ diximus in alijs lucubrationibus. Et dum Barto. sub-
3 iungit, quasdam esse personas, † quæ non coguntur esse testes contra alium ratione fauoris eius,contra quem producuntur,dicas tamen eas cogi posse, quando aliunde ueritas haberi nó potest. Abb.in c.1.post gl.in uoce,tunc,de testi. cogen.Alex.in consi.320.in libro primi & secundi vol.ubi ait,etiam hoc procedere solùm quando res,de qua agitur,sui natura sciri non potest extrinsecus. idem ait Alex.in consi.64.in 1.vol.de qua re vide omninò Aret. in consi.13.

& in

& in conſi. 143. Soc. in d. conſi. 17. in 1. vol. Feli. in c. tertio loco, de probat. & omninò Alberic.
4 in tract. de teſtib. in cap. quando teſtes † repelluntur ratione domeſticitatis, in fi. Barb. in conſi. 45. col. 4. in 1. vol. Rom. in conſi. 186. in ſecundo quæſito. & ad id, quod ait Bar. de uiro, & uxore, uide Alex. in conſi. 14. in 5. vol. Aret. in conſi. 61. Abb. in c. in literis, in fin. de teſti. Alex. in l. ſed & ſi quis. §. 1. ff. ſi quis caut. & Soc. in d. conſi. 17.

Summarium in d. l. qui teſtamento. §. eum qui. ff. de teſtam.

1 *Argumentum de iudicijs ad ultimas uoluntates ualidum eſt.*

Bar. in d. l. qui teſtamento. §. eum qui. ff. de teſtam.

1 BART. in ead. l. §. eum, qui, colligit ex tex. argumentum de iudicijs † ad ultimas uoluntates. vide Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, col. 78. uerſi. quid in ſententia. ff. de uſucap.

Summarium in d. l. qui teſtamento. §. & ueteres. ff. de teſtam.

1 *Teſtem debere teſtificari de his, quæ percipit ſenſu.*
2 *Teſtes non probare qui aiunt aliquos fuiſſe negligentes in capiendo malefactorem.*

Bar. in d. l. qui teſtamento. §. & ueteres. ff. de teſtam.

1 BART. in ead. l. §. & ueteres, inquit, teſtem † debere teſtificari de his, quæ percipit ſenſu. uide quid per iſtam regulam decidunt Bar. & alij, in l. j. col. 3. ff. ſi cer. pet. ubi limit. & uide quid infert Bar. in l. de quæſtione. §. plurimum. col. 4. uerſi. quæro. ff. de quæſtion. & in l. Labeo, colu. 2. ff. de ſupell. lega. & in l. ſolam. C. de teſti. & in l. multum. ff. de acquir. hæred. Adde etiam rationem uiſus eſſe communem ad ſenſum, & guſtum, ideo poterit reddi ratio, ſecundum Paul. de Caſt. in l. j. in princ. ff. de uerb. oblig. ubi Alex. in fi. & dum Bart. in hoc eod. §. ſubijcit, teſtes
2 non probare, † qui aiunt, aliquos fuiſſe negligentes in capiendo malefactorem; quia negligentia non eſt actus poſitiuus; ſed dicere debebant rumorem fuiſſe, & reliqua, ut ibi per eum. vide Alex. in conſ. 114. colu. 3. in 4. volu. Dec. in conſi. 82. Corn. in conſi. 123. colu. 3. in 1. volu. & in conſi. 22. in 4. vol.

Summarium in l. hæredes palam. ff. de teſtam.

1 *Quæ ſit differentia inter manifeſtum & notorium.*
2 *An teſtamentum nuncupatiuum probetur per inſtrumentum in quo ſcripti ſunt ſeptem teſtes.*
3 *Ubicunque negatur teſtamentum fuiſſe ſolenniter confectum, oportet probari de teſtamento confecto certo loco & tempore.*
4 *Magis credendum eſſe uni teſti affirmanti, quàm mille negantibus.*
5 *Si teſtator dixit, uolo ſatisfieri omnibus contentis in cedula, quam dedi alicui, an ualeat hæc diſpoſitio.*
6 *Si teſtator non exprimit hæredem propria uoce, ſed notarius, utrum ualeat.*

Bar. in l. hæredes palàm. ff. de teſtam.

1 BAR. in d. l. hæredes palàm, tradit differentiam † inter manifeſtum, & notorium. vide aliquid per Abb. in conſ. 2. col. 3. in 2. vol. & Feli. in c. tertio loco, col. 4. de præſumpt. & quia alibi diximus, non inſiſtam.

2 Bar. in ead. l. col. 1. uerſi. venio ad q. quærit, an teſtamentum † nuncupatiuum probetur per inſtrumentum, in quo ſcripti ſunt ſeptem teſtes. De hac re uide Alex. in l. j. col. 2. C. eod. titu. uerſi. in gl. magna. & dum ibidem ſubiungit, inſtrumentum æquiualere dicto duorum teſtium, vide Feli. in c. cùm Ioannes. col. 4. de fid. inſtr.

3 Bar. in ead. l. in principio col. 2. dicit, ubicunque negatur teſtamentum ſolenniter fuiſſe confectum, oportet probari de teſtamento confecto certo loco, & tempore, uel conſtet neceſſe ſe meltantùm fuiſſe conditum teſtamẽtum, alioqui poſſet intelligi de alio teſtamento. Attende quoniam ex hoc Bartoli documento colligitur limitatio ad regulam, quæ habet, pluralitatem actus non præſumi, ut non procedat, quando ex contradictione partis præſumptiuè pluralitas induceretur, alioqui Bart. hic malè loqueretur, cùm pluralitas non præſumatur: ita Iaſ. in l. ij. col. 3. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabul.

4 Bar. in ead. col. uerſic. ultimo hæc lex, ait, magis credendum eſſe uni teſti affirmanti, † quàm mille negantibus. Adde Alex. in conſi. 110. in 1. vol. & in conſi. 218. nu. 14. verſic. præterea, in

libro

lib.in quo primi & secundi uol.consilia continentur.Dec.in cons.539.vide Feli.in c.P.Manconella,in fi.de accusat. & quamuis ista sit regula,tamen multas patitur limitationes,vt per Felin. in c.in nostra,de testi.& omninò uideas Dec.in l.in omnibus causis, nu.9.ff. de regul.iur.Abb. in c.cum in tua,de testi.vide etiam Alex.in cons.54.in 6.volu.& Feli.in c.3. de probat. Quærit
5 posteà ibi Bar.si testator † dixit,uolo satisfieri omnibus contentis in cedula, quam dedi alicui, an ualeat hæc dispositio? de ista quæst. vide per eundem, in l.si ita scripsero, & ibi Imol.ff.de cond.& demonst.in l.quidam. ff. de reb.dub. & in l.fin.C.de fideicomm.Quid si testator iubet partem suæ hæreditatis distribui debere,pro ut ipse dixit.A. & B. secretè, utrum ualeat huiusmodi dispositio? & quid si unus moriatur, an alius solus possit declarare? vide Raph. Cuma. in consil.117.

6 Postremò quærit Bar.in fi.huius principij, quid si testator † non exprimit hæredem propria uoce,sed notarius,utrum ualeat? & decidit ualere. vide Alex.in consi.12. col.1. & 2.in 1.vol. Roma.in consi.306.in 2.dub.Corn.in consi.261.col.9.in 4.vol.& in consi.77.ubi tradit,quid si essent expressa per alium,quàm per notarium, in eod.vol.

Summarium in d.l.hæredes palam.§.si quid post.ff.de testam.

1 *In mutando uel addendo requiritur eadem solennitas, quæ in constituendo, alioqui uerò in declarando.*
2 *Vtrum legata relicta in testamento possint reuocari in codicillis.*
3 *Si in primo testamento adfuissent uiginti testes, an tot alij requirantur in secundo testamento, in quo primum reuocatur.*
4 *In uoluntate declaratoria quot testes requirantur.*
5 *Ille qui declarat, nihil dat, sed tantum significat.*
6 *Si testes repetuntur, ut dictum suum declarent, utrum nouum iuramentum exigatur.*

Bar.in d.l.hæredes palàm.§.si quid post.ff.de testam.

1 Bart. in ead.l.§.si quid post,sic ait in summa. In mutando † uel addendo requiritur eadem solennitas,quæ in constituendo,alioqui uerò in declarando. Ad istum.§.uide Abb.in cõs. 67.col.3.in 2.vol.Feli.in c.fi.col.fi.de except.& in c.super quæstione, in principio col.pen. de offic.deleg. Anchar.in consi.65.& Soc.in consi.156.col.4.in 1.vol.Adde magnam ampliationem ad istum text.nam si generaliter aliquid proferatur, quod aliquot casus speciales contineat,poterit testator absque noua solennitate declarare, se nolle in dicto genere specialitatem huiusmodi contineri,quamuis idem in suo genere operetur generalis dispositio, quod specialis in sua specie. ita Bar.in l.Lucius,col.4.ff.de uulg.& pupill.Item limita sing. istum tex.ut non procedat,quando testator coram duobus testibus tantùm diceret notario, Cancella testamentum,quoniam absque noua solennitate reuocatum censetur. ita Imol.in l.proximè, col.2. ff.de his quæ in testa.delent.& de hoc uide,quæ posui in annot.in Bar.in l.omnes populi,in 35. annot.ff.de iust.& iur.

2 Bar.in eod.§.quærit,utrum legata † relicta in testamento,possint reuocari in codicillis? vide Alex.in consi.30.in 3.vol.& dum Bar.ibi loquitur de probanda inimicitia, ut testamentum reuocatum esse censeatur.vide Ias.in l.hæreditas.C.de his quib.ut indign.

3 Bar.in eod.§.uersi. quid enim, quærit,si in primo testamento, † adfuissent.20. testes, an tot alij requirantur in secundo testamento,in quo primum reuocatur? vide Alex.in consi.289.Viso themate,in libro primi & secundi vol.col.3.versi.nec obst.quod codicilli.ubi dicit sufficere, si in secundo testamento necessaria tantùm solennia interueniunt: quia, quæ abundant non sunt consideranda. Circa hæc dicta Bar.scilicèt,utrum eadem solennitas requiratur ad reuocationem,quæ requiritur in faciendo,& quæ sunt necessaria in acquirendo,sint etiam necessaria in omittendo,uide gl.in l.tria prædia.ff.de seruit.rustic.prædi.& tex.cùm gl.& ibi Bar.in auth. contra si filij.C.de repud.& plenius ad rem propositam, uide Ias. in l. si ita scriptum.§. regula. ff.de liber.& posthum.& Feli.in c.cùm accessissent,col.2.de const. vide Dec. in l.nihil tam naturale.ff.de regul.iur.dicit regulam prædictam non procedere in spiritualibus,quæ facilius cõstruuntur,quàm dissoluuntur,ut videre est,in matrimonio,quod solo consensu contrahitur, &

tamen

tamen dissensu solui non potest. An autem in reficiendo aliquid, eadem solennitas requiratur, quæ in faciendo exigitur? vide Feli. in c. consuluit, de Iudæ. Item scias, eum non prohiberi reficere, qui facere prohibetur, in l. domum. ff. de reg. iur.

4 Bar. in eod. §. quærit, in voluntate † declaratoria quot testes requirantur? & ex mente gl. ait, duos testes sufficere. vide Alex. in consi. 54. in 3. vol. ubi legata domo, si dubitatur, utrum coquina in hoc legato contineatur; ait, duos testes huiusmodi declarationi sufficere. & in consi. 75. col. 4. versi. & quod ista in 5. vol. Ad rem faciunt trad. per Anan. in consi. 84. Aret. in consi 30. colu. 3. & in consi. 128. & seq. aliquid per Fulg. in consi. 47. Attende rationem huius text. in

5 qua habetur, eum, qui declarat, † nihil dare, sed datum significare. Ad quam facit tex. in l. unũ ex familia. §. 1. ff. de leg. 2. & trad. per Abb. & alios in c. fin. de consti. & in c. supra quæstionum, de off. deleg. Declaratio enim propriè ea esse dicitur, quæ fit, circa uerborum interpretationẽ, quæ dubia sunt, alioqui illa esse noua dispositio diceretur: nam declarationis natura est, non conualidare quod nullum est, sed quod inutile est propter difficultatem probationis. Dec. in l. j. C. de impub. & alijs sub. Ista ratio est illa, cui potissimum innitebantur Latini patres in Concilio Basilienſi, quibus à Græcis obijciebatur, eos contra sanctiones ueterum Conciliorum, symbolo addidisse, Spiritum sanctum à patre, filioque procedere, cùm in eis de patre dumtaxàt fuisset expressum. ipsi autem respondebant, se nihil penitus addidisse, sed quia de patre mentio fieri non potuit, quin etiam filius contineretur, propterea ipsos hoc tantùm declarasse. Quiverò declarat, nihil addit, & nihil noui agere intelligitur. & hæc sententia præualuit obiectioni. quomodo autem distet à declaratione correctio, vide Felin. in cap. 1. §. significantibus, nu. 32. de libell. oblat.

6 Bar. in eod. §. in fi. quærit, si testes† repetuntur, ut dictum suum obscurum declarent, utrum nouum iuramentum exigatur? vide Feli. in c. per tuas, col. fi. de testi. Barb. in consi. 18. col. pen. & seq. in 1. vol. Alex. in l. qui bona fide. §. si quis stipulatus, in fi. ff. de damn. infec. Bal. in c. in præsentium, col. 3. de testi. Rom. in consi. 482.

Summarium in l. hæredes palam. §. in testamentis. ff. de testam.

1 *Nunquid si in testamento dicitur talibus testibus præsentibus, præsumantur rogati.*

Bar. in d. l. hæredes palàm. §. in testamentis. ff. de testam.

1 Bart. in ead. l. §. in testamentis, quærit, nunquid si in testamento † dicatur, talibus testibus præsentibus, præsumantur rogati? & decidit quòd non. sed hic suboritur alia quæstio, per quot testes probari poterit istos rogatos fuisse? Respondeo duobus testibus hoc probari, secundum Alex. in l. ij. col. pen. C. de bonor. poss. secundum tab. & in consi. 189. Abundè in secun

* do dubio in libro primi & secundi vol. ubi refert Imol. dicentem in hanc sententiam * communiter itum esse. & in consi. 297. Videtur, eod. vol. Ad rem faciunt trad. per eundem Alexan. in consi. 33. col. antepe. & seq. in 3. vol. Panor. in cõsi. 11. col. 3. in 2. dub. in 1. vol. Aret. in cons. 64. col. 4. & in consi. 13. in tertio dubio. Barb. in consi. 32. col. 3. & seq. in 1. volu. Capr. in consi. 94. & in simili. vide Ias. in l. si errore, colu. 5. C. eod. titu. & in l. hac consultissima, C. eod. & Alex. in l. si unus. C. eod.

Summarium in d. l. palam. §. uno. ff. de testa.

1 *Testamentum uno contextu fieri debet.*

2 *Contractus potest fieri in testamento.*

3 *Confessio facta in testamento præsente parte, & acceptante irreuocabilis est, perinde, ac si facta esset inter uiuos.*

4 *An & quando confessio facta in testamento ualida sit.*

Bar. in d. l. hæredes palam. §. uno. ff. de testam.

1 Bart. in ead. l. §. uno, inquit, testamentum† uno contextu fieri debere. vide in hac re doct. in l. j. §. 1. ff. de uerb. obli. Ias. in l. lecta, in gl. in uerbo, stipulatur. ff. si cert. pet. & in l. nemo potest, col. 4. ff. de leg. 1. & Bar. in cons. 17. col. 7. in 1. vol.

2 Bar. in eod. §. decidit, contractus † posse fieri in testamento. vide Card. in cons. 125. in primo dubio.

dubio.& plenè Ias.in l.ij.col.4.C.de bonor.poss.secundum tabul. Angel.in l.hac consultissima. C.eod.& omnes in l.cùm antiquitas.C.eod.Signoro.in consi.182.col.penul.& fi.Bal.in l.iij.in princ.ff.de leg.3.& Paul.de Cast.in consi.103. An autem reuocato testamento, uel declarato ut nullius sit momenti,contractus in eo contenti reddantur irriti & inanes? ultra Alex.hic uide Bald.in l.fin.ff.de reb.eor.& quot testes requirantur ad hoc probandum,vide Alex. post Imol. in l.nemo potest,colu.1.ff.de leg.1.& Cæpoll. in cautel.146.ubi tenet duos tantùm sufficere, quamuis in contrarium urgeat tex.in l.j.§.si sub conditione.ff.ut lega.nom.cau.ubi uidetur probari,huiusmodi contractum nanciscì naturam ultimæ uoluntatis. Soc.in consi.61.col.2. in ter-
3 tio dubio.in 1.vol.ait,confessionem factam † in testamento præsente parte,& acceptante,irreuocabilem esse,perinde ac si facta esset inter uiuos; si tamẽ confessio huiusmodi facta esset incapaci ultimæ uoluntatis,nullum ei,cui facta est,adiumentum afferret: quamuis ex contractu inter uiuos capere potuisset. Bar.in l.cùm quis decedens.§.si ita.ff.de leg.3.& ideo infertur ad maritum,qui confitetur,se esse debitorem uxoris suæ,ut non ualeat ista confessio inter coniuges,de qua uide Alex.in consi.45.in 1.vol.& in consi.122.in 7.vol.& omninò in l.& si peperce rit.§.si ita testatus.ff.de liber.& posth.ubi ait,confessionem hanc ualidam esse,etiam si testamẽtum reuocetur,& Soc.in consi.294.in 1.vol.& in consi.73.col.2.in 3.vol.Et an,& quando con-
4 fessio † facta in testamento ualida sit? vide apud Feli.in c.si cautio.nu.19.cum seq.de fide instr. & quid de huiusmodi confessionibus,si testamentum reuocetur,uel irritum fiat. Ang.in consi. 181.scias tamen confessionem testatoris factam absente parte non probare. Raph. Cuma.in consi.37.& in consi.61.vide Feli.in d.c.si cautio. sic etiam,si pater se debere centum Sempronio confiteretur in testamento,huiusmodi confessio legitimam filiorum minuere non posset: nisi de uera numeratione probaretur. Ias.in l.j.ff.de eo per quem fact.erit. vidimus suprà contractus in testamento fieri posse. Adde etiam in contractibus fieri posse substitutionem. Crauet.in consi.19.

Summarium in l.à testium.§.conditionem.ff.testamen.

1 *Tempore testamenti inspicienda est conditio testis an sit idoneus, an non.*

2 *Impubes si factus est pubes,potest testimonium dicere de his,quæ uidit dum,esset in pupillari ætate.*

Bar in l.Ad testium.§.conditionem.ff.de testa.

1 Bart. in d.l.Ad testium.§.conditionem,ait,tempore testamenti † inspiciendam esse conditionem testis,esset ne idoneus,an non? vide Alex.in consi.164.colu.antepen.in libro in quo primi & secundi vol.consilia continentur. & in consi.149.col.2.in 5.vol.& in consi.150.colu. 3.eod.vol.& Cor.in consi.170.col.2.& 4.in 3.vol.

2 Bar.in eod.§.inquit,impuberem, † si factus est pubes,posse testimonium dicere de his, quæ uidit,dum esset in pupillari ætate,nisi esset actus, in quo testes adhiberentur ad solennitatem. vide Roma.in consi.177.Aret.in consi.103.col.2. & Alex.in l.j.& 2.suprà eod.& dum subiungit Bar. cæcum posse proculdubio testimonium ferre de ijs, quæ uidit ante cæcitatem. vide Felin.in c.præterea,in fin.de testi.& in c.cùm nobis,colu.3.& seq.de præscript.& remissiuè,an cæcus possit esse testis,uide Ange. in l.si non speciali. C.eod. titulo. Dum autem in fin. quæritur Bar.quid si inter iuramentum, & testimonium ipsius testis superueniat impedimentum? vide Alex.in l.j.col.4.C.eod.tit.

Summarium in d.l.à testium.§.si ab ipso.ff.de testam.

1 *Testis potest uti sigillo alieno, sed id debet exprimere.*

Bar.in d.l.ad testium.§.si ab ipso.ff.de testam.

1 Bart. in ead.l.§.si ab ipso,inquit,testem † posse uti sigillo alieno, sed id debere exprimere. de hac re uide Io.Fabr.in §.possunt.inst.de testa.Sali.& Alex.in l.si unus.C.eod.tit.Feli.in c. tertio loco,col.1.de proba.& in c.2.de fid.inst.ubi Abb.in col.fi.

Summarium in d.l.à testium.§.si quis ex testibus.ff.de testam.

1 *In apoca mercatorum non sufficit appositio sigilli nisi adsit etiam subscriptio.*

Bar.

Bar.in d.l.ad testium.§.si quis ex testib.ff.de testam.

BART. in ead.l.§.si quis ex testibus in fin. colligit argumentum, ut non sufficiat in apoca
1 mercatorum † appositio sigilli, nisi etiam adsit subscriptio. vide Bar.& Alex. & quæ ibi posui in annot.in l.quæ dotis,in ultima quæst.ff.sol.matr.& Card.in cons. 133.colu.2. Abb. in c.scripta uerò,& in c.quod super his,de fid.instrum. Et de hac materia sigilli,uide omninò Firma.in tract.de episcopo,in 1.par.in 3.lib.quæst.17.

Summarium in l.si is qui testamento.ff.de testam.

1 *Quando dicatur uoluntas siue testamentum esse perfectum.*
2 *Si testator scripsit in cedula totam uoluntatem suam,non tamen eam coram notario,& testibus publicauit,an hoc testamentum dicatur esse perfectum.*

Bar.in l.si is qui testamentum.ff.de testa.

1 BART. in d.l.si is qui testamentum, quærit, quando dicatur † uoluntas, siue testamentum esse perfectum? vide Alex.in cons.73.& in cons.74.in 1.vol. & Decium in cons.159.Infert posteà Bart.si reperitur instrumentum, siue prothocollum notarij imperfectum, & appareat, quod nolebat plus scribere,huiusmodi instrumentum nullam fidem facere. vide Ias. in repet. l.admonendi,col.63.versic. tertiò quærit.ff.de iureiur. sed aduerte, quia ex quo iam præcessit dispositio & substantia,quamuis aliquas conditiones, & qualitates uelle addere uideatur, tamen etiam si non addantur,actus sustinetur.l.pen.C.de inst.& subst.sub cond.fact.l.cùm pater. §.fi.ff.de leg.2. iuncta decisione Bart. in l.ita stipulatus,col.2.versi.sed contra.ff.de uerb.oblig. ubi uideas omnino Aretin.& Dec.in d.cons.159. & dum subinde quærit Bart.quid si testator
2 † scripsit in cedula totam uoluntatem suam,non tamen eam coram notario, & testibus publicauit,an hoc testamentum dicatur esse perfectum? deciditque perfectum esse ratione declaratæ uoluntatis,sed imperfectum ratione solennitatis omissæ. vide Abb.in cons.98.in 2.volu. & in cons.150.eod.vol.Imol.in cons.91. Anan.in cons.57.Paul. de Cast.in l.hac consultissima. §.ut cum,col.2. C.qui test. facer.poss.& Ias.in d.l.§.ex imperfecto, & Dec. latè in d.cons.159.

Summarium in l.cum lege.ff.de testam.

1 *Verbum intestabilis, significat,ne quis possit facere testamentum,nec esse testis in testamento.*
2 *Ille qui non habet testamenti factionem,non potest esse testis.*

Bar.in l.cum lege.ff.de testam.

1 BART. in d.l.cum lege,sic ait in summa. uerbum hoc,intestabilis,† significat,ne quis possit facere testm̃, nec esse testis in testamento,nec ei testimonium dici. Ex hoc colligi solet dr̃ia inter statutum disponens testari non posse, uel intestabilem esse: nam intestabilis non potest ferre testimonium, alioqui si aliquis testm̃ facere prohibetur. sed contra hoc uidetur urgere tex.in l.is cui bonis,suprà eod.tit.ubi tex.[facit hanc consequentiam, Aliquis non habet testa-
2 menti † factionem,igitur neque poterit esse testis. Cogitabam si fortè responderi posset,& dici,illud ideò procedere; quia sumus in prodigo,qui ob eius mores prauos testari non potest, & propterea neque testimonium dicere; alioqui uerò si sumus in eo,qui ob sua uitia testamentum facere non prohibetur, sed alia causa. Tamen adhuc obiectio illius.l. non tollitur, in qua simpliciter fit ius super factione testamenti,ut scilicèt ideò aliquis testis esse nequeat; quia testamenti non habet factionem: atque ita solùm consideratur ipsa prohibitio testandi, non autem causa prohibitionis. Attende istum tex.ex quo colligit Aret.uerbum prægnans,ut amplũ sumi in lata significatione,etiam in materia odiosa,dummodò non uioletur propria uerborum significatio. id quod pro notabili refert & sequitur Dec.in cons.5.& dum Bar.ibi quærit in fi. an infamis possit esse testis in testamento, vide Feli.in c.ad probandum,col.2.de re iud.ad rem faciunt trad.per eundem Feli.in c.at si clerici.nu.27.de iudic.

Summarium in l.Domitius.ff.de testam.

1 *Responsio debet esse mitis.*
2 *Testis non præsumitur rogatus,nisi se subscribat.*

Bar.

Bar.in l.Domitius.ff.de testam.

BART. in d.l.Domitius,reprehendit Celsum iurisconsultum,qui nimis immodestè, ac rusticè respondit Labeoni: nam responsio † debet esse mitis. sic etiam Ias.in l.iij.§. ex contrario. col.3.versi.Quintò.ff.de acq.poss. reprobat iurisconsultum,qui reprehendebat Labeonem.

1

2 Bar.in ead.l.dicit,testem † non præsumi esse rogatum, nisi se subscribat. vide Alex. in consi. 296.Videtur prima,in libro primi & secundi vol. & in consi.33.col. antepen.in 3.vol. ubi ponit ex quibus testis rogatus uideatur.

Summarium in l. seruus.ff.de testam.

1 *Notarius,quandoque non scribit, ut notarius, sed priuatam scripturam conficit.*

Bar.in l.seruus.ff.de testam.

1 BART. in d.l.seruus,ex mente gl.ait,notarium † quandoque non scribere ut notarium, sed priuatam scripturam conficere. Ad hæc uide Bal.in consi.50.in 3.vol.ubi inquit,notarium nô exercere officium tabellionatus,quamuis eo mandante alius scribat testamentum.

Summarium in l.j.ff.de lib.& posth.

1 *Non esse necesse ponere pronomen in instrumento, si erat nomen tale, de quo nulla poterat esse dubitatio.*

Bar.in l.j.ff.de lib.& posth.

1 BART. in d.l.j.inquit,non esse necesse † ponere pronomen in instrumento, si erat nomen tale, de quo nulla poterat esse dubitatio. & quid sit nominatim aliquem exhæredare. Ad rem faciunt trad.per Feli.in c.cùm accessissent,in principio de constitu. & in c.fin.colu.fin.de except.& dum Bar.subiungit hoc non habere locum, ubi aliquid requiritur pro solennitate, sed tantùm,ut persona reddatur certa, vide Felin.in c.fin.uersi.respondeo, de probat.

Summarium in l.ij.ff.de lib.& posth.

1 *Quando nomen appellatiuum congruit uni tantum, æquiualet nomini proprio, & dicitur nominatim fieri.*

Bar.in l.ij.ff.de liber.& post.

1 BART. in d.l.ij.inquit,quando nomen † appellatiuum congruit uni tantùm, æquiualet nomini proprio, & dicitur nominatim. vide Alex. in consi.38. in 5.vol. sed contra Bart.ultra hic adducta per Alex.tenuit Paul.de Cast.in cons.363.& argumenta ad probandum illud non dici nominatim,& specialiter factum,quod fit per æquipollens,uide apud Curt. in consi.49. & rursus argumenta ad probandam partem affirmatiuam,uide apud eundem in consi.68. & de hac uoce,nominatim,vide Bar.in l.siue à certis.ff.de duob.rei.& in l.turpia.§.fi.ff.de leg.1.

Summarium in l.& si pepercerit.§.filius.ff.de lib.& posth.

1 *Clausula posita inter unum capitulum, ad illud tantum est referenda.*

Bar.in l.& si pepercerit.§.filius.ff.de lib.& posth.

1 BART. in d.§.filius,colligit ex tex.clausulam † positam inter unum capitulum, ad illud tantùm esse referendam. vide Soc.in consi.331.col.pen.in 1.vol.& Ias.in repet.l.admonendi.col. 49.ff.de iureiur.

Summarium in l.placet.ff.de lib.& posth.

1 *Institutio posthumi trahitur ad omnem posthumum etiam ex alia uxore natum.*

Bar.in l.placet.ff.de lib.& posth.

1 BART. in d.l.placet, sic ait in summa. Institutio posthumi † trahitur ad omnem posthumum,etiam ex alia uxore natum. sed statim oppo.quòd tantùm intelligatur de primo posthumo. vide Barb.in consi.6.in 3.vol.& dum Bar.subiungit,hoc,quod hic dicitur,habere locum, quãdo appellatio posthumi simpliciter fuit prolata,alioqui si astringeret se testator ad posthumum naciturum. vide Barb.& alios,in c.quoniam Abbas,col,5.de offi.deleg.

Summa-

Summarium in l. si filius. ff. de lib. & posth.

1 *Testamentum ex quo impossibile est hæreditatem adiri de iure ciuili, non tollit primum testamentum.*

Bar. in l. si filius. ff. de liber. & posth.

1 BART. in d.l.si filius, sic ait in summa. Testamentum, † ex quo impossibile est hæreditatem adiri de iure ciuili, non tollit primum testamentum. Ad istum tex. vide aliquid per Alex. in l.si pater, col.fi.uers.item adde.C.de inst.& subst.& Rom.in cons.495.col.fi.

Summarium in l. commodissimè. ff. de lib. & posth.

1 *Qui prouidet in uno casu, in alio uidetur omittere.*

2 *An & quando casus omissus in substitutionibus, habeatur pro non omisso.*

Bar. in l. commodissimè. ff. de lib. & posth.

1 BART. in d.l.commodissimè sic ait in summa. Qui prouidet † in uno casu, in alio uidetur omittere. sed prouisio simplex porrigitur ad omnem casum. Vide multa iura hoc idem sentien tia apud Alex. in cons. 124. in 4. vol. & Feli. in c. nonne, in principio de præsumpt. Barb. in cons. 16. col. 2. in 1. vol. & in consi. 19. col. 2. & in consi. 21. col. 2. & in consi. 35. col. 5. eod. volu. & in multis alijs eius consilijs, quæ ut breuior fiam, omittere satius esse existimaui. uide Imol. in cõs. 93. & in consi. 6. & in consi. 114. col. penul. & in consi. 120. & in consi. 145. Card. in consi. 3. & in consi. 17. colu. 2. & in consi. 22. & in consi. 66. & in consi. 73. in primo dubio. Aret. in consi. 2 27. col. 2. & in consi. 163. col. 2. Soc. in consi. 32. col. 6. in 1. vol. & an & quando casus † omissus in substitutionibus habeatur pro non omisso, vide Alex. in consi. 272. in libro primi & secundi vol. & an & quando substitutio facta in uno casu ad alium porrigatur, vide Soci. in consi. 259. in 1. vol. cùm subscript. ibi seq. & eundem Soc. in consi. 59. in 3. uol. & Maria. Soci. iuni. in consi. 106. & in consi. 114. Fulg. in cons. 49. & Soc. in cons. 140. col. fi. in 1. vol. & Curt. in consi. 29.

Summarium in l. in suis. ff. de lib. & posth.

1 *In suis hæredibus dominium continuari, non autem ad eos nouam hæreditatem deferri.*

2 *Suum non posse adire hæreditatem patris, sed acquisitionem iam factam immiscendo approbare posse.*

3 *Filium dici magis acquirere, quàm retinere hæreditatem patris.*

4 *Duplex est suitas, plena, & semiplena.*

Bar. in l. in suis. ff. de lib. & posth.

1 BAR. in d.l. in suis, ait, in suis † hæredibus dominium continuari, non autem ad eos nouam hæreditatem deferri. Hoc idem ait Bar. ad quem alij accesserunt in l. si infanti. C. de iure delib. & Mari. Soc. iuni. in consi. 119. nu. 22. aiunt enim hæreditatem ad filium deferri iure continua tionis, non autem iure deuolutionis siue nouæ acquisitionis. de qua re uide semper Dec. in consi. 331. ubi eruditissimè loquitur, declarando hanc materiam, & beneficium abstinendi nõ obstare: quia non habet locum nisi postquam suus hæres usus est abstensione: nam tunc redi gitur ad instar extranei, sed non ante abstensionem. & ideo sing. dixit Bart. in l. is qui putat, in 2 fi. ff. de acquir. hæred. suum non posse † adire hæreditatem patris, sed acquisitionem iam factã immiscendo approbare posse. Ad rem facit gl. sing. in l. iij. C. de iur. & fact. ignor. & tex. in l. fin. ff. de curat. furiosi. est enim suitas, quid intellectuale, qua mediante hęreditas dicitur in filio per seuerare. Ias. in l. qui se patris. C. und. lib. tamen Mari. Soc. iuni. ex mente doct. hic ait in consi. 1. nu. 79. filium dici magis acquirere, quàm retinere hæreditatem patris. sed ego puto contra- 3 rium, ut per Dec. in d. consi. 331. & per ea quæ dixi in principio huius lucubr. pro qua opinione facit mirabilis decisio Alberic. hic, dum ait, si statuto cautum est, neminem ad aliquod offi cium admitti posse, nisi 300. habeat in bonis: filium eius, qui habet 300. in bonis admitti posse. id quod latè prosequitur Ant. Corset. in tract. de potestate regia. nu. 30. Scias etiam in hac ma teria suitatis, quandam esse suitatem † semiplenam, ut est quando filius abstinet se ab hæredita- 4 te patris: nam adhuc retinet nomen sui hæredis: aliam uerò esse plenam, quando scilicèt se im miscuit hæreditati. ita Bal. in l. quidam eulogio. C. de iur. delib. & qui dicantur sui hæredes, ui- de in §. sui autem, ubi doct. inst. de hæred. quali. & differ. & qui ueniant appellatione suorum, vi- de apud Feli. in c. de cætero, col. fi. de test.

Summa-

De liberis & posthumis.

Summarium in l. si filius hæres. ff. de lib. & posth.

1 *Existentiam sui hæredis tolli per uulgarem substitutionem.*
2 *Testator dicens si filius meus hæres non erit, an faciat eum de necessario uoluntarium.*

Bar. in l. si filius hæres. ff. de lib. & posth.

1 BART. in d. l. si filius hæres, ait, existentiam † sui hæredis tolli per substitutionem uulgarem. de hac re uide Soc. in consi. 20. col. 6. in 1. vol. Alex. in consi. 17. colu. 3. in 3. volu. & omnino in consi. 146. Videretur inspectis, col. 6. nu. 20. in libro primi & secundi volu. ubi ait hoc Bartoli
* documentum, scilicèt, ut substitutione uulgari tollatur potentia suitatis, esse * communiter approbatum. sed limitat illud non procedere, ubicunque uulgaris iuncta esset cum fideicommissaria. idemque uoluit Soc. in cons. 8. in 4. uol. Item substitutio uulgaris suitatem tollere non potest. quando substitutus est aliquis uulgariter, pupillariter & per fideicommissum, quo casu substitutus admittitur ex substitutione quam ipse maluerit. l. recusare. §. Titius. ff. ad Trebell. & ideo poterit hæredem cogere, ut adeat. de qua re uide Soci. in d. consi. 20. Attende rationem
2 primæ conclusionis, quæ est, ut testator † dicens, si filius meus hæres non hærit, faciat eum de necessario uoluntarium: nam alioqui uerba illa nihil operarentur, si filius non posset non esse hæres. ex hoc enim mihi uidetur colligi posse, uerba conditionalia ponere in esse contra naturam suam, quando alioqui inania redderentur: nam uerba, quibus uulgaris concipitur, cõditionalia sunt, scilicèt si filius meus hæres non erit; & tamen ponunt hoc: quia faciunt filium de necessario uoluntarium. & ad prædicta uide Ias. in l. j. C. si omnis. cau. testa. & in l. seruum filij. §. si idem. ff. de leg. j. & in l. cùm proponas. C. de hæred. inst. & omnino uide eundem Ias. in l. si quis filium. §. si filius. & in l. Lucius. ff. de uulg. & pupill.

Summarium in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth.

1 *Fauore testamenti & propter ignorantiam testatoris, natum haberi pro non nato.*
2 *Statutum quo cautum est, ut pœna duplicetur delinquenti tempore noctis, quomodo intelligatur.*
3 *An statutum per sonum campanæ possit diem uel noctem inducere.*

Bar. in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth.

1 BART. in d. §. Lucius, ait, fauore testamenti † & propter ignorantiam testatoris, natum haberi pro non nato. & ideo prouisionem factam in uno casu porrigi ad alium, quando testator similiter prouidisset, si de eo cogitasset. de hac re vide Alex. in cons. 272. Attentis uerbis testamenti, in libro primi & secundi volu. & in cons. 208. Viso testamento, colu. 4. eod. lib. ubi citat hoc Bartoli documentum. & in consi. 244. Viso testamento, eod. libro ubi loquitur in statuentibus. Aret. in consi. ultimo in 2. dubio. & quæ posui suprà ad Bar. in l. commodissimè. eod. tit.
2 Bar. in eod. §. infert ad statutum, † quo cautum est, ut pœna publicetur delinquenti tempore noctis. & declarat, quid sit dies, quid sit nox. vide eundem Barto. in l. aut facta. §. tempus. ff. de pœn. & Abb. & Feli. in c. si perfodiens, de homicid. & diem incipere ab ortu solis, tradit tex. ual de not. secundum Bal. in l. j. C. de cust. reor. ubi Bar. & utrum quod fit in sero, dicatur factum de nocte, docuit Alber. in 2. par. statutorum, rubrica 19. & eleg. Bar. in l. qui duos. §. hæc conditio.
3 ff. de manum. testa. Et an statutum † per sonum campanæ possit diem, uel noctem inducere, tradit Ang. in consi. 194. & quando dies dicatur, vide plenè apud Bar. in c. 2. de feri. & si contractus fit citra dimidiam noctis, nunquid notarius scribere debeat contractum dici præcedentis, uel sequentis? vide Abb. & doct. in c. consuluit, de off. deleg. ubi plenè Barb. Item scias diem intelligi usque ad mediam noctem sequentem, ut periurium euitetur. Feli. in c. ego. N. de iureiur

Summarium in l. Gallus. ff. de lib. & posth.

1 *Posthumum propriè eum esse qui nascitur post testamentum.*
2 *Verbum, potest, positum in dispositione negatiua significare necessitatem præcisam, sed in dispositione affirmatiua indicare necessitatem causatiuam.*
3 *Id solum fieri posse, quod iustè fieri potest.*
4 *Verbum, potest, non inducit necessitatem causatiuam.*

5 *Substitutum*

5 *Substitutum dici posse institutum.*

6 *Ille dicitur propriè posthumus, qui nascitur post mortem.*

7 *Licèt posthumus ille dicatur, qui post humatum patrem nascitur, tamen etiam ille quoque dicitur posthumus, qui uiuo testatore post conditum nascitur testamentum.*

8 *Prouisio facta in uno casu, ad alium porrigitur.*

9 *Si mulier post duos dies à morte primi mariti ad secunda uota transiuit, & filium peperit in nono mense, cuius erit partus an primi uel secundi mariti.*

10 *Si mulier diu fuisset sterilis cum primo marito nunquid debeat præsumi filius secundi mariti.*

Bar. in l. Gallus. ff. de libe. & posth.

1 BAR. in d.l.Gallus, in principio, inquit, Posthumum † propriè eum esse, qui nascitur post testamentum. De hac re uide Alex. in cons. 102. in 3. uol. & Bar. in l. posthumi. ff. de iniust. rupt. testa. et appellatione filiorum in potestate non continetur posthumus. l. fin. ff. de assig. liber. & posthumus propriè dicitur esse is, qui nascitur intra spacium x. mensium post mortem testatoris. Ias. in l. commodissimè, supra eod. & in rubri. C. de posth. hæred. insti. & in l. qui filiabus. ff. de leg. 1. & uide quæ ponam infrà in Bar. in 3. col. vers. nota ergo.

2 Bar. in ead. l. in principio. col. 2. inquit, verbum, potest, † positum in dispositione negatiua, significare necessitatem præcisam, sed in dispositione affirmatiua indicare necessitatem causatiuam. De hac re uide eundem Bart. in l. j. ff. de iniust. rup. testa. Alex. in consi. 248. Perspectis his col. 4. in libro primi & secundi vol. & omninò in consi. 77. in 3. uol. Feli. in c. quanto in principio de præsumpt. Barb. in consi. 43. col. 14. in 1. vol. & in consi. 9. col. 9. in 2. volu. & in consi. 16. col. 10. eod. vol. Alex. in l. quia poterat, col. 4. ff. ad Trebell. uide tex. & gl. in c. faciat homo,
3 22. q. 2. ubi habetur id solum † fieri posse, quod iustè fieri potest. Ad idem est tex. in c. Principium, de pœnit. dist. 2. Soc. in consi. 266. col. 18. in 1. vol. & in consi. 8. col. fi. in 3. vol. facit gl. in l. uulgo. ff. de stat. homi. & ad prædicta uide gl. in l. Decernimus. C. de episcop. audi. Bal. in c. sci scitatus, de rescrip. Barb. in c. intelleximus, col. 9. de iudic. Abb. in c. 1. de libel. oblat. Anchar. in consi. 95. col. 2. & Bald. in consi. 334. col. 2. in tertio volu. Attende autem dum Bar. ad probandum uerbum, potest, significare necessitatem causatiuam, citat. l. si tibi mandauero. §. fi. ff. manda. & l. sæpe. ff. de offic. præsid. nam in d.l. si tibi mandauero, uerbum, potest, † non inducit ne-
4 cessitatem causatiuam, sed sua uoluntas renunciandi, cùm etiam renunciare non possit. Similiter quoque d.l. sæpe, nihil facit ad rem, quoniam ista uox, potest, ibi posita, refertur ad eum, qui impetrat rescriptum, non ad iudicem: nam pars, quæ huiusmodi rescriptum impetrauit, non cogitur propterea iusdicentem adire. l. j. C. ut nem. inuit. nisi dicamus, ibi ob istud rescriptū necessitatem imponi iudici, vt omnino cogatur iudicare parte petente.

5 Bar. ibi paulò post subiungit, substitutum † dici posse institutum. De hoc est tex. cum glo. in l. j. C. de edict. diui Adri. toll. & in l. ij. §. si primus. ff. de bonor. poss. secundum tabu. vide Alex. in rubri. ff. de vulg. & pupill. col. 2. & dum Bar. immediatè subnectit, se putare testamentum ualere, quamuis filius non esset institutus facto testamento secundum consilium Galli: dicas* communem sententiam esse contra Bar. vt ait Alex. in cons. 108. in 1. vol.

6 Bar. in eadem l. col. 3. vers. Nota ergo, rursus ait, posthumum † dici eum propriè, qui nascitur post mortem. exponitque, posthumum, quasi post humum natum. vltra ea, quæ posui supra in hac eadem l. j. dicas posthumum propriè appellari eum non posse, qui secto uentre matris fuit extractus. glo. est, quam ibi not. Angel. in l. posthumus. in fi. principij. ff. de inoffic. testamen. cui tamen uidetur refragari text. in l. quod dicitur, suprà eodem titu. vide Dec. in consi. 623. vbi ait, filium huiusmodi haberi pro nato, sed si secundum physicos uiuere non potest, eum haberi pro non nato, neque facere deficere fideicommissum. Ad quod optimè faciunt trad. per
7 Feli. in c. sicut, extra de homic. in fi. Scias etiam quamuis ab allusione uocabuli posthumus † dicatur ille, qui post humatum patrem nascitur, tamen iuris interpretatione ille quoque dicitur

posthumus,qui uiuo testatore post conditum nascitur testamentum. ita Alex.suprà in rubr.huius tit.in fi.pro quo est glo.in l.iij.in uoce,posthumos duntaxàt,infrà tit.1.ibi dum ait, subaudi propriè ex natura uocabuli. Adde etiam ultra prædicta, appellatione posthumi neminem iam natum contineri.l.Titius,suprà eod.vbi glo.fi.& uide Alex.

8 Bar.posteà opponit dicens,prouisionem Galli sufficere, quoniam prouisio † facta in uno casu ad alium porrigitur, vt uidere est in substitutione vulgari, quæ ad pupillarem dilatatur,& contra,soluit Bar.obiectionem dicens,prouisionem porrigi ad alium casum,in quo testator potest prouidere,sed hoc ante legem Vellei.non licuisse. Ista solutio non tollit difficultatem, quo enim ad testatorem rectè procedit, sed quæstio est, quare prouisio Galli facta in uno casu, ad alium non porrigatur ex dispositione legis. & huic oppositioni solutio Bar.satisfacere non uidetur. Dum autem Bart.subiungit ad id,quod dixit,scilicèt, substitutionem factam in uno casu ad alium porrigi, subaudiendum esse,ad alium casum, qui sit de natura substitutionis. De hoc est bonus tex.in l.si pater filium,vbi Ias.in tertia lectura.ff.de vulg. & pupill. Tamen istam solutionem redarguit Ruin. in §. & quid si tantum, in hac eadem l.colu.7.versic.vnde tertia. et de ista extensione de uno casu ad aliũ,an & quando in substitutione fieri possit, vide omninò quæ posui ad Bar.in l.Titius.§. Lucius, suprà eod.tit.

9 Bart.in eadem l.in fin.principij,quærit, si mulier † post duos dies à morte primi mariti,ad secunda uota transiuit,& filium peperit in nono mense; ita ut partus possit esse & primi & secundi mariti, cuius erit? vide Aret.in cons.126. & dum Bar.ibi ait,non esse credendum matri, cuius iste sit filius; quia potest decipi. Adde Bal.in cons.437.in 5.vol. Abb.& Feli. in c.per tuas,
10 de probat.& quæ dixi in annot. in l.filium.ff.de his,qui sunt sui uel alie.iur.Quid si mulier † diu fuisset sterilis cum primo marito, nunquid debeat præsumi filius secundi mariti? vide decisionem in simili casu apud Abb.& Feli.in d.c.per tuas, qui aiunt,filium natum in domo mariti, præsumi esse filium ipsius mariti, quamuis adulterium commisisset, vt est text.in l.miles.§.defuncto.ff.de adulter. Tamen hoc non habere locum, quando mulier illa diu fuisset sterilis, & quandoque à marito diuertisset: quia tunc non præsumitur filius ipsius mariti, nisi alia concurrant. quod puto esse menti tenendum in ista quæstione Bart.quæ est difficilis iudicatu. quinimmo,si hoc argumentum, quod à sterilitate colligitur, vrget in illo casu,in quo decisio legis habetur expressa,vt natus in domo filius mariti existimetur, multò magis debet urgere in proposito casu,in quo nihil certi penitus traditum est, sed totum id in cõiecturarum uarietate consistit.& denique ita indecisum relinquitur arbitrio peritorum, vt hic ait Bar.

Summarium in d.l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de lib.& posth.

1 *Vulgarem substitutionem locum habere instituto decedente in uita testatoris.*
2 *Substitutionem factam de filio, & nepote, copulatiuè intelligi factam ordine successiuo.*
3 *Substitutionem copulatiuè factam inter personas, inter quas cadit ordinata affectio, intelligi factam ordine successiuo.*
4 *Si aliquis emit rem pro se, filijs, & nepotibus, uel alio titulo recipit, vtrum ordinatè intelligatur.*
5 *In libello uideri actionem intentari, quæ ex uerbis colligi potest.*

Bar.in d.l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de libe.& posth.

BART. in eadem l.§.quidam rectè,col.1.vers.tertius modus,colligit ex text.& glo. uulgarem †
1 substitutionem locum habere instituto decedente in uita testatoris. vide eundem Bart. cons.38.incip. Paulus.& in consi.48.incip.Gallus Falloppi.& in consi.57.incip. An Cellus de Castro. & dum ibi paulò post subiungit Bart.illa uerba, Titium instituo, & Sempronium substituo, inducere vulgarem substitutionem. vide Alexan.in l.meminisse.§.Titius. in secundo notab.ff.ad Trebell.& Ana.in cons.46.

2 Bar.in eodem §.col.1.vers.quintus modus,inquit, substitutionem † factam de filio & nepote copulatiuè, intelligi factã ordine successiuo.De hac re uide Dec.in cons.95.& in cons.205.& in cons.236.in cons.248.vbi eruditè loquitur,declarando utrũ. hæc uerba,ordine successiuo, significent

significent uulgarem,aut fideicommissariam substitutionem. Et quid si est apposita clausula codicillaris, omnino Crauet.in consi.22.vide eundem Dec.in cons.253.in consi.291.& in cons.318.Soci.in consi.113.in 1.uolu.& in consi.238.eodem uol.& in cons.12.in 3.uol.& in cons.43.eodem uolu.Alexand.omnino in cons.34.in 3.uolu. quando autem uocantur aliqui ordine succesiuo, vtrum ueniant proximiores defuncti,an grauati? vide Soci.in consi.249.in primo uolu.& melius in consi.86.in 3.uolu. & Maria. Soci. iuni. in consi. 126. et pro declaratione huius materiæ,vide Alexand.in cons.12.& in consilio sequen.in 4.uolum. & Socin.in cons.86.in tertio uolumine.

3 Bart.in eodem §.colu.2.vers. ego dicerem, tenet substitutionem † copulatiuè factam inter personas,inter quas cadit ordinata affectio, intelligi factam esse ordine succesiuo. Attende,
* quoniam hanc Bar. opinionem * communiter esse damnatam ait Alexand. in consi.330. Viso titulo quæst.colu.10.vers.postremò non obstante. in lib.primi & secundi uolu. & in consi.11. col.5.in 3.volu. Roma.autem sequendo opinionem Bart.in consi.405. limitat eam,nisi æqualis affectio esset ita erga filios, sicut erga patrem, & testator non esset coactus relinquere ordine succesiuo. sed Socin.in consi.113.in primo uolu. testatur etiam ipse communiter contra Bart.teneri.& uocatos hoc modo pariter esse admittendos, non autem ordine succesiuo, per tex. & glo.in c.Rainaldus,de testa.& extendit istam conclusionem ad alium casum, vbi declarat hanc materiam. & in cons.90.eodem uolu. Hoc idem uoluit Alexan.in consi.22.in 3.volu. vbi refert se multoties pro hac opinione consuluisse. & in cons.12. cum sequ.quod fuit Anto. de Prato in 4.volu. & in cons.9.colu.2.in 5.vol.& in l.hæredes mei.§.cum ita.col.6.ff. ad Trebell.Ana.in cons.46.Capr.in cons.35.in secundo dubio.et dum Bar.in eadem col.quærit, si testator substituit talem,& eius filios,& hæredes. vide Dec.in cons.122. quærit deinde Barto.in
4 uers.quæro,quid in contractibus,si aliquis † emit rem pro se,filijs, & nepotibus, vel alio titulo recipit,vtrum ordinatè intelligatur? vide in hac re Alexand.in l.etiam.col.3.vers.in ea glo.ibi, sic & in ecclesiastica emphyteosi.ff.solut.matr.& in cons.22.colu.2.in 5.uolu.Roma.in consi.35.Capr.in cons.5. & Ludou.Bolognin.in addit.ad consilium decimum. Ana.Mari.Soci.iuni. in cons.71.nu.30.& in cons.133.nu.17.

5 Bar.in eodem §.in fi.colligit ex tex.in libello † videri actionem intentari, quæ ex uerbis colligi potest. vide Paul.de Castr.in cons.179.in cons.258.& in cons.260. & dum Bar.in ultimis uerbis infert ad duo statuta contraria, vt ita ultimum inspiciatur, sicut hic si pater & filius simul sint instituti, tamen ordo attenditur. Attende, quia istud simile uidetur probare contrarium: nam isto casu prius admittitur primò uocatus,scilicèt,pater, & posteà filius secundo uocatus: & in statutis attenditur secundum.

Summarium in d.l.Gallus.§.idem credendum.ff.de lib.& posth.

1 *Dictio,& cætera,apposita à notario in instrumento quid significet.*
2 *Dictio,& cætera,quomodo à notario possit extendi.*
3 *Sub ista dictione,& cætera,ea contineri quæ ueniunt de stylo notariorum.*
4 *Si notarius apposuit in instrumento dictionem,infra, quid significet.*
5 *Dictio,infra,iuncta tempori indicat temporis imperfectionem.*
6 *Dictio, infra, indicare potest actum immediatè subsequentem terminum cui adijcitur, ac etiam longè distantem.*

Bar.in d.l Gallus.§.idem credendum.ff.de lib.& posth.

1 Bart. in ead.l.§.idem credendum,col.2.tradit,quid uox illa,& † cætera,apposita à notario in instrumento significet. et quid uigore ipsius possit notarius extendere. De hac re uide omnino Dec.in c.nam concupiscentiam,in prima & secunda lectura de constitu.Curt.in cons.55.& Crauet.in cons.34.& quamuis ista uox ad consueta referatur,secundum Bart.hic,tamen nunquam includit,vt pœna possit apponi, quamuis consueta, nisi hoc in specie exprimatur,secundum Bald.in l.fi.C.de exec.rei iudic.colum.1.quem sequitur Alexand. in consi.270. Viso & præhabito,col.3.versi.confirmantur prædicta,in libro primi & secundi uol.vbi tradit de hac

2 materia huius uocis,& cætera, † quomodo à notario posit extendi. Item neque iuramentum includitur,quia exigit formam uerborum,vt ait Ant.de Butr. in c.parte,de iureiur. & Soc.hic. ueniunt autem ea,quæ sunt de natura ipsius contractus. Bald.in c.cum in iure,de offic.delega. Aduerte tamen, quia quamuis hæc uox suppleat ea, quæ sunt de natura contractus, non propterea supplere potest ea,quæ sunt de substantia. Bald.in d.c.cum in iure, col.9.de qua re uide Angel.in l.quicquid astringendæ.ff.de uerb.obliga.dum loquitur de interlocutoria. Alexan.in cons.37.in 3.uolu.Ant.de Prato in consi.49.col.fi.inter consilia Alexand.in 4.uolu.& omnino Curtium in consi.55.Oldrad.in consi.139.col.fin.Præpos.in c.sacrosancta.32.dist. in princip. & in c.nullus.eadem dist. & aliquid in simili per Feli.in c.cum.M.Ferrarien.col.4. de constitu. & in c.2.colu.19.de rescript. Barba.in consi.32. col.6. in 1.uolu.& in consi.58.col.10.eodem vol.Roma.in consi.343.col.2. Imol.in consi.86.Cardi.in cons.133.col.1. & addita ad Ana.in
3 cons.33.in primo dub.& Alexand.in consi.38.in fi.in 3.uolu.vbi ait, sub ista uoce,† & cætera, ea contineri, quæ ueniunt de stylo notariorum. & ad prædicta uide omnino eundem Alexan. in cons.170.in lib.primi & secundi uol. & Bal.in c.quoniam contra,col.6.de probat.& in cap. cùm P.tabellio,col.2.de fide instrumen.Barba.in cons.9.col.pen.in 4.volu. & in consi.73. col. pen.in 3.uol.Corne.in cons.137.in 4.volu. & Soci.in cons.199.col.1.in 1.uolu.quærit deinde
4 Bar.in fi.d.§.quid si notarius † apposuit in instrumento uocem, infrà. De huius uocis significatione,uide Soci. in consi.127.& in consi.181.in 1.uolu.Abb.in c.1.col.2.de cleric.coniug. & in c.cum uirum,de regul.& in c.ecclesia,de consti.& tex.inst.de gradi.in princip.& in l.in uenditione.ff.de action.empt.& in clem.sicut,& ibi glo.de appellat.& Ioan.Monach.in cap.pia,de except.in sexto.Ioan.de Anan.in c.super eo,de usu.& Gemin.in c.si in annum decimum quar-
5 tum.§. si uerò, de iudic. in 6. & in d.c.pia.& ista uox. infrà, † iuncta tempori, indicat temporis imperfectionem, vt puta infra annum pubertatis,hoc est, quia nondum peruenit ad pubertatem. Abb.in c.ex parte,de restitu.spoliat.quandoque etiam excludit, vt si dico infra subdiaconatum,id est,quando non peruenit ad subdiaconatum. Abb.in d.c.1.de cleric.coniug.vbi hoc adducit ad statuta punientia crimen commissum infra xxx.annos.de qua re uide Gemin.in d.§.
6 si uerò,vbi ait,uocem hanc † indicare posse actum immediatè sequentem terminum, cui adijcitur,ac etiam longè distantem,dicens hoc adnotandum esse pro concordia testium. Denique Bar.in ultimis uerbis concludit,uocem hanc,infra,non habere significationem illam,quam habet uox,& cætera. sed contrarium de directo ait Abb.in c.2. de reg.iur.

Summarium in d.l. Gallus. §. & quid si tantum.ff.de libe.& posth.

1 *Conditiones debent impleri in forma specifica.*
2 *Prouisio facta in uno casu, an & quando ad alium porrigatur.*
3 *Conditio uoluntaria est implenda in forma specifica.*
4 *Filius emancipatus non succedit de iure ciuili, sed de iure prætorio.*
5 *Ex lege duodecim tabularum sui excludebant emancipatos, sed de iure prætorio cogniti erant.*
6 *Filius qui non potest succedere ab intestato, non potest querelam dicere contra testamentum.*
7 *Filia exclusa à statuto non potest dicere testamentum nullum.*
8 *Restitutus in locum patris substitutum excludit.*
9 *Si filius naturalis uel spurius fuit legitimatus post mortem patris, an bona auferat alijs, qui successerunt ab intestato.*
10 *Si legitimatus fuit filius naturalis, qui erat primogenitus regis utrum præferatur in successione ei, qui erat secundogenitus legitimus & naturalis.*
11 *Legitimatum per subsequens matrimonium contineri in conditione filiorum, qui sint ex legitimo matrimonio procreati.*
12 *Legitimatum non posse plus consequi de bonis maternis, quàm faciat unus ex filijs legitimis, qui minus consequitur.*

13 *Papa & Imperator an possint legitimare in terris sibi non subiectis.*
14 *An à Papa legitimari possint filij nati ex inualido matrimonio post mortem patris, cui iam agnati proximi successerunt.*
15 *Utrum legitimatio retrotrahatur.*
16 *Utrum, quando aliquis legitimatur, alij quorum interest, sint citandi.*
17 *Qui sint citandi in legitimatione.*
18 *In legitimatione quæ fit uiuente patre, citatio non requiritur.*
19 *Quibus casibus, & defectibus legitimatio corruat.*
20 *Substitutus à legitimato non excluditur, quando ex coniecturis apparet testatorem aliter uoluisse.*
21 *An legitimatio reuocetur superueniente legitima prole.*
22 *An legitimatus excludat fœminam uigore statutorum, quibus cautum est extantibus masculis filias excludi.*
23 *Utrum legitimentur filij suscepti ex concubina quando uir in mortis articulo constitutus eam accepit in uxorem.*
24 *An per legitimatos excludatur substitutus.*
25 *Legitimatio multis modis fieri contingit.*
26 *Matrimonium illegitimum ex defectu inducto à canone, approbari posse à Papa, etiam mortuo altero coniuge in præiudicium eorum, ad quos bona pertinebant exclusa illegitima prole.*
27 *Legitimatio potest fieri à Principe, etiam non citatis, & irrequisitis illis, quorum interest.*
28 *Princeps potest spurium legitimare in præiudicium filiorum, & agnatorum quibus delata est hæreditas ex fideicommisso.*
29 *Princeps sine aliqua citatione an possit auferre ius quæsitum alicui.*

Bar.in d.l.Gallus.§.& quid si tantum.ff. de libe.& posth.

1 BART. in ead.l.§.& quid si tantum,colu.2.vers.contra hoc opp.fortiter,ait,conditiones † debere impleri in forma specifica: & ideò non porrigi ad similem casum, loquendo de substitutione. vide Alexan.in cons.11.in 1.uol.& Soci.in cons.118.posteà Bar.in uers.his præmissis,
2 tradit documentum pro declaratione huius inuestigationis,scilicèt,an & quando prouisio† facta in uno casu ad alium porrigatur. De hac re uide omninò quæ posui in lucubrat. in l.commodissimè, suprà eodem titu.vbi multa ad rem hanc facientia posita sunt.& Felin.in c.translato,de const. & in c.2.in 4.notab.de sponsal.& ad dicta hic per Bar. vide Soc.in cons.140.col. fi.in 1.uol.vbi ait,hoc Bar.documentum esse * communiter approbatum. & in cons.218.eod. uol.in cons.5.in 3.vol.& in cons.87.eod.uol.

3 Bar.in eod.§.col.3.uers.si uerò loquimur de conditione † uoluntaria,inquit,conditionem uoluntariam esse implendam in forma specifica. Aduerte quia contra hoc uidetur esse decisio Alex.in cons.13.in 3.uol.dum ait,substitutionem factam alicui,si sine liberis decesserit,locum habere etiam si grauatus monasterium ingrediatur.Ecce ista conditio,si decesserit sine liberis, est proculdubio uoluntaria,& tamen non impletur in forma specifica; igitur contra Barto.sed hoc speciale est fauore religionis. & dum Bart. subiungit solutionem ad l.commodissimè,dicens,hic exprimi conditionem,quæ non porrigitur ad casum dissimilem. Adde Soci. in cons. 259.in primo uol.& in cons.77. in 3.uolu.

Bart.ibi,in vers.Redeo ad glo. ait, filium † emancipatum non succedere de iure ciuili,sed de 4 iure prætorio. Attende,quoniam ex hoc illa subtilis quæstio excitatur,si iste emancipatus succedit de iure prætorio,& sic præteritus habet contra tabulas,consequens est, ut isto casu rumpat testamentum;atque ita dispositio Galli,& legis Velleiæ,ne isto casu rumpatur testamentũ, erit inanis,vt hic per Ias.col.11.vers.antequàm.

Bart.in eod.§.colu.4. vers. contrarium tenui, & teneo,reprobat glo.Pro ista opinione facit, 5 quia sicut ex lege xij.tabularũ sui excludebant † emancipatos, sed iure prætorio cogniti erant, ita per filios ex se licèt in potestate aui existentes,excludebant: ita ut illi filij & sic nepotes non

poterant rumpere testamentum,quia pater eos,quamuis emancipatus in gradu excludebat,ut probatur ratione illa,qua fuit editus titulus,de coniung.cum emancip. liber.

6 Bar.ibi paulò post in uersic.præterea,ait, filium, † qui non potest succedere ab intestato,non posse querelam dicere contra testamentum : quia filio non fit iniuria si exhæredatur, uel præteritur. vide Alex.in cons. 180.in 5.vol. Bal.in cons.404.in 1.uol. Aret.in consi.49.col.pen. & Dec.in consi.86. Ad rem faciunt trad. per Aret. in consi.100. colu. 12.& Alex.in consi.125.in
7 6.vol.vbi loquitur de filia excluſa † à ſtatuto, quæ hac eadem ratione non potest dicere testa-
* mentum nullum. & hanc opinionem Bar. hic * communiter esse approbatam ait Soci.in cons. 35.in 4.volu.& vide Crauet.in consi.11.Hoc idem in filia excluſa à ſtatuto,vt censeatur etiam
* excluſa à legitima, tenuit Curt.in consi.35.nu.33. cum sequ. vbi ait,hanc magis * communem esse sententiam. tamen in cons.37. arguit ad utramque partem, concludendo tandem, filias non esse propterea excluſas. vide eundem in consi.39.& de hac re uide omnino quæ latè dixi in l.ij.§.videndum.ff.ad Tertull.

8 Bar.in eodem §.& quid si tantum, col.5.ait, restitutum † in locum patris substitutum excludere,non sic emancipatum. Hoc probatur per glo. in d.l.j.& in l.iij.§.1.ff.de bonor. poss.contra tabul. quia necesse est, eum tanquam patrem nepotis readoptari,vt restitutus dicatur. & dum Bar.hoc in loco tradit,an restitutus aduersus sententiam recuperet omnia, etiam si alteri sint quæsita? vide omninò,quæ posui ad Bar.in l.si qua.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur.ad quæ me remitto,vt breuior fiam.

9 Bar.in eodem §. col.6. vers.induco ad q.solennem, quærit, si filius † naturalis, uel spurius fuit legitimatus post mortem patris, an bona auferat alijs, qui succesſerunt ab intestato? Ad rem hanc uide Alex.in consi.94.in 1.uol.& omnino in consi.229.in lib.1. & 2.uol.ubi præclarè loquitur. Dec.in consi.27.& in consi.216.& in consi.393. Soc.in consi.226. in 1.uol. Feli. in c. quæ in ecclesiarum,col.9. de const.ubi ponit etiam aliquid de sequenti quæstione Bart. & ultra Doct.hic,uide Feli. in c.inter quatuor,col.pen.& fi.de maior. & obed. & in c.de his, de accuſ.& in c.fi.col.3.de const.Card.Alex.in c.hic finit lex Corra.deinde incip.consuet. Regni.in princ.col.4.& seq.Anchar.in consi.161.Barb.in c.quod translationem,col.9.de offic.deleg.& in consi.13.col.5.& in consi.14.in 3.uol.& in consi.55.col.3.& seq.in 4.uol.aliquid per Bald. nouell.in tract.de dote,in 11.priuileg.7.par.princip. Card.in consi.83. & omnino Felin. in c. cum olim.nu.16.de re iud. Ad rem facit illa quæstio, de qua agit Martinus Laudensis in tract.
10 de primogenitura, quæst. 32.ubi quærit, si legitimatus † fuit filius naturalis, qui erat primogenitus regis,utrum præferatur in succesſione ei,qui erat 2. genitus legitimus & naturalis.ubi concludit,quòd non,sed præferendum esse 2.genitum legitimum & naturalem. Id quod procedit etiam si ille legitimatus fuisset per subsequens matrimonium, ut ibi in 33. quæstio. idem multis fundamentis confirmat cum responsis ad obiecta Io. Brunellus in tract. de sponsalibus & matrimonijs,in 2.concluſione,nu.31.uerbo,Postremò pro complemento. de qua quæstione uide etiam Bartholomæum Brixiensem in suo tract.quæstionum dominicalium, quæst.55. & Fel.in c.prudentiam.de offic.deleg.& ad illud, quod dicitur de matrimonio subsequenti,ui-
11 deas Dec. in c.cum in cunctis, de elect.ubi ait, legitimatum † per subsequens matrimonium contineri in conditione filiorum,qui sint ex legitimo matrimonio procreati, secundum ueriorem sententiam. & in hac materia legitimati per subsequens matrimonium, attende perpetuò mirabilem decisionem Angel.in cons.29. vbi ait,quamuis de iure canonico,solo consensu matrimonium contrahatur,tamen alioqui esse de iure ciuili: quia instrumenta quoque dotalia exiguntur. & ideò dicit, legitimatum per subsequens matrimonium, quando non interueniunt dotalia instrumenta,effici legitimum in ijs tantùm,quæ ab ecclesia conferuntur; alioqui uerò quò ad hæreditates,quæ iure ciuili deferuntur.de qua memorabili decisione,uide etiam Card. Alex.in c.tanta uis,qui fil.sint legit.Anto.Rosell.in tract.legitimationum, in primo lib.de causâ formali legitimationis.& Mari. Socin.iuni.in consi.52. numero 4. Scias etiam circa prædicta,
12 legitimatum † non posse plus consequi de bonis maternis,quàm faciat unus ex filijs legitimis,

qui

qui minus consequitur, ut est tex. aureus in c. & quoniam uariæ, in auth. quibus mod. natur. effi. sui. Curt. in consi. 35. nu. 17. & Soci. in consi. 246. colu. pen. in primo uolu. quot uerò sint species legitimationis, quibus modis & solennitatibus fiant, & quos effectus producant, tam de iure canonico, quàm ciuili, vide semper Nicolaum de Vbaldis in tracta. de successionibus ab
13 intestato, in prima par. vbi cumulatè tradit hæc omnia. ac etiam, an Papa † & Imperator possint legitimare in terris sibi non subiectis. & uide Angel. in consi. 351. & Mari. Soc. iuni. in cõs. 142. Et in re ista non est prætermittẽda caute. 1. Thomæ Ferratij, vbi habetur, eum, qui efficiatur scholaris, posse ubique legitimari ab Imperatore; quia ubicunque est subditus Imperato-
14 ris. et an à Papa † legitimari possint filij nati ex inualido matrimonio post mortem patris, cui iam agnati proximi successerunt? egregiè docuit Anchara. in consi. 409. Viso & diligenter inspecto. & ad materiam legitimationis, vide Antonium Rosell. in d. tracta. legitimationum, & Ludouicum à Sardis in tracta. de legitimatione. & omninò quæ posui ad Bart. in l. filium. ff. de his, qui sunt sui uel alieni iur. et dum Bar. hic pro declaratione quæstionis per eum propositæ,
15 inquit, uidendum esse, vtrum legitimatio † retrotrahatur. Tu ultra prædicta, in quibus hac de re habetur, videas Alexand. in consi. 87. In causa mota, col. 2. in 3. volum. vbi ait, confirmationem legitimationis, non trahi retro ad auferendum ius alteri acquisitum. & Paul. de Castr. in consi. 227. & in consi. 223. Abb. in consi. 84. col. 2. in primo uolu. aliquid per Felin. in cap. quæ in ecclesiarum, col. 17. de const. Ang. in consi. 401. Soci. in consi. 212. col. pen. in 1. uol. & Præpositi. in c. per uenerabilem. §. quod autem. col. 19. qui fil. sint legit.

16 Bar. in eodem §. col. fin. quærit, vtrum quando aliquis legitimatur, † alij, quorum interest, sint citandi? vide Alexand. in consi. 2. col. 7. vers. sed fortius, in primo uolu. Ex cuius dictis colligitur, in legitimatione, quæ fit patre uiuente, non exigi citationem eorum, quorum interest. & documentum illud, vt memorabile refert & sequitur Ias. in consi. 40. in 3. uolumine. vide eundem Alexand. in re proposita in consil. 25. & in consi. 67. in primo uolu. Bald. in consi. 306. in 3. uolu. Soci. in consi. 226. & not. in consi. 246. in primo uolu. vbi dicta hic per Bar. uentilauit à cessante ratione. & in consi. 251. colu. 9. eodem uolu. & omnino in consi. 87. colu. 10. versic. capio sextam difficultatem, in 3. uolu. & in consi. 47. in 4. uolu. Dec. in consi. 55. & in consi. 85.
17 colu. fin. in consi. 307. in consi. 316. & in consi. 393. Et qui sint † citandi in legitimatione, tradit Rosell. in dicto tract. legitimationum, in secundo libro in cap. De causa formali legitimationis. & Ludouicum à Sardis, in d. tract. de legitimatione. & omninò Mari. Soc. iuni. in consi. 142. & in hac re uide semper Anchar. in consi. 427. & Ioan. Calder. in consi. 1. in titul. qui fil. sint legit. Nunquid autem sint citandi duntaxàt illi, quorum principaliter interest, an uerò etiam ij, quorum in consequentiam interest? vide Anan. in consi. 29. cum ibi addit. per Ludouic. Bolognin. & quæ posui in annot. in Bar. in l. adoptio. ff. de adopt. quamuis autem in legitimatione,
18 † quæ fit uiuente patre citatio non requiratur, vt hic * communiter traditum est, tamen hoc
* fallit in legitimatione spurij. ita Curt. in consi. 16. nu. 24. & in cons. sequen. & in consi. 18. vbi Soci. cuius est illud consilium excutit hoc Bartoli documentum. & ad hoc uideas etiam Mari.
19 Socin. iuni. in dicto consi. 142. Quibus uerò causis & defectibus † legitimatio corruat, docuit Albert. Brun. in consi. 15. Curt. in consi. 35. nu. 27. cum sequ. in consi. 64. & in cons. 73. Quoniam autem in hac inuestigatione cadit illa difficultas, an substitutus à legitimato excludatur?
* Tu ultra ea, quæ habentur de hoc in locis præmemoratis, dicas * communem esse sententiam, vt excludatur, secundum docto. in l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. & substitu. & Paul.
20 de Castr. Imol. & alios in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. Hoc tamen limitatur † non habere locum, quando ex coniecturis apparet testatorem aliter uoluisse. & inter alias coniecturas, illa est potens, si testator etiam filios filiarum substituisset: quia propter uerecundiam credendum non est, eum de spurijs quoque filiarum sensisse. & ideò eo casu infertur, idem esse & in filijs filiorum, vt declarat Albert. Brun. in consi. 17. Item limitatur prædicta conclusio, quando testator dixisset de filijs legitimis & naturalibus, ac legitimè descendentibus, uel legitimè natis. quoniam tunc nõ excluditur substitutus, vt per Antonium Corset. habetur in tract.

de uerbis geminatis,inter numerum 7.& 8. Item limitatur, ut non procedat,quando testator erat constitutus in dignitate, quia non creditur, eum de legitimatis disponere uoluisse. Alex.
21 in consi. 94. in primo uolu. An autem legitimatio † reuocetur superueniente legitima prole? Alex.in consi.25.& in consi.97. in 1.volu. Dec.in cons. 225. & in consi. 557. & quæ posui in annot. in l.patre furioso.ff. de his quæ sunt sui uel alie. iur. & Mari.Socin.iuni.in consi.142.vbi
* ait, * communem opinionem esse, vt non reuocetur. An autem legitimatio spurij facta à summo Pontifice sine consensu patris ualida sit,an non? quando pater illam postea ratam habuit?
22 & dicas ualere secundum Raph.Cuma. in consi.116.& an legitimatus † excludat fœminas uigore statutorum,quibus cautum est, extantibus masculis, filias excludi? vide Io.Campegium
* in tract.de dote,in 59.quæst.in 5.par.& * communis uidetur esse sententia,quòd non,secundũ Dec.qui multos retulit in l.liberos.C.de collat.pro qua opinione facit, quia legitimatus habet imaginem legitimi,& tantum differt à uero legitimo,quantum distat ueritas ab imagine,secũdum Bal.in l.etiam.C.de appellat.idem uoluit in c.1.col.pen.de const.dicens, legitimationem esse similem alchimiæ,quæ facit apparere illud,quod non est. Non est hoc in loco pertranseun
23 da silentio quæstio illa, vtrum legitimentur † filij susceptι ex concubina,quando uir in mortis articulo constitutus eam accepit in uxorem? Rosell.in d.tract.legitim.in 1. lib.in cap. De causa materiali legitimationis.nu. 32.eam disputat ad utranq; partem,& eruditè distinguit, ut ibi uidere est.& per Ludouicum à Sardis in suo tract.de legitimatione, in.§. De legitimatione per uerum matrimonium.ubi ait,eos legitimari,dummodò is non sit ita proximus morti, ut careat
24 intellectu.An autem per huiusmodi legitimatos † excludatur substitutus; uide Fel.in c.in præsentia.no.59.de probat.& omnino uide Io.Brunellum,in tract.de sponsalibus, & matrimonijs. nu.19. in 4. ampliatione. ubi ipse quoq; tenet partem affirmatiuam, & ad obiecta respondet. Quid si uir susceptis ex concubina filijs naturalibus,eam dimisit, & uxorem duxit,ex qua legitimam sobolem habuit,postea uxore mortua, concubinam duxit in uxorem; an isto casu filij naturales legitimentur in præiudicium legitimorum. Vide argumenta ad utranq; partem, & decisionem, quòd legitimantur, apud Rosell.in d.tract.in loco prædicto. nu.43. cum seq.& Ludouicum à Sardis in d.tract.& omninò Brunellũ in eod.tract.de sponsalibus.nu.22. 23. & seq.
25 in 5. amplitione. Et quia legitimationem † multis modis fieri contingit,scias eam fieri etiam si pater in testamento nominat filium naturalem,ut filium, non exprimendo an sit naturalis.Cæpol.in cautel. 251. Et si pater habens filios legitimos & naturales cupit etiam legitimare spurios, sed non ut cum alijs succedant, nisi certo modo, & in certa parte, quomodo facere debeat, & quomodo Comes Palatinus suam impertiri debeat authoritatẽ,uide Cæpoll.in cautel. 114. Et in materia legitimationis uide semper Angel. in consi.87. Postremò scias matrimo-
26 nium † illegitimum ex defectu inducto à canone approbari posse à Papa,etiam mortuo altero coniuge in præiudicium eorum,ad quos bona pertinebant exclusa illegitima prole.et hæc approbatio uiget, pro ut ex tunc,non autem ut ex nunc. id quod facit ad lucubra. præcedentem, in qua agitur,an legitimatio retrotrahatur. si uerò defectus esset de iure diuino,eo casu approbatio uiget ex nunc. Hæc Feli.in c.quæ in ecclesiarum, nu.30.de const.

27 Bar.in eod.§.ibi paulòpost,subiungit,legitimationem † posse fieri à principe,etiam non citatis & irrequisitis illis quorum interest. Adde Alex. in consi.2.col.6.vers. Præterea dato etiam. & in consi.25.& in consi.94.in 1.uolu.& in cons.pen.in 5.uol.Abb.in consi.84.col. 2.in 1.uol. Feder.in cons.57.Paul.de Castr.in l.fi.col.2.C.si contr.ius uel util.publi.Feli.in c.quæ in ecclesiarum.col.22.de consti.& in c.cũ olim,de re iudic.Barb.in consi.27.col.26.in 1.uol.& in cõs. 43.col.23.& seq.eod.uol.& in consi.4.in 2.uol.& in consi.50.col.13.& in cons.61.eod.uol.& ad prædicta uide Rom.in cons.194.Ana.in cons.29.col.pen.in 5.dub.Aret.in consi.165.in fi. & omninò Soc.in cons.246.col.3.in 2.dub.in 1.vol.vbi limitat.& in cõs.164.col.pe. & in cõs. 266.col.16.& Signorol.in consi.220.Bald.in cons.119.in 5.uolu. Angel.in cons.401.Dec.in cons.85.col.pen.vbi ponit etiam quid si non est facta mentio legitimorum. & in cons.55.& in
28 consi.357.ubi ait, principem † posse spurium legitimare in præiudicium filiorum, & agnatorum,

rum,quibus delata est hæreditas ex fideicommisso.Corn.in consi.34.in 1.vol.ubi loquitur etiã in adoptione,& arrogatione.Et an sint citandi mater & pater? vide etiam ad prædicta Thomã Ferratium,in cautel.1.ubi ait,plenitudinem exigi potestatis. Ad rem faciunt trad. per Soci.in
29 consi.156.col.2.in 1.vol.ubi tradit,an Princeps,sine aliqua citatione possit auferre ius quæsitum alicui? & in consi.126.in 3.vol.quem uide omninò.& in consi.63.col.5.in 3.volu.& latissimè in consi.120.eod.vol.ubi idem ait,& Dec.in d.c.quæ in ecclesiarum,de const. & Alex. in consi.94.col.6.in 5.vol. & Io.Campegium,in consi.11.inter consilia Albert. Brun.in 5. dub.& Soc.in cons.10.inter consilia eiusdem Bruni ubi ponit sex memorabiles conclusiones.

Summarium in d.l.Gallus.§.quid si is.ff.de lib.& posth.

1 *Vtrum nepos ex spurio possit hæres institui.*
2 *Filium spurium esse causam remotam institutionis nepotis.*

Bar.in d.l.Gallus.§.quid si is.ff.de lib.& posth.

1 BART. in ead.l.Gallus.§.quid si is,col.2.quærit,utrum nepos † ex spurio possit hæres institui? vide Alex.in consi.139.in 1.vol.& in consi.193.in fi.in libro primi & secundi volum.& omnino in consi.74.Circa primum in 3.vol.ubi bene declarat. & in consi.174.in 5.vol.Federic.de Sen.in consi.57.Ant.de Butr.in consi.29.in 3.dub.Bal.in c.in præsentia,col.7. de prob. & in consi.66.incip. Dicta institutio,in 1.vol.Fulg.in consi.159.& in consi.23.Signor.in cons. 114.Abb.in consi.50.in 2.volu. & omninò Dec. in consi.462. & quæ plenè posui de materia spuriorum ad Bar.in l.item in potestate.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur. & dum Bart. in eod.§.
2 propè fi.ait,filium spurium † esse causam remotam institutionis nepotis: vide Alex. in consi.8. col.3.in 3.vol.ubi refert & sequitur hoc Bartoli documentum. posteà ibi in fi.quærit Bar.quid si instituit nepotem simpliciter,neque dixit,quòd ad patrem spurium perueniat aliquid, an institutio uitietur saltem in usufructu,qui acquiritur patri? De hac re uide Alex.in l.qui in aliena. §.interdum,super gl.in uerbo,faciat hæredem.ff.de acquir.hæred.

Summarium in d.l.Gallus.§.instituens.ff.de lib.& posth.

1 *Filiorum appellatione,an & quando nepotes contineantur.*
2 *Nepotes non ueniunt appellatione filiorum,quando testator in aliqua parte testamenti fecit mentionem filiorum,& appellauit filios,& in alia parte appellauit liberos.*
3 *Quando est facta mentio filiorum nominatim,tunc filiorum appellatione non ueniunt nepotes.*

Bar.in d.l.Gallus.§.institutus.ff.de lib.& posth.

1 BART. in ead.l.§.instituens,tractat,an & quando † appellatione filiorum nepotes contineantur. De hac re uide Alex.in consi.5.& in consi.26.in 3.volu. & latissimè in consi.37.in 6. vol.ubi egregiè loquitur.& memorabile dictum eiusdem Alex.vide in consi.4. col.2.in 4.volu. Soc.in consi.14.& in consi.152.& in consi.249.in 1.vol.& in cons.104.in 3. volu. & in consi. 17.& in cõs.73.col.5.in 4.vol.Fulg.in consi.66.Dec.in consi.95.& in consi.391.& Mari.Soc.
2 iuni.in consi.125.nu.2.Attende unum in hac materia scitu dignum,nam filiorum † appellatione non ueniunt nepotes,quando testator in aliqua parte testamenti fecit mentionem filiorum, & apellauit filios,& in alia parte appellauit liberos,ubi sentiebat de nepotibus. Mari.Soc.iuni. in consi.128.nu.71.& in materia feudali,utrum appellatione filiorum ueniant descendentes? uide Alex.in consi.25.in 5.volu.Adde filiorum appellatione nepotes non contineri in dispositione hominis pœnali. Alex.in consi.140.in 6.vol.Attende in proposita re uerba Bar.hic propè fi.dum ait,quando facta est mentio filiorum † nominatim, ut si dico, istum filium meum, ut
3 tunc filiorum appellatione non veniant nepotes. nam hanc Bart. decisionem refert, & consulendo sequitur Decius in consi.218.colu.4.& hoc idem uoluit Alex.in consi.140.in 6.volu.& * an in fideicommissis nepotes contineantur, Mari.Soci.iunior in consi.114.nu.31.ait, * communem esse opinionem,ut comprehendantur.quid autẽ in testamẽto? vide eundem in cõs.111.

Bar.in d.l.Gallus.§.si eius.ff.de lib.& posth.

BART. in ead.l.§.si eius,col.2.versi. item, ibi, ubi gl. ait glo. dicere Patrem esse mortuum uiuente auo.vide Aret.in c.ex parte.5.col.2.de rescript.& de recto sensu uideas hic Aret.

Summa-

De liberis & posthumis.

Summarium in d.l.Gallus. § forsitan. ff. de lib. & posth.

1 *Compaternitas contrahi non potest per procuratorem.*
2 *Cognatio spiritualis, an extendatur ad nepotes.*
3 *Compaternitas, quomodo contrahatur, in quibus casibus, et inter quas personas impediat matrimonium contrahendum, uel dirimat iam contractum.*

Bar. in d.l.Gallus. §. forsitan. ff. de liber. & posth.

1 BART. in ead.l.§.forsitan, in fi.tradit, Compaternitatem † contrahi non posse per procuratorem. vide Feder.de Sen.in consi.15.& Feli.in c.licèt ex quadam, col.2.de test. An autem hoc fieri possit ab uniuersitate constituente procuratorem, ut multoties facit Dominium Venetorum? vide Soci. in l. cùm senatus. ff.de reb.dub. & ad prædicta, an scilicèt compaternitas per procuratorem contrahi possit, vide Abb.in c.Martinus, de cognat.spirit.& plenè in c.ueniens,
2 ubi Card.Ant. de Butr. & omnes eod. titulo. An autem ista cognatio † spiritualis extendatur ad nepotes? Et an contrahatur per Iudęum, uel paganum, uel hæreticum baptizantem, uel leuantem? vide Abb.in rubrica de cognat.spirit.& an ad filium illegitimũ baptizantis, uel leuantis porrigatur? vide Abb.in d.c.Martinus. Et uidetur dicendum secundum Doct. eam porri-
3 gi ad eum, per tex. in c.fi.de cognat. spirit. quomodo autem compaternitas † contrahatur, in quibus casibus, & inter quas personas impediat matrimonium contrahendum, uel dirimat iam contractum, & multa alia scitu digna, uide apud Io.Brunellum.in tract.de sponsalibus, & matrimonijs, conclusione 20.

Summarium in d.l.Gallus. § in omnibus. ff. de liber. & posth.

1 *Testamentum rumpi ex hæredatione filij emancipati, nisi causa exprimatur.*

Bar.in d.l.Gallus.§.in omnib.ff.de lib.& posth.

1 BART. in ead.l.§.in omnibus, col.2.inquit, testamentum † rumpi exhęredatione filij emãcipati, nisi causa exprimatur. vide Alex.in consi.304.Examinatis, in libro primi & secundi vol.
* vbi loquitur in filijs filij emancipati præteritis. & hanc decisionem Bar.ait esse * uotis frequentioribus approbatam. vide eundem in conf.102.in 3.vol.

Summarium in d.l.Gallus. § etiam. ff. de liber. & posth.

1 *Hæredum appellatione qui contineantur an soli filij & descendentes, an uerò etiam extranei.*
2 *Appellatione hæredum communiter omnes hæredes continentur.*
3 *Vbicunque fit dispositio, inter descendentes, semper appellatione hæredum solos descendentes contineri.*
4 *Quando est facta mentio de successore utrum intelligatur tantum de successore sanguinis.*
5 *Quando pater dicit pro se & hæredibus quibuscunque, etiam hæredes extranei continentur.*
6 *Si feudum concessum esset alicui pro se, & suis hæredibus quibuscunque masculis, etiam filius masculus filiæ complecteretur, quamuis ipsa filia non admittatur.*
7 *Feudum hæreditarium alienari potest.*
8 *Agnatus proximior, qui non est hæres, excluditur ab agnato remotiori, qui sit hæres.*
9 *Nunquam ista dictio hæres, est uniuersaliter intelligenda de quibuscunque hæredibus quando sequeretur iniquitas, & contra mentem concedentis.*
10 *De uno casu ad alium in ultimis uoluntatibus extensionem nunquam esse faciendam, quando minus dilectus magis dilecto præfertur.*
11 *Si testator instituit filium, eique si decesserit sine liberis substituit Titium, & eius hæredes, utrum hæredes extranei admittantur.*
12 *In quibus casibus dictio hæredes, etiam ad extraneos dilatatur.*

Bar.in d.l.Gallus.§.etiam.ff.de lib.& posth.

BART. in ead.l.§.etiam si à parente, col.2.uersi.quæro ergo, tractat appellatione hæredum,
1 † qui nam contineantur, an soli filij, & descendentes, an uerò etiam extranei? De hac re uide Abb.Feli.& alios, in c.in præsentia, de probat. Alex.in consi.120.Super eo, in 1.vol.& in consi. 56.& in consi.80.col.fi.eod.vol.& in consi.115.col.2.uersi.comprobatur.eod.vol.& in consi. 151.Visis, in libro primi & secundi vol.& in consi.36.in 3.vol.& in conf.90.Super eo, in 4.vol.

& in

& in consi. 105. in causa Nicolai, in fi. in eod. volu. ubi ait, in materia, quæ non est transibilis ad hæredes extraneos, uenire tantum succedentes. & in consi. 2. in princ. in 5. vol. ubi loquitur in
2 feudis. vide eundem in consi. 173. ubi ait, appellatione † hæredum communiter omnes hæredes contineri. Fallit qñ testator diceret, hæredes infrascriptos. & in alio casu, ut ibi per eum. Vide etiam eum in l. ex facto. §. fi. col. 2. ad Trebell. Ang. in consi. 306. Soc. in consi. 266. in 1. vol. Fulg. in consi. 17. & in consi. 58. & ad prædicta uide Soc. in consi. 249. in 1. volu. & in consi. 12. & in consi. 13. in 3. vol. & Dec. in consi. 249. & Crauet. in consi. 38. Cogitabã si dici posset, ubi-
3 cunque † fit dispositio inter descendentes, semper appellatione hæredum, solos descendentes contineri. ut puta, testator duobus filijs hæredibus, instituris, dicit, si unus eorum decedit, substituo alium, & eius hæredes, ut ad solos descendentes restringatur; vt in simili casu deciditur, quamuis hæc uox, familia, comprehendat non solùm descendentes, sed etiam transuersales, eã tamen in dubio restringi debere ad descendentes: ita Bar. in l. peto. §. fratre, in princ. versic. sed quæro. ff. de leg. 2. & in l. Filius. §. cùm pater. ff. de leg. 1. & in l. si cognati, in fi. ff. de reb. dub. Soc. in d. consi. 249. col. 7. in 1. vol. & in consi. 250. in eod. volu. ubi loquitur, quando est facta men-
4 tio † de successore, utrum intelligatur tantùm de successore sanguinis? vide omninò Alex. in consi. 113. in 6. vol. ubi multa similia memoratu digna retulit. uide etiam Matthæum de Afflictis in tract. prothomiseos. §. 3. nu. 5. Et ad prædicta, quando pater dicit pro se, & hæredibus, utrum ad solos descendentes restringatur. tradit Alex. in consi. 334. Viso & maturè considerato. in libro primi & secundi vol. & in consi. 8. in 3. vol. Fulg. in consi. 238. Curt. in consi. 25. nu. 3. ubi ait, hæc uerba ad solos descendentes coarctari. Dec. in consi. 411. & in consi. 185. in consi. 445. in consi. 493. Soc. in consi. 19. in 1. vol. & Mari. Soc. iuni. in consi. 72. nu. 6. & hoc ue-
5 rum est nisi dictum fuisset de quibuscunque hæredibus: † nam eo casu propter illam uocem uniuersalem, quibuscunque, etiam hæredes extranei continerentur. Ias. in consi. 9. inter consilia Albert. Brun. & Soc. in consi. 10. inter eadem consilia. Paul. de Monte pico in repet. l. Titia. §. Titia cùm nuberet. nu. 74. ff. de leg. 2. & in hac materia non est silentio transeundum, quòd si
6 feudum † concessum esset alicui pro se, & suis hæredibus quibuscunque masculis, etiam filius masculus filiæ complecteretur, quamuis ipsa filia non admitteretur. ita Ias. in d. consi. 9. & Soci. in d. consi. 10. quando autem non est adiecta ista uox uniuersalis, quibuscunque, sed simpliciter dictum est, pro se & hæredibus. & tunc uidetur de solis descendentibus intelligendum ex prædictis. Attende tamen quoniam in quacunque dispositione siue feudali, siue emphyteotica, siue alia, in qua ista uox, hæredes, ad solos descendentes coangustatur, multùm differt, an dictum sit pro se, & hæredibus, an uerò pro se & descendentibus: quia hoc ultimo casu descendentes etiam si non essent hæredes, uocarentur, alioqui uerò in primo casu: quoniam non sufficit eos esse descendentes, nisi sint etiam hæredes, ut declarat Crauet. in consi. 198. ubi multa citat. &
7 hoc feudum, † si in feudo loqueremur, esset hæreditarium, & alienari posset. Dec. in d. c. in præsentia, de probat. Alex. in consi. 89. in 4. vol. Soc. in consi. 249. & in consi. 266. in 1. volum. & in multis suis consilijs. hoc idem secutus est Alexan. quem refert Io. Campegius in consi. 11. inter
8 consilia Albert. Bun. Ad hæc accedit idem Brun. in consi. 24. dicens propterea agnatum † proximiorem, qui non sit hæres, excludi ab agnato remotiori, qui sit hæres. dicit tamen idem Brunus loquens de feudo in consi. 25. sufficere, si is, qui uult admitti, fuerit hæres patris, licèt nolit esse hæres fratris morientis. An autem hæredis appellatione, ueniat successor particularis? vide Alex. in consi. 338. in lib. primi & secundi vol. & Feli. in c. quia G. in fi. de iudic. Prætereà dũ
9 Bar. in hoc. §. declarando hanc materiam ait, nunquàm hanc uocem, hæredes † esse uniuersaliter intelligendam de quibuscunque hæredibus, quando sequeretur iniquitas, & contra mentem concedentis. Adde hoc uerum esse non solùm si esset contra eius mentem expressam, sed etiam tacitam, ut puta, si hoc complectẽdo extraneos, possibile foret, eos suis proprijs descendentibus præferri: nam tunc, ne sequatur hoc absurdum, semper ad solos descendentes ista
10 vox est restringenda. Alex. in consi. 105. in 1. vol. & ita hic tradit Bart. & in simili traditum est de uno casu ad alium in ultimis uoluntatibus † extensionem nunquam esse faciendam, quandò

possibile

possibile est hoc absurdum sequi, ut minus dilectus magis dilecto præferatur. Bar. in l. si mater. §. 1. ff. de uulg. & pupill. per tex. in l. si uiua matre. C. de bon. mater. Alex. in consi. 92. col. 3. in ter
11 tio uol. Subiungit posteà Bar. quæstionem, si testator instituit † filium, eique si decesserit sine liberis, substituit Titium & eius hæredes, utrum hæredes extranei admittantur? decidit q;, quod non: maximè si ij essent de agnatione testatoris. atque ita Bar. sentit illam considerationem, quam ego superius feci, adducens illud exemplum de familia. De hac autem quæst. Bart. vide Soc. in consi. 12. in 3. vol. & Paul. de Cast. in consi. 190. Videtur dicendum, quòd hæredes. & in re proposita accedat Rom. in consi. 56. col. 2. Feli. in c. 2. col. 17. versi. fallit quartò, de rescrip. Alex. in d. consi. 93. in 3. vol. & Curt. in consi. 43. col. 3.

Bar. in eod. §. propè fi. versi. quæro istis casibus, tractat in casibus, in quibus, hæc uox, hære-
12 des, † etiam ad extraneos dilatatur, vtrum intelligendum sit hoc de primo hærede tantùm, an uerò de omnibus in infinitum? vide Alex. in consi. 93. in 3. vol. & dum subiungit. quando res de sui natura ad hæredes non transiret, intelligendum esse de primo hærede tantùm. vide Alex. in l. ex facto. §. fi. col. 2. ff. ad Trebell.

Summarium in d. l. Gallus. § . ille casus. ff. de lib. & posth.

1 *Posthumus alienus instituι non potest.*

2 *Dictio in, intrinsicitatem indicat.*

Bar. in d. l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posth.

Bart. in ead. l. §. ille casus, col. 2. vers. superuenerunt posteà, inquit, prætores, qui uide-
1 runt posthumum † alienum instituι non posse, idque esse iniquum, prouidisse, ut si instituatur, per bonorum possessionem de iure prætorio admittatur. contrà, nam text. in l. posthumus, in princ. ff. de inoff. testa. & ibi gl. Bar. & alij, probat ius prætorium, quo posthumus alienus instituι poterat, fuisse ante prouisionem huius. l. ibi enim dubitatum est, sit ne testator in culpa, an non, qui posthumum non instituit. & dicendum uideba tur, eum de culpa redargui non debere: quia instituere non poterat, tamen contrariũ ibi deciditur: quia iure prætorio ad bonorum possessionem admittebatur, & instituι poterat.

2 Bar. in eod. §. & col. versi. vltimò uos uidetis, tractat de significatione uocis, in † Dic tu uocẽ hanc, in, intrinsicitatem indicare. l. j. §. in flumine. ff. de flum. §. cùm in sua, inst. de rer. diuis. Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. post numerum 28. de const. & ideò ex hoc infertur eum, qui aliquẽ offendit in porticu, in statuto puniente offendentem in domo non contineri. Feli. in rubrica. de sponsal. num. 8. alioqui uerò dicendum uideretur, si eum in ostio domus aggrederetur. l. j. §. cloacæ appellatione. ff. de cloac. & ibi Bar. & de huius uocis proprietate, vide Specul. in titu. de disp. §. post hæc, vers. vel ibi imponitur, & Doct. hic.

Summarium in l. si quis filio. ff. de iniusto, rupt. testam.

1 *Is qui uult admitti ad rumpendum testamentum, est necesse quòd sit suus tempore mortis.*

Bar. in l. si quis filio. ff. de iniust. rupt. test.

1 Bart. in d. l. si quis filio, in principio colligit ex tex. necesse esse, ut is qui uult † admitti ad rumpendum testamentum, sit suus tempore mortis. vide Aret. in cõs. 144. ubi tradit etiam de nepote concepto post mortem aui, de quo hic subiungit Bar.

Summarium in d. l. si quis filio. § . irritum. ff. de iniust. rup. test.

1 *Sententia secum trahit executionem.*

Bar. in d. l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniust. rup. test.

1 Bar. in ead. l. §. irritum, ait, sententiam † secum trahere executionem. sed quærit, quid si non declarauit, & respondit, se putare testamentum ualere. Ad istum tex. uide Paul. de Cast. in l. ambobus. C. de testa. milit. & Bal. in consi. 244. in 5. vol.

Summarum in d. l. si quis filio. § . eius qui. ff. de iniust. rupt. testa.

1 *Si artifex moriẽs, et desunt succedẽtes ab intesta. collegiũ illius artis in eius successione fisco est præferendũ.*

Bar.

Bar.in d.l.si quis filio.§.eius qui.ff.de iniust.rup.testa.

1 BART. in ead.l.§.eius qui,ait,si artifex † moritur,& desunt succedentes ab intestato, collegium illius artis in eius successione fisco esse præferendum. hanc decisionem sequitur Ias. in l. j.col.fin.in 1.gl.C.und. uir.& ux.ubi limitat ut successio huiusmodi locum habeat quo ad bona ibi tantùm existentia,non alibi.

Summarium in d.l. si quis filio. §. si autem.ff.de iniust.rupt.testa.

1 *Si aliquis à sententia prouocauit, quamuis à iudice appellatio non recipiatur, tamen executionem sententiæ debere differri.*

Bar.in d.l.si quis filio.§. si autem.ff.de iniust.rup.testa.

1 BART. in ead.l.§.hi autem,inquit,si aliquis à sententia † prouocauit,quamuis à iudice appellatio non recipiatur,tamen executionem sententiæ debere differri. vide Ias. in l.de pupillo. §.si quis riuos.ff.de oper.nou.nunc.& in l.j.in 1.notab.C.de precib.Impera.offeren.

Summarium in l.nam similes.ff.de iniust.rup.testa.

1 *Rupto primo gradu, qui ualet iure speciali, secundus qui dependet ex eo non rumpitur.*

Bar.in l.nam si miles.ff.de iniust.rup.testa.

1 BART. in d.l.nam si miles,sic ait in summa. Rupto primo † gradu,qui ualet iure speciali, secundus,qui dependet ex eo,non rumpitur. vide Aret. in l.ij. colu.3.versic. Circa primum.ff. de uerb.obligat.

Summarium in l.posthumus.ff.de iniust.rup.testa.

1 *Testamentum ruptum posthumi agnatione eo decedente uiuo testatore reconualescit de iure prætorio.*

2 *Testamentum nuncupatiuum ruptum agnatione posthumi, eo decedente uiuo testatore reconualescit.*

3 *Quare testamentum uiuo testatore reconualescat.*

4 *Filio nato & præterito, testamentum generaliter non reconualescere.*

Bar.in l.posthumus.ff.de iniust.rup.testa.

1 BART. in d.l.posthumus,ita inquit,in summa. Testamentum † ruptum posthumi agnatione,eo decedente,uiuo testatore reconualescit de iure prætorio. & reliqua,ut ibi per Bar. Circa materiam huius.l.uide omninò Pau.de Cast.in l.ij.C.de posth.hæred.insti.ubi multas posuit quæstiones. & præcipuè donationem reuocatam superuenientibus liberis,eis mortuis non re-
2 conualescere. & hoc idem esset etiam in testamento † nuncupatiuo. quod est de iure ciuili, quamuis ista.l.procedat de iure prærorio. ita egregiè docuit Pau.de Cast.quem extollit Dec. in l.ij.C.de bonor.poss.secundum tabul.& ad istam.l.uide Alex.in l.si pater,col.fi. C.de inst. & subst.& Ias.in d.l.ij.col.2.& in l.posthumo,col.2.de bonor.poss.contratab.& Fulg. in cons.69.
3 & dum Bar. subiungit rationem, quare testamentum † uiuo testatore reconualescat, esse quia præsumitur decedere durante eadem uoluntate. istam rationem refert Pau.de Cast.in d.l.ij.C. de posth.hæred.insti. quamuis non citet Bar. hic,tamen ibi sequitur decisionem contra istam
4 rationem. Prætereà dum Bar.distinguit in uersi.in filio,circa filium † natum præteritum,an sint instituti uenientes ab intestato,an non. Tu aduerte,quia generaliter dicendum est, filio nato præterito testamentum non reconualescere. ea ratione,quia à principio fuit nullum,ideò confirmari non potest. quam sequitur Bar.hic paulò antè attendendo gl.ibi propter bonum initium.Et ista ratio militat etiam quando instituti sunt uenientes ab intestato,licèt isto casu Bar. contrarium sentiat.Adde testamentum,in quo filius est præteritus,nullius esse momenti,etiam si dicto filio præterito factum esset legatum de tota sua portione,nisi dictum fuerit,iure institutionis.Dec.in cons.631.

Summarium in l. si ita.ff.de iniust.rup.test.

1 *Si exhæredaui masculum & natus est masculus, testamentum non rumpitur.*

Bar.in l.si ita.ff.de iniust.rupt.testa.

BART. in d.l.si ita,inquit, textum hunc, legi duobus modis: primo si exhæredaui masculum, † & natus est masculus, testamentum non rumpi. item si exhæredaui fœminam, & nata
1 est fœmina.Secundo modo legitur, si exhæredatio facta est his uerbis: Si filius masculus natus,

natauè

natauè sit; quia uox illa, vè, accipitur pro, &. Tu de hac uoce, vè, adde Bar. in l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub. col. 2. versi. quandoque. Attende circa huius. l. intellectum, quoniam alio modo legi posset, habendo literam affirmatiuam, pro ut communiter stat, scilicèt, utrisque natis, rumpitur testamentum. & ita erit pulchra decisio tex. & dubitabilis, ut in materia exhæ-
* redationis casus mixtus sub simplici contineatur. & ita tenendo probabitur * communis opinio, de qua habetur in l. ij. in princ. ff. de uerb. oblig. alioqui ista. l. perturbat istam materiam, in l. cùm quidam. ff. de lib. & posth.

Summarium in l. cum ij. ff. de iniuſ. rup. teſt.

1 *Ad hoc ut secundum testamentum tollat primum, satis esse inspecto tempore secundi testamenti tale fuisse secundum testamentum, ut possibile fuerit aliquo casu contingere posse ex eo hæreditatem adiri.*

Bar. in l. cùm in secundo. ff. de iniust. rupt. testa.

1 BART. in d. l. cùm in secundo, in prima oppos. ait, ad hoc ut secundum † testamentum tollat primum, satis esse inspecto tempore secundi testamenti, tale fuisse secundum testamentum, ut posibile fuerit aliquo casu contingere posse ex eo hæreditatem adiri, quamuis hoc non contingat. vide Alexand. in cons. 87. in 3. volum. ubi pulchrum ponit exemplum in filio legitimato præterito.

Summarium in l. filio præterito. ff. de iniuſ. rup. testa.

1 *Filium præteritum posse approbare testamentum ut ualeat.*
2 *Si testator filium suum grauauit legatis, multò magis esse præsumendum quòd nepotem grauasset, qui erat in ulteriori gradu.*
3 *Non est inconueniens si in substitutionibus quandoque nepotes censeantur filijs prædilecti.*
4 *Utrum id quod dari debeat hæredi instituto causa conditionis implendæ, dari debeat filio præterito uel exhæredato, apud quem hæreditas remaneret.*
5 *Filium præteritum approbare posse testamentum in præiudicium institutorum.*
6 *Filium, qui se non immiscuit hæreditati, nec aliquem actum fecit, sed per 30. annos tacuit, excludi.*
7 *Qui excluſus est iure prætorio, quamuis alioqui uenire posset de iure ciuili, locum habere ius accrescendi.*
8 *An testamentum non habens solennem numerum testium, approbari possit à uenientibus ab intestato.*

Bar. in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. testa.

1 BART. in d. l. filio præterito, col. 1. versi. ex secunda parte, ait, filium præteritum † posse approbare testamentum, ut ualeat. vide multa similia apud Card. in cons. 105. & pro limitatione, Ias. in l. sicut. C. de testa. milit. & Alex. in cons. 76. in fi. in 3. vol. ubi etiam ipse limitat, ut per Paul. de Cast. & alios hic. Dum autem Bar. in 3. col. distinguit, Aut filius est præteritus à testatore sciente, & reliqua, ut per eum. Ad istam distinctionem Bar. & de hac materia uide omnino Aret. in cons. 93. col. 4. ubi etiam facit uim in illis uerbis Bar. in 4. col. uersi. pone aliquem.

2 Bar. in ead. l. col. 5. circa medium, inquit, si testator † filium suum grauauit legatis, multò magis esse præsumendum, quòd nepotem grauasset, qui erat in ulteriori. Attende hanc consequentiam, quam facit Bar. quia uidetur ueritate carere; quoniam naturaliter maior est affectio in posteros, quanto sunt remotiores, ut scilicèt, magis nepotes, quàm filij diligantur, & magis pronepotes, quàm nepotes, cùm in eis longior propago, & descendentia uideatur. gl. in l. isti quidem. ff. quod met. caus. ubi pro ratione maioris affectionis affert maiorem conseruationem.

3 & ideo non est inconueniens, si in substitutionibus † quandoque nepotes censeantur filijs prædilecti, ut docuit Curt. iunior. in cons. 169. Materia præmissæ. col. fi. & Ludou. Bologni. & alij, quos refert & sequitur Mari. Soc. iuni. in cons. 126. nu. 54. & dum Bar. in ead. col. ante uersiculum quintò est uidendum, ait, legata, quæ relinquuntur ab intestato conseruari rupto testamento ex causa præteritionis. vide Alex. in l. sæpe, col. 6. ff. de re iudic.

4 Bar. in ead. l. col. 7. propè fi. quærit, utrum id, quod † dari debebat hæredi instituto causa conditionis implendæ, dari debeat filio præterito, uel exhæredato, apud quem hæreditas remanet? & remittit se ad quædam iura: ex quibus colligitur id dari debere. pro qua opinione fa-

ci,

cit, quod uoluit idem Bart. in l. cum filio, colu. 4. ff. de leg. 1. Tamen contrarium voluit Imol. & Alex. hic, & Salic. in auth. ex causa, col. 5. C. de liber. præterit.

Bar. in ead. l. col. 9. vers. expedita ergo, ait, postquàm expediuit secundam partem, ad tertiam esse deueniendum. Aduerte, quia etiam si iste tex. de iure prætorio, atque ita de testamento in scriptis disponat, eam tamen habere locum etiam de iure ciuili, per ea, quæ dixi in l. posthumus, suprà eod. dum autem Bar. in uersi. secundò oppo. prosequitur hanc tertiam partem, uide Alex. in l. posthumo, col. 3. versi. subsequenter de difficili quæstione. C. de bonor. poss. contratab. & in 4. col. extendit ad casum, in quo filius in potestate, & unicus esset præteritus extraneo instituto. vide eundem in l. si quis posthumos. §. si filius, col. 7. suprà tit. 1.

5 Bar. in ead. col. versi. sed puto contrarium, uult, filium † præteritum approbare posse testamẽtum in præiudicium institutorum, qui si contra tabulas dicerent, & rem ad causam intestati redigerent, plus consequerentur, quàm ex testamento. sed contrarium tenuit Alex. in l. posthumo, col. 3. uersi. subsequenter. C. de bonor. poss. contratabul. ubi uult, filium præteritum approbare non posse quò ad consequendam minorem partem, ut prædictum est; alioqui uerò quò ad hoc, ut legata præstentur ex testamento. Et ad hunc textum uarias posuit solutiones, præcipuè unam, quæ hunc textum limitat. & in 4. colu. limitat etiam non procedere in præiudicium exhæredatorum: quoniam approbare non potest, & ut latius ibi uidere est.

6 Bar. in ead. l. col. antepen. versi. Præterea hic dicit, ait, filium, † qui se non immiscuit hæreditati, nec aliquem actum fecit, sed per 30. annos tacuit, excludi. vide hoc Bart. documentum adductum ab Abb. in consi. 3. in 2. dub. in 2. vol. Ant. de Butr. in cons. 26. & in cons. 68. & Alex. in l. posthumo, col. 9. C. de bon. poss. contratab.

7 Bar. in ead. col. versi. contra hoc uidetur, uult, in eo, qui excluſus † est iure prætorio, quamuis alioqui uenire posset de iure ciuili, locum habere ius accrescendi & opinionem illam, quæ habet, eum, qui est excluſus de iure prætorio, posse uenire de iure ciuili, procedere quando nemo est, cui portio possit accrescere. istam autem sententiam hæreticam esse inquit Ias. in l. suum. C. de iure deliber. eã tamen sustinet in l. unica, col. 12. & seq. C. quand. non potent. par. uide Alex. in l. posthumo, col. 10. ver. iuxta prædicta. C. de contratab.

8 Bar. in ead. l. col. pe. quærit, an testamentum † non habens solennem numerum testium approbari possit à ueniẽtibus ab intestato? uide Alex. in d. l. posthumo, col. 9. & seq. C. de cõtrata.

Bar. in ead. l. in fi. agit de confirmatione testamenti conditi ab usurario, præstita cautione. Vide de Aret. in l. ij. §. fi. col. 13. ff. de uulg. & pupill. Feli. in c. significantibus, col. 5. versi. ulterius, de testi. Barb. in consi. 12. col. 6. in 1. vol. Alexand. in d. l. posthumo, col. antepen. C. de contratab. uide etiam Abb. in consi. 1. in 2. vol. ubi ait, usurarij testamentum non ualere, quamuis in genere cautionem præstet de uniuersis restituendis: quia requiritur specialis cautio.

Summarium in l. j. ff. de his quæ in test. delen.

1 *Legi posse ea, quæ oculis prospici queunt, & scripta sunt, non autem quæ intellectu percipiantur.*

2 *Vulgaris expressa quamuis contineat pupillarem, & contra, tamen hoc non militat quando statuto cautum esset, ut uerba ad litteram intelligantur, quia non sunt ad literam.*

3 *Si statuto cautum est, instrumenta publica debere exequi, utrum mulier quæ habet instrumentum confessionis dotis, petere possit executionem huiusmodi instrumenti.*

Bar. in l. j. ff de his, quæ in testa. delen.

1 BART. in d. l. j. in principio colligit ex tex. legi † posse ea quæ oculis prospici queunt, & scripta sunt, non autem quæ intellectu percipiuntur. sed contra hoc faciunt trad. per Ias. in l. si quis filiumfamilias in fi. col. 85. versic. tertiò principaliter. ff. de acquir. hæred. ubi ait, uocem, scriptos, uerificari in eo, qui non est scriptus scriptura uisibili, & sic in hæ hr̃de hr̃dis: quãuis aliud sentiat de uoce, infrascriptos, ut ibi per eũ. Ad hoc accedit, quia l. fi. C.

de

de edict.diu.Adri.tollen.quæ disponit de hæredibus scriptis,locum habet etiam in ijs,qui ex so la inspectione testamenti non uenirent,ut ibi per Ias.col. 3.in gl.in uoce,ex parte, & col. 4.vers. ex tertia,& col. 5.versi.subdit,& uer.eodem modo,ubi tex.sentiens de scriptis hæredibus, pro cedit etiam in non scriptis in litera siue scriptura. vide etiam Alex.in l.iij.col.2.versic.possetff. de leg. 1.scias quoque sensum,qui ex uerbis expresis elicitur,dici necessarium,& ad literam es
2 se. Feli.in c.translato.de const.& ideo quamuis uulgaris † expressa contineat pupillarem,& cõ tra,tamen hoc non militat,quando statuto cautum esset,ut uerba ad literam intelligantur;quia non sunt ad literam,ut hic per Bar.ita Ias.in l.nam hoc iure,col. 2.versi.limita. ff. de uulg. & pupill.& aduerte quoniam hoc Bartoli documentum procedit in uoce,lectis,non autem in uoce, inspectis,& cognitis,ut per eundem Bar.in l.qui Romæ.§. duo fratres, colum.7.quæst.4.ff.de uerb.obliga.l.de his.ff.de transact.ubi uide quæ posui ad Bar.& de uoce,scriptus, vide Pau. de Cast.in l.postulante,in princ.ff.ad Trebell.ubi Alex.ubi uolunt etiam hæredem hæredis contineri. de qua re uide Ias.in l.cùm filiusfamilias,in princ.col. 2.ff.de uerb.oblig.& uideas Angel. in consi.ultimo.ubi per eum tex. ait, apparere illud dici,quod potest inspici, & non ex coniecturis colligi.

3 Bar.in ead.l.in 3.notab.inhærendo prædictis, quærit,si statuto † cautum est,instrumenta pu blica debere exequi; utrum mulier,quæ habet instrumentum confessionis dotis, petere possit executionem huiuscemodi instrumenti ? Circa quæstionem hanc uide Feli.in c. 2.col.6.de pro bat.& in c.sicut,col. 3.de iudic.Barb.in consi.46.col.6.in 1.uol.& in c.translato,col.7. & fin.de const.& ibi Feli.& Dec.Rom.in cons. 176.col.6.Cor.in cons. 141. col. pe.in 3.vol. & in consi. 143.col.pen.in 4.vol.Alex.in l.iurisgentium.§.quod ferè.ff.de pact.Ias.in §.fuerat col. 13.insti. de action.& in l.certi condictio.in princ.col.5.& seq.ff.si cert.pet.& in l.cùm filiusfamilias.col. 2.ff.de uerb.oblig.& omnino Alex.in consi. 126.Repetitus in causa,in 6.vol.& dum Bar. circa propositam quæstionem ait,tacitam stipulationem,quæ in huiusmodi continetur instrumento,dici non posse legitimè esse scriptam in instrumento, sed intelligi authoritate legis: & ideo illud instrumentum exequi non posse: Attende,quia decisionem hanc refellit Feli.in d.c. translato,col. 2.& 3.& Laur.in tract.instrumentorum,in 10.quæst.primæ part. & Antonius de Canario in tract.de execut.instrum.in 29.quæst.sed eam sequitur Bald.in l. ad probationem.j. C.
* de probat.& ita * communiter tenetur secundum Alex.in d.l.iurisgentium.§.quod ferè,in fin. vide etiam Aret.in l.si in testamento.ff.de uulg.& pupill.Bal.nouell.in tract.de dot. in 6.par.in 2.priuileg.& in 7.& Soc.in l.in insulam.ff.de uerb.oblig.Ang.Aret.in §.fuerat,colu. 2. inst. de action.Ant.de Butr.& Abb.in c.cùm olim,in ult.notab.per illum tex.de censib.& Pau.de Cast. & omninò Alex.in l.postulante.ff.ad Trebell.

Bar.in d.l.j.§.& ideo.ff.de his quæ in test.delen.

Bart. in ead.l.j.§.& ideo,infert ex tex.ad uerba illa,quæ in fine instrumentorum à notarijs poni consueuerunt, scilicèt,ea,quæ scripta sunt & addita,propria manu scripsi & addidi. vide Abb.in c.3.de fid.instr.ubi Feli.colu.4.versi.quinta. & ad dicta Bar.hic uide Præposit. in c.memoria,col.2.14.dist.Abb.in consi.50.col.2.in 1.vol.Pau. de Castr. in consi.38. & Angel. in consi.34.

Summarium in l.cancellauerat.ff.de his, quæ in test.delen.

1 *Cancellatio restringitur ad causam cancellationis.*

Bar.in l.cancellauerat.ff.de his quæ in test.delent.

1 Bart. in d.l.cancellauerat,colligit,cancellationem † restringi ad causam cancellationis. vide Cæpoll.in consi.7.col.pen.Imol.in consi.89.Aret.in consi. 162.col.4.Feli.in cap.cùm te, col.fin.de re iud.

Summarium in l.proximè.ff.de his quæ in test.delen.

1 *Magni domini, & ciuitates quæ superiorem non recognoscunt, iudices sunt in causa propria.*

Bar.in l.proximè.ff.de his quæ in testa.delen.

Bart. in d.l.proximè,inquit,magnos dominos, † & ciuitates, quæ superiorem non recognoscunt,

gnoscunt, esse iudices in causa propria. Ad istam l. vide Oldrad. in consi. 124. & Alex. in consi. 1. col. 3. in 5. uolu. & Soci. in consi. 120. col. 7. in 1. uol. vbi ait, Principem posse esse iudicem in causa propria, quando litigat cum subdito suo, alioqui uerò si cum subdito alieno. Ad prædicta uide Bar. in l. & hoc Tiberius. ff. de hæred. instit. & quando Princeps uel alius non recognoscens superiorem iudicat in causis suis, sequi debet ius fori conscientiæ, non autem rigorem iuris communis, vt per Barto. in l. j. C. vt quæ desun. aduoc. & eo casu attendendum est id quod Deus ipse esset iudicaturus. Bal. in l. fi. in princ. in 6. q. C. de iur. delib. Alber. Brun. in cons. 82. & uide quæ posui in lucubrationibus in prima const. §. omnem.

Summarium in d. l. proximè. §. nomen. ff. de his quæ in test. delen.

1 *Causa pia, & causa libertatis, æquiparantur.*
2 *Legatum ad pias causas non minuit legitimam.*

Bar. in d. l. proximè. §. nomen. ff. de his quæ in test. del.

1 BART. in eadem l. § nomen, æquiparat † causam piam, & causam libertatis. pro hac opinione facit, quia libertas & pia causa conuertuntur, secundum Bal. in l. j. in princip. C. de caduc. tollen. Alex. in cons. 76. col. fi. in 3. vol. & multa similia vide per eundem Alexan. in l. Centurio. ff. de uulg. & pupill. Roma. in consi. 225. Ias. in l. si unus, col. 2. C. de testa. Et dum Bar. hic in fine ait, idem in relictis ad pias causas eadem ratione: Dicas immo fauorabiliorem esse causam libertatis, quàm sit causa pia: nam legatum † ad pias causas non minuit legitimam. gl. in l. siquis
2 ad declinandam. C. de episco. & cleric. quæ adducit dictum Augustini. Legatum autem libertatis minuit eam. l. Papinianus. §. sed an libertates. ff. de inoffic. testam. & hoc argumentum ualidum esse ait Ias. in l. quæ dotis, col. 45. vers. vltra Bar. ff. sol. matrim. Hoc autem, scilicèt legatum libertatis pium esse, limitatur quando relinquitur amore Dei, aliter non, vt per Ias. in l. j. colu. 4. vers. ad hoc. C. de sacrosanc. eccles. & ad istum tex. vide Abb. in cap. 3. in princ. de fide instrum. vbi Feli. prope fi. Quæ autem dicantur esse relicta ad pias causas, docuit Alex. remissiuè in consilio 123. in 4. vol. & in cõs. seq. Quot uerò sint priuilegia piæ causæ, docuit Soc. in tabula regularum cum fallentijs, vbi lxij. priuilegia enarrauit.

Summarium in l. j. ff. de hæredibus instituendis.

1 *Personam instituentis hæredem esse subintelligendam.*

Bar. in l. j. ff de hæred. instit.

1 BART. in d. l. j. in principio, inquit, personam † instituentis hæredem esse subintelligendam, ut si dicat; Titius hæres esto, subintelligitur, mihi. vide Paul. de Castr. in cons. 2. & dum Bart. ex hoc infert ad notarium, ut si asserat se rogatum fuisse, intelligatur à partibus uel à testatore. in hoc uidetur Bar. sentire credendum esse notario asserenti se fuisse rogatum. de qua re uide Alex. in cons. 152. cum ibi addit. in lib. primi & secundi uol. Et an in dubio notarius præsumatur rogatus, & à quibus rogari debeat: vide Abb. in cap. primo de fide instrumen.

Summarium in d. l. j. §. si ex fundo. ff. de hæred. instit.

1 *Hæres, qui est institutus in re certa, est hæres uniuersalis, quãdo alius non fuit uniuersaliter institutus.*
2 *Hæres si esset institutus in usufructu an censeatur uniuersaliter institutus.*
3 *Hæres si esset institutus in re certa, hoc adiecto, vt nihil aliud petere possit, an censeatur uniuersaliter institutus.*

Bar. in d. l. j. §. si ex fundo. ff. de hæred. instit.

1 BART. in ead. l. § si ex fundo, tradit, eum, qui in re † certa institutus est hæres, esse hæredem uniuersalem, quando alius non fuit uniuersaliter institutus. De hac re uide Angel. in consilio 358. & Alexand. in cons. 334. vers. sed aduertendum est, in libro primi & secundi uolumi.

& Bar. in l.ex facto,infra eodem titu.& in l.quoties.C.de hæred.instit. vbi latissimè Ias.col.1.in 1.notab.& col.3.in prima glo.& in fi.uers.secundò limita. Et regulam huius tex.limita non procedere in eo, cui relictum est fideicommissum particulare: quia non trahitur ad uniuersale.l. nam quod.§.non omnis,vbi Alex.in 4.notab.ff. ad Trebell.vbi aliqua ad rem hanc pertinentia
2 docuit. Quid si hæres † esset institutus in usufructu nullo dato cohærede, an censeatur uniuersaliter institutus? vide Alexand.in consi.253. viso themate, in libro primi & secundi uolu. vbi tenuit eum esse hæredem uniuersalem,per istum tex.& in consi.305. Circa primum, in eodem lib.& ad prædicta faciunt trad.per Alexan. in cons.20.col.2. in 3.vol.& Federic.in consi.131. Capr.in consi.9.in 3.dubio.& in consi.25.Abb.in c.quia ingredientibus, in fi.de testa.Quid si
3 hæres † esset institutus in re certa,hoc adiecto,vt nihil aliud petere posit? Respondeo,eum nihilominus petere posse uniuersam hæreditatem per ius accrescendi, non obstante prohibitio-
* ne,secundum magis * communem opinionem: ita Curt.in cons.74. Item limita regulam hanc non procedere in exhæredatione,quoniam exhæredatus à parte non intelligitur à toto.l. cùm quidam.ff.de liber.& posth.vbi omnes. & ad istum tex.vide Ang.in consi.358.& omnino uide Io.Crot.in repet.l.primæ.nu.37.ff.de leg.1. vbi tradit an hæres institutus in re certa æquiparetur hæredi uniuersali,an legatario?

Summarium in d.l.j.§. sin autem.ff. de here.institu.

1 *Iudex si in sententia dixit, Titium absoluo, & in expensis uictum uictori, utrum uictus censeatur condemnatus.*

Bar.in d.l.j.§.sin autem.ff.de hære.instit.

1 Bart. in ead.l.§.sinautem,in fi.quærit, si iudex † dixit in sententia, Titium absoluo,& in expensis uictum uictori,vtrum victus censeatur condemnatus,quamuis desit uerbum,cõdemno? & decidit, eum esse condemnatum: quamuis contrarium fuerit iudicatum. vide Barb. in cons.5.colu.2.in 1.volu. & in simili casu Rom.in consi.170. & declara ut per Paul.de Castr.in cons.319.col.2.& Alex.in cons.78.Eleganter, in primo dub.in 5.uol.

Summarium in l.circa.ff.de hæred.instit.

1 *Conditionis defectus de præterito, uel de presenti uitiat institutionem.*

Bar.in l.circa.ff.de hæred.instit.

1 Bart. in d.l.circa, sic ait in summa. Defectus † conditionis de præterito uel de præsenti uitiat institutionem; sed si de futuro purificat, si ex facto testatoris dependet. & hoc ait esse
* intellectum Dyn. Adde eum esse * communiter approbatum. Alex.in l.Stichum qui meus erit, in princ.in prima limit.ff.de leg.1.& dum oppo.Bar.de.l. Stichum qui meus erit, vide pro declaratione obiectionis.Alex.in l.pen.C.de inst.& subst.& Ias.in d.l.Stichum,col.4.& seq.

Summarium in l.suus.ff.de hæred.institu.

1 *Filius potest instituí tantum sub conditione potestatiua.*

2 *Filius cui relinquitur certa quantitas, & ipse dicat se nolle eam, sed uelle quantum est ualor ipsius in bonis defuncti potest hoc dicere.*

Bar.in l.suus.ff.de hæred.insti.

1 Bart. in d.l.suus,in summa inquit. Filium † posse institui tantùm sub conditione potestatiua. Quæro hic, an conditio ista, si monasterium ingredietur, dicatur esse potestatiua? vide Bar.in l.fi.in fi.ff.de cond. inst. Quid de ista, si filius manserit in mea potestate? vide Ruin. in l. Gallus.§.& quid si tantùm,in fi.quarti notab.ante glo.in uoce, emancipatus.ff.de liber. & posthu.& in materia conditionis potestatiuæ, causalis & mixtæ, vide multa apud Ias.in l.si pater. C.de instit.& subst. Quæro conditio ista, quòd aliquis studeat in legibus, quando dicatur impleta? Dec.in cons.177. Item scias in re proposita,conditionem, quæ non dependet à sola potestate alicuius,interpretari,si per eũ non stat quominùs conditio impleatur. Dec.in cõs.629.
2 Bar.in eadem l.in fi.ait, filium, † cui relinquitur certa quantitas,& ipse dicat se nolle eam, sed uelle

uelle quantum est ualor ipsius in bonis defuncti, posse hoc dicere, dum tamen nolit tantam partem in qualibet re, sed in aliqua re arbitrio boni uiri. vide Alexan. in l. Marcellus. §. res quæ, colu. fi. vers. quid autem in legitima. ff. ad Trebell. & aliquid in consi. 69. in primo uol. & omnino in consi. 53. in fi. in 3. volu. Roma. in cons. 277. Aret. in cons. 156. colu. penul. & fi. & Dec. in consi. 71. col. pen. in 7. quæst.

Summarium in d. l. suus. §. sed etsi. ff. de hære. institu.

1 *Quando aliquis dicatur desinere posse.*

2 *Condemnatus siquis fuit in centum, & si soluere non potuerit, amputetur ei pes, quando dicatur ista conditio impleta, quòd soluere non potuerit.*

Bar. in d. l. suus. §. sed & si. ff. de hære. inst.

1 BART. in eadem l. §. sed et si filio, vers. uides ergo, tradit † quando aliquis dicatur desinere posse. vide tu Aret. in l. ita stipulatus, colu. 3. in septimo notab. ff. de uerb. obliga. vbi ait Barto. hic se confundere.

2 Bart. in eodem §. versic. iuxta prædicta, quærit, si aliquis fuit condemnatus † in centum, & si soluere non potuerit, amputetur ei pes: quando dicatur ista conditio impleta, quòd soluere non potuerit? vide Bar. in l. fi. C. de his quibus ut indign. vbi Ias. & Alex. & in l. ita stipulatus, colu. 4. ff. de uerb. obliga. Et dum subiungit Bar. vtrum ad decisionem huius quæstionis utendum sit legibus, quæ disponunt de contractibus, an uerò de ultimis uoluntatibus? pro resolutione, dic ut per eundem Bar. in l. j. col. ij. post glo. ibi. & in d. l. j. C. de his quib. ut indign.

Summarium in l. quoties. §. & si non. ff. de hered. instit.

1 *Scriptum à notario si aliter reperitur, quàm dictum fuerit à contrahentibus, præsumitur id factum errore, non autem falso.*

2 *Literæ quæ sunt in communi usu, vt, v. pro quinque & x. pro decem quando probent.*

Bar. in l. quoties. §. sed si non. ff. de hæred. instit.

1 BART. in d. l. quoties. §. sed si non, vers. tertiò lex, inquit, si aliter reperitur † scriptum à notario, quàm dictum fuerit à contrahentibus, præsumi id factum errore, non autem falso. Adde Alexand. in cons. 169. in libro primi & secundi uolum. & Ias. in l. qui accusare, in tertio notab. C. de eden. vbi citat tex. in l. qui adhibitus, in fi. C. de his qui sibi ascrib. in testa. quem adnotat Bald. in l. j. in fi. ff. de lega. Ias. in l. singularia, col. 20. ff. si cert. pet. Felin. in cap. 3. versi. tertia conclusio, de fide instrumen. vbi limita. & aliam limitationem posuit Ias. in l. iubemus, columna secunda. C. de testa. & hoc latissimè comprobat Socin. in consilio 277. in primo uolu. vbi multas posuit coniecturas ad excusandum notarium. & de hac re uide omnino Docto. in d. l. iubemus. vbi Alexand. & Ias. quando præsumatur dolus tradiderunt, & quomodo notarius teneatur si aliquam solennitatem omisit.

2 Bar. in eodem §. in fin. tradit de literis, † quæ sunt in communi usu, vt v. pro quinque, & x. pro decem, quando probent. vide doct. in auth. quod sine. C. de testa. An autem literæ scriptæ per zipharas probent? vide Alex. in cons. 146. In causa & lite, in 5. uol.

Summarium in l. quoties. §. tantundem. ff. de hære. instit.

1 *Error probatur, quando in tractatu de faciendo testamento, vel contractu aliquid exprimitur, & postea aliud est factum.*

Bar. in d. l. quoties. §. tantundem. ff. de hæred. insti.

1 BART. in eadem l. §. tantundem, in fine colligit sing. ex isto text. errorem † probari quando in tractatu de faciendo testamentum uel contractum aliquid exprimitur, & postea aliud est factum: nam intelligitur per errorem. Hoc idem uoluit Bartol. in l. Titia. §. idem respondit, primo. ff. de uerbor. obligatio. & Aret. in l. ita stipulatus, eodem titu. id quod adnotandum est pro limitatione iurium, quibus cauetur, ignorantiã in facto proprio non præsumi. Et an & qñ in facto proprio error sit tolerabilis. Bar. in l. j. C. de cõfes. & quis sit iustus error, in l. Celsus.

ff.de uſucap.& de errore uide plenè docto.& maximè Iaſ.in l.ſi per errorem.ff.de iuriſd.omni. iudic.& in l.Barbarius.ff.de offic.prætor.

Summarium in l.quoties.§.ſi duo.ff.de hære.inſtit.

1 *Plures inſtituti in re certa diuidunt ſibi hæreditatem æqualiter, niſi teſtator aliud ſenſerit.*

2 *Teſtator ſi quendam inſtituit in fundo, nec adiecit eum, plus petere non poſſe, & alium uniuerſaliter inſtituit, qui tempore teſtamenti erat mortuus, an iſte erit hæres uniuerſalis.*

Bar.in d.l.quoties.§.ſi duo.ff.de hære.inſtit.

1 BART. in ead.l.§.ſi duo,ſic ait in ſumma.Plures † inſtituti in re certa diuidunt ſibi hæreditatem æqualiter,niſi teſtator aliud ſenſerit.Tu uerò de iſtis oĩbus uide latiſsimè Curt.in cõſ.74.

2 Bar.in eodem §.col.2.verſ. quæro teſtator,tradit,ſi teſtator † quendam inſtituit in fundo,nec adiecit,eum plus petere non poſſe,& alium uniuerſaliter inſtituit,qui tempore teſtamenti erat mortuus; an iſte erit hæres uniuerſalis? Bar.arguit contra,poſtea decidit eum eſſe hæredẽ uniuerſalem per ius accreſcendi. vide Capr.in conſ.60.col.pen.& fi.& in conſ.75.& Alex.in conſ. 58.Habita ſuper narratis.in 3.vol.

Summarium in l.quoties.§.ſiquis ita.ff.de hæred.inſtit.

1 *Vox, poſteà, neceſſariò non indicat temporis interuallum.*

Bar.in d.l.quoties.§.ſiquis ita.ff.de hæred.inſt.

1 BAR. in ead.l.§.ſiquis ita,colligit ex tex.uocem, poſtea,† neceſſariò non indicare temporis interuallum. vide quid ex iſto tex.inferat Oldr.in conſi.45.& ſcias de huius uocis ſignificatione.propria eſſe, vt temporis interuallum importet, glo. eſt in l.pacta conuenta,in uoce,poſteà.ff.de contrahen.empt.cum concord.citatis per Barba.in repet.rubricæ de reb.eccleſ.non alie.fol.26.tamen propter odium euitandum quandoque ſignificat incontinẽti,vt per Corſet. in ſing.ſuis,in hac uoce,poſteà,cum ibi additis,ubi plenè habetur de hoc.

Summarium in l.Titius.ff.de hæred.inſtit.

1 *Coniuncti ex re certa, pro uno habentur quò ad diuiſionem hæreditatis faciendam cum alio inſtituto.*

Bar.in l.Titius.ff.de hæred.inſt.

1 BAR. in d.l.Titius,ſic ait in ſumma,coniuncti † ex re certa pro uno habentur quò ad diuiſionem hæreditatis faciendam cum alio inſtituto.vide Dec.in conſi.122.

Summarium in l.interdum.§.paterfam.ff.de hæred.inſtit.

1 *Res in dubio intelligitur diuiſa in duodecim partes.*

2 *Pars quid ſignificet, & quid aliqua pars, & quid particula.*

Bar.in l.interdum.§.paterfam.ff.de hæred.inſt.

1 BART. in d.l.interdum.§.paterfamilias,inquit, in dubio † rem intelligi diuiſam in xij. partes,& ideo ille,qui uult petere duas partes ex tribus, debet exprimere, alioqui duæ partes de xij.intelligerentur. vide eundem Bar.in l.meminimus. C. quan. & quib.quar.pars.deb.lib.10. ſed attende quoniam hoc Bartoli documentum redarguitur: nam Barb.in c.2.de libell.oblat. Ancha.& Domin.de ſancto Gemin.in c.indemnitatibus.§ ſi uerò,de elect.in ſexto. & Abb. in c.extirpandæ,de præben.& in c.cùm homines,de decim. & Angel. in l.ſi rem.ff.de rei uendic. refellunt Bar.dicentes iura per eum citata procedere in hæreditate, in qua huiuſmodi ſolet fieri diuiſio,ſcilicèt de xij.partibus,ſed in reliquis contrarium ſeruari ubique. & contra Bar.dicũt eſſe tex.in d.c.indemnitatibus.§.ſi uerò.vide Barb.in c.1.de teſta.& omninò Ant.Corſet.in ſingularib. ſuis in uoce,pars,vbi de hoc plenè tradit.& quid ſignificet, pars,† & quid aliqua pars, & quid particula,&, Iaſ.in l.cætera.§.ſed ſi quis ad opus.ff.de lega.1.in l.j.C.de pact.in l.planè. §.ſi ita Titio.ff.de leg.1.& in l.qui filiabus.§.ſiquis ita. eod.tit. quandoque etiam partis appellatione totum continetur.Iaſ.in l.pater tuus.C.de hæred.inſt.& de parte & toto, vide Dec.in l. in toto.2.ff.de regul.iur.

Summa-

Summarium in l. Julianus.ff.de hæred. inſtit.

1 *Relatiuum quis uel qui, facit ueram relationem, non ſimplicem.*

Bar.in.l.Iulianus.ff.de hæred.inſt.

1 BAR. in d.l.Iulianus,ait,relatiuum,† quis,uel qui, facere ueram relationem,non ſimplicem. ex quo infert Bar.ad dicta teſtium. Vide Alex.in conſi.264.Viſo proceſſu,col.3.uerſi.præterea dictum teſtis,in lib.primi & ſecundi uol. & in conſi. 119.col.pen.in 1.uol. Rom.in conſi.490. Deci.in l.iij.in princ.in 2.notab.ff.ſi cert.pet.ubi comprobat glo. quæ de hac re mentionem fa cit in l.ſiue. C.de negoc.geſt.& in l.fin.ff.de magiſtr.conuen. Et de hoc dicto Bar. Mulier quæ damnauit,ſaluauit.uide glo.in §.his quoq;,in uoce,leges,in auth.ut lic.matr. & auiæ. Et de hac uoce quis uel qui,uide Bar.in l.ea tamen adiectio.ff.de leg.3.& Soc.in conſi.91.col.4.in 3.uol. Abb.in c.ex frequentibus. de inſt.in c.de cætero, & de cleric.non reſiden.& in c.nouit, de iudic.& in c.quoniam, de offi.deleg.& in conſi.86. Iaſ.in l.j.§.veteres.ff.de acquir. poſſ.in l.Miles.ff.de re iudic.& in l.cunctos populos.ff.de ſumm. Trinit.

Summarium in l.item quod Sabinus.ff.de hære.inſti.

1 *Reliqua ſi cui relinquuntur, ſi nihil reperitur, nihil habet.*

Bar.in l.Item quod Sabinus.§.ſed ſi.ff.de hæred.inſt.

1 BAR. in d.l.Item quod Sabinus.§.ſed ſi,inquit,eum † cui reliqua relinquuntur, ſi nihil reperitur,nihil habere.vide Card.in conſi.86.

Summarium in l.ex facto.ff.de hered.inſti.

1 *Verba enunciatiua conditionaliter prolata, non inducunt diſpoſitionem.*

2 *Verba enunciatiua inter eaſdem perſonas in antiquis probant, & alijs probationibus antecellunt.*

3 *Verba enunciatiua prolata à Papa de his, quę ab eo geſta ſunt, uſque adeò probare, ut probatio in contrarium non admittatur.*

4 *Verba enunciatiua quamuis communiter non probent, tamen fauore pię cauſę probant.*

Bar.in l.ex facto.ff.de hæred.inſt.

1 BAR. in d.l.ex facto,ſic ait in ſumma. Verba † enunciatiua conditionaliter prolata non inducunt diſpoſitionem.Vide Alex.in conſi. 251. Videtur prima fronte, in lib.primi & ſecundi uol.& in conſi.234.in eod.lib. Oldr.in conſi.121.Rom.in conſi. 65. Capr.in conſi.10.colu.3. Et uerba enunciatiua inſerta in priuilegio principis probare ait Alex.in conſi.6.in fi.in 1.uol. An autem in contractibus fidem faciant, uide hæc omnia per Bar.in l.ex hac ſcriptura, & quæ ibi poſui in lucubrationibus.ff.de donat.Abb.in conſi.29.in 1.uol.& in c.fi. col.antepen. cum ibi addit.de reſcrip.Roma.in d.cõſi.65.Ana.in conſi.32.in 3.dub.Imol.in clem.prima de probat.Aret.in conſi.23.in 2.dub.& in conſi.163.col.7.in 3.dub.ubi tradit,quid iuris quando priuilegium eſſet antiquiſsimum. Alex.in conſi. 16.in 5.uol. & ad prædicta uide omnino Alex.in conſi.153.& in conſi.155.eod.uol.5.Soc.in conſi.213.& in conſi.231.in 1.uol. Dec.in con-
2 ſi.36.& in conſi.242. & in conſi.595.ubi ait, uerba enunciatiua † inter eaſdem perſonas probare in antiquis,& alijs probationibus antecellere. Et quãuis uerba enunciatiua inter eaſdem perſonas inducant diſpoſitionem,tamen hoc fallit in ijs, quibus ipſe partes renunciare nõ poſſunt. An autem uerba narratiua probent? Alex.in conſi. 15.in 5.uol.Fel.in c.ſunt & alij, de reſcript.ubi etiam tradit,quid in uerbis narratiuis alicuius ſcripturæ particularis. Et quando uerba enuntiatiua prolata per modum cauſæ probent,uide Abb.in conſi.11.col.2.in 1.uol. Item
3 ſcias uerba enunciatiua † prolata à Papa de his, quæ ab eo geſta ſunt, uſque adeò probare, ut probatio in contrarium non admittatur. ſi uerò ſunt de ijs, quæ ab alijs geſta fuerunt, probant donec contrarium probetur. Soci. in conſil.266.colu. 10. in primo uolum. Item uerba enunciatiua inter eaſdem perſonas, probant quò ad effectum ualiditatis illius rei, de qua agitur; alioqui uerò ſi principaliter de ipſa re enunciatiua diſputaretur. Soc.in conſi.39. colu.9. in tertio uolumine. Et an & quando probent, uide Felin. in cap.cùm in iure. ff. de offic. delega. Soci.in conſi.68.in quarto uolu. Alexand.in conſi.112.in ſeptimo uolumine, ubi ait,

4 quamuis communiter uerba enunciatiua † non probent, ea tamen probare fauore piæ causæ. vide eundem Alex.in consi. 190.col.7.in 6.vol.Ias.in consi.155.in 4.vol. Item uerba enunciatiua super benemeritis probant inter personas non suspectas, nisi specialiter benemerita enarrentur.Ias.in consi. 154.in 2.volu. An autem uerba enunciatiua alicuius agnationis probent in antiquis,vide Ias.in consi.81.& in consi.114.in primo uol.Et an & quando uerba enunciatiua faciant fidem, vide Abb.in c. Albericus, de testibus, & quæ posui in d.l.ex hac scriptura. & ad ea quæ hoc in loco tradit Bar. vide omnino Alex.in consi. 126.in 5.vol.

Summarium in l. siquis instituatur. §. sed si bonorum.ff.de hære.institu.

1 *Institutus si differt adimplere conditionem,ei terminus est statuendus.*

Bar.in l.si quis instituatur.§. sed si bonorum.ff.de hæred.inst.

1 Bar. in d.l.siquis instituatur.§.sed si bonorum, ait, si institutus † differt implere conditionem,ei statuendum esse terminum, quo elapso dicas tu dandum esse curatorem hæreditati iacenti. Alex.in consi. 146.in lib.primi & secundi uolu. col.3. & dum Bart.subiungit de diminutione termini. De hac re an iudex possit minuere terminum, vide Ias. in rubri.C. de successor. edict.& in l.si curatoris.C.de iur.deliber.

Summarium in d.l. siquis instituatur. §. item si conditioni.ff.de hære.insti.

1 *Creditores quando uolunt agere contra bona defuncti, si hæres non reperitur, proclamatio generalis an sufficiat.*

2 *Statutum disponens, citationem fieri debere proprijs nominibus, sufficit generalis, quando facta diligenti inquisitione nomina propria citandorum sciri non poterunt.*

Bar.in d.l.siquis instituatur.§.item si conditioni.ff.de hære.insti.

1 Bart. in ead.l.§.item si conditioni, quærit quando creditores † uolunt agere contra bona defuncti,cùm non reperitur hæres,an sufficiat proclamatio generalis ? De hac re quomodo procedatur contra bona defuncti, vide Bart. in l.si diu.ff.ex quibus caus.in poss.eat.& quæ ibi pono in lucubrationibus.& Alex.in consi. 147.in lib. primi & secundi uolu. & in consi. 107.in princip.in 5.vol.Feli.in c.2.col.6.de const.& in c.cùm.M. Ferrarien.col.14.eodem tit. Aret.in consi.26.col.3.in primo dub.& in consi. 110.in princ.Ang.in consi.289. & Bart.in cons.incip. Missus in possessionem. ad quem accessit Alex.in consi. 225. Visa facti narratione, col.3.in lib. primi & secundi uolu.vbi habetur, eum non excusari, qui inquit se non feciſſe citare possessorem : quia ignorabat,& propterea feciſſe citationem generalem. Roma.in consi. 416.vbi ait,

2 quamuis statutum † disponat, citationem fieri debere proprijs nominibus,tamen sufficere generalem,quando facta diligenti inquisitione nomina propria citandorum sciri non potuerunt. Alex.in d.consi. 107.in 5.vol.Feli.in c.gratum, de offic.deleg. sic etiam citatio fieri non potest ad domum nisi quando facta diligentia non reperitur citandus. ita Abb. in consi.84.in 2.uol. & ad prædicta uide Card.in consi.74.& Bal.in consi. 126.in 2.vol.vbi tradit an uenditio facta cum proclamationibus generalib.noceat mulieri non citatæ in dote.vide etiam Abb.in c.quãuis,in fi.de re iudic.& dum Bar.in fi.huius.§.quærit,quia in tex.dicitur,interim,de quo tempore istud,interim'intelligatur,vide Capr.in cons.69.

Summarium in d.l. siquis instituatur. §. fi.ff.de hære.instituen.

1 *Contra bona defuncti non est agendum ad secundum decretum, nisi prius detur curator bonis, qui uẽdat.*

Bar.in d.l.siquis instituatur.§.fi.ff.de hæred.instit.

1 Bart. in eadem l.§.fi.in fi. inquit, contra † bona defuncti agendum non esse ad secundum decretum,nisi prius detur curator bonis,qui uendat.vide Alex.in cons. 100.col.2.in 5.vol.ubi ait neq; ad diffinitiuã esse procedendum sine curatore, neq; ad id,quod habet uim diffinitiuæ.

Summarium in l.hoc articulo.ff.de hære. instituen.

1 *Testator si legauit centum cuilibet filiæ suæ, quæ uidua fuerit, an ad legatum admittantur illæ solæ, quæ uiduæ erant tempore testamenti,an uerò etiam aliæ quæ uiduæ postea remanserunt.*

2 *Quisque, & omnis quomodo differant.*

3 *Dictiones*

3 *Dictiones istæ, quisque, & quicunque, verificantur in uno, & in omnibus.*

4 *Plures ingredientes unum castrum, cui eorum præmium debeatur.*

Bar. in l. hoc articulo. ff. de hæred. inst.

1 BAR. in d. l. hoc articulo, col. 2. quærit, si testator † legauit centum cuilibet filiæ suæ, quæ uidua fuerit, an ad legatum admittantur illæ solæ, quæ uiduæ erant tempore testamenti, an uerò etiam aliæ quæ uiduæ postea remanserunt? deciditq; etiam istas debere admitti. sed ista decisio Bar. vera esse non uidetur, quoniam huiusmodi uerba ad tempus præsens & præteritum referuntur, nisi fortè rei natura refragaretur. l. Plociana. ff. de iure codicill. & ita hoc Bart. documentum refellit Imol. in l. si ita legatum. ff. de lega. 1. & Alexan. in l. cum stipulantur. ff. de uerb. oblig. Paul. de Castr. in cons. 304. secundum antiquam impressionem, & in l. fin. C. de indic. uidu. tollen. faciunt ad rem trad. per Roma. in consi. 323. incip. Quò ad prædictum. vbi ait, constitutionem, quæ disponit de eo, qui laborauerit per annum, habere locum etiam in eo, qui laborauit de præterito. & per ista latè reprobat Ias. in l. iij. §. ex paucioribus, colu. 5. ff. de acquir. poss. vers. nota. & in l. quominus, col. 28. vers. sextò. ff. de flumin. Feli. in c. ad hæc. de rescrip. vbi
∗ limit. & Paul. de Castr. hic, & * comm. alij.

2 Bar. in ead. l. & col. tradit, quomodo differant, quisque, † & omnis. vide Fulg. in consi. 40. in 2. dubio. & quæ posui in lucubrat. in l. non distinguemus. §. cùm in plures. ff. de arbit. Et dum pro sequitur Bar. declarando, quæ nam distributiua sint simplicia, & quæ duplicia. vide quæ pono ad Bar. in l. si pluribus, col. 1. ff. de leg. 2. & Cæpol. in cons. 44. col. 5.

3 Bar. in ead. l. col. pe. ait, has uoces, quisque, † & quicunque, verificari in uno tantum, & in omnibus. De hac uoce quicunque, vide Rom. in consi. 31. & tex. in c. cum medicinalis, de sentent. excommun. vbi refertur ad omnes. Bar. in l. vt ait diuus. ff. de iure fisc. & ad prædicta uide eundem Bar. in consi. vltimo, & in l. necessarias. §. si annua. ff. de pignor. actio. Et ista uox, quicunq;, est adeò uniuersalis, vt ea etiam includit, de quibus fieri deberet specialis mentio. Soc. in consi. 3. col. fi. & in consi. 14. col. 1. in 3. volu. vbi limitat hoc non procedere ubi ista uox iuncta esset cum uoce alius. Et de huius uocis significatione uide Abb. in cap. super quæstionum, in glo. in uoce, quicunque. de offic. deleg. & est tex. in c. solitæ, de maior. & obedien. vbi qui dixit, quodcunque, nihil excepit. & est bona glo. in clemen. prima. in uoce, quibuscunque. de iudic. tradit Card. in c. fi. de accusat.

4 Bar. in eadem col. ponit quæstionem de pluribus † ingredientibus unum castrum, cui eorum præmium debeatur? vide Alex. in l. eum qui nouissimus, col. fin. ff. ad Trebell. Feli. in c. capitulum, nu. 43. cum sequ. vers. de duobus. de rescrip. Fulg. in consi. 97. Similiter in hoc eodem loco subiungit Bar. quæstionem circa statutum Pisanum, quo cautum erat, vt quicunque uexillum Florentinorum accepisset, centum haberet, & duo acceperunt, nec apparebat quis fuerit primus. De hac re uide Alex. in l. diuortio. §. ob donationem, col. 3. & sequ. ff. sol. matr. Felin. in d. c. capitulum, & de his uide in addit. ad Bar. in l. si fuerit. ff. de reb. dub. & latissimè Antonium Corset. in tract. de brauio. & qui iterum admittantur ad currendum. fol. 75. Ex ijs inferri potest etiam ad quæstionem illam de duobus filijs alicuius regis natis eodem tempore, nec appareat quis eorum fuerit primogenitus, de qua re uide Alex. in l. qui filiabus. §. 1. ff. de leg. 1. Feli. in d. c. capitulum. & Anto. Corset. in tract. de potestate regia, in 4. par. quæst. 46.

Summarium in l. illa institutio. ff. de hæred. inst.

1 *Testamentum quando factum est, & in eo testator disposuit, illud extendi debere ad sensum sapientis, quid possit facere iste sapiens.*

2 *Testator censetur legare illud quod est plus, non autem id quod minimum est.*

3 *Testamentum in quo instituti sunt pauperes Christi, quos talis eligere ualet.*

4 *Testator si legaret centum, de quibus fiat id quod dicet. N. frater sancti Francisci, huiusmodi relictum dicitur factum ad pias causas, & de illo poterit se intromittere diœcesanus.*

De hæredibus inſtituendis.

Bar. in l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſt.

1 BART. in d.l.illa inſtitutio, quærit, quando factum † eſt teſtamentum, in quo teſtator diſpo ſuit, illud extendi debere ad ſenſum ſapientis; quid poſsit facere iſte ſapiens? vide Feli. in 3. co lu. 5. de fide inſtr. Et dum in 2. col. concludit, hunc ſapientem non poſſe ſupplere, & nihil poſſe facere, ad hoc facit tex. in l. Diuus. ff. de teſta. milit. & uide Card. in conſi. 60. colu. 1. Et dum poſteà ſubiungit Bar. hunc ſapientem poſſe ea ſupplere, quæ ſunt de conſuetudine, vide Alex. in l.
2 ij. §. fi. col. 2. & ſeq. ff. qui ſatisda. cog. Sic etiam ex more regionis cenſetur teſtator † legare illud quod eſt plus, non autem id quod minimum eſt. Soc. in conſi. 247. in 1. vol. Ad rem facit, quia tanta eſt uis conſuetudinis, vt notarius ſemper rogatus eſſe cenſeatur apponere in inſtrumento clauſulas conſuetas. et quamuis fuerint prætermiſſæ, tamen habentur pro poſitis in inſtrumento. Soc. in conſi. 101. col. 2. in 3. vol. Feli. plenè in c. cum. M. Ferrar. nu. 7. de conſti. Declara tamen hoc procedere circa generalia, non autem circa ſubſtantialia, vt per Feli. ibi, num. 15. & de hac re uide quæ poſui ad Bar. in proœm. ff. orum.

3 Bar. in ead. l. col. fin. verſ. vltimo quæro, inquit, teſtamentum, † in quo inſtituti ſunt pauperes Chriſti, quos talis elegerit, ualere; quia non ſubſtantia inſtitutionis, ſed tantum electio perſonę in alterius arbitrium confertur. vide pulchrè Ange. in conſi. 201. & ad hoc optimè facit tex. in l. vnum ex familia. §. 1. ff. de leg. 2. & quod per illum tex. decidit Abb. in cap. In cauſis, col. 3. de elect. & in conſ. 111. in 2. uol. & omnino Soc. in conſi. 114. in 3. vol. Et dum Bar. ſubiungit, quãdo teſtator inſtituit pauperes Chriſti, quos talis elegerit, qui ſint conueniendi antequam pauperes eligantur. & dicit fideicommiſſariũ eo caſu haberi loco hæredis. Iſtam deciſionem ſequi
4 tur Alex. in conſi. 12. col. 3. in 3. volu. Attende tamen, quia ſi teſtator † legaret centum, de quibus fiat id, quod dicit. N. frater ſancti Franciſci, huiuſmodi relictum dicitur factum ad pias cauſas, & de illo poterit ſe intromittere diœceſanus, ut ait Ang. in d. conſi. 201. id quod fortè uidetur ſuperioribus deciſionibus refragari. & maximè. d.l. unum ex familia. §. 1. quid ſi legatum eſſet factum de aliqua re diſtribuenda inter perſonas, quas teſtator in arcanis dixerat legatario, & ante diſtributionem moritur legatarius, an legatum pertineat ad hæredem teſtatoris, an uerò ipſius legatarij? vide Raph. Cuma. in conſi. 108.

Summarium in l. ſiquis ita ſcripſerit. ff. de hære. inſtitu.

1 *Conditio cuius euentus nihil operatur, non expectatur.*

Bar. in l. ſiquis ita ſcripſerit. ff. de hæred. inſtit.

1 BAR. in d.l. ſiquis ita ſcripſerit, ſic ait in ſumma: Non expectatur conditio, † cuius euentus nihil operaretur. vide quid ex iſto tex. inferat Oldr. in conſ. 22. & ſeq.

Summarium in l. hæreditas ex die. ff. de hæred. inſtit.

Hæres quando poſſit inſtitui ad diem.

2 *Inſtitutus in ſemine uſque ad paſcha, & poſt paſcha Seium in eodem ſemiſſe, & Caium in alio ſemiſſe ſimpliciter, inſtitutio ualet.*

Bar. in l. hæreditas ex die. ff. de hæred. inſtit.

1 BAR. in d.l. hæreditas ex die, tractat an & quomodo † poſsit hæres inſtitui ad diem. de qua re uide Alex. in conſi. 253. viſo themate, in lib. primi & ſecundi uolu. Ad id uerò quod in ſequ. oppoſ. inquit Bar. de die incerto, & de eccleſia, ſiue monaſterio inſtituto poſt mortem alicuius, vide Alex. in l. pactum quod dotali, col. fi. C. de pact. & in l. extraneum. C. de hæred. inſti. Aret. in conſi. 16. & omnino Dec. in conſ. 597. vbi agit de teſtatore, qui inſtituit uxorem in uita, & poſt mortem inſtituit hoſpitale. et quid ſi inſtituat filium hæredem uniuerſalem, & uxorem in uita.
2 Bar. in ead. l. in fi. dicit, ſi teſtator † dicit, Inſtituo Titium in ſemiſſe uſque ad paſcha, & poſt paſcha Seium in eodem ſemiſſe, & Caium in alio ſemiſſe ſimpliciter, ualet inſtitutio. vide ad hæc Alex. in conſi. 305. Circa primum, col. pen. in lib. primi & ſecundi uol. & in l. extraneum, col. 2. & ſeq. C. de hære. inſti. Paul. de Caſt. in l. certi. C. de teſta. & Corn. in conſi. 60. in 1. uolu. Et quia Bar. præſupponit, neminem poſſe decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum: Limita hoc not. vt per Alex. in conſi. 82. in 4. uol. & addita ad Alex. in conſi. 11. col. 2. in 3. uol.

Summa-

Summarium in l.ex facto.ff.de hære.instit.

Institutio plurium ex rebus certis ualet, & sunt hæredes æqualiter.
Destinatum ad aliquid an pro facto habeatur.
Legitima filij est quarta bonorum deducto ære alieno.
Hæres institutus in re certa potest propria authoritate rem illam capere.

Bar.in l.ex facto.ff.de hæred.inst.

BAR. in d.l.ex facto,sic ait in summa. Institutio † plurium ex rebus certis ualet,et sunt hæredes æqualiter. De his omnibus,quæ hic habentur apud gl.& Bar. uide per eos, & per doct. in l.quoties.C.de hæred.instit. & dum subijcit Bar. rem dici esse ibi ubi perpetuò esse debet, non autem ad tempus: vide Barb.in consi.14.col.3.in 2.vol.Aret.omninò in consi.21.colu.fi. Ant.de Butr.in consi.9.Feli.in c.cùm adeò.col.2.de rescrip.Capr.in consi.45.Ad rem faciunt trad.per Alex.in consi.100.col.3.in 3.uol.& in consi.97.Aliàs de facto,eod.vol.nu.14. ubi tradit an destinatum † ad aliquid,habeatur pro facto.de qua re est tex.sing. in l.iij.§. quid ergo.ff. de contr.iudic.tut.ubi habetur, pecuniam destinatam ad emptionem rei immobilis inter immobilia annumerari. & illum tex. ait esse sing.Rom.in suo sing.103.incip.Tu habes. ubi uide omnino ibi addita per Castill.& Alex.in consi.129.in 7.uolu. ubi inquit, quando aliqua res de uno loco ad alium destinatur,tunc casum superuenientem applicari ad locum, ad quem destinabatur,quamuis effectus sequutus non fuisset. & ex eius dictis ibi multa possunt decidi. & de hac re uide apud Feli.in d.c.cùm adeò,nu.3.& Soc.in consi.249.col.antep. & seq.in 1. vol. Anch.in cons.90.Bal.in cons.485.in 4.vol.& Pau.de Cast.in cons.239.

Bar.in ead.l.col.2.vers.istud displicet,inquit,legitimam † filij esse quartam bonorum deducto ære alieno. vide Alex.in l.ita tamen.§.si patronus.ff.ad Trebell.col.2.subiungit postea Bar. quartam bonorum deducto ære alieno non esse partem hæreditatis. De hoc dicto Bartoli scilicet quartam partem bonorum,& sic legitimam,non esse quotam hæreditatis, sed bonorum: vide Ias.in §.actionum,col.35.uersi.item aduerte quòd petitio hæreditatis, inst. de action. ubi sequitur Bar.& refert Angelum dicentem ita seruari in practica, licèt ipse citet Angelum alibi contrarium sentientem. Hoc idem quod hic uoluit Bar.in l.quoties,colu.1.versi. sed parcat.C. de hæred.instit.ubi Ias.col.4.versic. alias. & legitimam esse quotam bonorum infertur per argumentum ab augmento bonorum,ut per Curt.in consi. ultimo & in consi.83. & per Crauet. in consi.11.& ad prædicta uide Soc.in consi.30.col.10.in 1.vol.Mari.Soc.iun.in cõs.25.nu.10.

Bar.in ead.l.& col.inquit,se putare hæredem † institutum in re certa posse rem illam capere propria authoritate. hoc idem firmat Ias.in l.quoties,col.6.versi.caue.C.de hæred.inst.ubi ponit rationem diuersitatis,quare hoc liceat hæredi & non legatario cum in reliquis æquiparentur. vide Alex.in l.nemo potest,col.4.versi.quærit etiam Bar.ff.de leg.1.& in d.l.quoties,& in consi.305.Circa primum,in 2.dub.col.2.uersi.nec etiam, in libro primi & secundi vol. ubi ait hanc esse * communem sententiam.

Summarium in l.qui filio.§.seruus.ff.de hære.instit.

Relicta in codicillis debent confirmari per aditionem hæreditatis ab intestato.

Bar.in l.qui filio.§.seruus.ff.de hæred.inst.

BART. in d.l.qui filio.§.seruus,in fi.ait relicta † in codicillis debere confirmari per aditionem hæreditatis ab intestato. vide Alex.in l.iij.ff.de leg.1.Bal.in l.fi.col.3.C.de petit.hæred. & in l.si quis cùm nullum.§.fi.ff.de iur.codicill.

Summarium in l.si paterfam.ff.de hære.instit.

Institutus,& substitutus non concurrunt propter repugnantiam iurium.
Institutus,ut pater,qui tamen sit filius fam.quid iuris.
Vulgaris substitutio est,si hæres non erit,nec alium fecerit hæredem.

Bar.in l.si paterfamiliàs.ff.de hæred.instit.

BAR. in d.l.si paterfamiliàs,in princ.in prima oppos.ponit unũ casum,in quo institutus † & substitutus

substitutus non concurrunt propter repugnantiam iurium.& alios duos casus in quibus similiter non concurrunt,docuit Bar.in l.j.col.7.in ultima quæst.quartæ quæst.princip. uersic. item quæro.ff.de uulg.& pupill.ubi Ias.addit alios casus in uersi.item quærit.& ad solutionem quam hoc in loco tradit Bar.ad l.cùm in testamento,uide Fulg.in cons.12. & Anch. in cons.10.& dũ Bar.quærit cum gl.quid si instituit liberum,quem putabam seruum,uide Ias.in l.cùm proponas, in fi.C.de hæred.instit.

2 Bar.in ead.l.quærit, quid si instituit † quendam ut patrem, qui sit filiusfamiliàs, & reprobat Iac.de Aren.qui dicebat aliud in filio,& aliud in seruo, dicens idem esse in utroque casu, & se remittit ad ea,quæ dixit in l.si quis filium.ff.de acquir.hæred. ubi uideas Ias.in gl.j.col.82. ubi ait quid de iure nouo,in quo filius est capax proprietatis,& usufructus pertinet ad patrem, an in illo usufructu locum habeat ista.l.ita ut patrem habeat pater,& patrem substitutus? vide eũdem Ias.in l.cùm proponas,col.fi.vers.item adde.C.de hæred.inst.

3 Bar.in ead.l. in ultima quæstione, ait, uulgarem † esse substitutionem, si hæres non erit, nec alium fecerit hæredem. circa hoc uide Bar.in l.j.col.5.per totam quartam quæst. princip.ff.de uulg.& pupill.ubi hoc respectu multas quæstiones & decisiones tradit,maximè hanc, ut hæres hæredis decedentis ante aditam hæreditatem transmittat ad hæredem,ita ut præferatur substituto; quia hæres facit alium hæredem. quam decisionem ponit etiam hic Bar.& vide Ias.in d. l.j.ff.de uulg.& pupill.

Summarium in l.paterfam.ff.de hære.instit.

1 *Ex facto alterius quis exhæredari non debet.*

2 *Institutus sine alia uoluntate coram septem testibus exhæredatus,utrum huiusmodi exhæredatio ualeat.*

Bar.in l.paterfamiliàs.ff.de hæred.inst.

1 Bart. in d.l.paterfamiliàs, sic ait in summa, Ex facto † alterius alter exhæredari non debet. ad istam.l.uide Bal.in consi.268.in 5.vol.

2 Bar.in ead.l.col.fi.quærit,si Titium † institutum in alia uoluntate coram 7. testibus exhæredo,utrum huiusmodi ualeat exhæredatio? vide Pau.de Cast.in cõs.201.in 4.dub. & dum subiungit Bar.in uersi.certè istud,priuationem hæreditatis posse fieri ex iusta causa,non ex iniusta, vide Alex.in consi.138.colu.penul.uersi.quò ad aliud dubium, in 1.vol. & in consi.194. & in consi.199.in libro primi & secundi vol.vbi ait,talem pœnæ adiectionem posse fieri etiam in codicillis. & an talis dispositio ualeat in uita fideicommissarij.& in consi.177.in 5.volu. & Aret. in cons.67.col.2.& 5.

Summarium in l.si ita scriptum.ff.de hære.instit.

1 *Dictio immo,est correctiua.*

Bar.in l.si ita scriptum.ff.de hæred.inst.

1 Bart. in d.l.si ita scriptum,in princ. ait, uocem † immo, esse correctiuam. vide eundem Bar.in l.Stichus.ff.de manumiss.testa.& in §.quibus.in 1.const.C.aliquando etiam addit & copulat, ut in d.§. quibus,& in l. immo.ff.de liber.cat.& in l.iubemus nulli.§.Iconomus.C.de sacrosc.eccl.& ibi Bar.& de huius uocis significatione,uide gl.sing.in c.prædicator.16.quæst.prima,quam citat Bal.ut sing.in l.j.col.12.C.de furt.& dum infert Bar.hic ad testem,qui dicit sic, aut sic,ut stetur ultimo dicto.uide pulchrè Ias.in l.j.colu.fin.C.de furt.& Specul.in tit.de teste, Abb.in c.accedens,j.ut lit.non cont.& in c.graue,in gl.1.de præben.& in c. innotuit. de elect. & Imol.in l.iudex postquam.ff.de re iud.

Summarium in l.his uerbis.ff.de hære.instit.

1 *Verbum relinquo,importat institutionem.*

Bar.in l.his uerbis.ff.de hære.inst.

1 Bart. in d.l.his uerbis,in principio quærit, an uerbum, † relinquo, importet institutionem? De hac re uide Ias.in auth.nouissima,uersi. ultimo.C.de inoff.testa.Alex.in l.nam quod §.non omnis,in 4.notab.ff.ad Trebell.& distinctionem huic similem tradunt doct.de uerbo,lego, ut per Alex.in l.j.col.1.ff.de leg.1.& in consi.76.Ponderatis his,in 3.vol.& de uerbo, relinquo,

linquo,maximè relato ad dotem. vide eundem Alex.in conſi.212.Viſo conſilio,in libro primi & ſecundi volu. & in conſi.321.Viſo themate,in eod.lib.in conſi.17.Ponderatis,in 3.vol.& in conſi.103.Viſo & diligenter,in 4.vol.Et de uerbo,habeant,uide Alex. in conſi.168. Ponderatis in 5.vol.& ad prædicta uide Corn.in conſi.180.in ult.dub.in 4.vol.& Soc.in conſi.33.colu. 5.in 1.vol.item ſcias uerbum relinquo,propriè non uerificari niſi in ultima uoluntate. Alexan. in conſi.168.in libro primi & ſecundi uol.de qua re uide doct.in l.unum ex familia.ff. de leg.2. & Bart.in l.illa inſtitutio,ſuprà eod.tit.& in l.cum his,in principio,& ibi doct.ff.de tranſact.

Summarium in d.l.his uerbis. §. inſtitutio.ff.de hære.inſt.

1 *Verba maledictionis uniuerſalia non uitiant inſtitutionem.*

Bar.in d.l.his uerbis.§.illa inſtitutio.ff.de hære.inſt.

1 BART. in ead.l.§.illa inſtitutio,ait,uerba maledictionis † uniuerſalia non uitiare inſtitutionem. Adde quòd ſi aliquis maledicit filium ſuum, non propterea eum cenſetur exhæredare: ſicut neque benedicendo cenſetur illum inſtituere hæredem: ita ſing.ait Bal.in proœmio Decretal.col.pen.& fi.tamen in ſacris antiquorum literis contrarium erat ſancitum, ut uidere eſt Geneſ.27. & in c.quoties.12.q.5.

Summarium in l. ſi alienum.ff.de hære.inſtit.

1 *Monachus inſtitutus, ita tamen ut monaſterio nihil iuris acquiratur, huiuſmodi inſtitutio an ualeat.*

Bar.in l.ſi alienum.ff.de hæred.inſt.

1 BART. in d.l.ſi alienum,quærit,ſi aliquis inſtituit † monachum, ita tamen ut monaſterio nihil iuris acquiratur,an ualeat huiuſmodi inſtitutio? vide Abb.in c.2.de ſtat. monach. & in ſimili quæſt.vide Bar.& latius Iaſ.in auth.ingreſſi.C.de ſacroſ.eccleſ.

Summarium in d.l.ſi alien. §. in extraneis.ff.de hære.inſt.

1 *Capacitas tempore teſtamenti & mortis, et aditæ hæreditatis in extraneis hæredibus requiritur.*

Bar.in l.ſi alienum.§.in extraneis.ff.de hære.inſt.

1 BART. in ead.l.§.in extraneis,ſic ait in ſumma. In extraneis † hæredibus requiritur capacitas tempore teſtamenti,& mortis,& aditæ hæreditatis. vide Iaſ.in l.ij.ff.de uulg.& pupill. col. 3. Et de hoc, quòd mutatio conditionis inſtituti uitiet inſtitutionem & quando,uide Bart. in l.Gallus.§.forſitan.ff.de liber.& poſth.ubi Iaſ.col.3.in 1.notab.Quatenus autem requirit inſpiciendam eſſe capacitatem tempore teſtamenti,uide Bar.in d.l.Gallus.§.nunc de lege,& ibi Iaſ. col.3.ubi duobus modis limitat. & Bar.in d.l.ij.ff.de uulg.& pupill.colu.2.uerſic. quæro quo tempore,& ibi Iaſ.col.4.

Summarium in l.pater filio.ff.de hære.inſt.

1 *Primum teſtamentum tollitur per ſecundum ſi poſſibile eſt ut ex eo ſecundo hæreditas adeatur.*

Bar.in l.pater filio.ff.de hæred.inſt.

1 BART. in d.l.pater filio,inquit,primum † teſtamentum tolli per ſecundum,ſi poſsibile eſt ut ex ſecundo adeatur hæreditas. vide Alex.in conſ.87.in 3.vol.

Summarium in l. ſi is qui ſoluendo.ff.de hære.inſtit.

1 *Inſtitutio illius ſerui præualet qui fraudandorum creditorum cauſa inſtitutus non reperitur.*

Bar.in l.ſi is qui ſoluendo.ff.de hære.inſt.

1 BART. in d.l.ſi is qui ſoluendo, ſic dicit, illius ſerui † inſtitutio præualet, qui fraudandorum creditorum cauſa inſtitutus non reperitur. uide Alex.in l.ſancimus,col.1.C.de hære.inſt.

Summarium in l.liber homo. §. Titius.ff.de hære.inſtit.

1 *Coniuncti duo habent ſemiſſem, & unus disiunctus habet alium.*

Bar.in l.liber homo.§.Titius.ff.de hæred.inſt.

1 BART. in d.l.liber homo.§.Titius,ſic ait in ſumma. Duo † coniuncti habent ſemiſſem, & unus disiunctus habet alium. vide Alex.in conſ.56.in 4.vol.& Rom.in conſi.405.

Summarium in l.qui uolebat.ff.de hære.inſt.

1 *Verba enunciatiua per modum cauſæ diſpoſitionem inducunt.*

Bar.

De hæredibus instituendis.

Bar.in l.qui uolebat.ff.de hæred.inst.

1 BART. in d.l.qui uolebat, ait, uerba † enunciatiua prolata per modum causæ dispositionem inducere,ut ibi per eum. vide Alex.in consi.46.col.2.in 1.vol.& Aret.in cons.60.col.2.

Summarium in l.in tempus.ff.de hære.instit.

1 *Instituì quis potest in tempus quo capere poterit.*

Bar.in l.in tempus.ff.de hæred.inst.

1 BART. in d.l.in tempus,sic inquit. Potest quis instituì † in tempus in quo capere poterit, ista.l.ad hoc solet afferri; paria esse aliquid fieri tempore licito, & differri in tempus licitum. Limita hoc non procedere ubi de præsenti aliquid turpe contineret, tunc enim cum lex resistat à principio,resistit etiam ex post facto,ut per Ias.in l.fi.col.3.in 4. notab. C.de pact. ubi est exemplum. Alio modo limitat Ias.in l.Gallus,in prima lectura in princ.colu.3.uersi. ex quo infertur.ff.de liber.& posthum.ut non procedat quando lex à principio resistit,ut ibi uidere est in nepote,qui instituì non potest conferendo institutionem in tempus,quo erit suus. Ad istam regulam uide Bar.in l.cùm filiusfamiliàs.§.fi.ff.de uerb.oblig.Ias.in l.j.§.nunciatio,col.6.versic. secundò, de oper. nou. nunc. & uideas etiam Alex. qui limitat in l.inter stipulantem.§. sacram, col.2.ff.de uerb.oblig.

Summarium in l.eius.ff.de hære. instit.

1 *Posthumus alienus instituì quamuis non possit,tamen eius seruus instituì potest.*

Bar.in l.eius.ff.de hæred.inst.

1 BART. in d.l.eius, in fin. ait, quamuis posthumus † alienus instituì non possit, tamen seruum eius posse instituì. vide Ias.in l.Gallus,in principio in prima lectura,col.3. uersic.limita.ff. de liber.& posthum.

Summarium in l.hæreditas.ff.de hære.instit.

1 *Testator si dixit committo tali Abbati ut det centum fratribus Prædicatoribus, per hoc Abbas non uidetur institutus.*

Bar.in l.hæreditas.ff.de hæred.inst.

1 BART. in d.l.hæreditas,inquit,si testator † dixit,Committo tali abbati ut det centum fratribus Prædicatoribus, quòd per hoc Abbas non uidetur institutus. Et si testator iussit bona sua per Titium inter pauperes esse distribuenda,propterea Titium non esse hæredem, sed loco hæredis haberi: & propterea eum agere & conueniri posse. vide Alexand.in cons.49. col pen.in 1.vol.& in cons.12.col.2.in 3.vol.& Bar.in l.Centurio.col.6.ubi Ias.ff.de uulg.& pupil.

Summarium in l.captatorias.ff.de hære.instit.

1 *Testator instituens pauperes eligendos per Guardianum fratrum Minorum,institutio ualet.*

Bar.in l.captatorias.ff.de hæred.instit.

AD declarationem huius,l.uide Corn.in consi.150.in 1.dub.in 4.volum.& dum subiungit
1 Bar.si testator † instituit pauperes eligendos per Guardianum fratrum Minorum, institutionem ualere; quia substantia institutionis non confertur in tertiam personam, sed eius tantùm electioni committitur. Ad hoc facit tex.in l.unum ex familia.§.1.ff.de leg.2.iunctis ijs,quæ posui in lucubrationibus in l.illa institutio,suprà eod.tit.& quando uoluntas dicatur captatoria, & non,si confertur in arbitrium alterius,uide Ang.in consi.201.

Summarium in l.si quis solidum.ff.de hære.instit.

1 *Introductum in læsionem unius an debet in alterius odium retorqueri.*

Bar.in l.si quis solidum.ff.de hæred.inst.

1 BART. in d.l.si quis solidum,inquit id,quod † in læsionem unius est introductum,non debere in alterius odium retorqueri. vide multa similia apud Feli.in c.dilectus,2.col.2.cõclusione quarta de rescript.

Summarium in l.asse toto.ff.de hære.inst.

1 *Ex scriptura declarata agendum,non ex scriptura declarante.*

2 *Expressum non dicitur id,quod fit per relationem ad acta,quando aliquid nominatim est exprimendum.*

3 *Referens*

3 *Referens se ad aliquam scripturam, an & quando censeatur confiteri ea, quæ in dicta scriptura contineantur.*

4 *Ex scriptura declarata ad hoc ut agi possit, exigi, ut probata sint omnia quæ in scriptura declarante continentur.*

Bar.in l.asse toto.ff.de hære.inst.

1 BART. in d.l.asse toto, inquit, agendum † esse ex scriptura declarata, non ex scriptura declarante. Huius dicti ratio est, quia scriptura declarata dicitur esse in declarante, ut in hoc tex. & in l.si ita scripsero.ff.de cond.& demonstr.& in l.ait prætor.§.si iudex, ubi Ias.in 1.notab. col. 31.ff.de re iudic.& ibi in fine ait, non semper esse æqualia, nominatim exprimere, uel per relationem. & ideo limitat prædictam conclusionem non habere locum, quando aliquid datum esset pro forma; quoniam per relationem ad aliud adimpleri non posset. & expressum † non 2 dici id, quod fit per relationem ad acta, quando aliquid nominatim est exprimendum: tradit Ang.in l.ubi autem non apparet.§.illud.ff.de uerb.oblig.& Dec.in l.j.C.de erro.calc.ubi declarat, & uide omnino. Et de hac re, scilicèt, in una scriptura id contineri, quod continetur in alia, ad quam refertur, & relatum esse in referente, & ita paria esse aliquid esse certum per se, uel per relationem ad aliquid certum: uide Ias.in loco præfato, sed huic regulæ reluctatur, quia si sententia aliquam qualitatem exprimeret, ualida esset, tamen si refertur ad instrumentum uel ad aliud, quod in iudicio productum non fuerit; irrita est, ut habetur apud Ias.in l.ait prætor.§.si iudex.colu.33.in par.glo.ff.de re iudic. cogita. Et de regula huius.l. uide Dec.in cons.47.& in cons.64.& in cons.278. in fi. Ias.in l. ubi autem non apparet.§.illud dubitationem recipit.ff. 3 de uerbo. obligat. & an & quando † referens se ad aliquam scripturam censeatur confiteri ea, quæ in dicta scriptura continentur, uide Feli.in c.venerabilis, de except. quid autem de relatione facta in quacunque re uide Ias. in l.admonendi, in gl.1.ff. de iureiur. ubi tradit etiam, quid si illud, ad quod refertur, non reperitur. Et ad prædicta uide Alex. in cons.267. Viso titulo, in li- 4 bro primi & secundi vol.& in cons.97. Aliàs de facto, in 3.vol.ubi ait, ad hoc † ut agi possit ex scriptura declarata, exigi, ut probata sint omnia, quæ in scriptura declarante continentur. Soci. in cons.89.in 1.vol.Dec.in cons.100.col.7.Corn.in cons.93.in 4.volu.Bald.in cons.99.in 1. vol.& in cons.215.eod.vol.col.3.& seq.& in cons.110.eod.vol.& in cons.33.in 5.vol.& quã do agatur ex confirmato uel confirmante uide Bar.in l.furti.ff. de his qui not.infam. & in l.j.ff. de re iudic. ubi Ias.ultra ea quæ hic habentur in apostill.ad Bar.

Summarium in l.si non lex.ff.de hære.instit.

1 *Leges quando plures concurrunt ad unum effectum uirtus alterius remanet.*

Bar.in l.si non lex.ff.de hæred. inst.

1 BART. in d.l.si non lex, ait, quando plures † leges concurrunt ad unum effectum, si cessat una, uirtutem alterius remanere. vide Anch.in cons.2.in fi. ubi per istum textum dicit, quamuis una lex tollit indultum à se in aliqua re, ut puta pœnam, tamen non tollit aliam legem quæ idem constituebat.

Summarium in l.Lucius.ff.de hære.instit.

1 *Testatoris mens, si in qualibet parte alternatiuè non uerificatur, disiunctiua accipitur pro coniuncta.*

2 *Filij positi in conditione, an censeantur uocati.*

3 *Duo uincula uno sunt fortiora, & potentius operari debent.*

4 *Filij positi in conditione, censentur uocati, quando ipsis datus est substitutus. Item quando positi essent in conditione in genere masculino. nu.5.*

5 *Tacitum ad excludendum alium non est tantæ potentiæ sicut expressum.*

6 7 *Filios positos in conditione, proculdubio substitutis testator prætulit.*

8 *Voluntas testatoris consequens est, ut adimpleatur.*

9 *Voluntas testatoris ubi aliter impleri non potest, tunc propria uerborum significatio uiolanda est.*

10 *Verba non debent esse inania, sed aliquid operari.*

11 *Actio ubicunque alicui negatur contemplatione alterius, ille semper est admittendus, qui excludit.*

12 *Ablatiui absoluti conditionem important.*

13 *Masculus, & fœmina simul positi in conditione alter, debet sibi assumere, de natura alterius, quantum fieri potest.*

14 *Substitutio eadem non debet diuerso iure censeri.*

15 *Plura quando ab eodem uerbo reguntur, dispositum in uno censetur in alio repetitum.*

16 *Quales esse debeant coniecturæ relinquitur arbitrio iudicantis.*

Bar.in l.Lucius.ff.de hæred.inst.

1 BART. in d.l.Lucius,in summa dicit,Si in qualibet † parte alternatiuæ mens testatoris non uerificatur,disiunctiuam accipi pro coniuncta. De hac disiuncta, quæ resoluitur in coniunctã, uide Aret.in consi.155.col.3.Et quoniam ista.l.adduci solet ad probandum, nepotes appellatione filiorum contineri, uide Alex.in consi.5.in 3.vol.Panor.in consi.40.in 1.dub.in 1.vol.& Capr.in consi.44.& Doct.in l.Gallus.§.instituens.ff.de lib. & posth. ubi Iason.in 4.colu.cum seq. Et attende,quia ubi expressa est qualitas aliqua,quæ in nepote non reperitur, tunc appellatione filiorum nepotes non continentur. Alex.in consi.4.in 4.vol.

2 Bar.in hac ead.l.in fi.aggreditur illam profundam quæstionem: An filij positi † in conditione censeantur uocati? decidítque simul cum gl.eos non uocari ex testamento,sed ab intestato. & quia Doct.uarijs in locis de hac re acerrimè disputarunt, ego pauca quædam deligere constitui. In primis igitur dico contra istam decisionem gl.hic,in uoce,liberos,uideri gl.in l.filiusfamiliàs.§.cùm quis.ff.de leg.1.quam esse sing.ait Amanell.in suo sing.15.pro qua faciũt trad.
* per Curtium in consi.51.ubi tenet magis ueram & magis * communem esse sententiam contra istam gl.hic. Id quod confirmari potest ex ijs,quæ docuit Corn.in consi.22.in 2. vol. & in l.ij.C.de condit.insert.& multi alij,quos retulit Mari.Soc.iun.in cons.119.in 1.col.& alij quos ego inferius memorabo. Tamen idem Curt.in consi.63.ait,pro ista glo.hic fuisse Romæ iudicatum in Rota. & eam communiter approbari in iudicijs & in scholis tradidit Alex. in consi.139.in 6.vol.idem testatur Soc.in consi.80.in 1.volu. & eam esse canonizatam inquit Dec.in consi.422.& multi præterea alij,quos longum esset referre,hoc ipsum tradiderunt. Limita ist communem opinionem,& gl.hic,non procedere in descendentibus testatoris,qui propter sanguinis coniunctionem semper censentur uocati,etiam si de illis nulla fiat mentio.l.cùm acutissimi.C.de fideicomm.l.cùm auus.ff.de cond.& demonst.& utrobique doct.& hoc usque adeò uerum est,ut locum habeat etiam in legatis & fideicommissis particularibus,ut est tex. in l.generaliter.§.cùm autem.C.de hæred. inst. quem extollit Aret. in consi.93.& ideo multò magis uocati esse intelliguntur,quando etiam expressè de illis facta est mentio ad finem, ut substituti
3 excludantur: nam duo † uincula uno sunt fortiora, & debent potentius operari.§.sed hodie. inst.de adopt.& §.1.in auth.de consang.& uter.fratri. Et hanc limitationem ad gl. istam tradit Salic.in l.j.C.de cond.inser.pro qua uideri poterunt trad.per Cassaneum in consi.67.num.32. versi. tertiò est tex. & ista limitatio urgenti ratione corroboratur; nam hic & uocatio tacita, quæ ob coniecturatam uoluntatem testatoris inducitur à lege, d.l. cùm acutissimi, & expressa mentio eiusdem testatoris concurrunt. sed ubi tacitum & expressum sunt coniuncta,tunc semper uehementissimè operantur; ita ex multis concludit Soc.in consi.75.col.2.in fi.& col.seq. in 1.vol.& Dec.in consi.636.& est tex.in §.sanctissimas,in auth.de alien.& emphy.Et propterea inquiunt præfati consulentes,rem subiectam restitutioni,quæ tacitè prohibita est alienari, si etiam expressè alienari prohibeatur, tunc eam ratione huius concursus alienari non posse, etiam in casibus alioqui permissis. quare ita & in proposito casu est longè facilius concedendum: quia si hoc procedit ibi,ubi agitur de prohibitione alienationis,quæ sui natura restringibilis est,ut aiunt omnes,in l.filiusfam.§.Diui.ff.de leg.1.multò magis debet hic militare fauore filiorum & descendentium;quibus omnis quæ nostra sunt,ex uoto paramus,ut habetur in l.nihil.§.sed nunquid prætor.ff.de bon.lib.Et pro hac limitatione optimè faciunt tradita per Alex. in consi.330.Viso titulo quæstionis. col.2.in libro primi & secundi volu. Item limita eam non
4 habere locum,quando † istis filijs positis in conditione datus esset substitutus, quia tunc censentur

ſentur uocati: ita Alex.in conſi.64.Difficultas,col.fi.in 5.vol.ubi ſequitur Bar. in l. Centurio, col.13.uerſi.quæro ulterius.ff.de uulg.& pupill.& ibi refert ita etiam conſuluiſſe Anch. in cõſ. 70.quam opin.defendit Soc.in l.cùm filiofamiliàs. ff.de leg.1. dicens temporibus ſuis pro ea ab omnibus ferè doctoribus Italiæ fuiſſe conſultum. & idem tenet in d.l.cùm auus,col.fin. Attende tamen quia hoc Bartoli documentum * communiter reprobatur, ut in d.l. Centurio, affirmant Alex.& Iaſ.& contra illud multoties conſuluit Alex. idem comprobat Iaſ. in conſi.35. in 3.vol.ubi latè aperuit in hanc ſententiam communiter itum eſſe. ſic etiam ſentit Soc.in cõſ. 104.in 3.vol.& Dec.in conſi.291.Rurſus limita iſtam gl.non procedere,ubicunque filij poſiti † eſſent in conditione in genere maſculino: ita ex mente Guid. Pap.tradidit Dec. in conſi. 270.& in conſi.216.nu.2.& in conſi.546.ubi refellit quædam obiecta,quæ contra hanc opinionem adducebantur. idem confirmat in conſi.574.nu.6.& in conſi.178.nu.12. & in conſi. 655.& quamuis contrariũ ſenſiſſe uideatur idem Dec.in cõſi.218.in cõſ.323.& in conſi.377. tũ de huius limitationis ueritate uide omninò Maria.Soc.iuni.in conſi.118. & in conſi.119. & Curt.iuni.in l.emancipata.C.qui admi.ubi ait,ita fuiſſe iudicatum Brixiæ,& ita conſuluiſſe præclariores Doct.Italiæ. Et eſto quòd iſta limitatio procedat,tunc alia ſuboritur difficultas: an iſta qualitas maſculinitatis tacitè ſubintellecta idem operetur,quod expreſſa? ut puta, ſi ſtatuto cautum eſt,extantibus maſculis fœminas à ſucceſsione excludi: nam tunc teſtator cenſetur uoluntatem ſuam cum diſpoſitione ſtatuti conformare uoluiſſe,ut ait Bar. ad quem alij acceſſerunt in l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebell.& propterea loquendo de filijs ſimpliciter, videtur ſenſiſſe de maſculis. Quid dicendum? Ego puto qualitatem hanc tacitè ſubintellectam non poſſe operari excluſionem ſubſtituti: nam quò ad alium excludendum non eſt tantæ potentiæ tacitum † ſicut expreſſum,ut uidere eſt in tacita pupillari, quæ matrem excludere non poteſt,& tamen expreſſa eam excludit,ut per Socin. & alios,in l.j.ff.de uulg.& pupill.ſimiliter conditio ſubintellecta non facit actum conditionalẽ, alioqui uerò expreſſa. Abb. in c.quemadmodum, de iureiur. & alia multa poſſent afferri exempla, ſed præcedens, quod loquitur in terminis excluſiuis,ſufficiat pro nunc: atque ita iſta limitatio non poterit uerificari, niſi quando expreſsè maſculi poſiti ſunt in conditione. Rurſus not.& uerè,ut arbitror,limitatur gl.iſta, ut locum non habeat,niſi quando poſiti in conditione poſſunt ſuccedere ab inteſtato, ſed ubicunque ab inteſtato admitti non poſſunt,tunc neceſſariò dicendum uidetur, eos ex teſtamento uocari. Animaduertendum enim eſt,teſtatorem, † qui ponit filios in conditione, proculdubio eos ſubſtitutis prætuliſſe: ita expreſsè habetur in hac.l. Lucius,in fi.ibi.non enim fratrem ſolum hæredem prætulit ſubſtitutis,ſed etiam eius liberos,idque omnes conſentiunt. Et quãuis acerrime diſputent,quomodo uocentur,an ſcilicèt ex teſtamento, uel magis ab inteſtato. tamen omnes conueniunt ut omninò ad hæreditatem admittantur: & ita inquit glo.hic. nec dicatur, eos non eſſe prælatos quando ſuccedunt ab inteſtato; quia immo creditur moriens eis legitimam hæreditatem relinquere,& hac ratione grauari poſſunt.l.conficiuntur.ff. de iur. codicill.id quod eſſe non poſſet niſi honorati eſſent.l.ab eo. C. de fideicomm. ijs ita poſitis ac præfixis,conſequens eſt,ut iſta uoluntas † teſtatoris adimpleatur.l.in conditionibus primum lo cum.ff.de cond.& demonſt.§.diſponat,in auth.de nupt.Et quantum poſtremis hominum uoluntatibus deferatur, traditum eſt in l. j. C. de ſacroſ.eccleſ. & ex hoc neceſſario infertur iſtos poſitos in conditione,ſi ſunt prælati ſubſtitutis, neceſſariò admitti debere ex teſtamento, ſi ab inteſtato ſuccedere non poſſunt. ut puta,ſi dictum eſſet,ſi hæres meus ſine filijs & filiabus deceſſerit: & ſtatuto cautum ſit,filias excludi extantibus maſculis uſque ad quartum uel quintũ gradum,certè ſi extant,ille filiæ poſitæ in conditione,à ſtatuto excluderentur: & ideo neceſſe eſt ut uocentur ex teſtamento,alioqui iſte tex.eluderetur,quia poſiti in conditione non eſſent prælati ſubſtitutis. neque obſt. gl. hic, quia præſupponit eos poſſe ſuccedere ab inteſtato. & ideo cum adimpleatur uoluntas teſtatoris in hoc,quia poſiti in conditione etiam hoc modo admittuntur ad hæreditatem,& ſubſtitutis præferuntur,putarunt gl.& alij eam ſequentes,ut quãtum fieri poteſt,uerborum proprietas non læderetur,quæ ea eſt, ut uerba conditionalia nihil

ponant

9 ponant in esse.l.si quis sub conditione.ff.de testa.tut.cum concord. sed ubi uoluntas † testatoris aliter impleri non potest,tunc propriam uerborum significationem uiolandam esse docuit tex.in l.non aliter.ff.de leg.3.quare concluditur,necesse esse fateri positos in conditioue semper uocatos intelligi,quando non possunt succedere ab intestato. & ita uidetur sentire Raph. hic.Ista conclusio optimè comprobatur per ea quæ in simili casu docuit Feli.in rub.de probat. & ego latius dixi in lucubrationibus in l.filium.ff.de his,qui sunt sui uel ali.iur.ubi habetur,quã uis conditio sit de forma,& ideo impleri debeat in forma specifica,& semper sit uerificanda in uera probatione,non autem in præsumpta: tamen quando in eo casu uera probatio non reperitur,præsumptam sufficere,ut est in conditione filiationis,quæ nisi præsumptiuè probari non
10 potest,idque,quia uerba † non debent esse inania ullo pacto, sed aliquid operari.l. si quando, ubi Bar.ff.de leg. 1.ita hic nos quoque concedimus,positos in conditione non esse uocatos ex testamento sed ab intestato. Cæterùm,si successio ab intestato locum habere non potest,tunc necesse esse,ut uocati intelligantur,ne testatoris uoluntas irrita sit. Accedat ad hæc, explora
11 iuris esse,ubicunque alicui † negatur actio contemplatione alterius,illum semper esse admittendum,qui excludit.l.ij.§.si duo.ff.de collat.bonor.sed propter existẽtiam eorum, qui positi sunt in conditione substitutus excluditur,ut hac.l.habetur,ibi prætulit & reliqua,igitur ipsi sunt admittendi eo modo quo admitti possunt.id quod cõfirmatur per Bar.in l.seruo legato.§.si testator.ff.de leg.1.ubi colligit ex illo tex.quando aliquid aufertur alicui intuitu alterius,illum semper uocatum esse iuris interpretatione censeri. & propterea infert ad statutum excludens fœminas extantibus masculis,ut masculi uocati existimentur, tam & si positi sint in conditione;
12 nam ablatiui † absoluti conditionem important.l.a testatore.ff.de cond. & demonstr. quare si in statuto,cuius materia restringibilis est, uerba conditionalia uocant masculos.ut ibi ait Bar.
* & in l.ij.ff.ad Tertul.ad quem alij * communiter accesserunt,teste Soc.in cons.5.& in cons.84. in 1.vol.ut latè probaui in d.l.ij.§.videndum.ff.ad Tertul.multò magis uocari debent in testamento,quod latè solet interpretari.l.fin. ff.de const.princ.& ista conclusio probatur ex tradit. per Soc.in d.cons.5.& in cons.241.col.10.in 1.vol.& Rom.in sing.692.& omninò uide Alex in cons.197.col.pe.in 6.vol.Retenta ista cõclusione dicendum est, eam procedere ubi solæ filiæ positæ in conditione supererent. sed quid si filius & filia essent superstites,nam uterque positus est in conditione.& tamen filia excluditur à fratre existente in eodem gradu,ita præcipiẽte statuto,& ipse non prohibetur succedere ab intestato secundum gl.istam,an isto casu ueniæ ab intestato? & an fœmina tanquam semel excluſa debeat semper excludi:an uerò debeat post
13 masculum admitti? Resp.breuiter ex quo masculus † & fœmina simul positi sunt in cõditione, alterum debere sibi assumere de natura alterius quãtum fieri potest, per tex.sing.in l.qui patri. ff.de acqu.hæred.cum alijs allatis per Soc.in cons.249.col.5.uers.2.principaliter, in 1.vol. ubi casum similem decidit dicens,quamuis casus aliquis quando solus exprimitur à testatore certã habeat naturam,tamen quãdo alteri casui habenti dissimilem naturam adiungitur, debere easdem qualitates nanciſci,quas habet casus annexus. idem habetur per Bar. in l. Seiæ.§. Caio.ff. de fund.instr.& in l.in repetendis.ff.de leg.3.& in l.prętor.§.eritque differentia.ff.de ui bonor. rap.ita hic quamuis masculus,si solus esset, posset succedere & succederet ab intestato, tamen alioqui sit,quando simul cum fœmina fuit uocatus,quę non nisi ex testamento potest succede-
14 re:nam eadem substitutio † non debet diuerso iure censeri arg.l.eum qui ædes.ff.de usucap.idque in simili casu propter æqualitatem seruandam decidit Bar.in l.Lucius,col.4.uers.sed pone. ff.de uulg.& pupill.idem in simili docuit Soc.in cons.104.in 3.vol. & ad rem faciunt trad. per Ias.in cons.143.col.fi.in 2.vol.& ideo dixit Soc.in cons.48.col.pe.& in cons.33.in 1.vol. & in
15 consi.66.col.10.in 3.vol.quando plura † ab eodem uerbo reguntur,dispositum in uno censeri in alio repetitum. Nec erit uerum fœminam à masculo semel excluſam semper excludi;quia cùm ita fœminæ sicut masculi positi sunt in conditione,consequens est ut fœminæ post masculos admittantur,ne uocatio facta expressè à testatore reddatur inanis,quæ in primis est attendenda,ut prædictum est. tamen cogita. Item limita prædictam conclusionem non procedere

quando

quando ex coniecturis apparet testatorem uoluisse uocare positos in conditione, in qua re ēt leues sufficere asseruit Corn.in consi.119.col.pe.in 2.uol. ad quem accessit Dec.in cons.242. col.fi.vide eundem Corn.in cons.97.in 1.uol.& in cons.102.in 4.uol.& Curt.iuni. in cons.87. Mari.Soc.iuni.in cons.141.& in cons.158.col.pe.in 2.uol.& Crauet.in cons.62. & in cōs.113.
16 quales autem hæc debeant † esse coniecturæ,id esse relinquendum arbitrio iudicātis ait Soci- in d.l.cùm auus,col.fi.& Curt.in cons.75.Alias quoq; limitationes ponunt doct. uarijs in locis, quas hic recensere nolui, cùm mentis meæ non sit uelle repetere istam.l. vide tñ aliquas apud Ias.& Dec.in l.j.C.de pact.& Soc.in d.l.cùm auus,vbi limit.ut per Ancha. in consi.120. contra Philippum,& Alex.in d.consi.164.col.fi.Raph.Cuma. in consi.25.& per Ang. in consi.38. & in cons.236.Ad prædicta uerò,scilicèt,de materia huius gl.uide Alex.in cōs.105. in cons.108. in 1.vol.in cons.208.in cons.330.& in cons.344.in lib.primi & secūdi uol. & in consi.24.in 3. vol.& in cons.13.col.4.in 4.uol.Fulg.in cons.38.Ang.de Aret.in tract. de testa.in gl.in uoce,si- ne liberis,col.1.& seq.Barb.in cons.27.col.15.cum duob.seq.in 1.uol. vbi tenet contra cōem opin.& uide Anch.in cons.73.Corn.in l.ij.C.de cond.inser. vbi refert multos supremos docto res,& Collegium Florentinum contra cōem consuluisse, sed tñ gl.hanc cōiter teneri.vide etiā Barb.in d.l.cùm acutissimi,& Rom.in l.si cùm dotem in princ.ff.solu.matr. Petr.de Vbaldis in repet.c.Raynutius,de testa.Card.in cons.6.Oldr.in cons.21.in fi.& in cons.94.col.4.& in cōs. 141.Barb.in cons.14.col.4.inter consilia Alex.in 4.uol.Soc.in cōs.5.dum loquitur de statuto. & in cons.77.in 1.uol.& in cons.80.& in cons.249.col.3.in 1.uol.& omnino in consi.116.in 3.uol.Dec.in cons.270.& in cons.291.& in cons.318. & Mari. Socin.iuni.in d.cons.118.& in cons.119.multa quoque alia possent ijs aggregari,quæ breuitatis causa omittuntur.

Summarium in l.iam dubitari.ff.de hæred.instit.

Seruus institui potest sub conditione si uoluerit, & per hanc conditionem efficitur uoluntarius.

Bar.in l.iam dubitari.ff.de hæred. inst.

Bart. in d.l.iam dubitari,ait,seruum † posse institui sub conditione si uoluerit, & per hāc conditionem effici uoluntarium. Dicas hanc conclusionem limitari,vt procedat solùm in con ditione potestatiua,quæ expresse in uoluntatem instituti confertur,quia tunc facit eum de ne- cessario uoluntarium,ut puta,si uoluerit, alioqui uerò si id fieret tacitè conditione uelata, ut si in Capitolium ascenderit,vt declarat Bar.in l.conditionibus pupillus.ff.de condi.& demonstr. in fi.vbi uideas quæ posui in lucubrationib.Tamen ista uidetur dura sententia. Et aduerte,qñ & si ista cōditio,si uoluerit,item si hæres non erit,substituo talem, cōiter faciunt institutum de necessario uoluntarium,tamen si factum est fideicommissum, eo casu cogi poterit institutus à fideicommissario adire hæreditatem,vt per Ias.in l.j.col.19.in 6.q.Bar.ff.de uulg.& pupill. Itē illud,quod dicitur,vbi adest vulgaris substitutio,ibi datam esse licentiam abstinendi,procedit, quando in totum datus est uulgariter substitutus, alioqui uerò si in parte. Ias.in l.j.in 1.notab. ff.de acqu.hæred.Item procedit quando esset facta simpliciter uulgaris substitutio, alioqui ue- rò si facta esset etiam substitutio fideicommissaria.Soc.in cons.8.in 4.uol.

Summarium in l.Pacumeuius.ff.de hæred.instit.

Falsa causa uitiat institutionem, sed legata firma permanent.
Mens disponentis, qualis fuerit, ex præfationibus colligitur.
Dicta in præfationibus, an censeantur in sequentibus repetita.
Præfationes in rescriptis inspici solent, quando de leui præiudicio ageretur.
Falsa causa, quare uitiat institutionem, & non legata.

Bar.in l.Pacumeuius.ff.de hæred.insti.

Bart. in d.l.Pacumeuius,ait, falsam † causam uitiare institutionem, sed legata firma per- manere. circa istam.l.vide Bar.in auth.ex causa,col.pen.& fi.C.de liber.præter.vbi dicit hic es- se textum expressum,probantem legata peti actione ex testamento,non autem condictione ex lege. de qua re multi dubitarunt. & attende usque adeò legata ex secundo testamēto sustineri,

vt uitient facta in primo testamento, vt hic est tex. vide ut per Bar. in l. si iure, col. 1. ff. de lega. 1. Tu adde glo. in §. siquis priore, inst. quibus mod. testa. infirm. quæ vult, legata ex utroque testamento sustineri. Ad intellectum autem huius. l. vide latissimè Soci. in l. demonstratio falsa. §. fi. ff. de condit. & demonstr. & scias legata, vt prædixi, in secundo testamento sustineri. quod intellige, nisi essent adeò magna, vt quasi totam substantiam exhaurirent: nam tunc uitiatur secundum testamentum etiam quò ad legata: ita sing. ait Bar. in d. l. demonstratio. §. quod autem iuris. & Roma. in sing. 252. incip. Item limita.

Bar. in eadem l. in 1. colu. tradit documentum illud, quod in ore omnium est, ex præfationi-
2 bus † colligi qualis fuerit mens disponentis. ad idem est tex. in l. cùm hi, in princip. iuncto uers. planè. ff. de transact. & ibi Bar. & hoc sequuntur omnes, vt declarat Soci. in consi. 24. in 4. uolu. Angel. in l. si seruus. §. si numerus. ff. de leg. 1. Ant. de Butr. in clemen. 1. de elect. Alex. in consi. 20. col. 2. in 1. volu. & in consi. 149. Visis & diligenter, col. 2. in lib. primi & secundi uol. & in multis alijs consilijs. Multi præterea alij hoc idem tradiderunt, quos longum esset recensere. Ista tamen conclusio limitatur non procedere, quando dispositio est clara & specifica, vt inquit Imol. in d. clem. 1. de elect. idque multis comprobat exemplis scitu dignis Soci. in d. consi.
3 24. in 4. uolu. Sed hic opportunè quæritur, an in præfationibus † dicta, censeantur in sequentibus repetita? Bar. in l. Titia. §. idem respondit. ff. de uerb. obliga. distinguit, an ex interuallo, an
* incontinenti. quæ quidem distinctio quamuis * communiter teneatur, tamen à Ias. redarguitur in l. qui in aliena. §. fi. col. 78. vers. principaliter. ff. de acquir. hæred. & contra hanc Bar. decisionem uidetur glo. in l. transigere, in uerbo, non licet. C. de transact. vbi habetur, uerbum, paciſci, positum in præcedentibus, non intelligi in sequentibus repetitum. & ibi Bar. animaduertit ad illam glo. in col. fin. vers. quæro an pactum ualeat, vbi per istum tex. reprobat illam glo. Amplia hoc multò magis procedere, quando aduersatiua in sequentibus haberetur, nam tunc etiam si oratio esset perfecta, tamen repetitio fieret, nisi oratio esset perfecta determinatione, vt not. inquit Ias. in d. l. transigere, col. 7. vers. secundò habes. Accedat ad prædicta, simplicem responsionem ampliari & restringi secundum interrogationem præcedẽtem. §. præterea. inst. de inutil. stipul. & ibi doct. Bar. sing. in l. siquis intentione. ff. de iud. Soci. in cons. 103. col. fi. in 3. vol. & de hac re tradit Abb. in c. cùm te, de re iud. in c. de muliere, de sponsa. Doct. in l. vt responsum. C. de transact. & in l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interroga. action. & ad prædicta uide Ias. in l. siquis cùm aliter, colu. 1. ff. de uerbo. obliga. & in l. cum quid, post Bar. & Alexand. ff. si cert. pet. & tex. in l. item quia. §. fin. cum ibi trad. ff. de pact. & Barto. in l. si tibi. ff. de action. Specul. in titu. de instrum. edit. §. 10. vers. item exciditur. & Innoc. in c. innotuit. de arbitr. At-
4 tende etiam quoniam in rescriptis † præfationes inspici solent, quando de leui præiudicio ageretur. l. j. & ibi Bar. in fi. C. de diuer. rescrip. & ad ea, quæ in hac. l. dixit Bar. vide Abb. in c. aduersus, de immunit. eccles. in c. ex multa. de uot. & uot. redemp. Imol. in c. pe. de cleric. coniug. Bar. in l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. faci. Rom. in consi. 16. & in consi. 54. in cons. 9. & in consilio 180. Card. in cons. 132. & in cons. 142. Ana. in cons. 64. Anch. in cons. 222. Discutiendum est primò. & in cons. 299. præmitto. Aret. in cons. 108. & in cons. 133. col. 3. & textum, vbi Bar. in l. j. C. de impon. lucrat. descrip. lib. 10. Dec. in cons. 10. col. 2. & in cons. 86. col. 5. in 2. dubio.

5 Bar. in eadem l. uers. quæro quæ est ratio, tradit rationem, quare † falsa causa uitiat institutionem, & non legata. De isto tex. opponit Bar. in auth. ex causa, colu. 4. vers. sed contra. C. de liber. præteri. & soluit ut ibi uidere est. & cogita, an non debeat teneri ad legatum tantum in primo testamento ex expressa, uel præsumpta uoluntate defuncti: quoniam in secundo maiora legata fecisse debuit, cùm non haberet hæredem, quem cupiebat & uolebat: non enim tenet ista collectio, testator grauauit istos minus dilectos, igitur etiam illos ualde dilectos grauare uoluisset. sed Bar. in l. eam quam. C. de fideicommiss. posuit rationem subtilem, quam omnino uideas. De hoc tamen ut ad legata teneatur, Bald. hic limitat quando sunt facta nomine appellatiuo, alioqui uerò si proprio. de hoc uide Ias. in d. l. eam quam, in 2. & 3. col.

Summa-

Summarium in rubr.ff.de vulgari, & pupill.

1 *Substitutio quid sit, & quot sint species institutionum.*

Lucubrat.in rubr.ff.de vulg.& pupil.

CIRCA istam rubricam de natura & effectu cuiuscunque substitutionis,ac uerò omnium intellectu, ac de uerbis obliquis & directis, & eorum significatione, uide latè
1 apud Bald.in tracta.de substitutionibus, & quid sit † substitutio, & quot sint species substitutionum,vide omnino Dec.in l.in testamento.C.de testam.milit.

Summarium in l.j.ff.de vulg.& pupill.

1 *Si statuto cautum sit quemcunque teneri positionibus simpliciter respondere confirmando, vel negando, alioquin habeatur pro confesso. & aliquis respondendo dicit, nego me habuisse pecuniam, & si apparuerit me habuisse, dico me eam expendisse in negocijs domini, habetur pro confesso; quia simpliciter non respondit.*

2 *Dictio simpliciter, quid significet.*

3 *Expressum dicitur illud, quod in genere dicitur.*

4 *Expressa mentio si in aliquo casu requiritur, opus est eam sigillatim exprimere.*

5 *Substitutio breuiloqua & compendiosa complectitur substitutiones expressas in genere.*

6 *Substitutio vulgaris si hæres non erit, duos casus continet.*

7 *Substitutio vulgaris facta in uno casu, scilicèt si hæres esse noluerit, nunquid porrigatur ad alium casum, si hæres esse non potuerit.*

8 *Prouisio testatoris facta in uno casu porrigitur ad alium, in quo testator eodem modo uerisimiliter prouidisset, si de illo cogitasset.*

9 *Si testator non habens filios fratrem instituit, & eo moriente ante ipsum testatorem, illi substituit hospitale vulgariter, & per fideicommiss. & contingat testatorem prius mori fratre superstite, qui postea decessit, hæreditate non adita, hospitale admittendum esse, non autem hæredem fratris.*

10 *Si testator filijs institutis fratrem substituit, & si contingat eos mori ante se substituit Caium, & contingat fratrem superuiuere testatori, sed adire nolle hæreditatem, Caium esse admittendum.*

11 *Substitutio facta sub conditione, si filius non esset in rerum natura, trahitur ad casum in quo sit in rerum natura, & in pupillari ætate decedat.*

12 *Testator instituens posthumum, eique decedenti in pupillari ætate, uel quandocunque, substituat Titiũ, hæc substitutio locum habet etiam si posthumus non nascatur.*

13 *Conditio quando est uoluntaria, tunc debet impleri in forma specifica.*

14 *Geminatio solet potentius operari.*

15 *Extensio dici non potest cum in utroque casu militat eadem ratio.*

16 *Si testator duobus substituit impuberibus uni uulgariter substituit, & alteri pupillariter, ab ista uulgari expressa tacita in pupillarem excludi.*

17 *Substitutus sub conditione ei ex uidua prægnante non nasceretur filius masculus, potest adire hæreditatem, etiam ante euentum conditionis, quando ex dicto ipsius mulieris prægnantis, & ex assertione mulierum peritarum creditur filiam esse nascituram.*

18 *Substitutio facta in uno casu, quando ad alium porrigatur.*

19 *Institutus, & substitutus, quando insimul admitti possint.*

20 *Testamentum, an possit assumere uires à tacita vulgari.*

21 *Pater & filius pupillus si simul decedere contigerit, locus est pupillari substitutioni quò ad bona pupilli, & uulgari quò ad bona fratris.*

22 *Substitutionem uulgarem, quæ impediant, & extinguant.*

23 *Si pater filium emancipauit cui fecit substitutionem pupillarem, an tacita uulgaris in ea contenta extinguatur.*

De uulgari & pupillari.

Bar.in l.j.ff.de vulg.& pupill.

1 BART. in d.l.j.prope principium in uerſ. Expeditus de contrarijs, ait, ſi ſtatuto † cautum eſt, quemcunque teneri poſitionibus ſimpliciter reſpondere confirmando uel negãdo,alioqui habeatur pro confeſſo.& aliquis reſpondendo dicit,nego me habuiſſe pecuniam,& ſi apparuerit me habuiſſe, dico me eam expendiſſe in negocijs domini, hunc haberi pro confeſſo; quia ſimpliciter non reſpondit. De iſta quæſtione vide Matthæſil.in ſingul.37.incip. Nota quòd ſi
2 quis reſpondeat. Et de hac uoce,ſimpliciter,† vide aliqua per Bal.in l.j.col.1.C.de ædilit.actio. Ang.de Aret.in §.is itaque inſt.de iuſt. & iur. Bal.in c.ſuper literis,col.3.de reſcrip.& in c.præterea,vbi Barb.in 1.notab.de offic.delega.& eſt tex.iuncta glo.in c.accuſatus, de hæret.in 6.in §.cùm uerò,& Feli.in d.c.præterea,col.1. Alexan.in conſi.163.viſis his,in lib.primi & ſecundi uolu.vbi ait, aliquid non dici ſimpliciter fieri, vbi aliquid additur uel minuitur.& in l.Gallus quidam,col.2.ff.de liber.& poſth.& in conſi.37.in 5.vol.

3 Bar.in eadem l.col.3.verſ.ad quod ſciendum,ait,expreſſum † dici illud, quod in genere dicitur. vide Alexan.in conſ.30.col.4.in 5.vol.& in conſi.75.col.3.eodem uol. vide glo.in l.negocium,in uoce,ſpeciali.C.de negoc.geſt.& in l.fi.in uoce, ſpecialiter.C.eodem tit. & Domi.de ſancto Gemin.in cap. dudum, de præben.in 6.Et dicas expreſſum dici eſſe aliquid,quando ita conſtat de uoluntate exprimentis, vt intellectus non laboret in intelligendo. ita Bald. in auth. hoc inter liberos.C.de teſta. & Mari.Soci. iuni. in conſi.122.num.23. Item expreſſum dicitur etiam eſſe illud,quod ſequitur ex eo,quod reperitur expreſſum.l.iam hoc iure,infrà eodem tit. Bal.in l.j.C.de his qui ant.aper. tabul. & Dec.in conſi.15.colu.fin.& in conſi.68. Attende ta-
4 men in propoſita re, ſi in aliquo † caſu requiritur expreſſa mentio opus eſt eam ſigillatim exprimere,glo.in cap.inquiſitores, de hæret. in ſexto. proinde ſi Papa eccleſiæ priuilegium confirmaret,& tenor in reſcripto non ſit inſertus,illa confirmatio nihil operatur. tex. eſt not.in c.pe. de confirm.util.uel inutil.ſed in contrarium uidetur eſſe glo.in c.Romanorum,in uoce, deſunt, 19.diſt.quam ſequitur Alex.in l.admonendi,col.4.ff.de iureiur.& Felin.in c.translato,verſ.ſecundus caſus. de conſtit.

5 Bar.in eadem l.& col.verſ.His præmiſſis,dicit,ſubſtitutionem † breuiloquam & compendioſam complecti ſubſtitutiones expreſſas in genere. Attende,nam ualde differt,an ſubſtitutio ſit tacita,an expreſſa uerbis generalibus; quoniam tacita non excludit matrem teſtatoris,alioquì uerò expreſſa,ut in hac ead.l.ait Bar.in colu.2.verſ.vlterius quæro. Item expreſſa uerbis generalibus non tollit ſuitatem,alioqui uerò expreſſa in ſpecie. Iaſ.in l.ſi filius hęres,col.2.uerſ.vnde ſecundò.ff.de liber.& poſth.

6 Bar.in ead.l.& col.verſ.ad declarationem,inquit ſubſtitutionem † vulgarem,ſi hæres nõ erit, duos caſus continere; vel quia noluerit,uel quia non potuerit. vide Alex.in conſ.146.Videretur inſpectis,in lib.primi & ſecundi uol. & Soci.in conſ.20.col.6.in 1.uol.

7 Bar.in eadem l.col.4.verſ.Hoc præmiſſo, quærit nunquid ſubſtitutio † vulgaris facta in uno caſu,ſcilicèt ſi hæres eſſe noluerit,porrigatur ad alium caſum,ſi hæres eſſe non potuerit? & decidit ad eum dilatari & porrigi. Adde tu rationem huius deciſionis duplicem eſſe poſſe. Prima eſt tradita per glo. & docto. in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de liber. & poſthum.quia in
8 ſubſtitutionibus lata fieri debet interpretatio. Alia eſt, quoniam prouiſio teſtatoris † facta in uno caſu porrigitur ad alium, in quo teſtator eodem modo ueriſimiliter prouidiſſet, ſi de illo cogitaſſet.l.Titius.§.Lucius.vbi Bar.& alij.ff.de liber.& poſthu.& glo.in l.tale pactum. §. fin.ff. de pact.& Dec.in conſilio 397. & ultra dicta per Alexand.hic, adde huic documento ea, quæ
9 tràdit Fulgo.in l.fin. C. de inſtitu. & ſubſtitu. dicens ſe conſuluiſſe, ſi teſtator † non habens filios, fratrem inſtituit,& eo moriente ante ipſum teſtatorem illi ſubſtituit hoſpitale uulgariter & per fideicommiſſum; & contingat teſtatorem prius mori fratre ſuperſtite, qui poſteà deceſsit hæreditate non adita, hoſpitale admittendum eſſe, non autem hæredem fratris: quoniam,& ſi ſubſtitutio fuerit expreſsè concepta in caſu quo frater teſtatori præmoriatur,eam tñ

ad alium

ad alium porrigi, in quo frater ſuperuixit, ſed nondum adita hæreditate deceſsit, per illam.l.fi.
10 Ad hæc accedat deciſio Imol.in c.Raynutius,de teſtam.vbi ait, ſi teſtator † filijs inſtitutis fratrem ſubſtituit,& ſi contingat eos mori ante ſe, ſubſtituit Caium, & contingat fratrem ſuperuiuere teſtatori,ſed adire nolle hæreditatem, Caium eſſe admittendum. Prædicta confirmantur ex ijs quæ habentur apud Roma. in conſ.56. In caſu propoſitæ quæſtionis. vbi vult, ſubſti-
11 tutionem † factam ſub conditione, ſi filius non eſſet in rerum natura, trahi ad caſum, in quo ſit in rerum natura,& in pupillari ætate decedat,per tex.in d.§.& quid ſi tantùm. & ad rem bene facit glo.in l. qui habebat,in uoce,impuberes.& ibi Imol. qui arguit à contrario ſenſu, infrà
12 eodem titulo. Adde etiam deciſionem Bald.in dicta l.fin. C. de inſt.& ſubſtit.de teſtatore † inſtituente poſthumum, eique decedenti in pupillari ætate uel quandocunque ſubſtituente Titium, vt hæc ſubſtitutio locum habeat etiam ſi poſthumus non naſcatur, per l.exhæredati.§.fi. iuncta glo.& ibi uideas Imol.ff. de lega.primo. Facit etiam quod vult Bar. hic in ultima quæſt. ſecundi effectus,& quod aiunt Bar.Ange.& poſteriores in l.quandiu.in fi.ff.de acquiren.hære. Iſtam tamen concluſionem limita ut hic per Alexand. & ad prædicta uide Federic.de Sen.in conſi.42. Alexand.in conſ.1.colu.4.& ſequ.in primo uolu.& in conſi.93.in 3. uolum. Capr.in conſi.44.col.4.& in conſ.61. Fulgo.in conſi.46. & Socin.in conſi.28.& omninò in cõſi. 140. in primo uolu. Attende hoc Bartoli documentum procedere ſolùm, vt ipſe loquitur,quando exprimitur unus de caſibus neceſſarijs ad eſſentiam uulgaris ſubſtitutionis, qui uel ſub capite impotentiæ, vel ſub capite uoluntatis continentur: nam tunc prouiſio facta in uno caſu ad a-
* lium porrigi ſolet, vt inquit Bar.hic, ad quem alij * communiter acceſſerunt, & Socin.in dicto
13 conſi.140.in fin.ſed quando conditio † eſt uoluntaria, tunc debet impleri in forma ſpecifica. l.Mæuius,& l.qui hæredi.ff.de condi.& demonſtr.& ideò diligenter animaduertendum eſt, ne in facti contingentia decipiantur: nam aliqui caſus uidentur neceſſarij ad eſſentiam uulgaris, & tamen ſunt uoluntarij,& dilatari non poſſunt: vt eſt ſi me uiuo moreretur,uel quòd poſthumus non naſcatur in uita teſtatoris, vel quid ſimile. nam,& ſi ad eſſentiam vulgaris neceſſe ſit, vt hæres non ſit, vel quia nolit, uel quia non poſsit, tamen iſtæ qualitates de uita teſtatoris nil habent neceſsitatis, vt docuit Bar. cui cæteri conſenſerunt in d.§.& quid ſi tantùm, in prima reſponſione, quam attulit ad l.commodiſsimè.de liber.& poſthu. ait enim, ideo in illa lege caſum omiſſum haberi pro omiſſo, quia ex quo poſthumus ſimpliciter inſtitui poterat, & tamen fuit inſtitutus ſub conditione ſi naſcetur in uita teſtatoris, debere impleri in forma ſpecifica; quia iſta qualitas,de uita teſtatoris, eſt uoluntaria. id, quod eſt diligenter aduertendum, maxime pro intellectu eorum, quæ ſuperius fuerunt allata. Prætereà limita iſtam Bartoli concluſionem,vt locum non habeat,quando expreſsio unius caſus de comprehenſis in uulgari ſubſtitutione fieret adiectis uerbis,tunc & eo caſu,quoniam tanta eorum uis eſt & potentia, ut quicunque alius caſus,expreſſo duntaxat excepto penitus excludatur. ita Petr.de Anchar.in conſilio 256.Soci.in conſi.259. in primo uolu.cum ſubſcript. ſequ. Dec. in conſi.314.& in conſi.
* 315.& in conſi.334. vbi * omnes conueniunt, quemcunque caſum excludi, quamuis alioqui ex natura ipſius diſpoſitionis contineretur. Sed contra iſtam limitationem poſſet inſtari, & ſubtiliter conſiderari tex.in d.l.Gallus,iuncto §.& quid ſi tantum. ibi enim in principio illius.l. habetur,ſi teſtator dicat,ſi filius meus me uiuo morietur,tunc nepos,qui infra x.menſes naſcetur,ſit hæres,& ita ſubſtitutio facta eſt cum illa uoce,tunc,tamen illa ſubſtitutio quæ fuit in caſu mortis concepta,ad caſum deportationis dilatatur in d.§.& quid ſi tantum,quare cõtra præ dictam limitationem tot & tantorum patrum authoritate firmatam inferri poſſet. Reſpondeo, obiectionem hanc tribus modis confutari poſſe,primo enim dico uocem illam,tunc,ibi nõ ad taxandum,& iudicandum caſum mortis,ſed ad oſtendendum ſolam extremitatẽ temporis fuiſſe prolatam,vt ſcilicèt nepos qui infra x.menſes naſcetur, tunc, hoc eſt,à tempore mortis filij: ita exponit ibi glo.in uoce,tunc. Et aduerte quia gl.primo loco dicebat.tunc,ideſt, eo caſu, ut eſt res,de qua nunc agitur.ſed gl.ab hac interpretatione recedit,dicens,tũc, ſcilicèt à tempore mortis filij.quapp cũ iſta nouiſsima ſit illius glo.expoſitio,ei eſt inniteṅdũ,ut hĩ in l.bona fides.

ff.depoſ.& per glo. in l.qui filium. §. 1.ff. ad Trebell. & ideo cùm illa uox ad ſolam temporis extremitatem fuerit à teſtatore ipſo relata, conſequens eſt, vt ultra eius intentionem non debeat operari.l.non omnis.ff.ſi cert.peta. ſed in propoſito caſu uerba hæc ad taxandum & limitandum caſum expreſſum prolata fuerùnt,igitur &c. Secundò dicimus,eſto etiam,quòd uox illa in d.l.Gallus,poſita fuiſſet, ut & nos loquimur, tamen mirum non eſſe, ſi ibi à lege ipſa extenderetur: quia hoc idem & de uoce taxatiua traditum eſt,quæ à lege dilatari poteſt, quamuis ſui natura quoſcunque alios caſus excludat.l.ob æs.& ibi glo. & Bar. C. de prædi. minor.& Bar.in l.ſerui nomine.ff.de uſucap. ſed nos agimus de extenſione, quæ fieri debet ab homine. Poſſet poſtremò etiam reſponderi, in d.l.Gallus, tantùm illam uocem, tunc, fuiſſe prolatam,
14 hic uerò dictum eſt, tunc & eo caſu, quæ quidem geminatio † ſolet potentius operari, vt per Bar.in l.cùm ſcimus.C. de agrico.& cenſ.libro 12. & per docto. in l.Baliſta.ff.ad Trebell.& in terminis noſtris præcisè ſuper hac geminatione, tunc & eo caſu, facit uim Dec.in dicto conſilio 315. Prætereà animaduertendum eſt in propoſito caſu non ſubeſſe tantam rationem extenſionis, quanta eſt in dicto §. & quid ſi tantùm. ibi enim caſus mortis naturalis ad mortem ciuilem ideo dilatatur, quia ſola ſuitas, non autem hæreditas conſideratur. neceſſe enim erat poſthumum, qui hæres erat inſtituendus, eſſe ſuum, ac primum gradum obtinere. proinde cùm ibi duntaxat ad ſolam ſuitatem intentio dirigatur, placuit legislatori etiam deportationem atque emancipationem contineri, cùm filius hoc pacto non minus deſinat eſſe ſuus,
15 quàm ſit eueniente caſu mortis naturalis. Quinimmo iſta uerè extenſio † dici non poteſt, cùm in utroque caſu militet eadem ratio, ſecundum glo.in cap.1.de tempor.ordin.in ſexto. & Felin.in cap.licèt undique,de offic.delega.iſta enim,vbi ſubeſt eadem ratio, non dicitur interpretatio extenſiua, ſed intellectiua, vt per Dec. in conſi.373. Socin.in conſi.30. columna ſecunda.& ſequ.in primo volu. Abb.in cap.fin. de reſcrip. & omnino Alexand.in conſi.75.in 5. uolumi.vbi ait, omnes caſus, qui ſub eadem ratione continentur, ita decidi, ſicut per genus ſpecies comprehenduntur. ſed in propoſita re quòd caſus taxatiuè expreſſus ad alium diſſimilem porrigatur, iſta eſſet extenſio. quæ ab illis uerbis fuit ſeiuncta,& prorſus excluſa: ideo fieri non debet, alioqui iſta uerba, quæ magnæ ſunt efficaciæ, vt ſuprà fuit iure concluſum, inania redderentur. Quare conſtat non eſſe ab hac limitatione ullatenus recedendum,& prædicta attendas pro intellectu dict. §.& quid ſi tantùm. Poſſet etiam prædicta concluſio limitari, vt non procedat, quando ab aliqua parte teſtamenti conijci poſſet, teſtatorem cogitaſſe de illo caſu, ad quem fieri uellet extenſio,& tamen non prouidiſſet,ut tunc prohibeatur extenſio,vt ſenſi in ſecunda ratione,quam ſuprà in principio attuli. idque colligi poteſt ex dictis per
16 Soci. hic,dum vult,ſi teſtator † duobus ſubſtituit impuberibus, vni uulgariter ſubſtituit, & alteri pupillariter,ab iſta vulgari expreſſa tacitam pupillarem excludi,non alia ratione,niſi quòd teſtator de illa cogitauit, & nihil diſpoſuit. facit in argumentum.l. cùm ex filio.§. filios, infrà eodem tit.& omninò ad hoc uide Decium in d. conſ.315. Ad præcedentia uerò uide Dec.in conſi.227.vbi latè tradit,an ſubſtitutio facta ſi alicuius filij deceſſerint, locum habeat quando non naſcuntur. & Soc.in dicto conſi.140.& Fulgo.in conſi.49.& in hac materia uide Curtium
17 in conſi.29. Item attende unum, quod eſt mirabile, ſi eſt uerum; nam ſubſtitutus † ſub conditione ſi ex uidua prægnante non naſcetur filius maſculus,poteſt adire hereditatem etiam ante euentum conditionis, quando ex dicto ipſius mulieris prægnantis, & ex aſſertione mulierum peritarum creditur filiam eſſe naſcituram. item ea ante partum decedente tranſmittet ad ſuos hæredes. ita mirabiliter conſulit Anchar. in conſi.385. ſed apud me eſt 312. quem retulit Felin.in cap.prætereà.de teſti. ſed ego huic ſententiæ conſentire non auderem. Prætereà in hac re ſcias diſpoſitionem factam à teſtatore in caſu, quem ipſe euenturum eſſe cogitabat poſt mortem ipſius,porrigitur ad eũdem caſum,qui in uita ipſius teſtatoris occurrit, ſecundũ Dec.in conſ.386.vbi ait de hoc eſſe caſum in l.fi.C.de poſth. hæred.inſt.Non prætermittas in hac materia uidere Soc.in conſ.259.in 1.uol.cum ſubſcrip.ſequ. vbi tradit,an & qñ ſubſtitutio
18 † facta in uno caſu ad alium porrigat.& inter cætera uult. nullam extenſionem fieri debere ubi

ſequeretur

sequeretur inconueniens, quo minùs dilectus magis dilecto præferatur. vide eundem Soci. in
cons. 77. in 3. uolu. & obliuioni non tradas, conditionem, si aliquis sine filijs decesserit, trahi ad
casum, in quo filius nascitur, sed secundum iudicium peritorum & obstetricium uiuere non po
test, utputa si esset natus in sexto mense; quia naturaliter uiuere non potest. Felin. in c. sicut ex
tua, de homic. in fi. Dec. in consi. 623. & Soci. in consi. 275. col. fi. in 1. uol.

19 Bar. in ead. l. col. 7. vers. item quæro, ait, aliquando institutum † & substitutum simul admitti
posse. vide Alex. in l. post aditam. C. eodem tit. & dum ibi paulò post in vers. vlterius quæro, tra
dit, quid si substitutus in primo gradu potest esse hæres, sed non eo modo, quo defunctus uo-
luit, vide Alexand. in consi. 1. col. 4. in primo uol. & in consi. 329. in libro primi & secundi uolu.
Oldra. in cons. 204.

20 Bar. in eadem l. col. 8. vers. quid ergo dicemus, dum agit, an testamentum † possit assumere
uires à tacita uulgari? vide Bar. in l. Centurio, col. 10. vbi Ias. col. fi. infra eodem. & dum ibi po-
steà in versicu. vlterius quæro, tradit an substitutus possit succedere quando pupillus, cui est
facta substitutio pupillaris, decesit uiuo patre? vide Bar. infrà eadem l. colu. fin. versic. vlterius
quæro, & in versic. Quæro quid. vbi in simili casu uidetur aliter distinguere quàm hic. idem
in alia materia simili ait Bar. in d. l. Lucius, infrà eodem colum. 3. vers. sed pone. Et dum prose-
quendo istam quæstionem distinguit, vt ibi in colu. sequ. vers. vnde distingue. contra istam di-
stinctionem uidetur obstare quod tradit Ias. in authen. ex causa, col. 5. versi. amplia. C. de liber.
præterit. sed pro ea facit quod ait idem Ias. ibi col. penul. vers. quam tamen. & vide eundem in
l. iij. C. de inoffic. testam. subiungit deinde Bar. in uersi. vlterius quæro quid si substitutio, quid
quando substitutio pupillaris facta est uentri? vide Ruin. in §. & quid si tantùm, columna 22.
quæstio. quinta.

21 Bar. in eadem l. colu. 10. inquit, si contingeret patrem † & filium pupillum simul decedere,
locum esse pupillari substitutioni quò ad bona pupilli, & uulgari quò ad bona patris. sed con-
tra hoc ualde urget tex. in l. qui duos. §. fin. in fin. ff. de rebus dub. vbi habetur, si pater & filius
pupillus simul decedunt, pupillum censeri præmortuum esse patri, atque ita pupillaris locum
habere non posset, contra Bar. hic.

22 Bar. in eadem l. & colu. vers. quæro quintò, tradit quæ impediant † & extinguant vulgarem
substitutionem. ex qua quæst. colligitur, vulgarem adita hæreditate expirare. Amplia istam
conclusionem etiam si testator plures substitutionum gradus fecisset, vt hic per Bar. Item am-
plia etiam si is, qui potest uenire de iure ciuili, uenire uelit per possessionem bonorum secun-
dum tabulas, ut per Bar. infrà colu. pen. in 6. quæst. huius principalis. Item amplia etiam si hæ-
res institutus repudiaret bonorum possessionem secundum tabulas, & ueniret de iure ciuili, ut
per Bar. infra in 7. quæst. huius quæst. principalis. & in l. nec is. §. 1. ff. de acquiren. hæred. Et li-
mita regulam hanc, ut non procedat in casibus trad. per glo. & doct. in l. post aditam. C. de hæ-
red. instituen.

23 Bar. in eadem l. col. penul. uers. ulterius quæro, tradit, si pater † filium emancipauit, cui fecit
substitutionem pupillarem, an tacita uulgaris in ea contenta extinguatur. vide Ias. hic. in quæst.
immediatè sequ. & in simili casu quæ docuit Bar. in l. Lucius, colu. 4. vers. quæro ulterius, infrà
eodem tit. & ex ibi dictis collige limitationem, vt dicta hic per Bar. non procedant quando pa-
ter propter necessitatem filium emancipasset.

24 Bar. in eadem l. in principio, col. fi. uers. quæro ergo, tradit, an pupillaris † facta maiori uel ex-
traneo contineat tacitam pupillarem? Tu attende tex. in l. ij. infrà eod. cum ibi trad. per glo. &
Bar. in uers. quæro quo tempore, vbi est casus, quòd substitutio pupillaris facta extraneo con-
tinet tacitam uulgarem, & si talis extraneus ueniret in potestatem testatoris, ualeret etiam pu-
pillaris. Contra istam opinionem Bar. facere uidentur trad. per eundem Bar. in l. uerbis ciuilib.
vers. sed quæro, infrà eod. vbi ait, pupillarem factam maiori non ualere iure fideicommissi, pro-
pterea idem uideretur dicendum & de uulgari. & huic opinioni reluctatur etiam quæ dicit Ias.
ibi in primo notab. Et limita istam conclusionem procedere, quando substitutio facta esset per

uerba directa uel obliqua,quo casu pupillaris non continetur. Bar.in l.Centurio, infrà eo.vers. quæro utrum sub compendiosa,& declarat Ias.in d.l.verbis ciuilibus,in secunda lectura, quem uide omnino.

Summarium in d.l.j.§. substituere.ff.de vulg.& pupill.

1 *Substitutio pupillaris conseruatur per auth.ex causa.*

Bar.in d.l.j.§.substituere.ff.de vulg.& pup.

1 BART. in ead.l.§.substituere, ait glo. tenere, substitutionem † pupillarem conseruari per auth.ex causa. Ad istam glo.vide Alex.in consi. 189. Abundè per celeberrimos, in ultimo dubio.in lib.primi & secundi uol.

Summarium in l.moribus.ff.de vulg. & pupill.

1 *Substitutio pupillaris quo iure sit introducta.*
2 *Conditio est de forma, ideo debet impleri in forma specifica & uera; non autem præsumpta.*
3 *Substitutio pupillaris ualet usque ad pubertatem.*
4 *Pupillaris substitutio fuit moribus introducta.*
5 *Consuetudo in scriptis redacta,an nomen consuetudinis amittat.*
6 *An pupillaris substitutio facta in extraneos ad fideicomm.trahatur.*
7 *Substitutio facta extraneo ab initio ualuit ut vulgaris.*
8 *Substitutio pupillaris quibus uerbis concipiatur.*
9 *Vtrum substitutus admittatur si illa uerba apponantur, si filius meus hæres erit, & infra pupillarem ætatem decesserit,talis sit hæres,& filius non fuit hæres, qm̃ abstinuit, sed in ætate pupillari decesserit.*
10 *Vulgaris expressa continet tacitam pupillarem, quando mater est in medio.*
11 *Ex quibus uoluntas defuncti conijciatur ut matrem uelit excludere.*
12 *Si testator relinquit uxori suæ aliquid donec uitam uidualem seruauerit,& ipsa transeat ad secunda uota,utrum ex præsumpta uoluntate defuncti, sicut priuatur isto relicto, ita censeatur exclusa à tacita pupillari.*
13 *Per expressam pupillarem an mater excludatur etiam à legitima.*
14 *Ex qualitate substituti posse conijci an testator uoluerit matrem excludere.*

Bar.in l.moribus.ff.de vulg.& pupil.

1 BART. in d.l.moribus,sic ait in summa. In hac.l.iurisconsultus dicit quo iure † introducta est substitutio pupillaris. Circa materiam hanc pupillaris substitutionis, quæro si testator dicat,si filius meus in pupillari ætate decesserit, qui iam erat mortuus tempore testamenti,an ualeat substitutio pupillaris? vide Ang.in consi.75.qui per reformationem,vbi concludit eã non ualere,nisi testatori superuenerit notitia mortis.Item quæro si substitutus pupillariter dicat,se admittendum esse ad substitutionem pupillarem,nec apparet decesserit ne institutus in pupillari an non,vtrùm admitti debeat absque alia probatione? Soc. in cons.89. col.4.in 1.uolu.ait, eum admittendum esse,quia præsumitur mortuus in pupillari ætate,nisi contrarium probetur. idem tenet Io.Bapt.Caccialupus in repet.l.precibus.C.de impuber.col.pen.nu.56.id quod est ualde adnotandum,si uerum est. Tamen ego dubito de ueritate huius decisionis: quia pupillaris fit sub conditione,si in pupillari ætate decesserit,conditio autem est de forma, & ideo de-
2 bet impleri † in forma specifica & uera,non autem præsumpta: vt per Feli. in rubr. de probat. Præterea ista qualitas requisita, vt in pupillari ætate decesserit, veram exigit probationem, & coniecturata non sufficit,vt not.docuit Cæpoll.quem uide omnino, quia pulchrum casum decidit in consi.57.tradit Io.Andr.in c.1.de homic.in 6.Alex.in consi.100. & in consi.116. in 1. vol.Soc.in cons.39.& latius in cons.55.in 1.vol.& Dec.in cons.13.& in cons.393.col.pen.Tamen cogita. Scias quoque substitutionem † pupillarem ualere usque ad pubertatem, fideicom
3 missariam uerò non. & ratio est, quia pupillaris concernit pupillum tanquam causam efficientem,sed fideicommissaria tanquam grauatum. & ideo bona subiecta pupillari alienari possunt, vt uidere est in ijs,quæ posui ad Bar.in l.si arrogator.ff.de adopt.Attende etiã cautelam, quam

tradit

tradit Cæpoll.in ſua caut. 117.ad faciendũ,ut uenientes ab inteſtato ſuccedere poſsint pupillo,non obſtante ſubſtitutione pupillari. Quid ſi facta eſt ſubſtitutio alicui,ſi ſine liberis deceſſerit,an comprehendat pupillum,qui filios ſuſcipere non poteſt? Soc. in conſi. 35. col.pen. in

4 3.uol.ait,eum comprehendi. & dum Bar.paulò poſt ſubiungit,pupillarem † fuiſſe moribus introductam,ſed hodie cùm ſit redacta in ſcriptis poteſt appellari de iure ciuili, tamen concludit appellandum eſſe adhuc ius conſuetudinarium. An lex neceſſariò ſit in ſcriptis redigenda, uide Feli.in rubrica de conſt.col.2.& Dec.ibi col.4.quæſt.3.ſic etiam ait Bar.ibi immediatè conſuetudines feudorum appellantur conſuetudines quamuis in ſcriptis ſint redactæ. Hoc idem in feudis dicit idem Bar.in l.de quibus,col.3.uerſi.ſed nunquid.ff. de legi. Et utrum conſuetu-

5 do † in ſcriptis redacta nomen amittat conſuetudinis? & ſibi nomen iuris acquirat? poteſt eſſe utile ſcire in eo,quod colligitur ex dictis Bar.in l.viros.C. de diuer.off.lib.12.& in d.l.de quibus,col.fi.uerſ.quæro qualiter probetur conſuetudo.& in l.ornamentorum,per illum tex.ff.de aur. & arg.leg.

6 Bar.in ead.l.col.1. uerſi. quæro quid ſi fiat in extraneos, quærit an pupillaris † facta in extraneos ad fideicommiſſum trahatur? & remittit ſe ad dicta per eum in l. uerbis ciuilibus, ubi in fi.ait,ſubſtitutionem factam in modum pupillaris, trahi ad fideicommiſſum, ut puta Sempronius Plotij hæres eſto.

7 Bar.in ead.l.col.2. inquit gl. habuiſſe bonum intellectum, quia ſubſtitutio † facta extraneo ab initio ualuit ut uulgaris, & propter mutationem contingentem tempore mortis, aſſumit aliam naturam,& ualet ut pupillaris,& ſic immutatur quædam qualitas, quia de neceſſario efficitur uoluntarius. Ad iſtum intellectum gl.uide Ang. Aret.inſti.eod.tit.col.2.verſi.3.requiritur.& attende quoniam aſſumptum Bartoli hic non videtur poſſe ſubſiſtere. ſ.ut qualitas mutetur,cum ſatis conſtet uulgarem & pupillarem eſſe diuerſæ ſpeciei forma, & effectu. & dum in 3.col.verſi.ſeptimo dixi,inquit Bar.requiri ut impubes inſtitutus ſit, uel exhæredatus, uide Capr.in conſ.69.col.2.dicit poſteà Bar.in ead.col.uerſ.quæro quid ſi ſit,ſi præteritus eſt talis, qui non rumperet teſtamentum, ei poſſe ſubſtitui. Hoc quod ceſſante legis ratione ceſſet etiã lex,uide apud Curt.iuni.in conſi.5.& dum in 4.vol.verſ.8.requiritur,ait exigi ut ſit adita hæreditas ad ualiditatem pupillaris,uide Soc.in conſi.20.col.6.in 1.uol.

8 Bar.in ead.l.col.4.verſ.quarto quæritur,tradit quibus uerbis † ſubſtitutio pupillaris concipiatur,vide in hac re tex.in princ.inſt.eod.tit.

9 Bar.in ead.l.col.5.verſi.ſed quæro,tradit quid ſi illa uerba † apponantur, ſi filius meus hæres erit,& infra pupillarem ætatem deceſſerit,talis ſit hæres,& filius non fuit hæres quoniam abſtinuit,ſed in ætate pupillari deceſsit, utrum ſubſtitutus admittatur? aitq; eum eſſe admittendũ, tamen huic ſententiæ uidetur obſtare.l.ſi hæredi plures.ff.de condi. & demonſtr. tamen Alex. in conſi.189.abunde per celeberrimos, col.fi. in libro primi & ſecundi vol. ſequitur Bar. & in l.precibus,col.3.uer.quid autem probat.C.eod.tit.quia negari non poteſt quin filio pupillo abſtinente ueniat ſubſtitutus,per tacitam uulgarem ad bona patris.l.hoc iure,infrà eod.quare cõ ſequens eſt,filio abſtinente pupillarem non euaneſcere,alioqui autem etiam uulgaris euanuiſſet.Bar.in l.lex Cornelia,infrà eod.tit.

10 Bar.in ead.l.col.antepen. in fi. tradit, uulgarem † expreſſam continere tacitam pupillarem, quando mater ſit in medio,licèt contra eam pupillaris effectum non habeat. & ideo ait Barto. hanc eſſe probationem declaratoriam,quæ fieri poteſt per duos,alioqui ſi pupillaris tacitè nõ contineretur: quia eſſet inductio nouæ uoluntatis. Aduerte tu quoniam ubi tacita pupillaris continetur ſine effectu,ſi dicitur matrem excludi,eſſe inductionem nouæ uoluntatis, atq; ideo ſeptem teſtes ſunt neceſſarij. neque urgere uidentur adducta in contrarium,quia contra Bar. faciunt;nam in d.l.hæredes palàm.§.ſi notam,& in l.ij.C.de bonor.poſſ. ſecundũ tabul. traditũ eſt, ubi conſtat de uoluntate, tunc ſolennitatem duobus teſtibus probari poſſe, ubi uero non conſtat, ſeptem teſtes requiri. ſed in propoſito caſu eſt quæſtio uoluntatis, igitur contra Bar. ſed cum eo tranſeunt multi relati per Laſ.in d.l.quamuis,col.1.in 1.fallen.C.de impuber.

Bar.

11 Bar.posteà immediatè subiungit, ex quibus † ista uoluntas defuncti conijciatur, ut matrem uelit excludere. Adde tu istas coniecturas,& præsumptiones non solùm procedere in confectione testamenti, sed etiam si post conditum testamentum apparerent. Ias.in l.Lucius.col.7. infrà eod.quamuis contrarium esse dicendum uideretur,scilicèt,ut post testamentum ista hæc nihil debeant operari; quia etiam si hoc diceretur expresè,nihil esset; quia requiruntur solennitates necessariæ ad reuocãdum,per trad.in l.iij.§.fratres, & in l.ex parte.ff.de adim.lega.& in l.militis codicillis.§.ueterani.ff.de testa.milit.sed quid si mortuo pupillo & sic excluso substituto uulgari,mater posteà transeat ad secunda uota cum uoluntate defuncti, an ab eo auferatur hæreditas? videretur quòd non,per l.fi.ff.und.liber.tamen contrarium uidetur per auth.cui relictum,C.de indic.uidui.tollen.

12 Bar.in ead.l.col.pen.uersi.sed quid si testator, tractat, si testator † relinquit uxori suæ aliquid donec uitam uidualem seruauerit,& ipsa transeat ad secunda uota, utrum ex præsumpta uoluntate defuncti sicut priuatur isto relicto,ita censeatur exclusa à tacita pupillari? Attende quatuor esse coniecturas,ex quibus conijcitur uoluntas testatoris,de quibus tradit Alex.in consi.98.in 4.vol.& de ista secunda coniectura uide. Alex.in l.precibus,col.2.C.eod.tit.in gl.in uoce,omnimodò,ubi ponit aliam coniecturam,quæ fuit Ang.ibi, quando substituta est causa pia: & in
* hanc sententiam communiter itum est,ut ibi habetur per Io.Bapt.uide Alex. in consi.38. in 1. vol.& in consi.12.& in consi.92.in 3.vol.in quibus consilijs,& in d.l.precibus,sequitur opinionem Ang.quamuis ibi Corn.contrarium sentiat,ea ratione,quia ita matri debetur successio filij sicut contra.l.nam & si parentis.ff.de inoff.testam.proinde succedit illud.B. Augustini, qui uult ecclesiam,& reliqua,ut in c.fi.7.quæst.ultima.& ideo secundum eum, Archid. dixit in c.1.
13 de testam.in 6.illud, quod dicitur per expressam † pupillarem excludi matrem etiam à legitima,non habere locum in foro conscientiæ per d.c. fi.sed hoc sibi non placet, quia canones ligant etiam in foro conscientiæ, cùm à Spiritu sancto emanauerint.c. si quis diaconus, 50.dist. quinimmo etiam leges humanæ & ciuiles obligarent in foro conscientiæ secundum Abb. in c. 3.de testa. & rationem declarat. B. Thomas. 1.secundæ quæst.96. Tamen non est recedendũ à communi sententia,etiam si ei aliquo modo reluctetur generalitas.d.l.precibus. Et pro ista opinione Ang.uide Bar.in consi.pen.col.pen.Scias autem in hac materia exclusionis matris tradi cautelam,qua mater poterit consequi legitimam non obstante,non dico tacita pupillari,sed neque expressa. Thom.Ferrat.in cautel.19.& dum Bar.prosequendo istas coniecturas contra matrem, ait, eam excludi si fortè erat inimica testatoris,citat.l.ex parte.ff.de adim. leg. sed illa.l.probat contrarium. sed solue ut per Bar.ibi.uel dic hoc esse ex coniectura,quæ facilius tollitur per coniecturâm,ut habetur in l.fi.ff.de leg.2.alioqui uerò in d.l.ex parte, ubi expressa est uoluntas quòd ille admittatur,ideo coniectura auferre non potest.

14 Bar.in ead.col.uersi.quartò dixi,inquit ex qualitate † substituti posse conijci, an testator uoluerit matrem excludere; ut puta,si fratrem pupilli & filium suum uulgariter substituisset; ni eo casu tacita pupillaris matrem excludit. Dicas tu idem esse etiam si causam piam uulgariter substituisset: quia tacita pupillaris matrem excluderet.Ias.in d.l.precibus,col.5.vers.adde.

Summarium in d.l.moribus.§.prius.ff.de uulg.& pupil.

1 *Si aliquis petit in libello aliquem cogi & compelli,& ad prædicta condemnari,libellum sustineri.*
2 *Ordinem intellectus magis esse inspiciendum,quàm ordinem uerborum.*
3 *Triplex est ordo.*

Bar.in d.l.moribus.§.prius.ff.de uulg.& pup.

Bart. in ead.l.§.prius,uersic. & hoc facit ad quæstionem, inquit, si aliquis petit in libello
1 † aliquem cogi & compelli,& ad prædicta condemnari,libellum sustineri: quia secundum ordinem intellectus intelligitur,ut prius condemnetur, & postea compellatur. vide Christoph. Porc.inst.de uulgar.& pupill.in princ.& an & quando si ordo præposteratur,uitiet? vide Feli. in c.cùm dilecta.nu.77.de rescrip.post Abb. ibi. & Abb. in c.cæterùm,eod.tit. & in c.causam quæ,eod.tit.& ibi gl.& doct.in l.j.C.de appell.& Bal.& Salic.in l.prolatam.C.de sent. & Barb.

in rubrica

in rubrica de ord.cognit.Bal.in l.aduersus.C.de furt.& in l.fi.C.de hæred.inst. ubi ait, ordinem
2 † intellectus magis esse inspiciendum,quàm ordinem uerborum. & idem uoluit in l.j.in 4. oppos.C.de his quæ pœn.nomi.& ad ea quæ subiungit Bar.circa ordinem hic,uide Ias.in repet.l. admonendi, colu.78.ff.de iureiur. & in l.si ita scriptum,in 1.notab.ff.de leg.1. & limita ut per Alex.in consi.90.col.2.in 1.vol.& procedit in sententia. Et dum Bar. postea declarat triplicẽ
3 esse † ordinem: & circa primum ait,quamlibet rem debere habere in se ordinem productionis.§.inordinatas.in auth.de hæred.& falcid.sed aduerte, quia in d.§.inordinatas, magis habetur de ordine in esse producto,ut conseruetur,quàm quòd in esse producatur. & ad hæc uide Feli.in c.& cum causa,col.5.de re iud.& Rom.in cons.241.col.2.Ad ea uerò, quæ ait Bar. circa ordinem scripturæ, vide omninò Feli. in d.c.cùm dilecta.nu.7. cum seq. ubi ait in dubio ordinem scripturæ esse attendendum. quod tamen declara ut ibi per eum,& per Ias. in l.j.ff.solu. matr.Et dum in fi.ait Bar.legem prius positam censeri prius latam: uide Ias. in l.j.col.3. C.qui admit.& in l.fi.col.pen.eod.tit.

Summarium in l.iam hoc iure.§.sed si aliter.ff.de uulg.& pupil.

Quando una determinatio refertur ad duo determinabilia,ea æqualiter determinare.

Vnum determinabilium non determinat aliud.

Bar.in l.iam hoc iure.§.sed si aliter.ff.de uulg.& pupil.

BART. in d.l.iam hoc iure.§.sed si aliter,colligit ex tex. quando una † determinatio refertur ad duo determinabilia,ea æqualiter determinare. Fallit ista regula quando subest diuersa ratio determinandi. Alexan. & alij in l.in testamento.C.de testa.milit.Dec.in consi.304.& in consi.314.& de hoc est bonus tex.in l.fi.C.de senten.& interloq.omni.iudic. quem ibi extollit Paul.de Cast.sed quia ista limitatio magnam patitur difficultatem propter.l.secundam.C.de impuber.ideò omissa solutione Alex.hic,dicebat Curtius iuni.quando illa determinatio potest saltem aliquo casu æqualiter determinare, & tunc legem ulterius non procedere, quamuis in uno casu maior ratio quàm in alio militaret: & ita locum habere.d.l. secundam, alioqui uerò quando nullo casu, & ita procedere * communem opinionem. Item fallit ut per Ias. in l. Gallus.§.quidam rectè,col.4.ff.de liber.& posth.aduerte tamen, quoniam unum † determinabiliũ non determinat aliud.l.prętor.2.§.si quis aduẽtu.ff.de ui bonor.rapt.& ad præfata.uide Oldr. in cons.40.Barb.in cons.27.in 1.vol.& in cons.64.col.10.eod.volu. & in cons.17.colu.8.in 2. vol.& Aret.in cons.151.col.2.& seq.

Summarium in l.si is qui ex bonis.ff.de uulg.& pupil.

An ille, qui est institutus à patre spurij, possit instituere filium spurium testatoris præmortui.

An spurius possit emere ab eo, cui uendidit pater eius.

Bar.in l.si is qui ex bonis.ff.de uulg.& pupil.

BART. in d.l.si is qui ex bonis,uersi.secundò quæro,tractat an ille, qui est institutus † à patre spurij,posit instituere filium spurium testatoris præmortui? & decidit posse. Vide Imol.in consi.71.& Alex.in cons.193.Viso themate,in 2.dub.in lib.primi & secundi volu. & quamuis spurius à patre hæres institui non possit,tamen traditur cautela,qua mediante institui poterit, ut per Feli.in c.multorum,de Iudæ.adde alias cautelas ut per Cępol.in caut.38.& uide quæ posui in lucubrationibus in l.item in potestate.ff.de his qui sunt sui uel ali.iur.

Bar.in ead.l.in fi.quærit,an spurius † posit emere ab eo, cui uendidit pater eius? & decidit eum non posse, concludens maiorem fraudem præsumi in contractibus quàm in ultimis uolũtatibus. Ad hoc bene facit.l.non dubium.C.de testa.iuncta.l.solent.in fi.ff.de off.proconsi.& l. non licet.ff.de contr.emp.

Summarium in l.uerbis ciuilibus.ff.de uulg.& pupil.

An substitutio facta per uerba directa, obliquatur.

Institutio uel substitutio facta per uerba directa, si nullo tempore ualuit iure directo, an ualeat iure fideicommissi.

3 *Substitutio*

3 *Substitutio pupillaris facta maiori, non ualet iure fideicommissi.*
4 *Vtrum uerba unius directæ substitutionis ad aliam directam dilatentur.*

Bar. in l. verbis ciuilibus. ff. de uulg. & pupil.

1 BART. in d.l. verbis ciuilibus, col. 2. quærit an substitutio † facta per uerba directa obliquatur? vide Fulg. in consi. 43. Deinde quærit nunquid substitutio fideicommissaria uel obliqua trahatur ad directam? vide Alex. in consi. 1. col. 4. in 1. vol. & Aret. in cons. 53. col. pe.

2 Bar. in ead. l. & col. quærit, si institutio † uel substitutio facta per uerba directa nullo tempore ualuit iure directo, utrum ualeat iure fideicommissi? vide aliquid per Alex. in l. Centurio, colu. 23. infrà eod. & in consi. 124. in libro primi & secundi vol. & in l. j. §. si quis ita, colu. 1. & 2. ff. de uerb. obli. & in consi. 40. Prospectis his, in 3. vol. ubi not. dicit, substitutionem factam extraneo per uerba directa ad fideicommissariam trahi post aditam hæreditatem: maximè quando in testamento adest clausula codicillaris. Et ad prædicta uide Fulgo. in consi. 43. Et dum prosequitur Bar. declarando utrum in codicillis uerba directa ad fideicommissum porrigantur: vide Alex. in consi. 199. Prospectis in testamento. in libro primi & secundi vol. & Fulg. in d. cõ. 43. & dum ibi in uers. præterea, subdit Bar. uerbum, uolo, esse directum, dicas immo esse obliquum. §. fi. inst. de sing. reb. per fideicomm. relict. & l. 2. in princ. C. commun. de lega.

3 Bar. in ead. l. uersi. sed quæro ponamus, concludit, substitutionem † pupillarem factam maiori non ualere iure fideicommissi, huic conclusioni reluctantur trad. per Bar. in l. j. in fi. suprà eo. ubi ait, pupillarem factam maiori uel extraneo uulgarem continere. igitur pari ratione debet etiam ualere iure fideicommissi. & contra hanc Bartoli decisionem uidentur urgere duo iura scilicèt in l. generaliter. §. si quis suo. ff. de fideicommis. liber. ubi sentit tex. speciale esse in liberis, ut uerba directa ad fideicommissariam protrahantur, igitur regula est in cõtraium. Ias. post Cor. & Alex. in l. j. §. 1. ff. de leg. 3. & in l. Stichus seruus. ff. de manumis. testa.

4 Bar. postremò in ead. l. quærit utrum uerba † unius directæ substitutionis ad aliam directã dilatentur? de hoc uide aliquid per Bar. in l. j. in fi. tertiæ quæst. princ. in fi. suprà eod.

Summarium in l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. & pup.

1 *Qui est hæres per mediam personam alterius non admittitur per hæc uerba, quisquis mihi hæres erit.*
2 *Compromissum factum in aliquem sub nomine dignitatis, an eo mortuo transeat in successorem.*

Bar. in l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. & pupill.

1 BART. in d.l. qui liberis. §. hæc uerba, sic ait in summa. Qui est hæres † per mediam personam alterius, non admittitur per hæc uerba, quisquis mihi hæres erit. vide ad hunc tex. Alex. in consi. 36. in 3. vol. & de hac materia uide Ias. in l. fi. col. 3. C. de edict. diui Adri. tollen.

2 Bar. in eod. §. uersi. ultimò hanc legem induco. quærit an compromissum † factum in aliquo sub nomine dignitatis, eo mortuo transeat in successorem? Vide Oria. in tract. de arbitris, fol. 21. in uerbo solet. Feli. post Imol. in c. præsentata, in princ. de testi. & in c. cùm ex officij. colu. 13. de præscrip. Barb. in c. quoniam Abbas, col. 8. & seq. post Bal. ibi, de offi. deleg. Bal. in cons. 217. in 3. vol. Flori. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. qui omnes tenent, in successore non transire. idem tenet Bal. in tit. qui feud. dar. poss. in uoce, Marchio, col. 3.

Summarium in l. sed si plures. ff. de uulg. & pup.

1 *Spes substitutionis pupillaris ad hæredem non transit.*

Bar. in l. sed si plures. ff. de uulg. & pup.

1 BART. in d.l. sed si plures, in princ. sic ait in summa. Spes substitutionis † pupillaris ad hæredem non transit. deinde opp. & declarat circa istam spem. vide tu Alex. in consi. 165. in 5. vol. ubi loquitur in substitutione fideicommissaria & uulgari. idem dicas communiter de omni spe cuiuscunque substitutionis, ut per Alex. in cons. 306. Viso themate, col. pen. in 3. vol.

Summarium in d.l. sed si plures. §. quos possum. ff. de uulg. & pup.

1 *Existentiam sui hæredis operari transmissionem hæreditatis paternæ.*

Bar. in d.l. sed si plures. §. quos possum. ff. de uulg. & pupil.

1 BART. in ead. l. §. quos possum, colligit ex tex. existentiam † sui hæredis operari transmissionem

sionem hæreditatis paternæ. Ad hoc uide Alex.in consi.131.in 1.volu.& in consi.17.in 3.vol. & dum in fi.quærit Bar.utrum beneficium abstinendi,quod habet filius in hæreditate paterna, habeat etiam in hæreditate fraterna? uide Aret.in l.Iulianus,suprà eod.col.1.ubi refert Bar.

Summarium in d.l.sed si plures.§.filio impuberi.ff.de uulg.& pup.

1 *Substitutus pupillariter non potest pupilli hæreditatem separare à paterna, si est adita per pupillum.*

Bar.in d.l.sed si plures.§.filio impuberi.ff.de uulg.& pup.

1 BART. in ead.l.§.filio impuberi,ait,substitutum † pupillariter non posse pupilli hæreditatem separare à paterna,si est adita per pupillum. vide Alex.in consi.12.col.3.& seq.in 3.vol.

Summarium in d.l.sed si plures.§.si ex asse.ff.de uulg.& pup.

1 *Substitutus an possit ex persona pupilli restitutionem petere,ut se ab hæreditate abstineat.*

Bar.in d.l.sed si plures.§.si ex asse.ff.de uulg.& pup.

1 BART. in ead.l.§.si ex asse,quærit,an substitutus † posit ex persona pupilli restitutionem petere,ut se ab hæreditate abstineat?pro hac opinione facit.l.paterfamiliàs.ff.de priuileg.cred.

Summarium in d.l.sed si plures.§.in arrogato.ff.de uulg.& pup.

1 *Si uxori data sunt munera tempore contracti matrimonij, an uideantur facta contemplatione mariti, an ipsius uxoris.*

Bar.in d.l.sed si plures.§.in arrogato.ff.de uulg.& pup.

1 BART. in ead.l.§.in arrogato, in fi. quærit, si uxori † data sunt munera tempore contracti matrimonij,an uideantur facta contemplatione mariti, an ipsius uxoris? & distinguit, an fuerint facta à consanguineis mariti, an uxoris. vide aliquid per Alex. & alios in l. ut liberis.C.de collat.Ant.de Butr.in consi.38.Rom.in consi.172. Capr.in cons.165.in ultimo dub. Corn.in consi.8.in 2.dub.in 1.vol.& Ias.in d.l.ut liberis,col.8.

Summarium in l.si filius qui patri.ff.de uulga.& pup.

1 *An pater qui dedit cohæredem filium emancipatum,uideatur recedere à legis dispositione.*

2 *Uulgari substitutione sublatem tolli.*

3 *An beneficium abstinendi eneruet uires existentiæ sui hæredis.*

Bar.in l.si filius qui patri.ff.de uulg.& pup.

1 BART. in d.l.si filius qui patri, col.2. uersi. sed quæro quid si pater, quærit an pater, † qui dedit cohæredem filium emancipatum uideatur recedere à legis dispositione? Attende quoniam Ang.quem refert hic Alex.in col.17.& alij tenent ex hoc,per dationem cohæredis emancipati suitatem non tolli. tamen contra hoc uidetur facere id,quod docuit Bar.in l.illud.§.fin. ff.de bonor.poss.contratab.ubi ait, emancipatum succedere, ut quilibet extraneus. & de hoc est tex.in §.cæteri, inst.de hæred.qualit.& differen. igitur eo dato cohærede tolli suitas, sicut fit dato cohærede extraneo,cui emancipatus æquiparatur. Nec obst.l.meminimus,de hæred. inst.& iura allata per Alex.quæ uolunt sublatã esse differentiam patriæ potestatis & iuris emãcipationis; quia illud procedit ab intestato,ut est gl.in l.si emancipati.C.de collat.& in auth. ex causa.C.de liber. præter. alioqui uerò condito testamento. & de hac re noster est sermo. sustinendo tamen * communem sententiam, ad quam Ang. Paul. de Cast.& Alex.accesserunt, in d.l.si emancipati,ubi alij omnes,dicendum est,quamuis emancipatus ut extraneus ueniat ad successionem,eum tamen non succedere ut prorsus extraneum: quia pater tenetur illum instituere,alioqui rumpitur testamentum per contratabulas.l.maximum uitium.C.de liber.præter. id quod non est in extraneo. proinde testator eum instituendo uidetur fecisse magis ex quadam necessitate,quàm quòd à legis dispositione recedere uoluerit,ut hic per Alex.

Bar.in ead.l.col.3.uersi.ad primum dico, inquit, uulgari † substitutione suitatem tolli, quoniam eo casu filius de necessario fit hæres uoluntarius. De hac re uide quæ posui in lucubrationibus in l. si filius hæres. ff.de liber.& posthum.Ias.in l. conditionibus pupillus.ff.de condit. & demonstr.ubi istud confirmat à simili per illum tex.& uide Abb.in consi.90.col.2.in 1.dub.in 2.vol.Alex.in l.apud Iulianum.§.Iulianus.colu.5. versi. iuxta prædicta.ff.ad Trebell.& in cons. 146.Videretur inspectis.nu.20. in lib.primi & secundi vol. ubi limitat hoc non habere locum

quando

quando uulgaris iuncta est cum fideicommissaria. Et dum subiungit Bar. quid si filius est institutus sub conditione potestatiua, ut si decem dederit, an fiat de necessario uoluntarius? dicit Bar. textum esse quod non in l. in conditionibus. ff. de cond. & demõst. & ita ibi concludit Bar. in fi. simile an conditio fiat expressè uel tacitè. Ias. in l. captatorias, col. 2. uersi. in 3. par. glo. C. de testa. milit.

3 Bar. in ead. l. col. 3. versi. item quæro, tradit, an beneficium † abstinendi eneruet, ut eius uerbis utar, uires existentiæ sui hæredis. deciditque, quando filius se immiscet hæreditati, beneficium abstinendi nihil operari. Attende istam decisionem, quæ probat filium se immiscentem non censeri propterea quasi contrahere cum creditoribus hæreditarijs, sed in suitate perseuerare: quia beneficium abstinendi nihil operatur. quam conclusionem eruditè comprobat Dec. in consi. 331. Quando autem se non immiscet, neque abstinet, & eo casu distinguit Bar. an agatur de ijs, quæ damnum & onus ipsius filij concernunt; & tunc uires tolli suitatis, an uerò de ijs, quæ eius commodum & fauorem, & tunc secus. vide Alex. in l. qui se patris, col. 7. C. und. liu. ubi idem esse ait in statuto licentiam concedente filio repudiandi hæreditatem patris. dum uerò ait Bar. in isto capite, operari etiam transmissionem hæreditatis non aditæ. uide quid ex hoc inferat Soc. in cons. 113. col. 5. in 1. vol.

Summarium in l. Centurio. ff. de uulg. & pup.

1 *Si testator pluribus hæredibus institutus di eret, si nullus eorum decedet sine filijs, quis sit sensus istorum uerborum.*

2 *Conditio uoluntaria posita à testatore in aliqua substitutione, debet impleri in forma specifica, non autem per æquipollens.*

3 *Si testator substituit familiam, an omnes de illa domo uenire possint.*

4 *Compendiosa facta per nomen appellatiuum, non continet uulgarem.*

5 *Compendiosa dicitur esse illa, in qua est facta mentio mortis.*

6 *Pupillaris ab initio in compendiosa continetur, quamuis sine effectu propter matrem.*

7 *Compendiosa est quæ sub conditione mortis, uel alia, multa complectitur tempora.*

8 *Quis sit effectus compendiosæ, quando fit per uerba merè directa.*

9 *Iuramentum habet uim clausulæ codicillaris.*

10 *Qui sint effectus compendiosæ substitutionis.*

11 *Substitutus in re certa uel quota per uerba directa, & ciuilia, nullo alio dato substituto, censetur substitutus in totum.*

12 *Si testator compendiosè substituit per hæc uerba, quandocũque decesserit sine liberis, lego tibi bona mea, utrum hæc uerba sint directa.*

13 *Si testator dixit quandocunque filius meus decesserit, uolo bona mea distribui pauperibus Christi per meos fideicommissarios: an ista substitutio sit fideicommissaria infra tempora pubertatis.*

14 *Testator, si dixit, uolo quòd bona mea uendantur, & pretium inter pauperes distribuatur per meos fideicommissarios an illa sit pupillaris infrà tempora pubertatis.*

15 *Substitutio compendiosa facta per uerbum commune, utrum ualeat iure directo infra tempora pubertatis. Quid si facta est per uerbum transeant, nu. 17.*

16 *Pater magis diligit filium quam se ipsum.*

18 *Compendiosa quando est facta sine temporis distinctione, tunc si tempore est fideicommissaria.*

19 *Verbum accipiat, quid significet.*

20 *Si testator dixit, quando filius meus decesserit, uolo hæreditatem meam totam & integram ad talem per uenire, quid ista uerba significent.*

21 *Substitutio si fiat cum temporis distinctione, isto casu infra tempora pubertatis continet pupillarem.*

22 *Substitutio compendiosa facta per uerbum commune, an contineat uulgarem.*

23 *Compendiosa est substitutio, etiam si non sint apposita dictio quandocunque, sed alia quæ sui natura tractum temporis indicet.*

24 *Testator si dixit substituo filio meo talem, nullo addito alio uerbo, an sit compendiosa substitutio, uel uulgaris tantum.*

25 *Substitutio compendiosa per uerbum commune facta in certa re ad institutionem trahi non potest.*

26 *Vbi testator digreditur ad ulteriores gradus, grauando filios positos in conditione, an eos uoluisse præsumatur.*

27 *Testator instituit filium, & si sine filijs decesserit, substituit Titium, subiungēs hæc uerba. Et hoc locum habeat in descendentibus descendentium, quos omnes substituit uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, an ex his uerbis uideatur omnibus descendentibus iniunctum esse fideicommissum, & omnes consequenter sint uocati.*

28 *Vbicunque onus fideicommissi simpliciter iniungitur, vbi descendentes omnes substituit, neque appareat an unus magis quàm alius sit uocatus, semper illis tantummodò qui expressè uocati fuerunt, grauamen censetur iniunctum.*

29 *In dubio ad fauorem hæredis contra fideicommissarium ferenda est sententia.*

30 *Si in substitutione duo ex istis uerbis apponuntur, uidelicet de uerbis directis communibus, et obliquis, quid iuris.*

31 *Verbum directum est illud, quod sui natura importat, ut ille cui relinquitur, sua manu accipiat.*

32 *Verbum hæres esto, & uerbum instituo, sunt uerba directa, & ciuilia.*

33 *Verba distribuantur, dentur, & accipiant, quid significent.*

34 *Verbum perueniat, est uerbum commune.*

35 *Verbum succedere, est uerbum commune.*

Bar. in l. centurio. ff. de uulg. & pupill.

BART. in d.l. Centurio, inquit, se esse tractaturum materiam compendiosæ substitutionis.
1 circa quam ego quæro, si testator † pluribus hæredibus institutis diceret, si nullus eorum decedet sine filijs, quis sit sensus istorum uerborum? Bar. in consi. 57. incip. Annacellus ait, perinde esse ac si testator diceret, si quis decedet sine liberis. quo casu dubitatum est, etiam si relinqueret filium, qui religionem fratrum Minorum ingrederetur, nunquid substitutum excludat? Bar. tenet quòd non, in l. fi. C. quand. & quib. quart. pars debea. lib. & ibi Ange. in apostil. & ista
* uidetur esse * communis sententia, ut ait Alex. in consi. 13. in 3. vol. Tamen cogita, quia contra hoc uidetur esse decisio Bar. ad quem alij accesserunt in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib.
2 & posth. ubi uult, conditionem † uoluntariam positam à testatore in aliqua substitutione debere impleri in forma specifica, non autem per æquipollens, neque per alium modum importantem eundem effectum. proinde cùm ista conditio, si sine liberis, sit uoluntaria, dicendum uideretur, eam per ingressum religionis incapacis impleri non posse. de qua re uide Feli. in c. licèt undique, de offi. deleg. Alex. in consi. 163. in lib. primi & secundi uol. Doct. in l. Deo nobis. C. de episc. & cleric. & in auth. nisi rogati. C. ad Trebell. Doct. in c. in præsentia, de probat. & Alex. in consi. 91. in 4. vol. Tamen ad ea quæ prædixi, uide omnino Alex. in consi. 98. Visa parte, in 4. vol. ubi tradit etiam, utrum substitutio facta sub conditione si erit presbyter, ualida sit? Quid
3 si testator † substituit familiam, an omnes de illa domo uenire possint? uide Bar. in l. fin. C. de conduct. & procur. prædi. fiscal. lib. 11. ubi tenet, eos omnes uenire posse. Tamen relictum factum familiæ, intelligitur de familia, hoc est, de descendentibus ipsius testatoris. Bar. in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. iunctis his quæ ibi pono in lucubrationibus. Item in hac materia scias com
4 pendiosam † factam per nomen appellatiuum, non continere uulgarem, ut si dictum est, quandocunque hæres meus decesserit: quia testator uidetur uoluisse hunc omnino esse hæredem. Alex. in consi. 1. in 1. vol. Item si dictum esset, si filius meus quandocunque decesserit sine filijs, ista substitutio locum habet, etiam si filius superstit, qui omnino & infallibiliter est moriturus.
5 Feli. in c. sicut ex tua, in fi. de homic. Scias etiam compendiosam † dici esse illam, in qua est facta mentio mortis. Dec. in consi. 642. cum seq. Et dum Bar. hic in prima oppos. ait, directam non mutari, sed unam directam in aliam directam transire. ad rem facit, quia uulgaris quandoque mutatur in pupillarem, ut per Bar. in l. ij. col. 2. uersi. quæro quo tempore, suprà eod. titu. Subdit

posteà

posteà Bar.pupillarem contentam in compendiosa dici posse tacitam specialiter.& generaliter expressam.uide Alex.in consi.12.& in consi.17.in 3.uol.

6 Bar.in ead.l.col.2.versic.Hoc præmisso,dicit,pupillarem † ab initio in compendiosa contiueri,quamuis sine effectu propter matrem. vide quid ex hoc inferat Bar.in l.ij.col.pen. uersi.quæro ergo,suprà eod.tit.ubi ait,propter hoc probari posse per duos testes,uoluntatem testatoris fuisse,ut mater excludatur,& tamen si non contineretur, septem testes exigerentur.

7 Bar.in ead.l.col.3.versi.ad primum, inquit, compendiosam † esse,quæ sub conditione mortis uel alia multa complectitur tempora. Aduerte,si testator dicit,quandocunque filius institutus decesserit,fratrem & eius filium substituo; non solùm frater est filio substitutus compendiosæ,sed etiam filius fratri,quamuis quò ad eum nulla sit expressa substitutio, ut per Soci.in l. Gallus.§.quidam,col.ult.uersi.quintus.ff.de liber.& posth.

8 Bar.in ead.l.col.4.uersi.primò quæro,tractat,quis sit effectus † compendiosæ quando fiunt uerba mere directa. De ista quæst.ultra dicta hic per Alex.uide Roma.in l.cogi.ff. ad Trebel. Fulg.in l.precibus,col.10.C.eod.tit.qui omnes sequuntur primam opinionem tanquam me-
* gis * communiter approbatam.& eam esse communem testantur Imol.& Alex.hic. & Imol.in c.Raynutius,de testa.& Dec.in d.l.precibus, & omnes declarant & limitãt nisi apposita esset clausula codicillaris. Tu uerò intellige hoc esse uerum quando clausula hæc apposita esset per uerba futuri temporis,alioqui uerò si essent uerba temporis præsentis: ita in d. l. precibus, ait Dec.per tradita per Bar.in l.j.in 6.quæst.de iure codicill.& ita inquit etiam Bald. in repet. c.si pater,col.80.de testa.in 6.Limitatur etiam ista conclusio quando in testamento fuisset appo-
9 situm iuramentum, † quod habet uim clausulæ codicillaris.l.cùm pater.§. filius matrem. & ita ibi limit.Io.Baptista.ff.de leg.2. & sequitur Dec. cogita etiam nunquid ista opinio locum habeat quando testamentum esset conditum inter liberos; quia illud etiam habet uim clausulæ codicillaris. gl.in l.cohæredi.§.cùm filiæ.infrà eod.nam illud clarè procedit quò ad filios, sed quò ad extraneos,cogita.

10 Bar.in eod.loco progreditur declarando effectus † compendiosæ, & dicit quantum ad sub-
* stitutionem directam ualere iure fideicommissi, & reliqua ut ibi per eum. Hanc opinionem communem esse ait Imol.in l.pater Seuerinam.§.conditionum uerba.ff.de cond. & demonstr. Limita etiam istam opinionem ut non habeat locum in foro conscientiæ, & ubi de æquitate ageretur:ut per Dec.in d.l.precibus,ubi etiam limitat,ut non habeat locum in uulgari, quæ cõtinetur sub expressa pupillari, moriente pupillo post pubertatem hæreditate non adita; quia admittitur substitutus ex uulgari tacita quamuis ex fideicommissaria uenire non possit. Fulg. in consi.43.Et uulgarem trahi non posse ad fideicommissariam etiam si adsit clausula codicillaris,ait Dec.in consi.287.

11 Bar.in ead.l.col.5.uersi.quid si testator,inquit,& ad hoc semper afferri solet,substitutum † in re certa uel quota per uerba directa & ciuilia nullo alio dato substituto,censeri substitutum in totum, & ita eum sequitur Ias.hic,& in l.cohæredi.§.fi.infrà eod.& in l.quoties,colu.1. C.eod. Tu uerò aduerte dum Bar.hic attendit uerba,hæres esto,posita in l.j.§.si ex fundo.ff.de hæred. inst.quæ sunt directa & ciuilia, uidetur limitare illam regulam, ut institutus in parte nullo alio instituto censeatur institutus in totum,procedere solùm quando institutus esset per uerba ciuilia & directa. id quod confirmari potest, quia idem requiritur in substitutione, ut hic per Bar.sed nulla uidetur esse ratio differentiæ quare magis in substitutione huiusmodi uerba exigantur quàm in institutione,igitur &c. quæ quidem limitatio ad illum tex.esset memoratu digna si ueritati inniteretur. Tamen contra utranque limitationem de substituto, quam hic tradit Bar.& de instituto,quam ex eius dictis colligo,urget,quia ratio.d.§.si ex fundo, est ne quis pro parte testatus & pro parte intestatus moriatur. quæ ratio militat siue institutio uel substitutio sit facta per uerba ciuilia & directa tantum, siue per uerba obliqua. cogita tamen, nam & si ex post facto aliquis possit pro parte testatus,& pro parte intestatus decedere, hoc tamen à principio contingere non potest.

Bar.

12 Bar.in ead.l.col.6.verſ.ſed quid ſi teſtator,quærit, ſi teſtator † compẽdioſe ſubſtituit per hæc uerba,quandocunque deceſſerit ſine liberis lego tibi bona mea: vtrum hæc verba ſint directa? vide Barb.in conſi.9.in 3.uol.& Alex.in conſi.76.Ponderatis his.in fi.in 3.uol.vbi ait,uerbum, lego,relatum ad uniuerſitatem bonorum non importare inſtitutionem, uel ſubſtitutionem directam. Diſtinguunt tamen doct.vt uidere eſt apud Alex.in l.j.ff.de leg.1. & ad hoc uide oĩno quæ poſui ad Bar.in l.his uerbis.ff.de hæred.inſt.vbi agitur de uerbo, relinquo.

13 Bar.in ead.l.& col.uerſ.ſed quid ſi teſtator dixit,quærit † ſi dictum eſt, quandocunque filius meus deceſſerit, uolo bona mea diſtribui pauperibus Chriſti per meos fideicommiſſarios, an iſta ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria infra tempora pubertatis? deciditque eſſe directam; quia perinde eſt ac ſi teſtator dixiſſet,ſe uelle ut fideicommiſſarij accipiant ea & diſtribuant,& uerbum,accipiat, directam ſignificare. contra Bar.hic uidetur ſentire Raph. Cuma. in conſi.130. vbi inquit Bartolum ſibi ipſi eſſe contrarium: & uerbum, accipere, propriè indicare id,quod de manu alterius capitur,docuit Dec.in l.non uidetur quiſquam id capere.ff.de regul.iur.& ad dicta per Bar.hic,uide Alex.in conſi.45.in primo uol.& in conſi.146.Videretur inſpectis, col. 6.nu.17.in lib.primi & ſecundi uolu.& in conſi.305. Circa primum, col.pen.in eod.libro,ubi
* ait magis * comm.opinionem eſſe contra Bar.hic.vide eundem Alex.in conſ.12.col.2.in 3.uo lu. Panor.in conſ.59.in primo dub.in 1.uol.Paul.de Caſt.in l.ſiquis ad declinandam.C. de epi
14 ſcop.& cler.& Aret.in conſi.155.col.5.Et dum Bar.in col.ſeq.quærit quid ſi teſtator † dixit uo lo quòd bona mea uendantur,& pretium inter pauperes diſtribuatur per meos fideicommiſſarios, an illa ſit pupillaris infra tempora pubertatis? deciditque ſolam eligendi facultatem ad fideicommiſſarios pertinere. vide Alex.in d.conſ.12.colu.pen.& 1.in 3.volu.vbi dicit contra Bar.generaliter,vbi teſtator dedit executores in teſtamento, ſi demum iubet aliqua diſtribui, ſemper eſſe ſubintelligendum ab executoribus teſtamenti.ibi uide omnino.

15 Bar.in ead.l.col.8.uerſ.tertiò principaliter quæritur,latè diſputat utrum ſubſtitutio † cõpendioſa facta per uerbum commune, vt eſt uerbum, ſubſtituo, ualeat iure directo infra tempora
* pubertatis? in qua quæſtione dicas * communem eſſe ſententiam, ut ualeat iure directo, teſte Soc.in conſi.144.in 1.uol.& Ial.in l.precibus. id quod ratione ualida confirmatur; nam quòd pupillus decedat cum teſtamento,honor eſt & fauor pupilli. Ang.in conſi.148.col.3.incip.D. Quiricus. ideoque in dubio iſta benignior interpretatio eſt capienda.l.quoties.ff.de reb.dub. propterea ſubſtitutio pupillaris omnino eſt exiſtimanda,cùm ita contingat, pupillum decedere cum teſtamento,vt per Angel. in d.conſi.148.quem uideas etiam in conſi.125.Et huic ſententiæ magno eſt adiumento, quoniam cùm iſta interpretatio ſit hæredi pariter & filio hono-
16 ratior,non eſt facilè credendum, patrem teſtatorem aliter diſponere uoluiſſe, cùm magis † filium quàm ſe ipſum diligere cenſeatur.glo.in l.iſti quidem.ff.quod met.cau.facit.l. nec in ea.ff. de adulter.hoc enim modo filius honorabilior eſt, & per fideicommiſſum grauaretur, cùm ſit grauamen.l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de uulga. & pup. Et de hoc Bar. documento uide Alex.in conſ.213.in conſi.305. & in conſi.329.in lib.primi & ſecundi uol. in conſi.12.in 3.uolu.& omninò in conſ.51.in 7.volu.& ea,quæ prædixi de uerbo communi, procedere ſaltem quando adeſt clauſula codicillaris,tradit,ibi Soc.& Io.Bap.Caccialupus in repet.d.l.precibus.C. de impuber. Et circa præcedentia,vide Ana.in conſi.79. Card.in conſi.7. in conſi.16.in conſi.84.&
17 in conſi.95. Quid ſi ſubſtitutio † facta eſt per uerbum,tranſeant? vide Soc.in conſi.62. in 3.uolu.Quid ſi ſubſtitutio facta eſt per illa uerba, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum? Soc.in conſi.20.ait,in optione ſubſtituti eſſe,ex quo capite uelit ſuccedere. Dicit tamen Soci. in conſ.250.in 1.vol.verba hæc ex capite notariorum apponi conſueuiſſe,& ex conſuetudine.
18 Et dum Bar.proſequendo declarationem huius quęſtionis,ait, quãdo compendioſa † eſt facta ſine temporis diſtinctione,& tunc ſecundum Azo.eſſe omni tempore fideicommiſſariam. Iſtã opinionem tenuit Oldr.in conſ.98. Factum tale. vbi ait, in caſu iſto duas quartas detrahi poſ-
* ſe. & Angel.in conſ.83.Bal.in conſi.53.In conſulendo, ubi ait iſtam eſſe * communem ſententiam. Poſteà Barto.refert aliam opin. glo. inſt. eod. quæ contrarium ſenſit. & iſtam opin.glo.

ſequitur Paul.de Caſtr.in conſi.246.quod dicta ſubſtitutio, col.1.& in conſi.253. Viſis omnibus,col.3.& in conſi.90.Super quæſt.colu.1.& in conſi.339. Primum dubium.Alex.in conſi. 12.& in conſi.17.in 3.uol.& hanc communem eſſe opinionem ait Flor. in conſi.39. Quidam patruus.& pro ea urget tex.in c.ſi pater.de teſtam.in 6.in ratione. Et dum Bar.ſubiungit argumenta,vt ſit omni tempore fideicommiſſaria:Adde ad hanc opin.accedere Bald.in l.ex tribus. C.de inofficioſi.teſta.& in l.ſicut in annos.ff.quib.mod.uſufru.amit. & in l.Pomponius lib.26.ff.de neg.geſt.Ang.in conſi.125.Hoc eſt teſtamentum pueri.

19 Bart.in ead.l.colu.9. verſ.item quid ſi teſtator dixit,tradit de uerbo, † accipiat,de quo dixi in præcedentibus lucubrationibus. & dum ait illud non uenire libere, quod propria authoritate capi non poteſt: Tu ultra moder.hic de hac uoce,liberè,vide Barb.in conſi.31.col.7. in 1.uol. & Dec.in c.ſi pro debilitate,de offi.deleg.& Alex.in cõſ.154. in lib.primi & ſecundi uol. Et de uoce,pleno iure,vide Feli.in c.auditis,col.3.& ſeq.de præſcrip.Alex.in conſi.56.in 3.uol.Ang. in conſ.156.col.6.Feli.in c.conquæſtus,de for.comp.& Capr.in conſi.36.& in conſi.78.in. vbi ponit etiam de uoce,omnia. Et quid ſignificet uox,integraliter, uel ſine aliqua diminutione,vide Feli.in d.c.auditis,col.4.& Iaſ.in l.precibus.col.15.C.de impub. Et de uoce totum, uide Ang.in d.conſ.125.col.fi.& Rom.in conſ.239.

20 Bar.in ead.col.ſubdit,quid ſi teſtator † dixit,quandocunque filius meus deceſſerit, uolo hæreditatem meam totam & integram ad talem peruenire, de quorum uerborum ſignificatione paulò ante diximus. Ex hoc Bar.documento dixit Ang.conſtare per hæc uerba, omnia bona, & alia importantia integram reſtitutionem, intelligi prohibitam eſſe trebellianicam. & idem conſuluit Alex.in conſi.138.in 5.vol.Aret.uerò in conſ.12. inquit Bartolum ſentire oppoſitũ: quia Bar.ſecundum eum uoluit ex his uerbis ſubſtitutionem factam per uerbum cõe trahi debere ad directam,ad hoc, vt trebellianica detrahi non poſſit, alioqui ſentiens ſi eſſet obliqua: quia non obſtantibus iſtis uerbis trebellianica detraheretur, aliter uerò dicit Aret.argumentũ Bar.non concluderet.Tamen iſta collectio Aret.neceſſariò ex dictis Bar.non infertur. Primò enim potuit Bar.ſentire illam opin.de qua in l.iubemus.C.ad Trebell.ſcilicèt in filijs primi gradus trebellianicam prohiberi non poſſe. & ideo vult eam eſſe directam, ne alioqui & legitima & trebellianica detrahatur. prætereà potuit etiam ſentire, quãuis trebellianica prohiberi poſſet,tamen legitimam detrahi poſſe.Et dum Bar.poſteà ſubiungit, quãdo teſtator aliquid ex his uerbis prædictis non appoſuit in ſubſtitutione,ſed loquutus fuit ſimpliciter. quid ſit dicendũ? & diſtinguit,vt ibi. Iſtam opinionem cum adductis hic per Alex.tenuit Ant.de Butr. in conſi. 52.incip. Dubito.& contra Bar.quando mater eſt in medio,ſenſit Alex. in conſi.17.in 3.vol.

21 Bar.in ead.l.col.11.verſ.Item quæro,inquit,ſi ſubſtitutio † fiat cũ temporis diſtinctione, iſto caſu infra tempora pubertatis continet pupillarem. ſed quid ſi dixit, ſubſtituo filio meo impuberi? diſtinguit Bar.ut aliquando iſta uox appoſita ſit cauſa demonſtrationis tantum. Attende
* hanc Bar.deciſionem,à qua * nemo eſt qui diſſentiat.& pro ea bene faciunt trad.per Bal.in d.l. precibus, colu.fin. C. eodem titu.vbi ait,ſi teſtator dixit,ſubſtituo filio meo pupillo, propter hoc non erit ſubſtitutio pupillaris: quia illa uox, pupillo, fuit demonſtratiua,alioqui uerò ſi dictum fuiſſet, ſi pupillus morietur. & quamuis ibi Alexan.& in l.ij.ſuprà eodem tit. Baldum redarguat,tamen pro eo facit Bar.hic.& de hac deciſione uide hic Alex.colu.48.& in d.l.ij.colu. 13.ſuprà eod.& in l.iam hoc iure,col.3.ver.item nota.& in l.Gallus.§.quidam,col.3.ff. de libe. & poſthum.Et aduerte quia hoc Bar. documentum uidetur procedere ſolùm quando teſtator haberet plures filios,quoniam uox, impuberi, eo caſu demonſtratiuè uidetur adiecta, alioqui autem ſi unicum filium haberet: ex quo ſatis demonſtratur, dicendo,filio meo. argumento.l. ſecundæ.ff.de libe.& poſth.tantò magis cùm ibi agatur de odioſis, hic uerò de fauorabilibus. nam in inſtitutionibus & ſubſtitutionibus latiſsima fieri ſolet interpretatio,vt per Mari.Soc.in conſi.106.nu.9.vide ad prædicta Alex.in conſ.1.col.3.in primo uol.

22 Bar.in ead.col.verſ.quæro utrum,tradit an ſubſtitutio † compendioſa facta per uerbum cõe, contineat vulgarem?vide Alex.in conſ.305.in 1.dub.in lib.primi & ſecundi uol. & in conſ.17.

in 3.uol.

in 3.uol.& in consi.22.eod.uol.& in consi.24.in 4.uolu.

23 Bar.in ead.col.in fi.& in col.seq.in princip.ait,compendiosam† esse substitutionem,ēt si non fuit apposita uox,quandocunq;,sed alia,quæ sui natura tractum temporis indicet; vt si decesserit sine liberis. Adde Dec.in consi.205.& in cons.217.vbi ait compendiosam dici eam,in qua est apposita conditio mortis,sine uoce,qñcunq;.& in cons.384.in princ.in cons.572. in consi. 642.& in cons.643.& Soc.in consi.93.col.3.& seq.in 1.uol. & Mari.Soc.iun.in cons.92.nu.1.

24 Bar.immediatè subiungit, quid si testator † dixit, substituo filio meo talem, nullo addito alio uerbo? deciditque hanc non esse compendiosam,sed uulgarem tantum,vel pupillarem, si facta esset impuberi. sed quòd immo contineat fideicommissariam,uide Bal.in l.humanitatis, in ult. fol.C.eo.tit. Tene tu opinionem Imol.in c.Raynutius,de testa.vbi agitur de pupillari. & Paul. de Castr.in l.fi.C.de hære.inst.Alex.in l.Gallus.§.1.col.4.& Ias.hic.Et sic collige ut breuiloqua non contineat fideicommissariam,ita nec uulgarē. Item collige in substitutione simpliciter facta impuberi contineri pupillarem. idem tenet Paul.de Castr.in d.l.fin.& in l.precibus.C.eod. tit.& in l.iam hoc iure,in princ.& ad prædicta uide Alex.in consi.22.col.3.in 3.uol. & in consi. 13.col.5.nu.28.in 4.uol.

Bar.in ead.l.col.12.vers.quæro ulterius quid si substitutio compendiosa, inquit, substitutio-
25 nem † compendiosam per uerbum cōe factam in certa re, ad institutionem trahi non posse: quia uerbum cōe adiectum certæ rei nunquam trahitur ad institutionē. vide Alex.de ista quæstione Bar.in cons.12.in 3.uol.& in consi.45.col.4.nu.7. in 1.uol. & in l.nam quod.§.non oēs. in 4.notab.ff.ad trebell.& in cons.200.Viso & considerato, in lib.primi & secundi uol.Roma. in cons.58.& in cons.134.col.2.in 2.dub.& in cons.200.Capr.in cons.69.col.pen.& in consi. 77.& seq.Aret.in consi.155.col.7.& seq.& Ias.in l.quoties.C.de hæred.insti.& Crauet. omninò in consi.210.Limita tamen hanc conclusionem non procedere, quando adiecta esset clausula,vulgariter,pupillariter,& per fideicommissum.Corn.in consi.35.in 2.uol.

Bar.in ead.col.ver.quæro ulterius,agit de illa quæstione memorabili,de qua docto.acerrimè
26 disputarunt,nunquid ubi testator † digreditur ad uberiores gradus grauando filios positos in conditione,eos uocasse præsumatur.id quod uoluit Bar.hic,quem sequitur Soc.in l.cùm filiosa miliàs.ff.de leg.1.vbi multa dicit ad fauorem huius conclusionis,& in l.cùm auus.ff. de condi. & demonst.& Dec.in l.j.nu.15.C.de pact.ubi ait opin.Bar. ex multis esse sequendam, quæ ibi attulit.ad eam accedit ēt Curt.in cons.51.& Io.Crot.qui illam defendit in repet.c.Raynutius,
* de testa.sed contra Bar. est * cōis opinio, contra quam pluries consuluit Alex.& Curt.in consi. 42.& in consi.45.cui se totū Collegium Papiense subscripsit,refertq; pro eius consilio ita fuisse iudicatum Romę in Rota.& hanc esse crebriorem sn̄iam testatur Ias.in cons.35.in 3.uol.vbi latissimè hoc ostendit.idem confirmat Alex.& Ias.hic,& Socin.in cons.104.in 3.uol.& Dec.in cons.291.in fi.& de hac re uide eundem in cons.63.218.242.287.291.511.513. & in consi. 585.Alex.in cons.105.in 1.uol.in cons.11.& in consi.22.in 3.uol. & in consi.64. in 5.uolu.& omnino in cons.329.in lib.primi & secundi uol.& Soc.in consi.218.in 1.uol. & Cuma.in cōs. 28.col.2.& communem esse contra Bar.ait etiam Dec.in consi.422.& Mari.Soc.iuni.in cons. 112.nu.24. Ex ista communi opinione ad pulchram quæstionem fieri potest illatio, testator
27 instituit † filium,& si sine filijs decesserit,substituit Titium; subiungens hæc uerba, & hoc locum habeat in descendentibus descendentium, quos omnes substituit uulgariter,pupillariter, & per fideicommissum, atque ita impersonaliter vī iniunctum esse onus fideicommissi, an ex his uerbis uideatur omnibus descendentibus iniunctum esse fideicommissum,& omnes consequenter sint uocati? cum grauari non potuissent nisi essent uocati.l.ab eo.C.de fideicommis. Respondeo,aduertendum esse diligenter in substitutione actiua,hoc est, in qua isti descendentes uocantur eueniente casu,quòd hæres institutus sine filijs moriatur,eos esse uocatos ad substitutionem illius,alioqui uerò in substitutione passiua,quoniam duntaxàt positi sunt in conditione,ex quo enim hi priuatiuè tm̄ memorant̄,neq; uocati neq; grauati esse pręsumuntur.Quapropter conijciendū est, testatorē uoluisse loqui de solis descendentib. uocatis ad successionē

filij decedentis sine filijs,non aũt de descendentibus ipsius filij, & generaliter de quibuscunq;, ut in simili casu docuit Bart.in l.qui duos. ff.de uulg.& pupi. Paul.de Castr.in l. ex tribus.C.de inoffi.testa.Alex.in terminis in consi.59.in 3.vol.Soc.in consi.104.in 3.vol.Dec.in cons.218. 283.& 291.& ad rem optimè faciunt trad.per Curt. in consi.45.colu.pen. Prætereà ubicun-
28 que onus fideicommissi † simpliciter iniungitur,ut hic,ubi descendentes omnes substituit,ne- que apparet an unus magis,quàm alius sit uocatus,semper illis tantummodo, qui expresè uocati fuerunt, grauamen censetur iiunctum. Imol.in hac.l.colu. antepen. Alex. in consi.105. col.pen.in 1.vol.in consi.22.col.fi.in 3.vol.& in consi.15.in 4. volu. & Dec. in consi.422. sed descendentes solùm, qui in substitutione actiua memorantur,uocati fuerunt,igitur illi soli cen sentur grauati eueniente casu substitutionis,scilicèt ut filius institutus sine filijs moriatur, descé dentes uerò ex filio instituto solùm positi sunt in conditione. Et esto quòd dubium esset, an
29 etiam descendentes ipsius filij grauati esse intelligantur, in dubio dico ad fauorem † hæredis contra fideicommissarium ferendam esse sententiam, ut not.ait Soc.in consi.238.colum.pe. in 1.volum.& si hæc interpretatio locum habet, ubi testator potest grauare & non, multò magis debet in casu proposito militare, in quo etiam si uoluisset, tamen illos, qui secundum communem sententiam uocati non sunt, grauari non potuissent,nisi eos expresè uocasset, ut prædictum est. Et quia de substitutione impersonali facta est mentio, uidendum est, utrum quando est huiusmodi,ut instituo filium, & si filius sine filijs decesserit, substituo Caium, censeatur grauatus institutus uel alij? Soc.in consi.140.in 1.volum.tenet institutum esse grauatum, cui repugnare uidentur trad. per Ias.in l.cohæredi. §. cùm filiæ,infrà eod. ubi ait, uenientes ab intestato censeri grauatos. idem ait Alex.in consi.12.col.pen.in 3.vol. & de hac re uide Mari. Soc.iuni.in cons.131.col.pe.

Bar.in ead.l.col.antepe.uersi.quartò principaliter,quærit,quia suprà dictum est de uerbis di-
30 rectis,communibus, & obliquis,quid sit si in substitutione † duo ex istis uerbis apponuntur? vide Alex.in consi.40.in 1.dub. in 3.uol. quod consilium puto esse repetitum in consi.224.in libro primi & secundi vol.& in l.recusare.§.Titius.ff.ad Trebell.Oldrad.in consi.125. Abb.in consi.132.in 2.vol.Fulg.in consi.43.col.2.& seq.& omnino Soc.in cons.144. in 1.vol. ubi ait eo casu in optione substituti esse,ex qua substitutione malit succedere. vide etiam in simili casu Corn.in cons.162.in 4.uol. Et dum subiungit Bart.quæstionem, quam ait esse terribilem: Quid sit,quando hæc uerba directa & communia in personis diuersorum apponerentur? attende Bartolum hic uelle ex glo.quam citat in l.his uerbis.ff.de hæred.instit.uerbum,relinquo,esse communne. sed Ang.in consi.149.tenet illud esse obliquum. & de hoc uerbo uide glo.in §.hæc omnia,in auth.de hæred. & falcid. & quæ ego posui in lucubrationibus in d.l.his uerbis. & ad prædictam quæst.vide Alex.in cons.12.col.1.& pen.3.uol.

31 Bar.in eadem l.col.pen.uers.& primò uideamus regulas,inquit,uerbum† directum esse illud, quod sui natura importat, vt ille, cui relinquitur, sua manu accipiat. Adde tu, uerbum,accipiat, & capiat, esse uerba directa, non tamen directa ciuilia, secundum Bar.suprà in 3.col.uers. quædam etiam,& ibi in 4.col.dicit uerba directa, quæ non sunt ciuilia, non habere certam significationem, sed ex futuro euentu indicare directam uel fideicommissariam, quamuis malit
32 dicat Bar.vt ibi per doctores. Et ex dictis Bar.collige,uerbum, hæres esto, † & uerbum,instituo,esse uerba directa & ciuilia,vt suprà docuit;uerbum uerò substituo, & relinquo, esse communia. Sed Ant.de Butr.in cons.76.incip.Viso puncto & quæsito,in fi.tenet, uerbũ substituo, ex propria significatione substitutionem non continere. id quod uerum non est: quia in contrarium est tex.in l.mulier.§.fi.vbi not.Bal.in l.j.in princip.suprà eod tit.vbi Angel.Imol. & recentiores.& est bonus tex.in l.siquis mihi bona.§.fi.uers.idemque.& ibi Bal.ff.de acquir.hæred. & vide glo.in l.Gallus,in uoce,necesse est.ff.de libe.& posth.vbi Bal.& Imol. & in l.qui liberis, suprà eod.Et de hoc uerbo,substituo,vide Oldr.in consi.107.col.2. in princip. & in cons.125. Alex.in cons.65.Circa præmissum,in 4.uol.Panor.in cons.32.in 2.vol.vbi ponit etiam, de uerbo,hæres esto.& Alex. in l.ex facto, in princip.ff.ad Trebell.& in cons.208.viso testamento,in

lib.primi & ſecundi uol.& in conſi.224.Perſpectis his. eod.lib.& in conſ.12.in 3.uol.vbi tradit
33 etiam de uerbo,† diſtribuantur,& de uerbo,dentur, & de uerbo accipiant. & de uerbo ſubſti-
tuo,vide Rom.in conſ.503.col.1.Bar.in l.hoc iure,ſuprà eod.& Fulg. in conſi.43.vbi loquitur
de uerbo,hæredem inſtituo,& ſubſtituo. & Bal.in conſ.243.in 2.vol.vbi agit de uerbo,lego,&
de uerbo,tranſeant.vide Soci.in conſ.62.in 3.uol. & dum Bar.in hac ead.col.ſubiungit,uerbū,
hæres eſto, eſſe uerbum directum, attende quia in hac materia illud quod dicitur de hærede,
uerificatur etiam in bonorum poſſeſſore.ita Bal.in l.fi.col.pen.C.de ſacroſ.eccleſ.poſteà tradit
Bar.uerba obliqua eſſe illa,quæ indicāt,ut aliquis capiat de manu alterius.De hac re uide Alex.
in conſ.5.col.1.in 3.uol.& in d.conſ.76.& Aret.in conſi.37.col.pen.

34 Bar.in ead.l.& ead.col.uerſ.modo his regulis præmiſsis,quærit de uerbo,† perueniat,& tan-
dem concludit eſſe cōe. ad hoc benefacit tex.in l.hæreditatis.C.de hæred.inſt. & hoc idem ait
Bal.in l.fi.C.de ſacroſ.eccl.Ang.in l.precibus.C.de impuber. col.fi.& idem eſt in uerbo, deue-
niat,vt eſt tex.in l.pen.ff.de ſolut.& in l.ij.vbi Ang.C.de bon.quæ liber. & in conſ.13.incip. Ia-
cobus habens unicum filium. & uerbum,perueniat eſſe cōe, tenuit etiā Bar.in l.Lucius.in 2.q.
princ.infrà eod.tit.Bal.in l.iam hoc iure,verſ.ſecundò,ſuprà eo.& in c.ſi pater,col.15.de teſta.
Alex.in l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebell.& in conſ.199.Perſpectis.colu.2.in lib.primi &
ſecundi vol.& in conſ.305.Circa primum dubium,col.pe.eod.lib.& in conſ.36.in 3.uol.Capr.
in conſi.75.col.7.vbi tangit etiam de uerbo,habeatur. & in cōſi.50.in fi.Abb.in conſi.32.col.
1.in 2.uolu.& laſ.in l.qui ſe patris,colu.13.C.und.liber.Limita prædictam concluſionem non
procedere, ubi adiecta eſſent uerba illa, eo ipſo perueniant; quia tunc uerbum, perueniat,
ſubſtitutionem directam ſignificat: ita Bal.in l.fi.col.pen.C.de ſacroſ.eccl. & in c. eum qui, de
præben.in 6.& in c.1.de ſepultur.eod.lib.ad rem facit gl.in c.quàm ſit,in uerbo,euacuetur,de
elect.eod.lib.& gl.in clem.1.in uoce eo ipſo,de uit.& honeſt.cleric.& ea quæ tradit Io.And. in
c.quia ſæpe,in nouella,de præben.in 6.Item limita non procedere quando adderentur uerba
hæc,pleno iure. ita Bal.in auth.hæc uſus præſtatio. per illum tex.in uoce, pleno iure. C.de ſa-
croſ.eccl.& Aret.in conſ.125.Hoc eſt teſtamentum Petri. & in l.Iulianus.ff.de rei uend.& hic
& in l.ſi poſt miſsionem, in uoce, plena legata.ff.ad leg.Falcid.& in l.diuortio, in princ. iuncta
gl.in uoce,plenè.ff.de negoc.geſt.Item limita ſi addatur uox,liberè.ita Bart.ſuprà in 3. quæſt.
princip.uerſi.Item quid ſi teſtator dixerit liberè, ubi eius dicta pro iſtis tribus limitationibus
multùm faciunt.

35 Bar.in ead.l.col.fi. uerſ. quintò dubitatur, tradit de uerbo,† ſuccedere,& concludit eſſe cō-
mune.vide Capr.in conſ.69.col.5.& in conſ.97.& in conſ.16.vbi agit etiā de uerbo,relinquo.
Bal.in conſi.32.in 2.uol.Alex.in l.reſtituta.§.fi.ff.ad Trebell.& Roma.in conſi.185.Subiungit
poſtea Bar.de uerbo,deuoluatur. De hoc uerbo,deuoluatur,& ad cognoſcendum quæ ſint uer
ba directa & communia,& obliqua,vide Feli.in c.in præſentia, col.1.de probat.Alex.in conſi.
12.in 3.uol.vbi ponit etiam de uerbo,relinquo. Et dum poſtremò quærit Bar.de uerbo, mo-
riatur, vide Bar.in l.ſi arrogator,col.pe.ff.de adopt.& hic afferuntur rationes per docto. & per
Iaſ.Et illa uidetur eſſe ratio, quoniam intelligitur directum ad utilitatem huiuſmodi ſubſtituti
in totum. id quod dici non poſſet, ſi eſſet obliqui; vt in ſimili paulo anteà. vbi & ſi uerbum ſit
obliquum,tamen ſecus eſt,ubi apparet per alia uerba, ut ibi.

Summarium in l. ſiquis eum. §. ſi cum ſuo.ff.de uulg.& pup.

An per iſta uerba, ſi filius meus me uiuo morietur, cenſeatur filius inſtitutus.

Bar.in l.ſiquis eum.§.ſi cum ſuo.ff.de uulg.& pup.

Bar. in d.l.§.ſi cum ſuo,quærit an per iſta uerba,† ſi filius meus me uiuo morietur, cenſea-
tur filius inſtitutus? iſta quæſtio eſt dubitabilis,& eam latè proſequitur Iaſ.in l.Gallus, in prin-
cipio,col.6.verſ.pro clara,in prima lectura,& in 2.in 5.col.verſ.pro clara.ff.de liber.& poſth.

Summarium in l. patris,& filij.ff.de uulg.& pup.

Si in eiſdem paginis ſunt ſcripta plura teſtamenta adhibitis uſdem teſtibus, utrum ualeant.

De uulgari & pupillari.

Bar. in l. patris & filij. ff. de uulg. & pup.

1 BAR. in d.l. verſ. vltimò quæro, quærit ſi in eiſdem paginis † ſunt ſcripta plura teſtamenta adhibitis hiſdem teſtibus, utrum ualeant? De hac re uide Angel. Aret. in §. igitur, inſtit. de pupill. ſubſt.

Summarium in l. ſi pater. ff. de vulg. & pup.

1 *Hæc uerba, vos inuicem inſtituo, continere inſtitutionem, & ſubſtitutionem.*

Bar. in l. ſi pater. ff. de uulg. & pup.

1 BAR. in d.l. ſi pater, inquit, hæc uerba, uos inuicem † inſtituo, continere inſtitutionem & ſubſtitutionem. Idem dic etiam ſi non eſſet facta per idem uerbũ, ut pulchre per Aret. in conſ. 1. col. uerſ. ſecundò probatur.

Summarium in l. lex Cornelia. ff. de uulg. & pup.

1 *Fictio legis Corneliæ ſicut teſtamentum confirmat paternum, ita, & pupillare, ſi pupillus poſt mortem teſtatoris uerè, uel fictè in pupillari ætate deceſſerit.*

Bar. in l. lex Cornelia. ff. de uulg. & pupill.

1 BAR. in d.l. lex Cornelia, ſic ait in ſumma. Fictio legis † Corneliæ ſicut teſtamentum confirmat paternum, ita & pupillare, ſi pupillus poſt mortem teſtatoris uerè uel fictè in pupillari ætate deceſſerit. Circa intellectum huius. l. vide Iaſ. in l. j. col. 17. uerſ. quartò quærit, ſuprà eod. vbi multa ponit. Poſteà ibi quærit Bar. an teſtamentũ poſsit ſumere uires à tacita uulgari contenta in expreſſa pupillari, nec requiratur aditio hæreditatis? De iſta quæſt. vide Iaſ. in d.l. j. col. 17. poſt Bar. ibi. & Paul. de Caſt. in l. precibus, col. 4. uer. ſed aduerte ad unum. C. eod. pro cuius opinione ait, ſe cum collegio Peruſino conſuluiſſe. vide etiam Alex. in conſ. 17. in 3. uolu. & ad quæſtionem, quam in hac. l. propè fi. mouet Bart. an mortuo pupillo teſtatore uiuo, & reliqua, vide Iaſ. in d.l. j. col. 17. verſ. quartò quæro.

Summarium in l. quidam teſtamento. ff. de vulg. & pup.

1 *Si teſtator dixit, ſi tales deceſſerint, uolo mea bona deuenire in aliquem, an uelit uocare ſubſtitutum poſt mortem eorum omnium.*

Bar. in l. quidam teſtamento. ff. de uulg. & pup.

1 BAR. in d.l. quidam teſtamento, quærit, ſi teſtator † dixit: ſi tales deceſſerint, uolo mea bona deuenire in aliquem: an uelit uocare ſubſtitutum poſt mortem eorum omnium? vide Alex. in conſi. 101. Ponderatis his, col. 5. in 4. vol. Abb. in conſ. 103. in 2. uol. Ant. de But. in conſ. 32. Barb. in conſi. 81. in 3. uol. & quia iſta eſt materia. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. ideo uide ibi quæ Deo fauente ponam in lucubrationibus.

Summarium in l. in inſtitutione. ff. de uulg. & pup.

1 *Sufficit aliquem ſemel fuiſſe hæredem licèt deſierit.*

Bar. in l. in inſtitutione. ff. de uulg. & pup.

1 BAR. in d.l. in inſtitutione, ait, ſufficere † aliquem ſemel fuiſſe hæredem, licèt deſierit. vide Alex. in conſi. 43. in fi. in 3. uol. Ad rem hanc faciunt ea, quæ dici ſolent, an qualitas requiſita diurare debeat, an uerò ſufficiat adfuiſſe? De qua re uide Alber. de Roſ. in 2. par. ſtatut. q. 108. vbi ſolenniter hanc materiam uentilauit, & Iaſ. poſt alios in l. ex facto, hoc eo. tit. & in l. j. §. veteres. ff. de acquir. poſſ. vbi tenet ſufficere, quamuis non duret.

Summarium in l. ſi mater. ff. de vulg. & pup.

1 *Mater poteſt inſtituere filium in tempus pubertatis, & ei ſubſtituere uulgariter.*

Bar. in l. ſi mater. ff. de uulg. & pup.

1 BAR. in d.l. ſi mater, inquit, matrem † poſſe inſtituere filium in tempus pubertatis, & ei ſubſtituere uulgariter. Ad iſtam. l. vide Alex. in l. ſi pater, in fi. C. de inſtit. & ſubſt.

Summarium in d.l. ſi mater. §. ſi filius. ff. de uulg. & pup.

1 *Si inſtitutus eſt hæres, euaneſcere ſubſtitutionem uulgarem primam, & omnem poſteriorem.*

Bar.

Bar.in d.l.ſi mater.§.ſi filius.ff.de uulg. & pup.

BAR. in ead.l.§.ſi filius,inquit,ſi inſtitutus † eſt hæres,euaneſcere ſubſtitutionem uulgarem primam,& omnem poſteriorem. vide Alex.in conſi.22.& in conſi.51.col.4.in 3.uol.

Summarium in l.ex duobus.§.filium.ff.de vulg.& pup.

Si teſtator dixit,quiſquis mihi hæres erit,det illi decẽ,an per hæc uerba uenientes ab inteſtato contineant.

Bar.in l.ex duobus.§.filium.ff.de vulg.& pupill.

BART. in d.l.ex duobus.§.filium,verſ.ſed ponamus, quærit, ſi teſtator † dixerit, quiſquis mihi hæres erit, det illi x.an per hæc uerba uenientes ab inteſtato contineantur? vide Alex.in l.iij.col.2.ff.de leg.primo.

Summarium in l.vel ſingulis.ff.de uulg.& pup.

Teſtator ſubſtituendo ultimo morienti,an cenſeatur eos inuicem ſubſtituiſſe.

Bar.in l.vel ſingulis.ff.de vulg.& pup.

BAR. in d.l.uel ſingulis,tradit, nunquid teſtator †ſubſtituendo ultimo morienti cenſeatur eos inuicem ſubſtituiſſe? iſta quæſtio eſt multum uentilata à doct. & in l.Titia.§.Seia.ff. de leg. 2.& in l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebell.& alibi,maximè à conſulentibus, qui uaria & contraria literarum memoriæ prodiderunt. & ibi in locis proprijs dicam aliqua Deo fauente. pro nunc declara in primis quæſtionem hanc procedere non poſſe, niſi quãdo ſubſtitutio facta eſſet poſt mortem plurium uocatorum,alioqui poſt mortem plurium poſitorum in conditione: ita Imol.in l.Centurio,ſupra eod.tit.& in c.Raynutius,de teſta.in materia compendioſæ.Alex. in conſ.13.col.4.in 4.uolu.Soc.in d.§.cùm ita,vbi ponit caſum hunc pro indubitabili ex mente omnium,& in conſ.249.in primo uol.& egregiè in conſ.104.in 3.vol. vbi optimè loquitur in poſita re. Et iſta concluſio confirmatur per illam * communem ſententiam,quæ eſt contra Bar.in d.l.Centurio,verſ.quæro ulterius.vbi Bar.quando teſtator inſtituit fil os,& ſi filij ſine filijs deceſſerint,vel filij filiorum,ſubſtituit Titium, ſenſerat, inter poſitos in conditione inductũ eſſe fideicommiſſum,per d.§.Seia. Tamen in contrariam opin.cõiter itum eſt.vt ibi diximus,& Iaſ.ibidem refert Alex.quinquies contra Bar.conſuluiſſe. Quando aũt eſt facta poſt mortẽ plurium uocatorum,& in tota re,tunc à multis traditum eſt,cenſeri fideicõmiſſum eis fuiſſe iniunctum. Tamen Soc.in d.conſ.104.quẽ uide omnino,inquit contrariam opin.eſſe ueritate ſubnixam.Item declara qñ ſubſtitutio eſt facta poſt mortem plurium,ut in dubio ad primum ſit referenda,non autem ad ultimum morientem,qui primus cenſetur grauatus ſub duplici conditione.ſ.ſi decedat,& ſine deſcendentibus,ubi uerba hoc patiuntur,ſecundum Alex.in conſi.13.in 5.col.in 3.uol.Quando autem expreſſe eſſet facta ultimo morienti,tunc ſi eſt facta in tota re,vĩ dicendum,inter eos,qui expreſsè uocati ſunt,inductum eſſe fideicommiſſum, vt in d.§.Seia,& in alijs locis prædictis.& ad prædicta uide Alex.in conſ.105.in 1.vol.& in conſ.208.viſo teſtõ, in lib.primi & ſecundi uol.in conſ.13.in conſ.51.in conſ.52. Perſpectis his,colu.8.& in conſi. 101.in 4.vol.vbi not.loquitur Aret.in conſ.1.Abb.oĩno in conſ.58.in 2.uol.Anch.in cõſ.377. incip.Quia Vſuberta & Anna ſorores.& non prætermittas uidere Io.de Anan. in conſ.22.cum ibi addit per Ludo.Bolog.Soc.in conſ.67.col.4.& in conſ.249.in 1.uol.Iaſ.in cõſ.33.in 1.uol. & in conſ.41.eod.uol.vbi uariè loquitur.& in conſ.148.eod.uol.& Mari.Soc. iuni.in conſ.83.

Summarium in l.cum ex filio.ff.de uulg.& pup.

Vbi querela intentari non poteſt,ibi agi non poteſt ad ſupplementum legitimæ.

Bar.in l.cùm ex filio.ff.de uulg.& pup.

BART. in d.l.cùm ex filio,in princip.propè fi.ait,ubi querela† intentari non poteſt,ibi agi non poſſe ad ſupplementum legitimæ.vide Corn.in conſ.107.col.2.in 2.uol.

Summarium in d.l.cum ex filio.§.filio.ff.de uulg.& pup.

Expreſſum facit ceſſare tacitum.

Filiorum inſtitutio nunquam includit fœminas,quando de illis eſt facta expreſſa prouiſio à teſtatore.

Conditio appoſita in præcedenti legato,nunquam cenſetur in alio repetita, quando in eo fuit facta prouiſio ſpecialis.

De uulgari & pupillari.

Bar.in d.l.cum ex filio.§.filio.ff.de uulg.& pupil.

1 BART. in ead.l.§.filio,inquit,expreſſum † facere ceſſare tacitum. vide Paul.de Caſtr.in l. teſtamento.C.de impub.& per iſtum tex.ait Alex.in conſi.2.col. pen.nu.17.verſ.pro hoc etiã. in 3.uol.ſi aliquid in aliqua diſpoſitione ſui natura includebatur, ſi illud excluditur à diſponente,amplius includi non poſſe. Et ex hoc ad multa inferri poteſt; vt eſt quamuis maſculinũ concipiat fœmininum in aliquo caſu, tamen hoc non habet locum quando de fœminis expreſsè
2 prouiſum eſt,Dec.in l.fœminæ.ff.de reg.iur.nu.99.ideo inſtitutio† filiorum nunquam includit fœminas,quando de illis eſt facta expreſſa prouiſio à teſtatore.Bal.in conſ.186.Quia allegatio nes,in 1.uol.& Iaſ.in l.ſiquis id quod,col.3.verſ.tertiò limita.ff.de iuriſd.omn.iudi.& Maria.Soci.iuni.in conſ.114.nu.19.ſic etiam infertur; nam ceſſat illa pœna, quæ cõiter cenſetur iniuncta,qñ ſpecialis pœna imponitur,vt habetur in l.ſi ita ſtipulatio facta fuerit.ff.de uerb.oblig.Et expreſſam prouiſionem facere ceſſare tacitam,tradit ẽt Bar.in l.talis ſcriptura.ff.de leg.1.& ẽt tex.not.in l.ſed etſi per prætorem,ver.deinde adiecit.ff.ex quib.cau.maio.Et ex his ẽt infert
3 conditionem † appoſitam in præcedenti legato nunquam cenſeri in alio repetitam,quando eo fuit facta prouiſio ſpecialis.Soc.in conſ.22.in 3.uol.& Alex.in conſ.66.in 3.uol. Item clauſula generalis non refertur ad id,in quo ſpecialis eſt facta prouiſio. Bal.in l.j.C. de legit.hæred.& Soci.in conſ.43.in 4.uol.& ad hæc optimè facit tex.in l.cohæredi.§.qui patrem,in fi.infrà eod. tit.& quæ docuit Ang.in conſ.7.& Bar.in l.quæritur.§.ſiquis fundum.ff.de fund.inſtr.& Areti. in conſ.1.col.1.vbi uolunt,ſubſtitutionẽ generalem ad caſum ſpecialiter prouiſum nõ dilatari. multa quoq; alia ſimilia poſſent præcedentibus aggregari, quæ breuitatis cauſa relinquuntur.

Summarium in l.cohæredi.§.qui diuerſas.ff.de vulg.& pup.

1 *Subſtitutio breuiloqua,uocat prius in inſtitutione coniunctos,& poſteà diſiunctos.*

Bar.in l.cohæredi.§.qui diſcretas.ff.de uulg.& pup.

1 BAR. in d.l.cohæredi.§.qui diſcretas,ait,ſubſtitutionem † breuiloquam uocare prius in inſtitutione coniunctos, & poſteà diſiunctos.vide Dec.in conſi.186.

Summarium in d.l.cohæredi.§.non uideri.ff.de uulg.& pupil.

1 *Subſtitutus in partem,admittitur in totum, ſi aliud non reperiatur.*

Bar.in d.l.cohæredi.§.non uideri.ff.de uulg.& pup.

1 BAR. in ead.l.§.non uideri,inquit,ſubſtitutum † in partem,admitti in totum,ſi aliud non reperiatur.vide Alex.in conſi.305.Circa primum,in lib.primi & ſecundi uol.

Summarium in l.qui duos.ff.de uulg.& pup.

1 *Si duo impuberes deceſſerunt, ſubſtitutus ſuccedit utrique eorum ex pupillari directa.*

Bar.in l.qui duos.ff.de vulg.& pup.

1 BAR. in l.qui duos,ſic ait in ſumma. Si duo impuberes † deceſſerunt, ſubſtitutus ſuccedit utrique eorum ex pupillari directa. Ad iſtum tex.vide Roma.in conſ.19. Et dum Bar. hic in fi. diſtinguit,an uerba oneris iuncti directa ſint in perſonã, an uerò ſimpliciter prolata fuerint, quia cenſetur onus iniunctum ſubſtituto,& reliqua,vt ibi per Bar.vide Alex.in conſi.66.Conſideratis,col.3.in 1.uol.& pro iſta opin.vltra adducta per Alex. in l.cohæredi. §. cùm filiæ.& in l.Centurio.ſuprà eod.tit.col.28.& in conſi.52.in 3.vol.& in conſi.59.eod.uol.Raph.Cuma.in conſi.30.col.2.in fi.Soc.in conſ.104.in 3.uolu.Dec.in conſ.218.283.& in conſi.291.Curt.in conſ.45.col.pen.Iaſ.in l.precibus,col.14.& ſeq.C.de impuber.

Summarium in l.ex facto.ff.de uulg.& pup.

1 *Illa uerba, ſi deceſſerit ſine liberis, debere intelligi, ſine liberis ſuperuiuentibus tempore, quo decedit.*

2 *Si ſtatuto cautum eſt, donationem, niſi pauperi fieri non poſſe, requiritur ut tempore quo fit donatio, pauper ſit, neque debet expectari, vt pauper effici poſſit.*

Bar.in l.ex facto.ff.de uulg.& pup.

1 BAR. in d.l.ex facto,col.3.in princip.ait,uerba illa,ſi deceſſerit † ſine liberis, debere intelligi ſine liberis ſuperuiuentibus tempore quo decedit; qñ illa uerba,ſine liberis, determinant uerbũ deceſſerit.vide ad hoc Abb.in conſ.1.col.3.in 1.uol.& in conſi.107.in vlt.dub.in 2.uol.

Cæpol.

Cæpol.in consi. 58.Aret. in consi. 28. col.fi. & in consi. 142. Alex. in consi. 162. in libro primi & secundi vol.& in cons. 178.col. 3.eod.lib.& in consi. 43.col. 3.in 3. volu. ubi tradit,si tibi aliquid relinquitur, & descendentibus tuis, utrum requiratur omnes hæredes in infinitum esse ex descendentibus, an uerò sufficiat primum esse ex descendentibus, quamuis alij posteà sint extranei? uide etiam Anch.in consi. 25.in fi.ubi ait,si statuto† cautum est donationem nisi pauperi fieri non posse, requiri ut tempore, quo fit donatio, pauper sit, neque debere expectari ut pauper effici possit. vide eundem Anch.in consi. 300.& Paul.de Cast.in consi. 329.colu. 3. quærit posteà Bar.in ead.l.col. 6.uersi.quæro quid si furiosus.si furiosus uel alij similes instituti sint in minori parte quàm sit legitima, an possit fieri substitutio, ut ibi per Bar. uide Alex. in l. humanitatis,col. 2.uersi.quid autem.C.de impub.& dum Bar.in col.pe.inquit, si filius furiosus fecit testamentum ante furorem,eo effecto furioso non posse illi substitui à patre uel à matre. Dicas huic decisioni obstare textum in §.qua ratione,inst.de pupil.ibi,substitutionē infirmari.

Summarium in l.ex pupillari.ff.de uulg.& pup.

Principale per accessorium non confirmatur.

Si Papa scribens ordinario, & dicens authoritate nostra cognoscas, intelligitur eum facere delegatum.

Iuramentum appositum pro confirmatione alicuius actus non ampliat illum.

Bar.in l.ex pupillari.ff.de uulg.& pupill.

Bart. in d.l.ex pupillari,sic ait in summa,Principale † per accessorium non confirmatur. Adde huic sententiæ,clausulas positas in executiuis nunquam ampliare,ut est tex.in clem. 1.in fi.de præben.ubi doct.Et de hac re uide Rom.in consi. 498. In casu in quo quæritur, in fi. Bal. in l.eam quam.C. de fideicomm. Ant. de Butr. in consi. 29. Visis puncto & quæsitis.Imol.in l. qui Romæ.§. duo fratres, col. 8.ff.de uerb.obligat.Calder. in tit. de hæred.inst. consi. 17.& in tit.de precibus.consi. 26.Paul.de Cast.in consi. 336.not.in princ.Abb.in c.cùm uestris,col.pe. de concess.præben.Ad rem facit,nam & si Papa † scribens ordinario,& dicens,authoritate nostra cognoscas; intelligatur eum facere delegatum. c.cùm aliquibus, de rescri.in 6. c. licet in corrigendis,de offic.ordin. tradunt Bar. & alij. in l.more, colu. 3.ff.de iurisd.omni.iudic.& est tex.ubi Ant.de Butr.& alij in c.cùm uenissent.de testi.hoc tamen non procederet quando huiusmodi uerba in confirmatione dispositionis alicuius ponerentur,& diceretur authoritate nostra cognoscas. ita Imol.& Card.in c.quoniam Abbas,de offic.deleg.& Alex.in d.l.more, col. 6.in fi.Sic etiam iuramentum† appositum pro confirmatione alicuius actus,non ampliat illum immo ad plus non porrigitur iurm, quàm extendatur ille actus, super quo interpositum est. Dec.in consi. 366.Soc.in consi. 40.& in consi. 65.col. 6.& seq.& in consi. 66.col. 4.& seq.in 1. vol.de qua re uideas etiam Curt.in consi. 43.& in consi. 65.& Mari.Soc.iuni.in consi. 144.

Summarium in l.Lucius.ff.de uulg.& pup.

Tacita pupillaris non excludit matrem.

Substitutio, quæ fit à milite, ea continet duas pupillares tantum.

Substitutio, quæ fit per illa uerba, uos inuicem substituo, continet substitutiones expressas generaliter.

Vbi facta fuit inæqualitas ab initio, sed postea superuenit æqualitas nunquid pupillaris contineatur.

Propter æqualitatem seruandam, uulgaris non habet locum in instituto.

Inæqualitas portionis, non impedit substitutiones pupillares contentas in breuiloqua.

Breuiloqua facta per hæc uerba, uos inuicem substituo, an contineat fideicommissariam.

Breuiloqua, an trahatur ad fideicommissariam, quando facta est inter liberos.

Bar.in l.Lucius.ff.de uulg.& pupill.

Bart. in d.l.Lucius,in 2.oppo.obijcit,dicens,tacitam † pupillarem non excludere matrē. & soluit,ut ibi uidere est apud eum. Tu aduerte ad unum,quod omnes præsupponunt,& uide tur innuere iste tex.in fi.scilicèt,non solùm à tacita pupillari matrem excludi,sed etiam si pupillaris facta non fuisset,matem excludi uult in totum,ut in l.j.ff.de iur.& fact.ignor.aut pro parte,ut in auth.defuncto,C.ad Trebell.

Bar.in ead.l.col. 2. dum agit de substitutione, † quæ fit à milite, inquit, eam continere duas

pupillares

pupillares tantùm,ut quando fieret duobus impuberibus exhæredatis. Tu dicas idem si fieret in persona unius exhr̃dati,& alterius instituti.nam in casu isto nec uulgaris intuitu instituti con tineretur propter æqualitatem inter eos seruandam, cùm in persona exhæredati hmõi substitu tio locum habere non possit; ut ait Bar.infrà in hac ead.l.col.4.uersi.sed pone. ad quod optimè faciunt quæ posui in lucubrat.in l.Lucius. 2.ff.de hæred.inst.dum ibi agitur,positos in conditione uocatos esse existimari, quando ab intestato succedere non possunt. ubi teneo idem esse,etiam si unus ex duobus posset succedere,& alter non.idque propter seruandã æqualitatẽ.

3 Bar.in ead.l.col.3.in 2.quæst.ait,substitutionem,† quæ fit per illa uerba: vos inuicem substituo,continere substitutiones expressas generaliter. Attende tu quoniam & si dicantur expressæ generaliter,tamen uulgaris hoc modo expressa non tolleret suitatem, alioqui si est specialiter expressa,ut per Iaſ.hic in 1.col.uersi.secundò pondera.

4 Bar.in ead.l.col.4.dum agit, ubi facta fuit inæqualitas † ab initio,sed posteà superuenit æqualitas,nunquid pupillaris contineatur? decidit eam non contineri, dicens non obstare.l. secundam suprà eod. quia ibi testator substituit pupillariter expresse, proinde constat ab initio de uoluntate testatoris. sed ista solutio non uidetur bona, quia & in l.pe.ff.de reg.iur.& in l.j.§. filius.ff.de leg.3.erat uoluntas ab initio. ideo solue melius,ut per Bar.in d.l.ij.

Bar.in ead.l.& col.uersi.sed pone,tradit decisionem memorabilem,scilicèt, ut propter æqua-
5 litatem † seruandam,uulgaris non habet locum in instituto: quia in exhæredato locum habere non potest, ne una & eadem pupillaris utrique facta difformiter accipiatur. ad quod vide omninò quæ posui in l.Lucius. 2.ff.de hæred.inst.in lucubr.secunda,cuius mentionem feci suprà in hac ead.l.in 2.lucubr.quam uideas. prætereà attende, quoniam ista quæstio Bartoli uidetur esse sine effectu, & locum habere non posse: nam aut institutus adibit hæreditatem, & eo casu cessat uulgaris.l.post aditam,aut non adibit,& eo casu corruet testamentum nullo instituto hærede,cum hic de cohærede nulla fiat mentio.

6 Bar.in ead.l.col.pen. uersi. quæro utrum inæqualitas † decidit inæqualitatem portionis non impedire substitutiones pupillares contentas in breuiloqua. Hoc idem sequitur Iaſ. hic. & in l.ij.C.de impub.Sed obstat,quia inæqualitas personarum impedit,igitur & rerum,cùm de uno ad aliud ualidum sit argumentum,iuribus uulg.

7 Bar.in ead.l.col.fi.disputat, utrum breuiloqua † facta per hæc uerba, uos inuicem substituo; contineat fideicommissariam? & cum Dyn.tenet eam non contineri. vide Capra. in consi.7. col.7.& in consi.73.col.3.& seq.Alex.in consi.22.col.2.in 3.vol.in cons.178.Attentis uerbis. in 5.vol. & in l. Gallus.§. quidam rectè. suprà de lib.& posth. Dec.in consi.86.& in consi.186. Limita istam conclusionem multis modis ut per doct.in l.in testamento.C.de testa.milit. & ultra alios Aret.in consi.39.Sequendo ordinem quæsitorum, limitat hoc non procedere quando huic breuiloquæ adiecta esset prohibitio alienationis ne bona exeant de familia: quoniam
8 tunc in ea etiam fideicommissaria contineretur. An autem breuiloqua † trahatur ad fideicommissarium quando facta est inter liberos? vide Socin.in consi.6.in 3.volu.& ad declarationem prædictorum uide Dec.in cons.304.Et dum hoc in loco Bartolus in seq.quæst.ait,coniunctionem legis æquiparari coniunctioni hominis: & arguit ut hic per eum. uide Cor. in consi.16. & Alex.in cons.172.Viso testamento,col.2.in libro primi & secundi vol.& ad ea,quæ dicit hic Bar.paulò post in uers.alij in d.l.iam hoc iure,uide Soc.in cõs.249.col.13.vers.tertiò,& in cõs. 18.versi.circa primum,in 1.vol.

Summarium in l.paterfam.ff.de uulg.& pupill.

1 *Pupillaris expressa,etiam quæ non continet uulgarem tacitam,trahitur ad bona patris,& filij.*

Bar.in l.paterfamiliàs.ff.de uulg.& pupill.

1 Bart. in d.l.paterfamiliàs,sic ait in summa. Pupillaris † expressa,etiam quæ non continet uulgarem tacitam,trahitur ad bona patris & filij. Vel sic: Hæc conditio,si mihi hæres erit, uidetur existere,si aliquis est hæres hæredis ex dispositione defuncti. vide Barb.in consi.35.col. 3.in 1.vol.Alex.in consi.278. Viso testamento, in libro primi & secundi volu. & in l. precibus,

col.fi.

col.fi.C.eod.& Aret.in consi.43.& dum agit hic Bar.de hærede hæredis, ut hæres defuncti intelligatur: Adde hoc esse uerum etiam si is esset successor uniuersalis huius hæredis alio titulo quàm hæreditario: ita Rom.in sing.683.incip.Hæres hæredis.ad quem nonnulli hic accesserunt. & uide ibi addit.per Castill.& ad prædicta faciunt trad.per Aret.in cons.137.

Summarium in l.qui habebat.ff.de uulg.& pup.

Spes substitutionis pupillaris non transit ad hæredem pupillariter substitutum.

Bar.in l.qui habebat.ff.de uulg.& pupill.

BART. in d.l.qui habebat,sic ait: Spes † substitutionis pupillaris non transit ad hæredem pupillariter substitutum. oppo.Bar.quod immo spes transeat. vide Aret.in l.qui liberos,colu. 3.suprà eod.tit.

Summarium in l.si testamento.ff.de cond.instit.

Conditio, si meus erit, uerificatur in proprietate tantũ totius uel partis, nisi contraria uoluntas appareat.

Bar.in l.si testamento.ff.de condit.instit.

BART. in d.l.si testamento,dicit,conditionem, † si meus erit, uerificari in proprietate tantum totius, uel partis, nisi contraria uoluntas appareat. iste tex.uult, seruum pro parte admitti in totum, & hic non intelligitur hoc modo, quatenus erit meus, eatenus erit hæres,ut per Ias.in l.Stichum qui meus,col.pe.uer.circa gl.ff.de leg.1. id quod est contra hoc Bartoli documentum.Et dum agit Bar.an quod commune est,dicatur esse meum? uide ea quæ alibi dixi de hac re. vide Mari.Soc.iuni.in cons.98.nu.33.

Summarium in l.si hæredi plures.ff.de cond.inst.

Ad ueritatem copulatiuæ requiri utranque partem esse ueram.

Bar.in l.si hæredi plures.ff.de condit.inst.

BART. in d.l.si hæredi,inquit,ad ueritatem † copulatiuæ requiri utranque partem esse ueram. uide Dec.in consi.89.Rom.in consi.104.& in consi.166.col.2.& in consi.131. Corn.in consi.247.col.2.in 2.vol.Et de hac materia uide Feli.in c.2.col.10.& seq.de rescrip.Bar.in l.si is qui ducenta.§.utrum,col.2.ff.de reb.dub. Limita istam conclusionem habere locum duntaxàt in conditionibus extrinsecis,alioqui uerò in intrinsecis,secundum Alexan.in consi.93.in 3. vol.& dum Bar.hic distinguit,aut duæ orationes ponuntur copulatiuè non principaliter,sed respectiuè ad aliud,& tunc requiritur concursus utriusque, Aut quælibet ponitur principaliter, & tunc secus: & remittit se Bar.ad ea quæ dixit in d.§.vtrum. vide Ias.in l.scire debemus. ff.de uerb.oblig.& quæ pono in lucubr.in d.§.utrum.

Summarium in l.si quis sub conditione.ff.de condi.instit.

Quomodo probentur præsumptiones falsitatis, & doli ex clausula insolita.

Statuta quæ generaliter aliquid mandant nunquam porriguntur ad illicita.

Bar.in l.si quis sub conditione.ff.de cond.inst.

BART. in d.l.si quis sub conditione, tradit de mala fide, quæ hic præsumitur. solent hæc afferri ad probãdam præsumptionem † falsitatis & doli ex clausula insolita.uide latissimẽ Curt. in consi.74.col.pen.& fi.& in consi.66.col.16.Dec.in cons.299. Soc. in consi.143.col.fi.in 1. vol.ubi ait,cautelam superabundantem indicare falsitatem. & in consi.22. in 4.volu. per istam gl.hic,ait,ex cautelarum multitudine fraudem conijci posse. & idem Soc. inquit in consi.262. col.2.in 1.vol.clausulam insolitam præbere simulationis argumentum. de qua re uide plenè apud Cæpoll.in tract.de simul.contract.Barb.in consi.70.col.5.in 3.vol.Feli.in c.2.uers. stylus curiæ,de rescrip.non tamen propter huiusmodi coniecturam corruit instrumentum uel contractus,ut per Cæpoll.in d.tract.in 8.præsumptione. Hinc dixit Bal.eum,qui carpit iter per loca non consueta, præsumi facere in fraudem uectigalium. & alia multa similia attulit in l.iij.C. de naut.fœnor.

Bar.

2 Bar. in ead. l. infert ad ſtatuta, † quæ generaliter habentur, quando aliquid mandatur, hoc nõ porrigi ad illicita. uide Feli. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, colu. 23. de conſt. Cæpol. in conſi. 15. Barb. in conſi. 7. col. 1. & in conſi. 12. col. 19. & ſeq. in 1. vol. & in conſi. 54. col. 3. eod. volu. & in multis alijs conſilijs ſuis, quæ cauſa breuitatis non referuntur. Ant. de Butr. in conſi. 19. colu. 4. & in conſi. 36. col. 1. in conſi. 41. 67. & in conſi. 74. Rom. in conſi. 92. 102. 118. in fi. 119. colu. 2. 209. & in conſi. 299. col. 2. Imol. in conſ. 82. Card. in conſi. 33. in fi. & in conſi. 44. in fin. & in conſi. 66. & 144. Ana. in conſi. 29. col. 2. Barb. in d. c. eccleſia. ſanctæ Mariæ, col. 3. & ſeq. & in c. cæterùm, col. 4. de iudic. Bal. in conſi. 5. in 4. vol. Aret. in conſi. 164. col. 1. Alex. in conſi. 179. Viſo & opportunè, col. pen. in libro primi & ſecundi vol. ubi citat hoc Bartoli documentum. & in conſi. 123. in fi. in 3. vol. Curt. in conſi. 68. col. pe. Soc. in conſi. 266. col. 19. in 1. volu. & Dec. in conſi. 124. col. 3. ubi ait, ſtatutum generaliter prohibens alienationem bonorum, non trahi ad bona eccleſiæ. & dum Bar. hic. in fi. ait, ſi ſtatuto cautum eſt, quandocunque declinanten iuriſdictionem poteſtatis offendi poſſe, hoc non debere intelligi de clerico declinante iuriſdictionem illius. vide Bal. in l. fi. §. in computatione, in fin. C. de iur. delib. & Anto. de Butr. in c. quod clerici, de for. comp.

Summarium in l. quæ ſub conditione. §. de hoc iure. ff. de condit. inſtit.

1 *An ubi contractus, ſententia, vel teſtamentum eſt nullum, poſſit peti à iudice principaliter ut nullum declaretur.*

Bar. in l. quæ ſub conditione. §. de hoc iure. ff. de cond. inſt.

1 Bart. in d. l. quæ ſub conditione. §. de hoc iure, tradit an ubi contractus, † ſententia, uel teſtamentum eſt nullum, poſsit peti à iudice principaliter, ut nullum declaretur? & ibi in uerſi. Ego dico, ait, quandoque contractus eſt nullus ex partium conuentione, ſiue ipſo iure irritus eſt & inanis, & tunc poteſt pronunciari nullus, & reliqua, ut per eum habetur. vide Rom. in cõſ. 90. & aliquid per Barb. in c. ſi quis presbyterorum, col. pen. de reb. eccl. non alien.

Summarium in l. inſtitutio talis. ff. de cond. inſt.

1 *Una ſcriptura continet id, quod in alia continetur, ad quam refertur.*

Bar. in l. inſtitutio talis. ff. de cond. inſt.

1 Bart. in d. l. inſtitutio, inquit, unam ſcripturam † continere id, quod in alia continetur, ad quam refertur. vide Rom. in conſ. 80. Dec. in conſ. 47. & in conſi. 64. & in conſ. 278. in fi.

Summarium in l. cum ſeruus. ff. de condi. inſtit.

1 *Conditio adita in inſtitutione uidetur repetita in legato.*

Bar. in l. cùm ſeruus. ff. de cond. inſt.

1 Bart. in d. l. cùm ſeruus, ſic ait in ſumma. Conditio † adiecta in inſtitutione, uidetur repetita in legato. Limita not. iſtam concluſionem non procedere quando in inſtitutione conditio, quæ tacitè ineſt, exprimeretur; quia nunquam cenſetur repetita in ſequenti oratione. textus eſt mirabilis in l. ſi in diem. §. 1. ff. de cond. & demonſtr. quem citat Aret. in conſi. 1. referẽs Rayn. & Imol. ita dicere per illum tex. & Roma. in ſingul. 234. & in conſi. 134. quem refert & ſequitur Iaſ. in l. in illa. ff. de uerb. oblig.

Summarium in l. mulier. §. ſi quis hæreditarium. ff. de cond. inſt.

1 *Si conditio de iure impleri non poteſt, ſufficit ſi ea de facto impleatur.*

Bar. in l. mulier. §. ſi quis hæreditarium. ff. de cond. inſt.

1 Bart. in d. l. mulier. §. ſi quis hæreditarium, dicit, ſi conditio † de iure impleri non poteſt, ſufficere, ſi ea de facto impleatur. Tu intellige hoc, ut ſufficiat implere de facto, quando poteſt ſortiri effectum de iure: ita iſtam. l. intellexit Alex. in l. ij. §. ex his, col. fi. in fi. ff. de uerb. obli. vide Bal. in c. ſciſcitatus, col. 1. de reſcrip. & in l. j. col. antepe. C. de his quæ pœn. nom. Imol. in l. 1. col. pen. ſuprà eod. tit.

Summarium in l. uter ex fratribus. ff. de cond. inſt.

1 *Conditio habetur pro impleta, quando per me non ſtat.*

Bar.

Bar.in l.uter ex fratribus.ff.de cond.inſt.

BART. in d.l.uter ex fratribus,uerſi.iſtud quod dicit lex, ait, illud, quòd conditio † habetur pro impleta quando per me non ſtat,eſſe uerum niſi uoluntas defuncti repugnaret uoluntati aliorum. Attende,quia poſſet etiam dici iſtam fictionem hic ideo locum non habere, quòd hæc conditio pro impleta habeatur; quia hoc tenderet in præiudicium eius quòd uerè impleuerat. argumento eorum,quæ tradit Bar.in l.ſi indebitum.§.1.ff.rem rat.haber.& uide Iaſ.in l. nemo poteſt,col.9.ff.de leg.1.

Summarium in l.quidam in ſuo.ff.de cond.inſt.

Ex ſermonibus ſtultis quis præſumitur ſtultus,uel furioſus.

Dominium non probari quamuis aliquis probaret rem pro ſua poſſediſſe,& habitum fuiſſe pro domino.

Dominium an probetur ex conceſſione emphyteoticaria.

Bar.in l.quidam in ſuo.ff.de cond.inſtit.

BART. in d.l.quidam in ſuo,ait,in ſermonibus † ſtultis præſumi ſtultum uel furioſum. vide Barb.in conſi.30.col.5.& in conſi.32.col.2.in 1.vol. Deinde ſubiungit Bar. diſtinctionem, quando quæritur utrum qui poſsidet tanquam dominus,præſumatur dominus. concord.uide apud Iaſ.in §.omnium.inſt.de acti.& in §.ſic itaque.col.3. & in l. non hoc.colu.fin.C.und.legit. Barb.in conſi.8.in 1.vol.& de iſta diſtinctione Bar.uide omnino Feli.in c. examinata, in princ. de iudic.& in c.illud,in 2.notab. de præſumpt.& in c. cùm Bertoldus, colum.12. & ſeq. de re iudic.Alex.in conſi.69.in 3.vol.in conſi.10.col.pen.in 4.uol.in conſi.16.col.2.in 5.volu. & in conſi.35.col.2.eod.vol.Rom.omninò 424.ubi ait, dominium † non probari, quamuis aliquis probaret rem pro ſua poſſediſſe,& habitum fuiſſe pro domino. nec etiam famam hoc probare,niſi in re antiquiſsima. nec etiam teſtimonium de auditu. uide etiam Soc.in conſi.266. col. 4.& ſeq.in 1.vol. & Barb.in conſ. 37. col.7.in 3. vol. ubi declarat. & quomodo dominium & quaſi dominium probetur,vide Soc.latè in conſi.112.in 4.vol.& Alex.in conſ.9.& in conſ.11. in 4.uol.Abb.in conſi.75.in 1.dub.& in c.2.de cenſ. ubi habetur, an † dominium probetur ex conceſsione emphyteoticaria. Salic. in l. proprietatis dominium.C.de probat.in fin.ubi dicit probari dominium per indicia. Item dominium probatur,ſi quis percepit fructus tanto tempore,quod ſufficit ad præſcriptionem. Abb. in c. cùm contingat, de deci.& modos probandi dominium,uide in l.cùm res.C.de probat.& gl.& Bar.in l.rem quæ nobis.ff.de acq.poſſ.& huiuſmodi probatio difficilis eſt,ut habetur in c.ſæpe,de reſt.ſpoli.

Summarium in l.j.§.ait prætor.ff.de iure delib.

Vbi tempus non dicitur certum,relinquitur arbitrio iudicantis.

Quantum tempus dari debeat hæredibus inſtitutis,uel ſuccedentibus,ab inteſtato ad deliberandum,uelint ne eſſe hæredes an non.

Bar.in l.j.§.ait prætor.ff.de iur.delib.

BART. in d.l.j.§.ait prætor,in princ.inquit,ubi tempus † non dicitur certum, relinqui arbitrio iudicantis. uide Alex.in conſi.17.col.1.in 4.vol.& dum ſubiungit Bar. fidei commiſſarium habere debere tempus ad deliberandum; quia commodum habet & incommodum; vide Alex.in l.ſi patroni.§.fideicommiſſa facta,col.3.ff.ad Trebell.

Bar.in eod.§.quærit,quantum tempus † dari debeat hæredibus inſtitutis, uel ſuccedentibus ab inteſtato ad deliberandum,uelint ne eſſe hæredes an non.vide Iaſ.in rub.C.de ſucceſſ.edict. col.2.verſ.tertiò quæro.& in l.ſi curatoris.C.de iur.delib.& eo non comparente dabitur curator hæreditati iacenti.Alex.in conſi.146.in libro primi & ſecundi vol.

Summarium in l.ſi quis ſuus.ff.de iure delib.

Per hæc uerba,nolo adire hæreditatem,repudiatio non præſumitur,niſi elapſo anno,poſtquàm dicta ſunt hæc uerba.

Bar.

De testamento militari.

Bar.in l.si quis suus.ff.de iur.delib.

1 BART. in l.si quis suus,col. 1.inquit,per hæc uerba,nolo † adire hæreditatem, non præsumi repudiationem,nisi elapso anno postquàm dicta sunt hæc uerba. & idem ait Bar. hic in fin. sed contrarium tenuit in l.filij.ff.ad Trebell.& dum Bar.in fi.agit de illo, cui statutum est tempus,an eo elapso habeatur pro repudiante? adde an hoc procedat in debitore,cui delata est hæreditas creditoris,utrum elapso tempore soluendi repudiasse existimetur? Aret. in consi.162. tenet quòd non.

Summarium in l.j.ff.de test.mil.

1 *Princeps potest remittere numerum testium in testamento militis.*

2 *In testamento militis sublatæ sunt solennitates iuris ciuilis, non autem iuris gentium.*

Bar.in d.l.j.ff.de testa.milit.

1 BART. in d.l.j.inquit,principem † posse remittere numerum testium in testamento militis. Limita tamen hoc nisi duorum numerus minuatur; quoniam hoc princeps facere non posset,ut per Ias.in l.j.colu.9.uersi.limita. C.de sacros eccles. Item quamuis dici soleat,in testamento militis attendendum esse iusgentium,non autem ius ciuile, si tamen ius ciuile esset ei adiumento,illo uti non prohibetur. ita declarat Ias.in l.captatorias.C.eod.tit.item

2 in testamento † militis sublatæ sunt solennitates iuris ciuilis,non autem iurisgentium, ideo pupillus cùm careat intellectu,etiam si sit miles,testari non potest.l.fi.C.eod.An autem milites nostri temporis gaudeant priuilegijs à iure concessis militibus? & deciditur quòd non, nisi in eis militet eadé ratio. Feli.in c.quanto,de mag.Soc.ait eos hisdem priuilegijs perfrui,quando uacant armis pro suo superiore,in cõs.33.in 3.vol.uide Bar.& doct.in l. filiusfamilias.§.ueterani. ff.de procura.& in l.milites.C.eod.titu.

Summarium in l.qui iure.ff.de test.milit.

1 *Sufficit aliquid fieri in genere, quamuis in specie ignoretur.*

Lucubrat.in l.qui iure.ff.de testa.milit.

1 ATTENDE tex.in hac.l.qui iure,ex quo colligitur, sufficere † aliquid fieri in genere quãuis in specie ignoretur.uide aliqua apud Ana.in cons.503.col.2.

Summarium in l.ex militari.§.si filius.ff.de testa.milit.

1 *Beneficium abstinendi fuit introductum fauore filiorum.*

Bar.in d.l.ex militari.§.si filius.ff.de testa.milit.

1 BART. in d.l.ex militari.§.si filius, col.1.inquit, beneficium † abstinendi fuisse introductũ fauore filiorum. ex hoc fundamento infert Ias.in l.licèt.C.de iur.delib.ius immiscendi præscribi non posse. & de hoc multùm gloriatur,quamuis fuerit inuentum ab Alex. Et dum Bart.postea subiungit,an & quando filius,cui statutum est tempus ad deliberandum,si interim moritur,transmittat:uide Ias.in l.emancipata,in princ.uersi.secundo.C.qui admit.

Summarium in l.tractabatur.ff.de test.milit.

1 *Testamentum reuocatum, reconualescit iuris interpretatione, quando testator tanto tempore superuixit, ut illud mutare potuerit, & non mutauit.*

Lucubrat.in l.tractabatur.ff.de testa.milit.

BART. in d.l.tractabatur,nihil scribit,tamen est tex.cum gl.memorabilis,ex quo colligi so-

1 let,testamentum † reuocatum reconualescere iuris interpretatione,quando testator tanto tẽpore superuixit,ut illud mutare potuerit,& non mutauit. ad quæ uide omnino Ange. in consi. 108.& in consi.364.Soc.in consi.93.in 4.vol.Bar.in l.j.col.9.ff.de uulg.& pupill.& in argumẽtum uide.l.iij.C.de inoffic.testa.Ad rem facit decisio Bal.in l.j.C.de reuoca.donat.ubi ait,donationem filiorum superuenientia reuocatam, reconualescere quando donator tanto tempore superuixit,ut eam reuocare potuerit,& non reuocauit.

Summa-

Summarium in l.in fraudem.§.sicut.ff.de testa.mil.

Si notarius cancellauit instrumentum, & posteà scripsit, se illud per errorem cancellasse, an instrumentum probetur.

Bar.in l.in fraudem.§.sicut.ff.de testa.milit.

BART. in d.l.in fraudem.§.sicut,in fi.quærit,si notarius † cancellauit instrumentum,& posteà scripsit se illud per errorem cancellasse,an instrumentum probetur. vide Abb.in c.cùm uenerabilis.in fi.de relig.domi.Alex.in l.si unus,col.penul.& fin.& ibi Iaſ.colu.fin.C.de testam.& eundem Alex.in consi.201.Viso processu,col.3.in lib.primi & secundi vol.& in l.si quis ex argentarijs.§.si nullum.ff.de eden.

Summarium in d.l.in fraudem.§.bonorum.ff.de test.mil.

Regula generalis an casus priuilegiatus contineat.

Bar.in d.l.in fraudem.§.bonorum.ff.de test.mil.

BART. in ead.l.§.bonorum,agit,an generalis † regula casus priuilegiatos contineat, & decidit quod non. Tu autem attende,quia Bal.ex isto tex.colligit,statutum generaliter disponẽs etiam priuilegiatos complecti,dummodò priuilegium eorum non infringatur. cuius documẽtum refert & sequitur Dec.in consi.5.

Summarium in l.natalem.ff.de test.mil.

Si à ciuitate aliquibus concessa fuit potestas procedendi super adunantia quandocunque eis placuerit, utrum ex hac generali concessione intelligatur tradita potestas auferendi ius alteri acquisitum.

Bar.in l.dotalem.ff.de testa.milit.

BART. in d.l.dotalem,quærit, si à ciuitate † aliquibus concessa fuit potestas procedendi super adunantia quomodocunque eis placuerit,utrum ex hac generali concessione intelligatur tradita potestas auferendi ius alteri acquisitum? vide Rom.in cons.116.Aret.in cons.165. in fi.ubi dicit,hoc procedere etiam si ius consisteret in sola spe. & uide Parid.in tract.syndic.in voce Arbitrium,uersi.si Rex.& Anch.in consi.167.ubi tradit,si alicui datum est arbitrium iudicandi prout ei placuerit,an possit iudicare non citata parte? & tollere ius tertij? & demũ quid possit is qui habet huiusmodi potestatem. Et ad ea quæ tradit Bar.hic in fin. referens se ad ea, quæ scripsit in l.cùm de lege.ff.de fideicomm.& concludas in casu isto deberi æstimationem. vide Alex.in l.apud Labeonem.§.fi.col.3.ff.de leg.1.

Summarium in l.si certarum.ff.de test.mil.

Si testator aliquos in certis rebus, & unum in cæteris instituisset, hunc esse hæredem uniuersalem, alios uerò haberi loco legatariorum.

Bar.in l.si certarum.ff.de testa.mil.

BART. in d.l.si certarum,in princ.inquit,si testator † aliquos in certis rebus & unum in cæteris instituisset,hunc esse hæredem uniuersalem, alios uerò haberi loco legatariorum. vide Alex.in l.nam quod.§.non omnes.ff.ad Trebell.col.fi.

Summarium in l.quærebat.ff.de test.mil.

Si testator dixit, volo post mortem meam restituatur tali, substituens eum uulgariter, & pupillariter, an erit directa.

Bar.in l.quærebatur.ff.de testa.milit.

BART. in d.l.quærebatur, quærit, si testator † dixit, uolo post mortem meam restituatur tali,substituens eum uulgariter & pupillariter; an erit directa? pro intellectu huius quæst.vide Alex.in l.j.col.8.uersq.quæro etiam.ff.de uulg.& pupil.Aret.in consi.55.colu.2.& 5.& in l.uerbis ciuilibus,de uulg.& pupill.

Summarium in l.quod constitutum.ff.de test.mil.

Tribunus militum non habet priuilegium militum, nisi ipse sit miles.

Bar.in l.quod constitutum.ff.de testa.milit.

BART. in d.l.quod constitutum,ait,Tribunum † militum non habere priuilegium militũ, nisi ipse sit miles. De hac rę uide Anan.in consi.14.in consi.27.in consi.70.& in consi.104.&

Dec.

Dec.in consi.44.& quia ex hoc Bar.inquit se consuluisse,Priorem hospitalis exempti,non gaudere hoc priuilegio si est laicus; quia oportet eum esse de corpore illius ecclesiæ, uel hospitalis. Adde hoc idem consuluisse Aret.in consi.94.& uide Barb.in consi.7.in 1.vol. Bal. in auth. hoc ius porrectum,col.2.C.de sacrosc.eccl.& gl.in c.quisquis,in uoce,ecclesiasticis.17.q.4.

Summarium in l.diuus Traianus.ff.de test.mil.

1 *Licèt statuto cautum esset contra instrumentum,uel sententiam posse tantum unam exceptionem opponi, tamen obijci posse illud non esse instrumentum,uel illam non esse sententiam.*
2 *Papa à nemine iudicari potest.*
3 *Papa canonicè electus,est Deus in terris,& non canonicè electus,est dæmon,& claues non regni cælorum, sed inferni gerit.*
4 *Papa hæreticus minor est quolibet fideli.*
5 *Licèt statutum reijciat exceptionem,tamen non reijcitur exceptio nullitatis.*
6 *Ubicunque conceditur priuilegium respectu certæ qualitatis,oportet,ut de illa qualitate constet non per probationem priuilegiatiuam,quæ sufficeret probata qualitate in causa principali.*

Bar.in l.diuus Traianus.ff.de testa.mil.

1 BART. in d.l.Diuus Traianus,dicit,quamuis statuto † cautum esset,contra instrumentum uel sententiam posse tantum unam exceptionem opponi, tamen obijci posse illud non esse instrumentum,uel illam non esse sententiam.l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iud.sic etiam in l. non putauit.§.non quæuis.ff.de bon.poss.contratabu.iurisconsultus ait,filium non legitimè exhæredatum,dici exhæredatum non posse: nam paria esse solent,aliquid non fieri,uel minus legitimè fieri.l.quoties.ff.qui satisd.cog. Bar.in l.si finita.§. Iulianus. ff.de damn.infect. & ideo decipiun-
2 tur illi,qui nonnunquam dicere ausi sunt,quòd & si traditum sit,Papam † à nemine iudicari posse,c.nemo,& c.cuncta per mundum.9.q.3.cum infinitis propè,quæ adduci possent:tamen Concilium habere potestatem in eum, ea ratione,quòd Pontificem metu uel pecunia interuenien-te electum de fede potest eijcere.c.si quis pecunia.79.dist.nam ubi electio pontificis tanquam irrita reprobatur,eum ideo iudicari posse concedimus; quia cum legitimè non fuerit ad pontificatum euectus,ne Pontifex quidem appellari potest; & in eo casu magis factum eligentium
3 quàm ipse pontifex iudicatur. Hinc dixit Bal. in l.fi.C.sent.rescin.non posse Papam † canonicè electum esse Deum in terris,& non canonicè electum esse dæmonem,claues non regni cælorum sed inferni gerentem. citat.d.c.si quis pecunia. ad quem accedit Feli.in c.ego. N.colu. 2.in fi.de iureiur.Idem dicendum est & de Papa hæretico: nam is amplius Papa non est, quoniam hæresis separat omnem hominem ab ecclesia,ut habetur in c.conuenientibus.1.q.7.Scriptum enim est Deuter.17.nõ poteris alterius gentis regem facere,qui non sit de fratribus tuis.
4 iccirco Papa † hæreticus minor est quolibet fideli, secundum gl.in c. Achatius, 24.q.1. & amplius Papa non est,nec inter alios pontifices potest annumerari: ita Bellem.& Card.Alex. in Anastasius.19.dist.Propterea not.inquit Bal. in c.licèt, de elect.exceptionem hæresis, prop exceptionem dici non debere,sed nullum esse.nimirum igitur, si iudicatur, cùm amplius Pap non sit,ut latè declarat Card.Alexand.in c.si Papa.40.dist.& in rubrica 15.dist.Corad.in trad. de potesta.Pap.& Ias.in consi.95.col.6.in 4.vol.& huiusmodi sententia magis est priuatiua Pontificis declaratio,quàm noua priuatio,ut ait Petr. de Monte in tract. de potest. Pap.argumento.l.quid tamen.§.si arbiter. ff.de arbitr. & l. sicut.§. sed si quæratur.ff.si ferui.uendic.quæ
5 omnia sunt adnotanda ad hoc Bartoli documtẽum. nam & si statutum † reijciat exceptionem, tamen ideo non reijcitur exceptio nullitatis. quia ista propriè exceptio dici non potest, sed nullum esse, ut ait Bal.in d.c.licèt. Ad rem faciunt trad.per Rom.in consi.22. & in consi.220. colum.2.Alex.in consi.175.colu.fin.in 4.vol.& in consi.64.in fin. in 1.vol. ubi citat hunc text. Feli.in c.quoniam contra,col.2.in fi.de probat.Aret.in consi.96.& in consi.164.colum.5.in fi.
6 ubi ex dictis Bartoli hic generaliter colligit, ubicunque conceditur † priuilegium respectu certæ qualitatis,oportere ut de illa qualitate constet, non per probationem priuilegiatiuam,quæ sufficeret

sufficeret probata qualitate in causa principali. Alex. in consi. 71. col. 2. in 3. volu. ubi loquitur de dicto denunciatoris. & in consi. 16. in 5. uol. & hoc idem semper docuit Alex. in multis consilijs, quæ longum esset referre. omnes enim ubique aiunt, qualitatem à lege requisitam specificè esse probandam, ita ut non sufficiat si iuris præsumptione probaretur, secundum Cæpoll. in consi. 57. quem uide omnino. Attende tamen quoniam in casu Bartoli hic, & in ijs quæ dixi de Papa agitur de essentia, ut ita dixerim, & de substantia ipsius rei, quæ deest, non autem de qualitate, id quod longè etiam magis est.

Summarium in l. cum filius. ff. de testam. milit.

Miles non potest substituere pupillariter recasuro in alterius potestatem.

Bar. in l. cùm filius. ff. de testa. milit.

BAR. in d. l. cùm filius ait, hunc tex. esse adnotandum, ibi, quia hæreditati. Ad istam. l. uide Bar. in l. ij. col. 3. versi. sed pone, ubi Ias. col. 2. uersi. iuxta hoc. ff. de uulg. & pupill. ubi aiunt, militem † non posse substituere pupillariter recasuro in alterius potestatem. Attende etiam diligenter hunc tex. in uersi. si uerò militante, qui est sing. secundum Aret. in consi. 92. vel 93. colu. 5. ad probandum, non reconualescere testamentum ruptum natiuitate posthumi, quamuis testator postea decedat nullo alio condito testamento. quod not. ad ea quæ dixi in l. tractabatur, suprà eodem titulo.

Summarium in l. eius militis. §. militia. ff. de testa. milit.

Facilius tollitur quod ualet iure speciali, quàm quod ualet iure communi.

Bar. in l. eius militis. §. militia. ff. de testam. milit.

BART. in d. l. eius militis. §. militia missus, inquit, facilius † tolli quod ualet iure speciali, quàm quod ualet iure communi. Limita ut per Barb. in consi. 9. Supremi, colu. 3. in 1. uolu. Aret. in l. Pantonius, col. 5. ff. de acquir. hæred. vide ad hæc Alexan. in consi. 84. In causa, colu. 3. & in consi. 109. Ex inspectione, in fi. in 3. uol.

Summarium in l. militis codicillis. ff. de testa. milit.

Dictio, ad, exponitur pro iuxta.

Bar. in l. militis codicillis. ff. de testa. milit.

BART. in d. l. militis, colligit ex glo. uocem, † Ad, exponi pro iuxta. Dic idem haberi in l. quidam. ff. de seruit. vrba. prædi. & in authen. ut non luxur. contra natu. circa medium. & tradit Imol. in consi. 10. citat. l. ad diem, cum glo. ff. de uerb. obliga. vbi ait, hanc uocem stare inclusiuè. Et de materia huius. l. vide Alexand. in consi. 289. viso themate, col. 3. nu. 3. in libro primi & secundi uol. Et ad quæstionem quam hic subiungit Bar. de eo, qui instituit pupillum, & reliqua, vt per eum. vide Alexand. in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de uulg. & pupil. & in auth. hoc inter liberos. C. de testam. & Ias. in l. hac consultissima. §. siquis autem. C. de testam. & Roma. in consi. 173. col. 3. in secundo dubio.

Summarium in d. l. militis. §. ueteranus. ff. de testa. mili.

Exceptio doli semper nititur æquitate.

Bar. in d. l. militis. §. ueteranus. ff. de testa. milit.

BART. in eadem l. §. veteranus, dicit, exceptionem † doli semper niti æquitate. proinde si legatarius petit, repellitur exceptione; quia non habet uoluntatem defuncti, & reliqua. Ad istum. §. vide Alex. in l. nemo potest, col. 7. in fi. ff. de lega. 1. vbi alij moder. & Alex. in consi. 30. col. pen. & fi. in 3. uol. & Bald. in consi. 224. in 2. uol. Et dum posteà inquit Bart. si aliquis diceret hæc uerba, se intestatum uelle decedere coram quinque testibus, & in illo testamento non essent scripti extranei, sed uenientes ab intestato, primum tolli. vide Alexand. in consi. 246. Paucis utar, in libro primi & secundi uolu. Et de hac re uide eundem Alexand. in consi. 31. in 3. uolu. & in l. sancimus, col. fi. C. de testam. & in l. si ita. §. regula. ff. de liber. & posthum. & Barb. in consi. 60. colu. 14. in secundo uolu.

De testamento militari.

Summarium in l.miles ita.§.& quia.ff.de testa.milit.

1 *Validum est argumentum de re ad tempus.*

Bar.in l.miles ita.§. & quia.ff.de testam.milit.

BAR. in d.l.miles ita.§.& quia diximus,animaduertit text. ibi, & quod in bonorum. vide
1 Cæpoll.in consi.7.col.penult. Et dum subiungit, ualidum † esse argumentum de re ad tempus, Limita quoniam & si in maiori summa inest minor, tamen in maiori summa temporis non inest minor.l.j.§.si quis simpliciter. & §.seq.ff.de uerb.obligat. & quomodo & in quibus casibus procedat hæc regula, vide Dec.in l.in eo quod plus.ff.de reg.iur.

Summarium in d.l.miles ita.§.mulier.ff.de testa.milit.

1 *Clericus non potest legare concubinæ suæ sicut nec miles.*

Bar.in d.l.miles ita.§.mulier.ff.de testa.milit.

1 BART. in eadem l.§.mulier,inquit, clericum † legare non posse concubinæ suæ, sicut nec miles militiæ secularis. vide Alex.in l.Centurio, col.2.ff.de uulga.& pupill. vbi meminit huius documenti.& Anchara.in cons.247. Et de hac re uide Ang. in cons.171.& Bald.in cons.267. in primo uolumine,

Summarium in l.ex eo tempore.ff.de testa.milit.

1 *Miles,non à tempore electionis, sed à tempore quo scriptus est in matricula militum, incipit uti priuilegio militari.*

2 *Miles est constitutus in dignitate.*

3 *Si miles est scriptus in matricula militum,& scholaris in matricula scholarium, sed nec iste est scholaris,nec ille miles,non possunt perfrui suis priuilegijs.*

Bar.in l,ex eo tempore.ff.de testam.milit.

1 BAR. in d.l.ex eo tempore, sic ait in summa. Miles † non à tempore electionis, sed à tempore quo scriptus est in matricula militum, incipit uti priuilegio militari. vide Abb.in consi. 47.in primo uol.Præpos.in c.quanto,63.dist.Paul.de Castr.in l.scriniarios,C. eod.tit.& Alex. in l.j.col.25.in fi.ff.de offic.assess.

2 Bart.in ead.l.ait, militem † esse constitutum in dignitate. idem tenet Ias.& Dec. in l.siquis in conscribendo.C.de pact.vbi Ias.limitat tribus modis.

3 Bar.in eadem l.propè fi.inquit, si miles † est scriptus in matricula militum,& scholaris in matricula scholarium, sed nec iste est scholaris, nec ille est miles, eos priuilegijs suis perfruinon posse. De hac re uide Feli. in c.eam te,de rescript.col.5. & in c,cum adeò,col.2.eodem titu.& in proœm.decretal.col.5. & multa contra istam regulam uide apud Felin. in cap.cum adeò.de empt.vbi pro & contra multa adduxit.

Summarium in l.filius.ff.de testa.milit.

1 *Habetur pro facto, quod de proximo faciendum est.*

2 *Non solum subrogato principali cessare officium uice gerentis, sed etiam ubi de ipsius subrogatione cœptum est agi.*

3 *An destinatum fieri, habeatur pro facto.*

Bar.in l.filius.ff. de testam.milit.

1 BART. in d.l.filius,dicit,haberi pro facto † quod de proximo fiendum est. vide Ancha. in consi.89.in consi,90.& 430.Ias.in l.admonendi,colu.2.ff.de iureiur.in l.diuortio.§.interdum. ff.solu.matrimo.in l.naturaliter.§.nihil commune,col.13.ff.de acquiren.possess. Felin.in c.eam te,colu.15,de rescrip.vbi quasdam attulit limitationes. Imol. in consi.31.& in hac materia uide bonum textum.& ibi Dominic.in cap.commissa,in principio, de elect. in sexto.& in d.cap.
2 eam te. vbi colligitur, non solùm subrogato † principali cessare officium uicesagentis, sed etiam ubi de ipsius subrogatione cœptum est agi. & Felin. in rubr.de sponsal.col.5. & in simili in c.3. de offic.delega. vbi multa attulit, quibus probatur id, quod de proximo est,haberi pro facto. vide etiam Ana.in c.fin,col,2.de Iudæ. Ad rem facit.l.fi.C. de compens.& trad.per Aret. in consi.108.in fin. Angel.in l.milites. C. eodem titu.aliquid per Alexand.in l.cùm antiquitus.

C.de

3 C.de teſta.colu.2.& in conſi.97.in 3.uol.vbi ponit, an deſtinatum † fieri habeatur pro facto? de qua re agit Roma.in ſingul.103.Feli.in dicto c.cum adeò,& Soci.in conſi.249.col.antepe. & fi.in 1.uolu. Et ad prædicta uide etiam Alex. in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omni.iudic. & Signoro.in conſi.144. Bal.in conſi.263.in 3.vol. Barb.in conſi.8.in 4.uol.vbi tradit, an ſtatutum excludens filiam dotatam,excludat etiam deſtinatam dotari.

Summarium in l.j.ff.de acquiren.hęred.

1 *Hereditas poſtquàm eſt adita, deſinit eſſe hęreditas.*

Bar.in l.j.ff.de acquir.hæred.

1 BART. in d.l j.col.1.inquit,hæreditatem, † poſtquàm eſt adita, deſinere eſſe hæreditatem. vide latiſsimè Iaſ.in l.eius qui in prouincia,col.3.ff.ſi cert.peta. vbi Curt.col. 12. qui tradit not. diſtinctionem. Attende tamen quoniam multi uoluerunt etiam neceſſariam eſſe apprehenſionem, vt docuit Dec. plenè in l.hæreditas.ff.de regul.iur. Et dum Bart. poſteà declarando quid ſit hæreditas, ait eſſe quoddam ius, quod uocatur hæreditas, & perſonam defuncti continet. vide Alexand.in conſi.305. in lib.primi & ſecundi uolu.& Dec. in d.l.hæreditas. Proſequitur deinde Bar.in 2.colu.uerſ.ſecundò, & quærit, quo iure ſit introducta hæreditas? vide Alex.in conſi.229.verſi.quinimmo licèt eſſet,in lib.primi & ſecundi uolu.Infert ſucceſsiuè Bar.ad quæſt. utrum in foro conſcientiæ hæres teneatur ad debita ultra uires hæreditarias? aitque non teneri. & iſta eſt * communis opinio. *

Summarium in l.qui totam.ff. de acquir.hęred.

1 *Aditione partis totum quod poteſt, quęritur, ſiue ſimul, ſiue diſcretis partibus hęreditas deferatur.*

2 *Ille qui uult unum, uult omne id &c. quomodo procedat.*

Bar.in l.qui totam.ff.de acquir.

1 BAR. in d.l.qui totam, ſicait iuſnm ma. Aditione † partis, totum quod poteſt,quæritur, ſiue ſimul ſiue diſcretis partibus hæreditas deferatur. vide Soc. in l.ſi mihi & tibi, colu.4.ff.de leg.1. & Alex.in conſ.20. viſo proceſſu, colu.fi. in primo uolu. Et dum Bart.ibi paulò poſt inquit,hæredem non poſſe pro parte agnoſcere,& pro parte repudiare delatam hæreditatem, ui de Alex.in d.conſ.20.col.3.& Aret.in conſ.160.col.10. in ſecundo dub.

2 Bart.in eadem l.col.fi.inquit, regulam illam, qui uult † unum &c. procedere quando aliquis uult illud acquirendo,alioqui uerò ſi repudiando. Attende tamen,quòd in amiſsione iuris uoluntas magis reſtringitur,quàm in acquirendo.vide Aret.in conſ.182.col.6. in princ.& ad hęc facit tex.in l.ſi cauſa cognita.C.de tranſact.ſed in cõtrarium facit tex.inſt.qui teſtam.tutor.dar. poſſ.conſidera etiam quòd in d.l.ſi cauſa,unus tractabat de amittendo,ſed alius de acquirẽdo. ad iſtam quoque regulam uide Bal.& Salic.in l.fi.C.de hæred.inſtit.& ad rem faciunt trad.per Paul.de Caſtr.in l.j.§.denique.ff.ad Trebell.

Summarium in l. quamdiu.ff.de acquir.hęred.

1 *Quamdiu hęres adire poteſt, ſubſtitutus adire non poteſt.*

Bar.in l.quamdiu.ff.de acquir.hæred.

1 BAR. ait hanc.l.ſe ipſam ſummare, hoc eſt,quamdiu hæres † adire poteſt, ſubſtitutum adire non poſſe. Amplia regulam hanc,vt locum habeat non ſolùm quando teſtamentum eſt certum & ualidum, ſed etiam quando de uiribus teſtamenti dubitaretur. text. eſt in l.j.& ibi not. Dec.C.de bonor.poſſ.ſecundum tab. Et dum Bart.ſubdit, hanc l.eſſe intelligendam,quamdiu primus hæres poteſt adire de iure communi, alioqui uerò ſi per reſtitutionem; quia tunc ſubſtitutus non expectaret: attende quoniam ex his colligi poteſt, quamuis ſublatum ſit ius commune,non tamen ſublatum eſſe ius ſpeciale. vide Aret.in conſi.161.col.2.in fi. & dum Bar.ait de reſtitutione,quæ fieret ipſo iure,in hoc Bartolus decipitur, vt per Soci.in l.j.colu.19.in fi.ff. de uulg.& pupill.

De acquirenda hæreditate.

Summarium in l.mutum.ff.de acquir.here.

1 *An mutus & surdus possit adire hereditatem.*

2 *Mutus, & surdus cui æquiparentur.*

Bar.in l.mutum.ff.de acqui.hæred.

1 BART. in d.l.mutum,dum agit,an mutus † & surdus possint adire hæreditatem, distinguit propter hoc impedimentum sint ne incapaces an non ? vide tex.in l.j.in fi.cum quatuor ll.seq. ff.de postul.& est tex.expressus in §.furiosi.insti.de curat.ex ijs enim constat, mutum & surdũ, qui ob istud impedimentum incapaces efficiuntur,curatoribus indigere. alioqui uero dicendum est,quando sunt boni intellectus,nam superfluo eis darentur curatores cum omnia per se agere possint.Aret.& Ias.in l.j.ff.de uerb.oblig.Barb.in consi.59.col.8.Ad hæc uide Io.Brunellum in tract.de sponsalibus & matrimonijs. conclusione 14.nu.5.vbi retulit multos docto. virijs in locis testantes,se surdos & mutos uidisse, qui optimè intelligebant. quinimmo talis tanta est quandoque illorum capacitas & intellectus,ut duo exempla memorabilia referat Ualerius Max.Vnum est in 1.lib.in tit.de miraculis,ubi ait,quendam mutum,cui titulus & præmia uictoriæ partæ auferebatur,honoris impetu locutum fuisse. Aliud est in lib.v.in cap.de pietate erga parentes,vbi refert,Cræsi filium,cum uidisset regem Persarum ad occisionem patris parratum,pietate in patrem impellente clamasse,ne Cræsum regem occideret. propter quam uocē
2 ille ensem reuocauit. Cui autem mutus † & surdus æquiparentur,vide solennem distinctionem apud Soc.in consi.61.col.5.& 6.in 1.vol.& nunquid surdus & mutus à natura possint matrimonium contrahere ? sacramentum conferre ? donare inter uiuos ? & huiusmodi genus alia ? vide Brunell.in loco prædicto.& dum Bar.declarat, quo probari poterit per testes mutum adiuisse hæreditatem,cum ferre testimonium debeant de eo,quod uiderunt,non de effectu, quem ipsi iudicant,& soluit aut sunt consanguinei uel domestici, aut non. Adde tu similem solutionem quam tradit not.Bar.in l.j.col.4.uers.Item opp.ratio testis.iunctis ijs,quæ ibi posui ad Bar.& uide Feli.in c.cum causam,col.3.& seq.de testi. Soci.in consi.39.col.3.& in consi.112.colu.6.in primo uol.Barb.in consi.5. in 2.dub.in 3.volu. sed in hac re omnino uide Ias.in §.actionum,in glo.uarijs modis,insti.de action.

Summarium in d.l.mutum.§. eum cui lege.ff.de acqu. hær.

1 *Quare est, quòd in aditione prodigi, requiratur authoritas curatoris.*

2 *Mulier licèt prohibeatur à statuto contrahere posse sine consensu propinquorum, tamen non prohibetur si contrahit ad sui utilitatem.*

Bar.in d.l.mutum.§.eum cui lege.ff.de acqu.hæred.

1 BART. in ead.l.§.eum cui lege, dum agit de prodigo inquit, quare † est quòd in aditione requiratur authoritas curatoris, cum hic tractetur de acquirendo ? & respondet ideo esse quia ista non est acquisitio simplex,sed acquisitio hæreditatis,quæ posset damnum afferre. Dicas tamen si reperiretur hæreditas, quæ nullo grauata esset ære alieno, eam acquiri posse sine curatore,vt per Ias.in l.seq. in 1.notab.col.69.& ad hoc faciunt ea,quæ dicuntur de muliere † quæ
2 etsi statuto cautum est,eam sine consensu propinquorum contrahere non posse, tamen sola ad utilitatem suam contrahere non prohibetur. Dec.in consi.331.colu.2. Ias.in l.Barbarius.ff.de offic.prætor.& Feli.in c.causam, col.pen.de iudic. vbi multa alia similia memorauit exempla. sed an omnes hæ personę possint sine requisita solennitate rem alienare in causam piam? Firm. in tract.de episcopo,in 4 par.quarti lib.q.31.in fin.loquens de muliere ait,hoc fieri posse.citat Bal.in l.illud.C.de sacrosc.eccl.cum multis alijs,quæ ibi uideri poterunt.

Summarium in l.qui in aliena.ff.de acqu.hære.

1 *Filius qui adit hereditatem sine iussu patris non potest illum obligare.*

Bar.in l.qui in aliena.ff.de acqui.hæred.

1 BART. in d.l.qui in aliena, agit de filio, † qui adeundo hæreditatem sine iussu patris non potest illum obligare,uide Ias.in l.j.colum.secunda.C. qui admit. & dum Barto.posteà subiungit, an filius

an filius posit sine iussu patris repudiare hæreditatem, dicitq; probari quòd non in l.Iulianus.
* ff.de leg. primo. Dicas in hanc sententiam * communiter itum esse,ut inquit Alex.in l.si quis mihi bona.§.iussum, hoc eodem tit.

Summarium in d.l.qui in aliena. §. sed et si non adierit.ff.de acq.hæred.

1 *Ex diuturnitate temporis præsumuntur omnia solenniter acta.*
2 *An ex diuturnitate temporis extrinseca solennitas præsumatur.*

Bar.in d.l.qui in aliena.§.sed etsi non adierit.ff.de acqu.hære.

1 BART. in eadem l.§. sed et si non adierit, inquit, ex diuturnitate † temporis præsumi omnia solenniter acta. Vide Soc.in consi.15.colu.pen.in primo uolu.in consi.46. in 4.vol.& omnino Alex.in consi.9.in 3.uol.& in consi.45.in fi.eodem uolu. vbi vult ex cursu x.aut xx.annorum etiam in alienatione bonorum ecclesiæ præsumendum esse debitas solennitates interuenisse. idem ait Dec.in consi.409.de spatio xxx.annorum, quando autem de tertij præiudicio ageretur,spatium triginta annorum exigitur.Alex.in cons.179.col.fi.in 6.uol.in consi.218.eo. vol.vbi egregiè loquitur,& in consi.219.col.4.eodem uol.& in cons.179.in 7.uol. vide etiam circa præfata eundem Alex.in consi.1.col.pen.in consi.11.colu.fi. in consi.16. & in cons.134. col.6.in 4.uol.Felin.in c.illud,de præsumpt.Dec.in l.j.nu.8.C.qui admit.& in consi.442.vbi li-
2 mit. An autem ex diuturnitate † temporis extrinseca solennitas præsumatur? vide Alex. in d. consi.218. & in consi.sequ.in 6.uol.& omnino in consi.94.in 7.uol.& in cons.101. col.1.eod. uol.vbi citat pulchram decisionem Archid.in c.nemo ecclesiam, de consecrat distinct.1. Limita ut per Dec.in cons.464.nu.13. Et de hac re uide Felin.in c.Albericus.de testi.& omnino in c.sicut,de re iudic.in c.sunt & alij. nu.18.de rescript. Curt. in consi.76. Et quanto tempore ista præsumptio inducatur,tradit Mari.Socin.iuni. in cons.22.nu.17.& circa præcedentia uide quæ pono in lucubr.in l.gerit.in fi hoc eod.tit.

Summarium in d.l.qui in aliena. §. si is qui.ff.de acquir.here.

1 *An & quando aliquis, qui agit aliquid iussu alterius, censeatur illi uelle acquirere, an sibi.*

Bar.in d.l.qui in aliena.§.si is qui.ff.de acqu.hære.

1 BART. in eadem l.§. si is qui,tractat, an & quando aliquis, qui agit † aliquid iussu alterius, censeatur illi uelle acquirere, an sibi? vide Alex.in cons.58.circa primum, in primo uolu. & in cons.167.viso, in lib.primi & secundi uol.Feli.in c.cùm.M.col.2. de constitu. Roma.in consi. 91.col.3.& in cons.94.colu.2. Paul.de Castr.in cons.262.Soci.in cons.87. colu.4. & in consi. 228.in primo uol.Corn.in cons. col.2.in secundo uol.Doct.& præcipuè Alex.in l.post dotem,col.5.ff. sol.matr.

Summarium in d.l.qui in aliena. §.Celsus.ff.de acqu.hered.

Protestatio precedens, quæ actui sequenti sit contraria, facit ut actus subsequens nihil operetur.
Protestatio contraria facto, an & quando operetur, & quomodo operari possit.

Bar.in d.l.qui in aliena.§.Celsus.ff. de acq.hære.

BART. in eadem l.§.Celsus,inquit in summa, protestationem † præcedentem, quæ actui sequenti sit contraria, facere ut actus subsequens nihil operetur. Declara ut per Alex.in consilio 138.col.5.& fi.in 4.uol.vbi etiam habetur quando protesta tio dicatur contraria facto. & de hac re uide Fulg.in consi.146. Anchar.in consi.203. Abb. & alios in c.Cumana. de elect.& latè Feli.de genere cuiuscunque protestationis in cap.cùm.M.Ferrarien. nu.6.cum sequen.de constitu.& omninò in c.fi.de cond.appos. Et de hac protestatione † con traria facto an & quan do operetur, & quomodo operari posit? vide Dec.in d.c.cùm. M. Et dum Bar.subiungit,pro testationem præcedentem in his, quæ pendent à pura uoluntate prot estantis impedire actum sequentem,& in huiusmodi casu non exigi præsentiam partis, vide Barba.in d.c.cùm.M.colu. 92. & sequ.vbi meminit eorum,quæ hic ait Bar.& Feli.in c.consul uit,col.pen.de offic.delega. Dicit postea Bar.in ijs, quæ non pendent à sola potestate mea, eti am alterius protestatio,quæ fit, vel ei non innotescit, non afferre illi aliquod nocumentum. pro confirmatione huius docu-

menti,vide Areti.& Alex.in l.si stipulatus,in princ.ff.de uerb.obliga.Alex.in consi.16.col.fi.in 3.uol.Rom.in cons.179.col.1.& omnino Soc.in consi.263.col.4.in 1.uol.& multa scitu digna in materia protestationis uide per Bal.in sing.suis,in uoce, Protestatio.

Summarium in l. siquis filium. §. sed etsi filius.ff.de acq.hęre.

1 *Omnes leges, quibus cautum est hęreditatem non agnitam transmitti debere, intelligi, vt ille in quem transmittitur, possit adire, uel repudiare.*

Bar.in l.si quis filium.§.sed etsi filius.ff.de acqu.hæred.

1 BART. in d.l.siquis filium.§.sed etsi filius,in princip.inquit, omnes † leges,quibus cautum est,hæreditatem non agnitam transmitti, debere intelligi ut ille, in quem transmittitur, possit adire,vel repudiare,immiscere uel abstinere. Tu uide casum sing. in l.si infanti.C. de iure delib.vbi infans transmittit hæreditatem patri tanquam quæsitam. & ideo satis est patrem adire hæreditatem filij,vt ibi per omnes,& maximè Ias.in 2.col.

Summarium in l.more.ff.de acquir. hęr.

1 *Si statuto cautum est, mulierem sine consensu consanguineorum contrahere non posse, an adiri possit hęreditas.*

Bar.in l.more.ff.de acquir. hæred.

1 BART. in d.l.more,quærit,si statuto † cautum est,mulierem sine consensu consanguineorum contrahere non posse; an adiri poterit hæreditas, cùm hoc non sit contrahere sed quasi & decidit hoc fieri non posse. De ista quæst.vide Ias.in §.omnium, col.8.nu.36.inst.de action. Aret.in l.ex maleficijs.§.hæres.ff.de action.& obliga. Roma. in consi.12.& in consi.208. & in consi.294.Abb.in c.qua fronte,col.1.de appell.Alex.in consi.8.in fi.in 3. vol. ubi dicit, statutum,disponens de debito ex contractu,non habere locum in debito ex quasi contractu. Ange in consi.ultimo & in consi.254.col.fi.in 4.vol.& contrarium tenuit ipsemet Bar.in l.apud Iulianum.§.fi.per illum tex.ff.ex quib. cau.in poss. eat. & ibi ad illam opinionem * communiter alij ✱ accesserunt. sed istam,quam hic tenet Bartolus sequitur Ias.in l.Barbarius,col.2.ff.de offi.prætor.vide etiam in hac re omnino Raph.Cuma.in cons.176.

Summarium in l. pupillus.ff.de acqu. hęre.

1 *Illud dicimur scire, quod per causam cognoscimus.*

2 *Scire aliquid dicimur, quando illud scimus non simpliciter, sed cum omnibus qualitatibus suis.*

Bar.in l.pupillus.ff.de acquir. hæred.

1 BART. in d.l.pupillus,sic ait,illud dicimur † scire,quod per causam cognoscimus. Hoc fuit dictum Arist.in primo posteriorum. Adde pro certo sciri quod auditur à uiro fidedigno, secundum gl.in l.Titio fundus.ff.de cond.& demonstr.Ias. in l.properandum.§.sinautem alterutra, col.4.in 6.conclusione.C.de iudic.& Felin.in c.prætereà, in principio de testi. ubi tradit multos alios casus memoratu dignos,in quibus dicimur scire quod non uidimus. & gl. in d. Titio fundus,citat Bal.in l.iudicia.C.de rei uendic.Alex.in consi.28.in 1.vol.Vide tamen nonnullas limit.apud Feli.in c.cùm contingat,nu.8.de rescrip.Et in re proposita uide eundem omnino in c.de quarta.nu.26.de præscript.& Mari.Socin.iuni. in consi.69.nu.20.Item scire † aliquid dicimur quando illud scimus non simpliciter,sed cum omnibus qualitatibus suis. Aret.in consi.68.citat.l.de pupillo.§.qui nunciat.ff.de oper.nou.nunci.& l.aut qui aliter.§.1.& ibi Bar. ff.quod ui aut clam. & propterea glo.in l.si paterfamiliàs,in princ.in verbo,scit.ff.de hære.inst. facit hanc consequentiam,scit,igitur est uerum. Item quandoque id scire dicimur, quod uehementer opinamur. glo.in l.Pantonius.§.rei,in uerbo,quærere, infrà eod.titu. sed hoc procedit impropriè; quia hoc non dicitur propriè sciri.glo.in l.ij.§.antepenul. in uerbo, sciat.ff.de aqu. plu. arcend.

Summarium in l.is qui hęres. §. neque filius.ff. de acq.hęre.

1 *Pater priuatur hęreditate delata filio, si filius negligit eam adire, nisi malitiosè negligeret.*

Bar.

Bar.in l.is qui hæres.§.neque filius.ff.de acquir.hæred.

BAR. in d.l.is qui hæres.§.neque filius,col. 2.inquit, patrem † priuari hæreditate delata filio,si filius negligit eam adire,nisi malitiosè negligeret.atque ita Bar.sentit, patrem admitti qñ malitiosa esset negligentia filij. Attende, quoniam hoc fortè non est uerum: nam ista negligentia filij dolosa æquiparatur expressæ repudiationi,secundum glo.not.& ibi Bald.in l.si ego, in glo.fi.ff.de neg.gest.tradit Soc.in consi.63.col.4.in 1.uol.& in cons.16. in 4.uol.& hoc non negat Bar.igitur sicut per expressam repudiationem filij secundum tempora fforum pater non admittitur,ita nec eo dolosè negligente non est admittendus.

Summarium in l. is qui putat.ff.de acquir.hæred.

Quomodo ueritas opinioni sit præferenda.
Quomodo scribendum sit, quando immixtio redigitur in scriptis.

Bar.in l.is qui putat.ff.de acq.hæred.

BART. in d.l.is qui putat, vers.oppon.glo. tradit,quando ueritas † opinioni sit præferenda. vide Præpos.in c.veritate,col.2. 8.distin. & quantæ dignitatis sit ipsa ueritas,multaque alia scitu digna docuit Alber.in l.cùm ita legatum.ff.de condi. & demonstra. & ueritatem super omnia esse amandam,ait Soc. in cons.8.in princip.in primo uol.nam Christus seruator noster dixit: Ego sum ueritas,ut transumptiuè habetur in c.si consuetudinem,& alijs capitulis 8.distin. eamque esse finem omnis iustitiæ traditum est in l.eos.§.1.C.de appella.

Bar.in ead.l.col.1.tradit, quomodo scribendum † sit quando immixtio redigitur in scriptis. de hoc uide Ias.in l.j.col.2.C.qui admit. & dum Bar.subiungit, filium hæreditatem patris adire non posse,sed acquisitionem factam immiscendo approbare posse,attende hoc memorabile dictum Bar.ad quod uide omnino quæ posui ad Bar.in l.in suis.ff.de hæred.inst.

Summarium in l.nec is.§.hæres institutus.ff.de acqu.hæred.

Repudiatione unius iuris, non uidetur aliud repudiatum.

Bar.in l.nec is.§.hæres institutus.ff.de acq.hæred.

BART. in d.l.nec is.§.hæres institutus,sic ait in summa: Repudiatione † unius iuris non uidetur aliud repudiatum. huius dicti ratio esse potest, quoniam repudiatio est stricti iuris.l.si domus.ff.de seruit.urba.prædi.& pro intellectu istius documenti uide aliquid per Fulg.in consilio 50.in secundo dubio.

Summarium in l.is potest.ff.de acquir.hæred.

Ille repudiare potest, qui potest acquirere.
Dominus non potest solus hæreditatem adire seruo delatam, nihilominus potest solus eam repudiare.
Jus succedendi est possibilitas quædam succedendi.
Ad hoc ut præsumatur scientia mortis testatoris, si est uicinus, probanda est fama in uicinia.
Unum ex quinque requisitis in adeptione hæreditatis est, ut is sciat se à nemine præcedi in gradu.
Non est necesse, ut hæres extraneus uiderit, uel legerit testamentum, sed sufficit, si ei dictum, uel scriptum fuerit literis amicorum, eum esse hæredem, eumque posse adire hæreditatem clausis tabulis.
Eo ipso quòd aliquis allegat testamentum non factum, probata est eius intentio.

Lucubrat.in l.is potest.ff.de acquir.hæred.

ISTA l.is potest,tradit, eum repudiare † posse, qui potest acquirere. Ad hoc uide Alex. in l.is qui.§.fin.in princip.colu.3.vers. non obst.regula, suprà eodem titulo. Et limita regulam huius.l.procedere, quando aliquis potest hæc agere nomine proprio, alioqui autem si alieno; quia tunc qui potest adire nomine alieno,non tamen poterit repudiare,vt per Ias.in l.pœnitente.C.de iure delibe.& in l.is qui hæres.§.1.in secundo not.infrà eod. Item attende, quia dominus † non potest solus hæreditatem adire seruo delatam, nihilominus potest solus eam repudiare,ita* commu.aiunt docto.quos retulit Ias.in d.l. is qui hæres.§.fi. in glo.magna. & ibi Ias.declarat quomodo procedat illa limitatio de illo,qui adit uel repudiat nomine alieno. & dũ Bart. posteà ex mente gl.declarat quinque esse requisita ad hoc ut sciamus qñ quis adire possit, vide

Alex. in consi. 121. in primo uol. & in consi. 24. col. pen. in 3. uolu. Ancha. in consi. 203. Bald. in consi. 200. in 1. uol. & in cons. 103. & seq. in 3. uol. & aliquid per Rom. in cons. 235. in 5. dub.

3 Bar. in ead. l. colu. 3. uers. est & aliud, & uers. sed circa hoc quæro, tradit, ius succedendi † esse possibilitatem quandam succedendi. & an substitutus pupillo mortuo dicatur habere ius succedendi, vide Alex. in cons. 2. col. 7. & antepe. vers. non obst. quod ultimo, in 1. uol. & in l. ita tamen. §. à patre, in fi. ff. ad Trebell. Aret. in cons. 7. col. 2. & in cons. 165. in fi.

4 Bar. in ead. l. col. 5. tradit, ad hoc ut præsumatur † scientia mortis testatoris, si est uicinus, probandam esse famam in uicinia. vide Aret. in consi. 92. col. 2. in cons. 103. col. 5. & in consi. 136. col. 1. Alex. in cons. 16. col. 3. & 6. in 5. uol. & Soc. in consi. 121. in 1. volu. vbi etiam alia colligit ex dictis Bar. hic. & dicas famam uiciniæ duobus testibus posse probari. Feli. in c. tertio loco, numero 7. de præsumpt.

Bar. in ead. l. col. 6. in princip. inquit, vbi agitur de probanda scientia defuncti propter is deliberandi, quia sciens transmittit, hoc non probari ex prædictis coniecturis: ideo aduocatum debere esse cautum, & reliqua. uide Matthæsil. in sing. 19. Roma. in consi. 404. & Alexand. consi. 121. in 1. uol.

5 Bar. in eadem l. col. 7. vers. quartò dicit glo. inquit, unum † ex quinque requisitis in adeptione hæreditatis esse, ut is sciat se à nemine præcedi in gradu. Dubitatur hic nunquid iste proximitatem gradus probare teneatur, & se esse proximiorem? Iaf. hic nu. 83. post Raph. Cuma. & Alex. & Dec. in cons. 321. aiunt, sufficere si probetur agnatio absque gradus proximitate; & si aliquis affirmat se esse proximiorem, illi probandi onus incumbere. de qua re uide omnino Raph. Cuma. in consi. 43. & Alex. in l. sed si de sua. hoc eodem tit. qui ad hanc sententiam accesserunt. Contrarium docuit Alex. in cons. 124. in 7. uol. Fulg. in cons. 184. & Aret. in d. l. sed & si de sua. & hoc mihi magis placet, quia ista proximitas gradus est qualitas quædam à lege requisita, ideo specificè est probanda. l. ij. §. docere. ff. de ui bonor. rap. l. j. §. ait prætor, & ibi Bar. ff. ne quid in flum. publ. Io. And. in c. 1. de homic. & isto casu non sufficit præsumptio iuris. Cæpol. in cons. 57. & ita ferè in terminis decidit Dec. in cons. 13. quem uide omnino. & quamuis pro prima opinione facere uideantur trad. per Soc. in cons. 89. col. 4. in primo uol. vbi ait, substitutum pupillariter esse admittendum, quamuis non constet institutum decessisse in pupillari ætate, vel adulta, & asserenti contrarium, probandi onus incumbere. ad quod accedit Caccialupus in repet. l. precibus. C. de impub. tamen nec illa opinio uidetur tuta ex prædictis. & circa prædicta uide omnino Alex. in cons. 82. in primo uol.

6 Bar. in ead. l. col. 6. uers. circa hoc est aduertendum, ait, non esse necesse, ut hæres † extraneus uiderit, uel legerit testamentum, sed sufficere, si ei dictum uel scriptum fuerit literis amicorū, eum esse hæredem, eumque posse adire hæreditatem clausis tabulis. Attende, quoniam hoc
* modo falsa erit illa * communis conclusio, de qua per eundem Bar. in l. eius qui, uers. quòd si stipul. & ibi Iaf. col. j. in 4. notab. ff. si cert. pet. quæ uult, extraneum præsumi scire contenta in testamento: quia si clausis tabulis potest adire hæreditatem quando aliquis duntaxàt ei dixit, illum esse hæredem, hoc militat argumentum. ideo cogita.

7 Bar. in ead. l. col. 7. uers. si uerò communis opinio, inquit, eo ipso quòd quis allegat † testamētum nō factum, probatam esse eius intentionem. vide Alex. in l. si emancipati. in 3. notab. C. de collat. & pro Bar. facit, quia condere testamentum, est quid facti, facta uerò non præsumuntur,
* nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & post. reuers. & ista est * commu. opin. vt habetur per moder. in d. l. si emancipati. ibi tamen limitat Dec. nisi in illa regione esset consuetudo testandi; quia quamuis facta non præsumantur, tamen alioqui est in consuetis. ita Bal. in rub. de fide instru. col. 3. vide Raph. Cuma. in consi. 43. & Aret. in consi. 58. & dum Bar. in ead. l. in fi. ait sufficere, scientiam tutoris, uide Aret. in consi. 160. col. 9. in fi.

Summarium in l. qui hæreditatem. ff. de acquir. hære.

1 *Nemo potest gerere se pro hærede nisi sciat mortuum esse illum de cuius hæreditate agitur.*

Bar.

Bar.in l.qui hæreditatem.ff.de acquir.hæred.

BART. in d.l.qui hæreditatem,colligit ex tex.neminem † posse gerere se pro hærede, nisi sciat mortuum esse illum,de cuius hæreditate agitur. rationem huius.l.ponit tex.in l. in totum omnia.ff.de reg.iur.ubi habetur,in totum omnia quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi uera & perfecta scientia perfici posse: ut per Iaſ. in l. is qui hæres.in 5.& ult. notab. supra eod. ubi limitat hoc tantum procedere à principio,alioqui uerò si post aditionem dubitaret. Attende autem quod hic dicit Iaſ.scilicèt,Bartolum nõ legere istam.l.& hoc fuisse additũ, quia Imol. Aret.& Alex.de eo mentionem non faciunt. sed esto quòd Bar. hoc dicat, uidetur repugnare hîs quæ dicit in d.l.is potest.id quod declara ut per Iaſ.hic.

Summarium in l.pro hærede.ff.de acq.hæred.

Quomodo aliquis in dubio præsumatur se gerere pro hærede.

Bar.in l.pro hærede.ff.de acq.hæred.

BART. in d.l.pro hærede, quærit, quomodo † aliquis in dubio præsumatur se gerere pro hærede. Vide Bar.in l.gerit,col.7.versi.ad tertium quando ille actus,infrà eod. ubi latius & melius distinguit,& ibi pono in lucubrationibus.Attende tamen hunc tex.in fin.principij, qui est memorabilis ad probandum, quòd alienans res tempore perituras, non dicitur se gerere pro hærede. Et dum Bart. subiungit, facultatem declarandi, an defunctus gesserit se pro hærede, non transire in hîrdem,contrariũ tenet,& malè (ut arbitror) in d.l.gerit.col.6.versi.si dubitatur.

Summarium in d.l.pro hærede.§.seruos hæreditarios.ff.de acq.hæred.

Nemo potest pro parte habere,& pro parte non habere hæreditatem.

Bar.in d.l.pro hærede.§.seruos hæreditarios.ff.de acq.hæred.

BAR. in ead.l.§.seruos hæreditarios,inquit,neminem † posse pro parte habere,& pro parte non habere hæreditatem. vide Alex.in cõsi.75.col.3.in 1.vol.in l.quia poterat,col.4.& seq. ff.ad Trebel.& uide pulchram inductionem huius tex.apud Alex.in cons.20.col.pe.in 3.vol.& de hac re uide not.Aret.in l.j.col.antep.cum seq.ff.de uulg.& pupil.

Summarium in d.l.pro hærede.§.Papinianus.ff.de acq.hæred.

Si quis protestatus fuit, se nolle gerere pro hærede, si posteà facit actum huic protestationi contrarium, uidetur ab illa protestatione recedere.

Bar.in d.l.pro hærede.§.Papinianus.ff.de acq.hæred.

BART. in ead.l.§.Papinianus.colu.2.versi.nota ergo istam distinctionem, distinguit aliud esse posse facere nomine ut filius,uel ut hæres,& aliud nomine & effectu. uide Bal.in cons.199. in 3.par.& in cons.17.eod.vol.& in cons.405.in 4.vol.

Bar.in ead.col.versi.ultimò ex isto tex.dicit,si quis † protestatus fuit,se nolle gerere pro hærede,si posteà facit actum huic protestationi contrarium,uidetur ab illa protestatione recedere, sequitur Iaſ.in l.qui in aliena.§.fi.col.79.versi.secundò not.suprà eod. vide Bar. & alios in l. non solùm.§.morte.ff.de oper.nou.nunc.

Summarium in d.l.cohærede.§.si sepulchri.ff.de acq.hæred.

Si statuto cautum est pacem in aliquo casu esse habendam ab hærede defuncti, & filius faciat pacem,eum gerere se pro hærede.

Bar.in d.l.pro hærede.§.si sepulchri.ff.de acq.hæred.

BART. in ead.l.§.si sepulchri, ait, si statuto † cautum est, pacem in aliquo casu habendam esse ab hærede defuncti,& filius faciat pacem,eum gerere se pro hærede; quia citra ius & nomen hæredis hoc facere non potuit. vide Feli.in c.in præsentia.col.15.de probat.

Summarium in l.si quis extraneus.ff.de acq.hæred.

Animus delinquendi est contrarius animo adeundi.

Bar.in l.si quis extraneus.ff.de acq.hæred.

BART. in d.l.si quis extraneus,inquit,animum† delinquendi esse contrarium animo adeũdi. Hoc plenè examinat Bar.in l.non solùm.§.fin.ff.de oper. nou.nunc. & Soc.in consi.118.Et dum Bar.subdit,hanc.l.esse contra illos,qui dicunt,Tu mentiris saluo honore tuo.vide Alex. in

l.iij.in princ.ff.de liber.& posth.Ias.in d.l.non solum.§.fi.col.antepe. & Præposit. in c.neque.9 dist.Feli.in c.1.in fi.de except.& Soc.in cons.118.col.3.& seq.in 1.vol.

Summarium in l. si is ad quem.ff.de acq.hæred.

1 *Error in causa acquisitionis, impedit additionem.*

Bar.in l.si is ad quem.ff.de acq.hæred.

1 Bart. in d.l.si is ad quem,sic ait in summa. Error † in causa acquisitionis impedit additionem. Declara istum tex.ut per Anch.in consi.203.in 1.dub.& Paul.de Cast. in consi.166.ubi dicit idem in repudiatione.

Summarium in l. si quis mihi bona. § iussum.ff.de acq.hæred.

1 *Jussus debet præcedere, & authoritas sequi.*

Bar.in l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acq.hæred.

1 Bart. in d.l.si quis mihi bona.§.iussum,sic ait in summa. Iussus † debet præcedere,& authoritas sequi. Hoc,quod dicitur de iussu,procedit in aditione hæreditatis,alioqui uerò in gestione bonorum possessionis: quia sufficit ratihabitio.l.qui in aliena,in princ.ubi Bar.suprà eod. & l.j.ubi Bar.C.qui admit.Item quòd iussus patris præcedere debeat, procedit in hæreditate, quæ habet æs alienum,alioqui autem si est sine ære alieno, ut est hæreditas matris, quæ constitit in dote,nam filius posset solus adire secundum Ias.in d.l.qui in aliena,in 1.notab.in princip. col.69.& in 2.notab.ponit rationem,quare filiusfamiliàs nõ teneatur ex aditione hæreditatis; cùm regula sit,filiumfamiliàs obligari ex omni contractu,præterquam mutui,& uoti. de quare tradit etiam idem Ias.in l.j.col.1.C.qui admit.Item id,quod dicitur,iussum patris debere præcedere,limitatur non habere locum quando pater & filius simul adirent, ut per Ias. in l.is qui hæres.§.fi.in 3.notab.col.99.suprà eod.

Summarium in d.l. si quis mihi bona. § pater Seio.ff.de acquir.hæred.

1 *Si creditor dicit debitori suo, ego indigeo pecunia illa, quam mihi debes, utrum ex illis uerbis uideatur debitorem interpellasse, & in mora constituisse.*

2 *Si aliquis, qui receperat iniuriam, dicit suo famulo, nunquã redeas mihi domum si ego non sentio aliquid de illo negocio; & ille famulus iniuriantem interficiat, an dominus ut mandans puniatur.*

Bar.in d.l.si quis mihi bona.§.pater Seio.ff.de acq.hæred.

1 Bart. in ead.l.§.pater Seio, quærit, si creditor † dicit debitori suo, ego indigeo pecunia illa,quam mihi debes ?utrum ex his uerbis uideatur debitorem interpellasse ? & in mora constituisse ? uide Ias.in l.unum. col.7.ff. si cert.pet. ubi citat contraria, & fœdere distinctionis ad concordiam adducit.

2 Bar.in eod.§.inquit,si aliquis,qui receperat iniuriam, † dicit suo famulo,nunquam redeas mihi domum, si ego non sentio aliquid de illo negotio: & ille famulus iniuriantem interficiat,dominum ut mandantem esse puniendum. Tu dic ad hoc ut istud documentum procedat, necesse fore,capitalem esse inimicitiam inter dominum & illum, qui occisus est. item, ut uerba illa dicat famulo, uocando illum ad se. item quòd incontinenti secutum fuerit homicidium. ita præcisè declarat Bal.in l.j.C.de seru.fugit.Io.de Ana.in cons.59. Visis inquisitione.& latius Ias. in d.l.j.col.3.cum seq.uersi.non omitto. Et ad prædicta uide Alex.in consi.211.in lib. primi & secundi vol.& Feli.in c.1.col.5.de offi.deleg.ubi aiunt,si aliquis alloquitur Titium, qui Titius statim interfecit hominem,præsumi ex breuitate temporis ei consilium dedisse occidendi eũ. de cuius ueritate decisionis uide eundem Feli.in c.afferte,in fi.de præsump.

Summarium in l.cum quidam. § quod dicitur.ff.de acq.hæred.

1 *Ille consanguineus appellatur, qui quocunque modo sanguine est coniunctus.*

Bar.in l.cùm quidam.§.quod dicitur.ff.de acq.hæred.

Bart. in d.l.cùm quidam.§.quod dicitur,uersi.sciendum tamen est, inquit, communem
1 modum loquendi esse, ut ille consanguineus † appelletur, qui quocunque modo sanguine est coniunctus.vide Anch.in c.canonum statuta,col.83.de const. Capr. in cons.32. & in consi.91. & Fulg.in cons.199.col.5.& de hac re uide doct.in rub.de consang.& affinit.

Summa-

Summarium in l.quod si dubitetur.ff.de acquir.hære.

1 *Jus adeundi separatum est ab ipsa aditione.*

Bar.in l.quod si dubitetur.ff.de acquir.hæred.

1 BART. in d.l.quod si dubitetur,colligit ex tex.ius adeundi † separatum esse ab ipsa aditione.pro declaratione huius.l.uide aliquid apud Bal.in cons.350.in 3.vol.

Summarium in l. si duo.ff.de acq.hæred.

1 *Qui uult unam partem uidetur uelle alteram accrescentem.*

Bar.in l.si duo.ff.de acquir.hæred.

1 BART. in d.l.si duo,sic inquit. Qui uult unam † partem, uidetur uelle alteram accrescentem. vide Præpos.in c.quo iure,col.2.dist.8.Alex.in cons.229.Visis codicillis,colu.4.in libro primi & secundi vol.Feli.in c.cùm inter,col.7.de except.& in c.de quarta,in fi.de præscript.benefacit tex.in l.fi.§.& si præfatam.C.de iur.delib.Bal.in c.quærelam,col.2.de elect.& Practi.Papiens.in forma libelli in causa spoliatæ possess.

Summarium in l. si per epistolam.ff.de acquir.hæred.

1 *Compromissum, & mandatum factum à prælato extinguitur morte ipsius prælati.*

Bar.in l.si per epistolam.ff.de acquir.hæred.

1 BART. in d.l.si per epistolam,ait,compromissum † & mandatum factum à prælato extingui per mortem ipsius prælati.vide Rom.in cons.119.Ias.in l.omnium.col.3.C.de testa.

Summarium in l.eum qui.ff.de acquir. hæred.

1 *Si dubitatur de iuribus testamenti,hæreditas adiri non potest.*

Bar.in l.eum qui.ff.de acquir.hæred.

1 BART. in d.l.eum qui,ait,si dubitatur † de uiribus testamenti,hæreditatem adiri non posse. pro clariori huius.l.intellectu,uide Aret.& Alex.in l. qui Romæ.§.duo fratres. ff.de uerbo. oblig.quid si aliquis est scriptus hæres in duobus testamentis,& dubitat ex quo sibi hæreditas deferatur? vtrum possit adire cum protestatione mentem eius esse adire uirtute illius testamẽti,quod est ualidum? Ang.in cons.183.inquit hoc fieri posse.

Summarium in l.hæres.ff.de acquir.hæred.

1 *Hæreditatis aditio retrotrahitur ad tempus mortis.*

Bar.in l.hæres.ff.de acquir.hæred.

1 BART. in d.l.ait, hæreditatis † aditionem retrotrahi ad tempus mortis. dicas idem esse in repudiatione.Aret.in cons.156.col.5.

Summarium in l.necessarijs.ff.de acquir.hæred.

1 *Vtrum fundata sit intentio creditorum contra filium nisi filius probet se abstinuisse.*

2 *Filius hæreditatem patris adire non potest, sed immiscendo approbare.*

Bar.in l.necessarijs.ff.de acq.hæred.

1 BART. in d.l.necessarijs,quærit,utrum fundata † sit intentio creditorum contra filium,nisi filius probet se abstinuisse? deciditque utramque opinionem sustineri posse. mihi tamen magis placet, ut fundata sit eorum intentio; quoniam ad filium defertur hæreditas paterna iure continuationis,non autem iure nouæ acquisitionis,per ea,quę admodùm eruditè docuit Dec. in cons.331.ubi probat optimis argumentis beneficium abstinendi non debere considerari nisi facta abstensione. & hoc ego latè secutus sum in lucubrat.in Bar. in l. in suis. ff. de liber. & posth.ubi uide omnino. & ad hoc facit decisio Bar.in l.is qui putat, in fi.suprà eod. tit. ubi ait,

2 filium † hæreditatem patris adire non posse,sed immiscendo approbare. Ad prædictam uerò q.vide Roma.in cons.154.in princ.Aret.in cons.26.col.3.in 1.dub.& in cons.137.Alexand. in cons.146.Videretur inspectis. col.7.nu.17. in libro primi & secundi volum.& in cons.34. Viso processu,col.pen.in 3.vol.& in cons.72.Viso processu,col.2.nu.4.in 5.volum.& Bald.in cons.120.in 4.vol.& dum in fi.huius.l.circa existentiam sui hæredis remittit se ad ea,quæ dixit in l.si filius qui patri.ff.de uulg.& pupill.uide ibi Ias.col.7.

Summa-

De acquirenda hæreditate.

Summarium in l.ex parte hæres.ff.de acq.hæred.

1 *Suum, quamuis ei datus sit coheres extraneus, pro sua parte necessarium esse.*

Bar.in l.ex parte hæres.ff.de acq.hæred.

1 BART. in d.l.ex parte, ait, suum † quàmuis ei datus sit cohæres extraneus, pro sua parte necessarium esse. facit.l.pe.vers.fi.ff.si cert.pet.& ibi doct.item facit ad rem, quia datio substituti uulgaris non tollit necessitatem.gl.in princ.inst.de uulg.& pupill.

Summarium in l.qui patri heres.ff.de acquir.hered.

1 *Licèt ius substitutionis non transmittatur ad heredem, tamen secus est si substitutio est iuncta cum iure accrescendi.*

Bar.in l.qui patri hæres.ff.de acq.hæred.

BART. in d.l.qui patri, commendat hunc tex. ut sing.& eum esse mirabilem tenuit idem Bar.relatus per Ias.in l.emancipata,col.4.in 1.notab. C.qui admit. ad probandum, quod licèt
1 ius substitutionis † non transmittatur ad hæredem, alioqui tamen esse si substitutio est iuncta cum iure accrescendi; nam isto casu transmittitur. vide etiam quod per hanc regulam docet Bar.in §.Cato.in 3.oppos.col.3.& ibi Aret.col.6.uersi.quintò adde.ff.de uerb. oblig. tamen limita & declara, ut per Paul.de Cast.in consi.114.in 1.vol.& ad ea quæ hic subiungit Bar. vide Alex.in consi.20.col.4.in 1.vol.& in cons.146.in lib.primi & secundi vol.

Summarium in l.si minor.ff.de acquir.hered.

1 *Portionem abstinentis se per restitutionem non accrescere coheredi inuito.*

Bar. in.l.si minor.ff.de acq.hæred.

1 BART. in d.l.si minor, ait, portionem † abstinentis se per restitutionem non accrescere coheredi inuito.ad istam.l.uide Bar.in l.qui res.ff.de solut.

Summarium in l.quamdiu.ff.de acquir.hæred.

1 *Quando iudex ad petitionem eius cuius interest statuit terminum, eum non posse statuere minorem terminum centum dierum.*

2 *Si testator filio heredi institutio pupillariter substituit Titium, & Titio, quemcunque sine liberis decedenti substituit Sempronium, & contingat Titium prædecedere pupillo, & posteà etiam mori pupillum, an Sempronius uigore pupillaris succedere possit.*

Bar.in l.quamdiu.ff.de acq.hæred.

1 BART. in d.l.quamdiu, uersi.item ex eo, inquit, quando iudex † ad petitionem eius, cuius interest, statuit terminum, eum non posse statuere minorem terminum centum dierum. De hoc termino dando transuersalibus,& termino unius anni dando liberis, uide Ias.in rubr.C.de successor.edic.col.2.& 3.uer.tertiò.& in l.si cautio.C.de iur.delib.

2 Bar.in ead.l.uersi.quæro iuxta prædicta, quærit, si testator † filio heredi instituto pupillariter substituit Titium,& Titio quandocunque sine liberis decedenti substituit Sempronium: & contingat Titium prædecedere pupillo,& posteà etiam mori pupillum, an Sempronius uigore pupillaris succedere possit? De hac pulchra quæstione, uide Ias.in l.j.col.7.vers.undecimò & ultimò.ff.de uulg.& pupill.& latissimè Alex.in cons.1.in 1.vol.& in cons.4.& seq.eod.vol.& omnino Paul.de Cast.quem semper uideas in consi.152.in 1.vol.Aret.in l.si mater.§.1.ff.de uulg.& pupill.& hic Cor.in cons.180.in 4.vol.& Dec.in cons.238.

Summarium in l.si quis heres.ff.de acquir.hered.

1 *Finita causa dilationis finitur dilatio.*

Bar.in l.si quis hæres.ff.de acq.hæred.

1 BART. in d.l.si quis hæres, ait, finita † causa dilationis finiri dilationem. vide Alex.in l.nemo potest.ff.de leg.1.

Summarium in l.si tu ex parte.ff.de acq.hæred.

1 *Gerundium, si respicit uerbum, uel participium futuri temporis inducit conditionem.*

Bar.in l.si tu ex parte.ff.de acq.hæred.

1 BART. in d.l.si tu ex parte, in fin.ait, gerundium † si respicit uerbum uel participium futuri temporis,

temporis,inducere conditionem. vide Soc.in consi.91.col.2. & in consi.93.col.2.in 1.vol. & Corn.in consi.143.col.3.& seq.in 4.vol.Aret.hic.Alex.plenè & Ias. post Bar. in rubrica. C.de eden.Bar. in extrauag.ad reprimendum,in uer.ne ex earum. Angel.de Aret.& Ioan.de Platea in rubrica instit.de action.& ibi Ias.colum.7. & Io.Mon. Io.And. & Dominic. in c. unic.de postul.prælat.in 6.

Summarium in l.illud.ff.de acq.hæred.

Qui uult consequens, uult etiam antecedens.

Bar.in l.illud.ff.de acqui.hæred.

BART. in d.l.illud,sic ait in summa. Qui uult † consequens,uult etiam antecedens. De hac regula uide Bar.& alios in l.ij.ff.de iurisd.omni.iudic. & quæ ibi posui ad Bart. Et limita ut per Bar.in l.j.colu.2.versic.secundò quæro,ibi uel possum dicere,suprà eod.titu.quàmuis Aret.ibi, colum.2.uersic.in ea glo.ibi,quid si partem repudiat,teneat contra Barto.& in uersi.seq.incip. in ea parte glo.

Summarium in l.uentre.ff.de acquir.hæred.

Proximiorem agnatum decedentem,pendente dubio posthumus ne nascatur, an non,quamuis sciat testatorem esse defunctum,ius deliberandi ad hæredem non transmittere.

Statutum prohibens posse acquirere nisi sit allibratus,tamen proximior agnatus non potest adire nisi fuerit allibratus.

Bar.in l.uentre.ff.de acquir.hæred.

BART. in d.l.ventre.col.3. uersi.ex illa parte, proximiorem † agnatum decedentem pendente dubio,posthumus ne nascatur an non,quàmuis sciat testatorem esse defunctum,ius deliberandi ad hæredem non transmittere. Vide Ias.in l.j.col.2.versi.& pro eo. C.qui admit. & dũ in seq.col.tractat, an hæreditas non adita transmittatur ex potentia suitatis? dicas magis * communem opinionem esse,ut non transmittatur. Doct.hic,& in l.si fratris.C.de iur.delib.& Alex. in consi.20.in 1.vol.

Bar.in ead.col. uersi. statutum est hic, format quæstionem de statuto † prohibente posse acquirere nisi sit allibratus,ut videre est apud eum. Attende,quia in ista quæst.uidetur uelle Bar. proximiorem agnatum in casu huius statuti adire non posse,nisi fuerit allibratus,cum esset successurus ab intestato; & fortè malè sensit;ita Aret.hic colligit, Bartolum uoluisse. quem refert Ias.in l.filiusfamiliàs.§.Diui,in 2.lectura colu.21.vers. secundò ualde not.limita.ff.de leg.1.ubi reprobat Bar.hic.

Summarium in l.Pantonius.ff.de acq.hæred.

Si læsto non fuit completa in absentia,restitutio non datur.

Quandoque absens excluditur morte, & tunc, si hæres uult petere restitutionem, non potest de stricto iure.

Hæres an possit ratum habere gestum nomine defuncti.

Bar.in l.Pantonius.ff.de acq.hæred.

BART. in d.l.Pantonius,in 2.oppos.ait,si læsio † non fuit completa in absentia, restitutionem non dari,uide Soc.in consi.153.col.11.in uersi.consequenter,& in cons.207.col.3.versi. quintò.in 1.vol.ubi multæ limitationes colliguntur.

Bar.in ead.l.ait,quandoque absens † excluditur morte,& tunc si hæres uult petere restitutionem eum non posse de stricto iure. & reliqua. vide Alex.in consi.306.viso processu,colu.2.in libro primi & secundi vol.& in consi.312.Viso themate,col.4.uersi.quod autem ignorantia, in eod.lib.& in consi.20.in fi.in 1.vol.& Paul.de Cast.in consi.118.Et dum ibi in uersi. quæro pone quòd aliquis,quærit si minor decessit hæreditate non adita,utrum hæres eius possit petere restitutionem? vide Alex.in consi.71.in 1.vol.& in cons.86.Viso ac diligenter considerato, col.2.in 3.vol.Aret.in consi.173.Rom.in cons.495. Soc.in cons.177. & latè in cons.207.in 1. vol.& Corn.in consi.49.in 4.vol.

Bar.

3 Bar.in ead.l.in fi.principij quærit,utrum hæres † posſit ratum habere geſtum nomine defuncti? vide Feli.in c.ex tenore,in 2.notab.de teſtib.

Summarium in l.gerit.ff.de acq.hæred.

1 *Poſſidere rem hæreditariam eſt actus quo probatur aditio.*
2 *Animus ſolus utrum ſufficiat ad adeundam hæreditatem.*
3 *Verba, uolo adire, utrum inducant aditionem.*
4 *Aditio hæreditatis an præſumatur, ſi quis dixerit cõuocatis amicis, ſitis teſtes, quòd uolo adire hæreditatẽ.*
5 *Verba enunciatiua demonſtratiuè prolata, ut ego hæres talis ſic facio, probant illum eſſe hæredem.*
6 *Faciens id quod poteſt, & ſub nomine hæredis, an faciat ſub nomine pignoris, uel alterius iuris.*
7 *Actus ubicunque eſt æquiuocus præſumendum eſt, ut quis poſſideat eo titulo, qui eſt ei utilior.*
8 *Poſſidens domum, quando ait ſe illam pro ſua legitima poſſidere, quid iuris.*
9 *Actus qui fieri poſſunt intuitu pietatis, aditionem non præſumunt.*
10 *Aditio, an præſumatur ex eo, quòd quis dat eleemoſynas pro defuncto.*
11 *Adire an uideatur paciſcens ſuper hæreditate.*
12 *Aditio an præſumatur ſi debitor in diem, & ſub pœna ſucceſſit creditori ſuo, & non ſoluit.*
13 *Debitor qui iurauit ſoluere infra certum tempus quamuis non ſoluat in termino, tamen non præſumitur periurus niſi creditor probet eum ſponte, non autem neceſſitate coactum non ſoluiſſe.*
14 *Animus retinendi poſſeſſionem inducit acquiſitionem poſſeſſionis.*

Bar.in l.gerit.ff.de acq.hæred.

1 BART. in d.l.gerit,in princ.inquit,poſsidere † rem ut hæreditariam,eſſe actum, quo probatur aditio. Intellige hoc ita demum procedere,ſi allegaretur aditio hæreditatis, & nõ aliter. Alex. in conſ.236.in cauſa,col.2.uerſ.plus dico,in libro primi & ſecundi volu.

2 Bar.in ead.l.uerſi.modò uenio ad materiam,quærit utrum animus ſolus † ad adeundam hæreditatem ſufficiat? vide Bar.in l.pro hærede, in princ. ſuprà eod. ubi dicitur, quò ad ueritatem ſufficere animum,ſed quo ad probandum,requiri animum eſſe declaratum.ibi tamen Iaſ.in g. in uoce,animi,col.19.non faciendo mentionem Bar.ibi,tenet cõtra Bartolum hic, ut ſcilicèt requiratur uoluntas uel animus declaratus uerbis uel factis. & ad gl.iſtam uide Card.in cõſi.37 in 1.col.& Barb.in conſi.5.in 2.vol.Dum autem poſteà dicit Bar.aliquem non obligari in foro conſcientiæ ultra uires hæreditatis,ſequitur Iaſ.in l.j.col.1.uerſ.10. concludit.C. qui admit. in l.mutum,in gl.1.ſuprà eod.& idem Bar.in l.pro hærede.in fi.ſuprà eod.

3 Bar.in ead.l.col.2.verſi.ad primum, quærit, nunquid per hæc uerba, † uolo adire, inducatur aditio? & diſtinguit,ut per eum habetur. Quid ſi dixiſſet,uolo habere iſtam hæreditatem? ibi eo caſu uidetur adiri hæreditas. Bal.in tit.qui feud.dar.poſſ.§.notandum,in fi.Et dum Bar. ſubiungit diſtinctionem inter hæc uerba,uolo adire, & uolo eſſe hæres, aut uelle hæreditatem. iſtam differentiam, quam hic tradit Bart. ſequuntur ubique doct.ut uidere eſt in l.ſerui electione, principio.ff.de leg.1.in l.qui ſe patris.C.und.liber.ſuper 1.par.gl.an per uerba, nego me hæredem,repudiatio inducatur? ibi tamen Iaſ.colu. 11.uerſi. redeo, præſupponit contrarium eius quod dicit hic. & aduerte quia gl.ibi dixit,per hæc uerba,non ſum hæres,uel non adeo, nõ inducitur repudiatio,contra ea quæ dicit Bar.hic.adde Aret. ibi col.4. dicentem per hæc uerba, non ſum hæres,uel ſum hæres,induci diſpoſitionem,id quod eſt contra Bar.hic.

4 Bar.in ead.l.col.3.verſi. quæro quid ſi conuocatis amicis † dixit, ſitis teſtes quòd uolo adire hæreditatem; ait ex iſta ſolennitate actuum præſumi aditionem. uide Alexand. in l.ſerui electione,colu.2.& ſeq.ff.de leg.1.& in l.noſtram,in fi. C.de teſtam. & dum ſubiungit Bart.an per uerba enunciatiua propter ſe,ut ſi aliquis confeſſus eſt ſe hæredem Titij,inducatur aditio? vide Dec.in conſi.25.colum.3. Poſteà Bar.ibi in verſi.circa tertium, agit de uerbis enunciatiuis emiſsis propter aliud, & uidetur ſentire ubi in diſpoſitione fit mentio de hærede,debere intelligi per aditionem. ſequitur Alex.in conſi.1.col.4.in 1.vol.Aret.in conſi.137.col.1.& Soci. in conſi.91.col.2.in 1.vol.

5 Bar.in ead.l.col.4. verſi.ſi uerò proferuntur demonſtratiuè, inquit, uerba enunciatiua † demonſtratiuè

monſtratiuè prolata,ut ego hæres talis ſic facio,probare illum eſſe hæredem. Hoc Bar. documentum tanquàm ſingulare,ſequitur Matthæſil.in ſing.34.incip.Nota quòd ſiue. & idem uult etiam in ſing.33.incip.Nota quòd ſi in poſitione.& Alex.in conſ.232.In cauſa & lite,col.2.in lib.primi & ſecundi vol.uide etiam Barb.in conſi.263.in 1.vol.

6 Bar.in ead.l.col.6.uerſ.ad ſecundum,tradit,an & quando † aliquis facit id,quod poteſt & ſub nomine hæredis cadere,ac etiam ſub nomine pignoris,uel alterius iuris ad eum pertinentis; ut puta,quis habitat in domo emphyteotica. uide Paul.de Caſt.in conſi.13.col.3.uerſ.non obſt. ubi loquitur in uendente & habitante.& Corn.in conſi.250.in 4.vol. Et ad ea quæ hic ſubiungit Bar. quòd poſsidens in dubio cenſeatur poſsidere ex titulo, qui ei eſt utilior, vide Alex.in conſi.8.Viſis ſubtiliſsimis,col.4.& 5.in 3.vol. & in conſi.32. Viſo proceſſu, eod.vol.& in conſi. 126.in 7.vol.Card.in conſi.37.col.1.& 2.Capr.in conſ.93.col.fi.Aret. in conſ.187. ubi ponit ex quibus actibus præſumatur aditio. & Bal.in conſ.207.in 1.vol.ubi loquitur de habitante domum paternam. & in conſi.314.in 3.vol.vbi agit de uendente res hæreditarias. & in cõſ.390.

7 in 5.vol.ubi loquitur de poſsidente. & in conſi.71. eod.vol. & ubicunque † actus eſt æquiuocus,præſumendum eſſe ut poſsideat eo titulo,qui ei eſt utilior,concludit Mari.Soc.iuni.in cõſ. 129.nu.27.Et ex quibus præſumatur adita hæreditas,uide Soc.in conſi.195. in 1.vol. ubi tradit etiam aditionem hæreditatis ſingularibus teſtibus poſſe probari. Attende tamen Bartolũ hic dum uult. habitantem in domo paterna quandoque cenſeri id facere eo nomine, quod ei utilius eſt,quia contrarium ſentit in ſeq.col.verſi.quædam ſunt,ubi indiſtinctè ait, habitantem in domo cenſeri ſe gerere pro hærede niſi contrariũ probet. ſed fortè reſponderi poſſet, hoc ſatis probari,quando poſsidens docet ſe alio nomine quàm hæredis poſſe domum illam poſsidere. Poſteà digreditur Bar.ad coniecturas dicens,aut hæreditas eſt lucroſa,aut damnoſa,aut dubitatur; & hoc ultimo caſu concludit ſtandum eſſe declarationi ipſius hæredis. Tu aduerte, quia Bar.hic uult,facultatem declarandi ad hæredem tranſire. & idem ſentit in colu.ſeq.uerſi. quædam ſunt in quibus non eſt præſumptio, quamuis contrarium, & fortè melius loquatur in l.pro hærede,in princ.uerſi.dubitari tamen, ſuprà eod. ubi tenuit hanc declarandi facultatẽ ad hæredem non tranſire. & ita ſe habet regula l.inter ſtipulantem.§.1.ff.de uerb. oblig. & de hac re uide Iaſ.in l.poſt dotem,nu.50.cum ſeq.ff.ſolut.matr. Deinde Bar.in ead. colu.uerſi. ſed

8 quæro quid ſi aliquis,tradit,quid dicendum ſit,quando poſsidẽs † domum ait ſe illam pro ſua legitima poſsidere? vide Bar.in l.quia poterat.ff.ad Trebell. & in l.j.colum.7. in ultima quæſt. quartæ q.principalis,uerſ.item quæro an aliquo caſu hæres inſtitutus.ff.de uulg. & pup.ubi Iaſ. col.15.uerſi.octauò quærit,ubi latè de hac materia tradidit. & quia Bar. hoc in loco ait, in aliquo caſu filium poſſe repudiare hæreditatem patris,& legitimam retinere. De hac re uide Iaſ. in l.hæres inſtituta,in fi.C.de impub.Abb.in conſ.3.col.2.in 1.dub.in 2.vol.Capr. in conſi.19. col.3.Bar.& quæ ibi pono in lucubrat.in d.l.quia poterat.Alex.in l.j.in fi.C.quand.non petent. par.Aret.omninò in conſ.160.col.13.& Soc.in conſ.89.col.fi.in 4.vol. & tandem uidetur concludi,hoc à filio communiter fieri non poſſe.

9 Bar.in ead.l.col.7.uerſi.ad tertium,tradit,ex actibus, † qui fieri poſſunt intuitu pietatis,ut ſepelire defunctum,aditionem non præſumi. vide Iaſ.in l.pro hærede,in princ.ſuprà eod.tit. ubi ampliat hoc habere locum etiam in tutore,qui tumulari faceret patrem,uel matrem,uel ſororẽ pupilli,ut propterea non cenſeatur adire,

10 Bar.in ead.col.verſi.ſed quæro quid ſi aliquis dedit eleemoſynas † pro defuncto,tradit an ex hoc præſumatur aditio? & diſtinguit inter eleemoſynas neceſſarias, & uoluntarias. vide Soc. in conſi.91.in 1.vol.& dum ait Bar.eleemoſynam de alieno fieri non debere vide, Ang.in cõſ. 327.verſi.non obſt.tertium. ubi ait neque uxorem de bonis mariti facere poſſe. Tamen hoc eſſet tolerandum aliquo caſũ quando uigeret illud,quod fuit in Turonica ſynodo conſtitutum cap.5.ſcilicèt unamquamque ciuitatem ad præſtanda proprijs pauperibus alimenta obſtrictã eſſe. & ad id tam clericos quàm laicos debere compelli. quæ quidem ſanctio utinam denuo fieret,& inuiolabiliter ſeruaretur. Et in hac materia uide Bal.in conſi.318.in 4.uolu.ubi tradit

an pa-

11 an paciscens † super hæreditate uideatur adire? & in consi.200.in 1.vol.ubi agit de constituẽ te procuratorem ad mouendas lites super actionibus hæreditarijs. & in cons.17. in 3.vol.ubi agit de eo,qui constituit procuratorem,& postea protestatus est quòd non ut hæres.& in cõs. 272.in 5.vol.ubi quid in transigente super re hæreditaria.Soc.in consi.147.in 1.vol.col.3. ubi ait,quid de donante rem hæreditariam alteri,uel renunciante hæreditatem ad commodum alterius? vide etiam Barb.in cons.5.in 3.vol.& in cons.32.col.2.eod.vol.& Corn. in consi.299. in 3.vol.ubi agit de uendente.

12 Bar.in ead.l.col.8.uersi.aliud exemplum pone,inquit,si debitor † in diem & sub pœna succes sit creditori suo,& non soluit in termino,ex hoc præsumi aditionem. De ueritate huius dicti vi de Ias.in l.non licèt.C.und.legit.& latè Aret.in consi.161.In præsenti consultatione,colu.4.& in consi.seq.& plenè Alex.in l.non hoc.col.pe.& fi.C.und.legiti. & ad rationem hic per Bartolum adductam accedit,scilicèt,ut ex hoc non facto præsumatur aditio; quia præsumeretur mora quæ est delictum,contra.l.merito.ff.pro soc.sed hoc argumentum non uidetur ueritati subnixum,secundum Cor.ibi,quia illa.l.merito,procedit in delicto criminaliter commisso & puribili,& huiuscemodi non est mora debitoris: & ideo secundum eum uerior est opinio Bal. pro qua consuluit Franciscus de Albergotis in consilio incip. Prædictæ rationes. & respondit ad d.l.merito,eam procedere in præsumptione exclusiua delicti requirentis dolũ, sed per lapsum temporis debitor potest esse in mora sine dolo; ut quia non habeat modum soluendi. pro qua
13 opinione facit,quia debitor, † qui iurauit soluere infra certum tempus, quamuis non soluat in termino,tamen non præsumitur periurus,nisi creditor probet eum sponte, non autem necessitate coactum non soluisse.Feli.in c.quærelam,in princ.de iureiur.igitur &c.Et hæc opin.contra Bar.maximè posset locum habere,ubi hæreditas esset suspecta. item ubi debitum esset magnum,& hæreditas modica. item quando in hæreditate essent alia bona ultra hoc debitum,& debitor illa non attigisset. id quod uidetur sentire Bar.hic paulòpost, ibi, quòd prædicta sunt multum necessaria. Et contra prædictum Bar.documentum tenuit etiam Ang.in l. quidam.ff. de iur.codicill.& Aret.in d.consi.161.tamen negari non potest quin articulus sit dubius.vnde dicit ibi Cor.non esse inconueniens magis uni quàm alteri sententiæ inhærere. & ad prædicta vide Rom.in cõs.247.Aret.in cons.162 Barb.in cons. in 3.vol.& Cor.in cons.16.in 3.vol.

14 Bar.in ead.l.col.fi.vers.præterea animus,† inquit,animum retinendi possessionem inducere acquisitionem possessionis.vide Dec.in cons.133.col.1.Et dum Bar.in ead.col.uers.ad quartũ agit de illo,qui non adit,sed adeunti præstat authoritatẽ,vide Soc.in cõs.153.in 1.vol.& utrum requiratur ut præstans authoritatem loquatur an non? vide Barb.in consi.5.col.3.in 3.vol.& in consi.32.eod.vol.& aliquid per Bal.in cons.413.& Soc.in d.cons.153.

Summarium in l.Paulus.ff.de acq.hæred.

1 *Mandans procuratori ut adeat,an censeatur adire.*

Bar.in l.Paulus.ff.de acq.hæred.

1 Bart. in d.l.Paulus,agit an ille,qui mandat † procuratori,ut adeat,censeatur adire? vid Ias.in l.j.ff.de off.procur.Cæsar.& ad rem faciunt trad.per Alex.in cons.78.col.3.in 5.vol.

Summarium in l.qui superstitis.ff.de acquir.hæred.

1 *Repudiatio facta de hæreditate uiuentis non nocet.*

2 *Filius & pater una & eadem persona esse censentur.*

3 *Pactum de non succedendo iuramento firmatum,an ualeat.*

4 *Mulier,quæ renunciauit cum iuramento hæreditati paternæ,& postea decedit,an eius filij possint uenire contra hoc pactum.*

5 *Filia quæ renunciauit bonis paternis,& maternis,non potest dicere se læsam nisi respectu legitimæ.*

Bar.in l.qui superstitis.ff.de acquir.hæred.

1 Bart. in d.l.qui superstitis,ait,non nocere † repudiationem factam de hæreditate uiuentis.Ista.l.adduci solet ad hoc,scilicèt,uiuentis hæreditatem non dari. Limita non procedere in suis

ſuis hæredibus; nam etiam uiuens habet ſuos hæredes in primo gradu exiſtentes, & dicuntur quaſi domini bonorum paternorum. ita Soc.limitat. ſed adde Bart. ita expreſsè limitantem & declarantem in l.Gallus.§. etſi parente.ff.de liber.& poſthu.colu.1. & ibi Iaſ.col.2.in 1.notab. proinde ex hoc infertur,ſi aliquid cõceditur alicui & ſuis hæredibus in uita, intelligitur de ſuis tantum. Iaſ.ibi,col.4.in 1.limit.& uſque adeò filius † & pater una & eadem perſona eſſe cenſentur, & quicquid habet pater, cenſ tur eſſe etiam in dominio filiorum; ut ſi ſtatuto cautum eſt,neminem ad aliquod officium eligi poſſe,niſi habeat tercentum in bonis,filius,cuius pater habet tercentum in bonis,ad illud officiũ eligi poterit. ita ſing.dixit Alber.de Roſ.in l.in ſuis. ff.de liber.& poſth.tradit latè Ant.Corſet.in tract.de poteſtate regia,nu.30. & ad rem faciunt trad.per Soc.in conſ.121.col.fi.& in conſ.131.in 4.vol.

Bar.in ead.l.agit, an ualeat pactum † iuramento firmatum de non ſuccedendo? vide Paul. de Caſt.in conſi.165.in 1.vol.Alex.in conſi.218.in 3.vol.& in conſi.213.in 3.volu.Dec.in conſi. 613.& omnino uide quæ poſui ad Bar. in l.omnes populi, in 15. annot.ff.de iuſt. & iur. Adde etiam pactum de hæreditate uiuentis confirmari per perſonam illius ſuperuenientem ex poſt facto,de cuius hæreditate tractatur. Crauet.in conſi.19.

Bar.in ead.l.propè fi.quærit,ſi mulier,† quæ renunciauit cum iuramento hæreditati paternę, & poſteà decedit, an eius filij poſsint uenire contra hoc pactum? vide plenè Alex.& alios in l. pactum quod dotali,col.pen.& fin.C.de pact.& in conſi.75.in primo uol.& in conſi.29.colu. fi.in 3.uol.Aret.in conſ.91.& in conſi.144.col.4. Bal. in conſ.403.in 1.uol. & Dec.in conſilio 551.vbi loquitur de ipſa muliere,an poſsit cõtrauenire.& in conſ.616. & de hac re uide Alex. in conſ.149.in 7.uol. Soc.in conſ.263.col.2.in 3.uol. Abb. omnino in conſi.107.in 2.uolu.& Feli.in c.in præſentia,nu.10.de probat.& Crauet.in conſi.11. vbi ait filiam † renunciantem bonis paternis & maternis dici non poſſe læſam,niſi reſpectu legitimæ. immo uideri non poſſe petere ſupplementum legitimæ neque dotis, vide ibi. & omnino in propoſito caſu uide Albert. Brun.in conſ.82. Quid ſi iſta filia iurauit non redire ad bona patris, ſi à patre inſtituatur, nunquid poterit hæreditatem petere? Bal.in l.fi.col.3.C.de pact.quem refert & ſequitur Feli.in c. 1.nu.5.de iureiur.inquit,ei tacitè remiſſum eſſe iuramentũ à patre exiſtimari. Tamen cogita.

Summarium in l.Clodius.ff. de acquir.hered.

Qui adit ex poſteriori teſtamento inualido per iuris errorem uidetur ex primo repudiare.

Lucrum an perdatur per errorem iuris.

Bar.in l.Clodius.ff.de acquir.hæred.

BAR. in d.l.Clodius,ſic ait in ſumma. Qui adit † ex poſteriori teſtamento inualido per iuris errorem,videtur ex primo repudiare. Pro declaratione huius tex.vide Anch.in conſi.203. in dubio.& Bal.in conſi.52.in 5.vol. vbi tradit multa ſimilia.

2 Bart.in ead.l.uerſ.quandoque quæritur, tradit an per errorem † iuris lucrum perdatur? vide Rom.in conſi.125.& dum Bar.dicit an ignorans dicatur delinquere,ita ut priuetur? vide Feli. in c.cùm uigeſimum,de offic.deleg.& in c.5.nu.3.de conſtitu.Poſteà Bar.agit de eo,qui potuit conſulere peritiores. dicas tu ignorantiam nunquam excuſare illum,qui potuit ſcire per ſe,uel per alium. glo.eſt not.in c.1.84.diſtin.& dum Bar. ſubdit de illo, qui proteſtatur ſe uelle repudiare. vide Alex.in l.j.C.de repud.bon.poſſ.

Summarium in l.Ariſto.ff.de acquir.hered.

1 *Repudiare unam portionem, & alias uelle, an & quando aliquis poſſit.*

2 *Nemo pro parte poteſt eſſe hęres iure inſtitutionis, pro alia parte iure accreſcendi.*

Bar.in l.Ariſto.ff.de acquir.hæred.

1 BAR. in d.l.Ariſto,latè tradit,an & quando aliquis † poſsit unam portionem repudiare, & alias uelle? Tu in hac materia uide caſum ſing.in quo aliquis habet legitimam,& reliquum repudiat,in l.ſi liberto patronus,verſ.quid ergo.ff.de bon.liber.

2 Bart.in ead.l.col.2.in princip. inquit, neminem pro parte † eſſe poſſe hæredem iure inſtitutionis,& pro alia parte iure accreſcendi. vide Iaſ.in l.j.col.2. quam ſimul legit cũ gl.l.ſecundæ.

in uerbo agnoscere,col.64. suprà eod.tit.post Bart. qui contrarium ibi docuit. Postea Bart.in col.seq.uers.sed si obueniente,ait,eueniente pupillari,si quis uellet paternam repudiare,nec illam haberet. contrarium tenet Bar.in l.testamento.C.de impub.

Summarium in l.j.§.si quis neget.ff.quemad.testa.aper.

1 *Testis unus ex necessarijs scriptis in instrumento dicens contra instrm,an & qñ reddat illud suspectũ.*
2 *Testes ex necessarijs deponentes contra instrumentum,si dicerent iudicio suo, uel per uerbum credo pro certo, quid iuris.*
3 *Testes si dicerent aliquos fuisse præsentes,& illi interrogati hoc negarent, quid iuris.*
4 *Testis quando contradicit notario,utrum iudex possit illos torquere,& à quo debeat inchoare.*
5 *Negatiua quomodo probari debeat.*
6 *Testes duo ex scriptis in instrumento, si contradicunt,asserentes non interfuisse, quid iuris.*
7 *Testes non descripti in instrumento si contradicunt quid dicendum.*
8 *Testis supernumerarius, quando contradicit instrumento,quid iuris.*
9 *Statutum requirens qualitatem honestatis & bonitatis,illa debet semper specificè probari.*
10 *Testes non scripti in instrumento quando deponunt contra instrumentum ad hoc ut concludant eorum dicta circa illud instrm,et dici nequeat,aliud quoq; instrumentum fieri potuisse,articulum debere produci,continentem,semel tantum fuisse inter ipsas partes celebratum contractum.*
11 *Testis examinatus si dicat se non dixisse,quæ notarius scripsit, an sit magis credendum scripturæ tabellionis,quàm dicto ipsius testis,an contra.*
12 *In causa ciuili magis standum dicto siue scripturæ notarij,quàm testium.*

Bar.in l.j.§.siquis neget.ff.quemad.testa.aperi.

1 BART. in l.j.§.si quis neget,tradit,an & quando unus † ex testibus necessarijs scriptis in instrumento dicens contra instrumentum reddat illud suspectum. concluditque, instrumentum suspectum reddi, nisi adsint tot testes ultra eum,qui contradicit,quibus instrumentum sustineatur. & quamuis instrumentum in casu prædicto nõ careat suspicione,tamen propterea notarius de falso puniri non potest: ita * communiter tenent hic Ang.& alij. Feli.in c.cùm Ioannes,de fide instr.& Soc.in cons.92.in 3.vol. Intellige tamen quod prædixi,quando supersunt tot testes ultra eum,qui contradicit, quibus instrumentum sustineatur, procedere quando constanter pro instrumento testimonium dicunt; alioqui uerò si unus ex necessarijs diceret se non recordari: quia eo casu scriptura eorũ auxilio spoliatur,vt sentit Feli. in d.c.cùm Ioannes,ibi,paulòante nu.35.Et ad prædicta uide Soc.in consi.46. in consi.213.in
2 fi.& in consi.seq.col.3.& in consi.171.col.2.vbi tradit, quid si testes † ex necessarijs deponentes contra instrumentum dicerent iudicio suo? vel per uerbum credo pro certo? & in consi. 229.in primo uol. Curt.latissimè in consi.56.Dec.in consi.36. & in consi.101. Areti.in consi. 88.col.2.Bal.in consi.37.in primo uol.& in consi.55.eodem uolu. Ang.in consi.169.& omnino Raph.Cuma.in consi.135.Fulg.in consi.79.& in consi.174.& omnino Paul. de Castr.in l.
3 hæredes,col.2.ff.de testa.vbi post Bal.ait,quid si aliqui † testes dicerent,aliquos fuisse præsentes,& illi interrogati hoc negarent? vide etiam Alex.in consi.93.In causa & lite, col.pen.& fi. in 5.vol.vbi tradit, quid si duo testes deponunt contra instrumentum. & unus tantum pro instrumento. & in consi.176.col.fi.eodem uol. & aliquid apud Anchar. in consi.77. Bal.in c.ad audientiam,col.2.de rescript.& in consi.166. in consi.228.& in consi.281.in 2.uol.& in con-
4 silio 79.in 5.volu. vbi inter cætera ponit, quando unus testis † contradicit notario, vtrum iudex possit illos torquere, & à quo debeat inchoare? & pulchrè in consi.385. & in consi. 402. in eodem uol. vbi tradit quid si unus testis diceret,alios non fuisse præsentes? Et dum Bar.in 2. col.vers.restat,declarando hanc materiam ait, quandoq; in dubium reuocari, nunquid instrm scriptum sit manu ipsius notarij, & tunc eius dicto standum esse si uiuit, alioqui uerò hoc per comparationem literarum esse probandum. Credo tñ hoc ẽt in casu cõtrarium posse probari.

& hæc

& hæc omnia repetit Abb. in d.c.cùm Ioannes,col.7.de fide instru.& ibi Feli. col.14. Et dum ibi Bar.paulò post refert opinionem eorum, qui dicebant, sufficere si testes sunt concordes in dicto,licèt diuersi sint in ratione. vide Dec.in c.licèt causam,in 9.notab.de probat.

Bar.in 3.col.subiungit,quomodo † negatiua probari debeat. de qua re uide Soci. in consilio 229.col.3.& seq. in 1.volu.& Feli.in c.in nostra, de testi.& omnino in c.tertio loco, nu.10.de proba.& quamuis negatiua probari non possit,probanda tamen est eo modo,quo fieri potest, quamuis non probaret in totum, vt declarat Crauet.in consi.1.

Bar.in eadem col.uers.quæro quid si duo, rursus instat circa ea, quæ in principio dicta sunt. & quærit in specie,quid si duo † ex testibus scriptis in instrumento contradicunt, asserentes se non interfuisse? vide Alex.in consi.17.Ponderatis his.col.antepen.in 3.vol. vbi citat hoc Bartoli documentum. & in cons.62. In casu accusationis,eodem vol.vbi loquitur de duobus testibus descriptis in instrumento,quorum unus mortuus est, alter uerò dicit se non interfuisse, & in cons.70.viso processu,col.2.in 1.uol.in cons.73.col.pe.& in cons.77.col.2. eodem uol.& in consi.198.viso processu,in lib. primi & secundi uol. vbi loquitur quando duo testes deponunt contra instrumentum,& unus pro eo. Barb.in cons.43.col.8.in 1.uol.Imol.in consi.4.col.1.& in cons.106.col.fi.& Soc.in consi.94.

Bar.in eadem col.ver.quæro quid si in instrumento, tractat quid dicendũ sit,quando instrumento † contradicunt testes non descripti in eo? vide Alex. in consi.289. viso themate,in lib. primi & secundi uol.Paul.de Castr.in cons.350.& Curt.in consi.56. Et dum Bar.hic in col.fin. ait,qñ huiusmodi testes contradicunt,in arbitrio iudicis resi dere,quid prævaleat, vide Alex.in cons.264. viso processu,col.3.in lib.primi & secundi uol. vbi tradit de duobus testibus dicentibus aliquid,quod non reperitur in instrumento.& in cons.42.visis & ponderatis, col.4.in 4. uol.Ana.in cons.97.cum ibi additis.Aret.in cons.65.col.2.Abb.in c.tertio loco,de proba.Bal. in consi.79.in 5.uol.vbi tradit,quid iuris sit,quando unus testis † supernumerarius contradicit instrumento? & an faciat indicium ad torturam? & in consi.37.in 1.vol. vbi loquitur de testibus,qui dicunt se non interfuisse. Et quoniam Bart.declarando ea, quibus arbitrium iudicis in proposito casu potissimùm debet inniti, ait, inspiciendam esse qualitatem notarij,& testium. ideo dicit faciẽdas esse probationes de legalitate notarij,& de bonitate testium. Ad rem facit, quia ubi qualitas honestatis † & bonitatis à statuto exigeretur, illa debet semper specificè probari,nec sufficit præsumptio iuris. Cæpol.in consi.58. Franciscus.col.fi.& Hippolytus de Mar silijs in singul.187.vbi loquuntur quando statuto cautum est,testes debere esse bonæ cõditionis & famæ,vel si statutum pœnam imponit rapienti mulierem honestam, ut tunc ista qualitas probari debeat;neque sufficiat illa iuris coniectura,qua quilibet præsumitur bonus. Attende tamen quoniam fortè ista confutantur ex traditis per Soc.in consi.274. In causa.d.Lisæ,col.9. in 1.vol.vbi agit de hoc Bart.documento. & omnino eum uide,& Curt.in tract. de testibus, in conclusione 35.in 1.uol.& latius in consi.56.col.4. & seq.vbi distinguit & limitat.Dec.in consilio 37.col.4.& in c.1.de appellat.col.6. & in c.post cessionem,col.3.de probat.ad rẽ faciunt trad.per Feli.in c.cùm Ioannes,col.13.vers.an autem. de fide instru.

Bar.in eodem §.si quis neget,col.fi.inquit, quando testes † non scripti in instrumento deponunt contra instrumentum, ad hoc ut concludant eorum dicta circa illud instrumentum, & dici nequeat, aliud quoque instrumentum fieri potuisse, articulum debere produci, continentem, semel tantùm fuisse inter ipsas partes celebratum contractum. vide Alexand. in l.ij.colu. secunda.C.de bonor.possess.secundum tab.& in consi.247. Reuerende domine,col.2.in libro primi & secundi uol.

Bar.in eodem §,in fi.quærit si testis † examinatus dicat se non dixisse, quæ notarius scripsit, an sit magis credendum scripturæ tabellionis quàm dicto ipsius testis,an contra? vide Alexan. in cons.207. visis processibus,in lib. primi & secundi uol.vbi distinguit,an agatur quò ad condemnandum de falso,an ad probandum id,de quo agebatur. Item an solus tabellio examinationi testis interfuit, an uerò etiam iudex fuit præsens: vt ibi uidere est, & per Abb. & Felin.in

c.cùm causam,de testi.& eundem Abb.omnino & Felin.ad audientiam,de præscript. vbi uide etiam apostillas ad Abba.& uide Felin.in c.cùm dilecti, colu.5.notab.7. de accus.& Crauet.in
12 consi.74.nu.3.Et in istis locis illa demum fit conclusio,ut in causa † ciuili magis stetur dicto siue scripturæ notarij. Fallit quando notarius est suspectus; quia magis creditur testibus. Item fallit quando omnes testes contradicerent notario. Item fallit quando testis contradicens notario esset persona ualde legalis & fidedigna. Item facit quoniam de iure magis creditur testi contradicenti,quamuis de facto contrarium seruetur,vt ait Alex.in d.consi.207.col.2.& Abb. in d.c.cùm causam.j.de testi. Item fallit quando criminaliter ageretur; quia nemini fides habetur,scilicèt nec testi nec notario: mutuo enim se impediunt. sed si iudex examinationi testis interfuisset, tunc semper notario crederetur propter adiunctam iusdicentis fidem. sed cogita,quia si testis examinatus respondet,nõ dixi prout scriptum est, tunc saltem primum dictum nullam fidem deberet facere: quia reperitur contrarius secundo dicto cum iuramento, arguita tanquam periurus & inter duo iuramenta, ei non est habenda fides. & ideo fortè prædicta conclusio est intelligenda quando testis negat sine iuramento,alioqui non.

Summarium in l.tabularum. §. si plura.ff.quemad.test.aper.

1 *Notarius cogitur publicare testamentum primum, quanquam testator illud reuocauerit per secundum.*

Bar.in l.tabularum.§.si plura.ff.quemad.testa.aperi.

1 Bar. in d.l.tabularum.§.si plura,inquit,notarium † cogi publicare testamentum primum, quanquam testator illud reuocauerit per secundum: quia fortè ex illo poterit secundum redargui de falso. & ideo ait Barto. non debere ullo pacto primum testamentum lacerare. vide Alex.in consi.74.in primo uol.

Summarium in d.l.tabularum. §. si dubitetur.ff.quemad.testa.aper.

1 *Testamentum non aperiatur nisi causa cognita, si dubitatur de uita testatoris.*

2 *Mors quomodo probetur.*

Bar.in d.l.tabularum.§.si dubitetur.ff.quemad.testa.aperi.

1 Bart. in ead.l.§.si dubitetur,sic ait in summa. Si dubitatur † de uita testatoris,testamentum non aperiatur nisi causa cognita. Ex ijs inferri potest, eum, qui habet testamentum apud se,non teneri ad probandam mortem testatoris in ijs, quæ sunt leuis præiudicij: quia ex quo habet testamentum,præsumitur mortuus testator: quoniam eo uiuo, testamentum alicui dari non debet. Ias.in l.fi.col.5.versi.succesiuè,de edict.diui Adri.tollen.& ad materiam hanc uide
2 eundem Ias.in l.fi.col.5.in 7.notab.C.de sacros.eccl. & multa quomodo † probetur mors,uide apud Alex.in consi.146.col.4. in libro primi & secundi uol. in cons.24. In causa uertente,in 4. vol.& in consi.115.viso processu,eodem uol.Bar.in l.quòd præsens.C.de murilegul.lib.11.& not.in l.siquidem.C.sol.matrim.Abb.& doct. in c.quoniam frequenter.§.si autem, & in §.porrò,vt lit.non contest.& in c.in præsentia,de sponsal.ibi enim in d.§.porrò,docuit Abb.mortem probari per uiolentas probationes quando de magno præiudicio non ageretur. idem uolunt Bar.in l.genero.ff.de infam.alioqui uerò vbi de magno præiudicio agitur. Felin.in d.§. porrò. Et dum Bar.in uers.secundò habes,colligit ex glo.mortem alicuius probari per famam quò ad hoc edictum,vide aliquid apud Alex.in l.iubemus.C.de repudi.Raph.Cuma.in consi.43.Barb. in consi.10.in 3.uol.& Dec.in consi.82.col.pen.

Summarium in d.l.tabularum. §. diem.ff.quemad.testa.aper.

1 *Testamentum totum edendum est hæredi, sed legatario edendum legatum cum hæredis institutione.*

Bar.in d.l.tabularum.§.diem.ff.quemad.testa.aperi.

1 Bart. in ead.l.§.diem,ait hæredi † edendum esse totum testamentum, sed legatario edendum esse legatum cum hæredis institutione. Hoc idem ait Angel.in consi.164.vbi ait,idem in eo,qui fuit in re certa institutus, vt ei edenda sit tantum particula testamenti.

Summ a-

Summarium in l.cum ab initio.ff.quemad.testa.aper.

Testes absentes quomodo examinandi sunt.

Bar.in l.cùm ab initio.ff.quemad.testa.aperi.

BAR. in d.l.cùm ab initio,vers.quæro quando,tradit modum, qui seruari debet in examinandis † testibus absentibus, scilicèt, ut ad existentes in suo territorio mittat iudex notarium; quò autem ad eos,qui sunt in alieno territorio,scribatur ad illum iudicem, ut ipse eorum dicta accipiat,& remittat. Attende quia testes extra prouinciam suam uenire non compellunt. ita Abb.antiquus & alij in c.cùm olim,de testi.traditur in c.statutum.§.pen.de rescrip.in 6.& hac de causa scribitur illi iudici ut hic ait Barto. Et ad hoc uide etiam Card. in elemen. 1. quæst.6. de offic.deleg.& Bal.in rubrica de controuers.inuest.col.fi.uersi.sed pone iudex. ubi etiam ait, testem cogi non debere, ut examinetur à notario alterius iusdicentis,ad hoc missum,quamuis si examinetur,eius dictum ualeat. Illud quoque scias in hac materia, testem examinatum à iudice incompetenti non probare,ut per Pau.de Cast.in cons.50.in 2.vol.& Feli.in c.1. in fi. de testi.cogend.& in c.cùm causam.col.14.de testi.

Bar.in rubr.ff.si quis omis.cau.testa.

BART. in d.rubrica inquit,hoc edictum emanatum esse pro se, & principaliter propter eum,qui omittit ex testamento,ut habeat ab intestato,& alios casus poni ex extensione iurisconsultorum. An autem tunc dicatur ciuilis possessio, an prætoria? vide Ias. in l.v. col.2.& 3.ff.de uerb.obliga.

Summarium in l.j.ff. si quis omis.cau. testam.

Repudians si possidet ab intestato præsumitur in fraudem,nisi aliud probetur.

Bar.in l.j.ff.siquis omis.cau.testa.

BART. in d.l.j.in princ.ait,eum,† qui repudiat, si possidet ab intestato,præsumi in fraudē, nisi aliud probetur. idem inquit Aret.in cons.160.col.3.

Summarium in l. licèt pro hærede.ff. si quis omis.cau.testam.

Dictio maximè, quid significet.

Bar.in l.licèt pro hærede.ff. siquis omis.cau.testa.

BART. in d.l.licèt,instat in illa uoce,maximè,† posita in tex. sed nūquid iste casus ueniens per extensionem sit ciuilis,an prætorius? Ias.in l.v.col. 2.& 3.ff.de uerb.oblig. Et dum subiungit Bar.eum,qui dat pecuniam ut officium habeat, vel præbendam, non habere titulo lucratiuo: vide Bal.in l.j.col.1.vers.extra quæritur.C.eod.tit.

Summarium in l.si quis pecuniam.ff. si quis omis.cau. testa.

Actio utilis oritur ex testamento.

Bar.in l.siquis pecuniam.ff.si quis omis.cau.testa.

BAR. in d.l.si quis pecuniam,in 2.notab.colligit ex tex.uigore huius edicti actionem † utilem oriri ex testamento. Tu autem dicas uigore huius edicti, quo sustinentur legata,actionem dari ex facto, non autem ex testamento ad ea consequenda,vt per Ias.in l.j.colu.11.vers.tertiò. ff.de leg.primo.vbi opponit,& soluit,& ibi ponit utilitatem huius inuestigationis.& in l.j.colu. 2.vers.tertiò limita.C.comm.de lega. & ad ea quæ de hac re subiungit Bart. vide Alex.in d.l.j. col.13.ff.de leg.1.

Summarium in d.l. si quis pecuniam. §. quanquam.ff.si quis omis.cau.testa.

Procurans ut omittatur ex testamento,ista actione tenetur.

Bar.in d.l.si quis pecuniam.§.quanquam.ff.si quis omis.cau.testa.

BAR. in ead.l.§.quanquam, sic ait in summa, quicunque † procurat, ut omittatur ex testamento,ista actione tenetur. nunquid autem iste casus sit ciuilis uel prætorius? vide Ias.in l.v.in 2.& 3.col.ff.de uerb. oblig. sic etiam ad id quod ait Bar.in l.seq.§. hoc edictum, an ille casus sit ciuilis uel prætorius, vide Ias.in loco præfato.

Si quis omissa causa testamenti.

Summarium in l. siquis sub conditione.ff. siquis omis.cau.testa.

1 *Actio non competit pro his, quæ sub conditione relinquuntur.*
2 *Quæ sunt in conditione, non sunt in dispositione.*
3 *Conditio, quæ apponitur in aliquo actu, non semper reddit actum conditionalem.*
4 *Abstinendi beneficium non facit quin obligatio quam habent sui à lege sit legalis, & suam primam naturam retineat.*

Bar.in l.si quis sub conditione.ff. siquis omis.cau.testa.

1 BART. in d.l.siquis sub conditione,ait,actionem † non competere pro ijs, quæ sub conditione relinquuntur. Limita regulam hanc non procedere,vbi uerba conditionalia ex necessario quodam antecedenti dispositionem inducerent. Ias.in l.quæ liberis,per illum tex.in 2.lectura.ff.de uulg.& pup.& per tex.in l.si ita stipulatio.ff.de oper.liber.& Ias.in l.Centurio, col.2.de
2 uulg. & pupi. Et attende, quoniam & si illa,† quæ sunt in conditione, non sint in dispositione, vt hic, sunt nihilominus in uoluntate. l.ij.& seq.C.de inst.& substit.immo tex. in l.reprehenda, eodem titu. videtur probare illa esse etiam in dispositione, id quod est fortius. & videsum singu.in quo ea,quæ sunt in conditione, sunt etiam in dispositione, in d.l.si ita stipulatus.ff. de oper.libert. Et in hac materia conditionis appositæ attende unum, in quo aliquis facile de-
3 cipi posset: nam conditio † quæ apponitur in aliquo actu, non semper reddit actum conditionalem; si enim huiusmodi conditio ponitur quò ad resoluendam obligationem, eo casu obligatio est pura, sed resoluenda conditionis euentu. si uerò apposita est obligationi, & tunc obligatio est conditionalis.l.ij.& ibi glo.ff.de in diem adiect.Bar.in l.j. colu.4.ff.de condit.& demonstr.& clarius aperit Alex.in consi. 90.col.3. in 4.uol. Et ideo ex hoc inferri potest,benefi-
4 cium † abstinendi non facere,quin obligatio,quam habent sui à lege, sit legalis,& suam primi naturam retineat: quia huiusmodi beneficium datur ad resoluendam obligationem iam à lege ipsa contractam, vt uerbum illud,abstinere, satis indicat. idq; eruditè admodum aperuit Dec. in consi. 331. conditio autem est quædam adiectio appositа uel subintellecta in dispositione, quæ actum suspendit uel resoluit. & in hoc differt à modo,qui non suspendit: ita Abb.in rubr. & in c.uerùm,de condit.appos.

Summarium in l.qui omissa.ff. siquis omis.cau.testa.

1 *Legata non repetita ab intestato, aut repetita quid iuris.*

Bar.in l.qui omissa.ff.si quis omis.cau.testa.

1 BART. in d.l.qui omissa,col. 2.inquit,aut † legata nõ fuerunt repetita ab intestato, aut fuerunt,primo casu, aut solus possidet tanquam hæres, & tenetur insolidum,etiam si modicũ possideat. vide Aret.in cons. 160.col. 3. Et dum subiungit Bar.de eo,qui commisit fraudem, vide Soci.in d.cons. 160. vbi tradit etiam quid iuris sit quando omittens solus fuit in fraude, an ipse respectu suæ partis in solidum teneatur.

Summarium in l.j. §. serui.ff.ad sena.cons. Syllan.

1 *Conditio existens in legatis non retrotrahitur.*

Bar.in l.j.§.serui.ff. ad senatusconsul.Syllan.

1 ART. in d.l.j.§.serui,colligit ex tex. in legatis, † conditionem existentem non retrotrahi. vide Roma.in cons. 128.Bal.in l.pignus.C.de pignor.acti.Ang. in tract. maleficiorum,in glo.vers. Et eius bona publicamus,quæst.5.& duabus seq.

Summarium in d.l.j.ff.ad sena.cons. Syllan.

1 *Occidens Titium me præsente, & ego ei auxilium non præbui, cum possem, vtrum tenear.*
2 *Sciens committendum esse delictum, intuitu sui, & non prohibens tenetur.*

Bar.in d.l.j.§.sed in eo.ff.ad senat.cons.Syllan.

1 BAR. in ead.l.§.sed in eo,quærit,si aliquis occidit† Titium me præsente,& ego ei auxiliũ nõ p̃bui,cum possem,utrum tenear? deciditq; me non teneri,nisi sim conscius uel particeps huius delicti.

delicti. vide Angel.in d.tracta.maleficiorum, in verſ. Et dicto maleficio aſtitit. videtur tamen eum non carere ſuſpicione ſocietatis occultæ, qui potuit opem ferre, & noluit.c.non inferenda. & c.qui poteſt.23.quæſt.3.& ideo eum tormentis ſubijci poſſe,ait Ant.de Butr. in c.quanto,de ſenten.excommu.vbi etiam Abb. Item ſcias ubicunque tu ſcis † committendum eſſe delictum intuitu tuo,& non prohibes, teneris. ita Io.Andr.in c.Petrus, de homicid.& ad prædictam quæſtionem de eo qui potuit obuiare crimini,& non fecit, vide Dec. in c.culpa caret.ff. de reg.iur.& Feli.in c.quanto,de ſenten. excommu. & omnino in re propoſita uide B.Bernardum in epiſt.125. vbi ait,non ſufficere eccleſiæ unitatem non deſerere, ſed oportere eam totis uiribus defendere, & eam perturbantes debellare. id quod ſit contra illos principes, qui temporibus noſtris tot huius unitatis uiolatores non ſolùm non opprimunt, ſed magis fouent quàm puniant,& negligunt ei hoc unum dare, à quo omnia acceperunt, ſed ab eius ultione cauent: quia impune non euadent.

Summarium in d.l.j.§. domino.ff.ad Syllan.

Pœna quæ imponitur uaſallo ſi facit aliquid contra dominum, imponitur etiam eidem ſi facit contra filium domini.

Bar.in d.l.j.§.domini.ff.ad ſenat.conſ.Syllan.

BART. in eadem l.§.domini,ait,eandem † pœnam, quæ imponitur uaſallo, ſi facit aliquid contra dominum, eidem imponi etiam ſi facit contra filium domini. vide Iaſ. in l.filius.C. de pact. Et ratio huius dicti eſt,quia pater & filius cenſetur una & eadem perſona. & ideo pro illuſtriori intellectu huius rei,ac eorum,quæ ait Bar. infra in.§.ſi pater, vbi agit, vtrum in ſuo ſit dare medium inter mortem patris & aditionem hæreditatis? vide omnino quæ poſui ad Bart. in l.ſiquis ſub conditione.ff.ſiquis omiſ.cau. teſta. vbi loquor de beneficio abſtinendi, & quæ poſui in l.is qui putat,in fi.ff. de acquir.hæred.vbi Bar.not. ait, filium ſuum hæreditatem patris adire non poſſe,ſed immiſcendo approbare ſucceſsionem, & quæ poſui in l.in ſuis.ff. de liber. & poſthu. & dum Bar.in fi. huius.§.inquit,filium emancipatum,quamuis non dicatur agnatus, teneri tamen hoc edicto. vide glo.fi.Bar.& oēs in l.qui ſe patris.C.und.lib. & Dec.in conſ.13.

Summarium in d.l.j.§. ſi pater.ff.ad Syllan.

Medium an detur inter mortem patris & aditionem hæreditatis.

Bar.in d.l.j.§.ſi pater.ff.ad ſenat.conſ.Syllan.

BART. in ead.l.§.ſi pater,tradit, utrum in ſuo † ſit dare mediū inter mortem patris & aditionem hæreditatis.uide omnino quæ poſui ſupra in §.Domini.

Summarium in d.l.j.§.occiſorum.ff.ad ſen.con.Syllan.

Serui de morte domini non tenentur, quando ei opem ferre non potuerunt.

Statuto ſi cautum eſt uillas & caſtra teneri capere malefactores, ſubintelligendum eſſe, ſi potuerunt.

Delictum ſi habeat originem in uno territorio, & finem in alio, quis iudex debeat procedere.

Statutum imponēs pœnam uillę non capienti malefactorem, & plures ſint malefactores, vtrum multiplicari pœna centum debeat pro quocunque malefactore.

Bar.in d.l.j.§.occiſorum.ff. ad ſena.conſ.Syllan.

BART. in eadem l.§.occiſorum, ſic ait in ſumma. non tenentur † ſerui de morte domini, quando ei ferre opem non potuerunt. vide in ſimili caſu Angel. in conſi.173. & ad hæc Barb. in conſ.8.col.4.& omnino in conſi.100.in fi.in 1.vol.in conſ.17.col.4. & ſeq.in 2.vol.& in cōſ. 50.col.4.eod.uol.& in conſi.92.col.6.in 4.uol.Bal.in conſi.174.in 2.uol.& in conſi.178. in 5. uol.vbi in ſimili aliqui d tradidit Roma. in conſi.7.in uerſ.veruntamen.Feli.in c.cùm inter,col. 11.de except. Cæpoll.in conſ.18.in ſecundo dubio. Et ad declarationem uide Paul. de Caſtr. in l.in prouinciali.§.fi.ff.de oper. nou.nuncia. & in l.omnes populi.ff.de iuſti. & iur.& in conſi. 347.& Bal.in conſi.305.in ſecundo uol.

Bar.in eod.§.inquit,ſi ſtatuto cautum eſt, uillas † & caſtra teneri capere malefactores, ſubin-

telligendum esse si potuerunt. Vide Angel. de maleficijs super uoce, Fama publica, col. 3. q. 2. Et quomodo sit punienda uilla, & quid si plures erunt malefactores, vide ibidem in uers. quærit. & Feli. in c. cùm inter, col. 11. de except. Et an & quando uilla uel castrum teneatur pro crimine commisso in eius territorio? & quid prius sit faciendum, ut conueniri possit, vide Raph. Cuma. in cons. 151. Attende autem ubi ex forma statuti prædicti uilla teneretur pro homicidio cõmisso in eius territorio, eam puniri non posse pro pœna, quæ imponitur, quando ibi homo interfectus reperitur, sed probandum est, eum ibi occisum fuisse: quia potuit alibi trucida-
3 ri. & postea in eum locum deferri. Dec. in cons. 438. Sed quid si delictum † habuit originem in uno territorio & finẽ in alio? & quis iudex procedere debeat? Feli. in c. licèt ratione. nu. 25. cum seq. de for. compet. & in c. 1. de præsumpt. & omnino uide Alex. in cons. 116. col. penul. in 6. uolu. Quid si delictum de uno territorio destinatur ad aliud, ut in eo, qui sagittis utitur? vide Abb. in c. fi. de for. compet. quid si reperitur mortuus, qui tangit de utroque territorio. vide Fe-
4 lin. in c. Rodulphus, col. 5. Quid si statutum pœnam † centum imponit uillæ non capienti malefactorem, & plures sint malefactores, vtrum multiplicari pœna centum debeat pro quocunq; malefactore. Bar. in l. cùm si exhibuisset. §. fin. ff. de publica. Quid si iste malefactor erat bannitus, qui impunè occidi poterat? Bart. in l. si quis in graui. §. si maritus, hoc eodem tit. & quæ ibi posui. Quid si uilla sciebat, vel putabat eum non esse malefactorem? Areti. latè in l. cùm quidã. §. quod dicitur. ff. de acquir. hære. Quid si iste malefactor erat clericus, utrum uilla illum capere teneatur? alioqui incidat in pœnam? vide Bal. in c. cùm non ab homine, de iudic. Alberic. in 2. par. statut. q. 90. & moder. in rubr. de rebus eccl. alien. uel non. Quid si forensis interficeretur, uel non subditus? vide moder. in d. rubr. qui citant Ang. in l. fi. §. sed cum. C. de seru. fugi. & Alber. in d. loco. An uilla teneatur, si damnum datum est in loco abscondito & occulto? Bar. in l. semper. §. hoc interdictum. ff. quod ui aut clam. Quid si in loco remoto? Barb. in cons. 16. col. 4. in 2. uol. Quid si uilla malefactorem capere non potuit; quia recessit, cum esset in confinibus quãdo maleficium commisit? vide Bar. in l. in delictis. ff. de noxal. vbi multa dixit in materia huius statuti. & omnino eum uideas in consi. 102. Nunquid autem uilla teneatur quando perpetratum est delictum à fortioribus ipso communi, atque ita per uim? Barto. in l. si ideo. C. de his quib. vt indign. & Bart. in d. l. in delictis. Quid si maleficium fuit fortuitum? vide in simili casu Bal. in l. data opera. col. 7. C. qui accus. non poss. & Alberic. in secunda par. statut. q. 92. An hoc statutum sit fauorabile, an odiosum? vide Barb. in cons. 16. in princ. in 2. vol.

Summarium in d. l. j. §. item illud. ff. ad sen. cons. Syllan.

1 *Curia mittit notarium ad uidendum mortuum, & describenda uulnera delicto perpetrato.*

Bar. in d. l. j. §. item illud. ff. ad sena. cons. Syllan.

1 Bart. in ead. l. §. item illud, colligit ex isto. §. illud quod quotidie seruatur, scilicèt, ut crimine perpetrato † curia mittat notarium ad uidendum mortuum, & describenda uulnera; nam nisi prius de crimine constaret, ad ulteriora procedi non posset. vide Barb. in cons. 47. col. 16. in 1. uol. Paul. de Castr. in auth. sed nouo iure. C. de seru. fugit. Bal. in c. quia in ecclesijs, col. 2. in prima fallen. de maior. & obed.

Summarium in d. l. j. §. hoc autem senatus. ff. ad Sylla.

1 *Vicinus ille appellatur cuius uox audiri potest.*

2 *Statuto si cautum est in delictis commissis de notte pœnam esse geminandam, & noctem intelligi debere à sono campanæ, & delictum sit commissum in loco in quo sonus campanæ non auditur, an pœna debeat geminari.*

Bar. in d. l. j. §. hoc autem senatus. ff. ad senat. cons. Syllan.

1 Bart. in ead. l. §. hoc autem senatus, colligit ex tex. eum appellari † uicinum, cuius uox audiri potest. vide Bar. & Alex. in l. si tertius, in princ. ff. de aqu. plu. arcen. Tamen Abb. in c. quodam, in 4. notab. de præsumpt. ait, uicinum esse illum, qui est de patria diuersa, sed non multum distat. & propter hoc limitat dictum Bar. in d. l. si tertius. nam ubi tractatur de ciuitate respectu locorum distantiæ, vicini appellantur loca parũ distantia. vide Ant. de Butr. in c. super specula,

de priuileg.

de priuileg.ubi habetur,quæ dicantur terræ uicinæ. Innoc.in c.calumniam, de pœn. & Feli. in d.c.quoſdam,ubi tradit qui appellentur uicini. Anch.in c.canonum ſtatuta,col.85. de conſtit. Iaſ.in l.non ſolùm.ff.de oper.nou.nunc.& in l.fi.C.de his quib.ut indign.& dum Bar.ſubiungit, quæſtionem,ſi ſtatuto cautum † eſt,in maleficijs de nocte commiſsis pœnam eſſe geminãdam, & noctem intelligi debere à ſono campanæ, & commiſſum ſit delictum in loco, in quo ſonus campanæ illius audiri non poterat,an pœna debeat geminari? vide Ang. de maleficijs, in uoce, de nocte fol.46.col.1,& ſeq.

Summarium in d.l.j.§.hoc reſcriptum.ff.ad ſen.con.Sylla.

Duo uel tria dicuntur eſſe multa.

Dictio ſæpe,accipitur pro duabus uel tribus uicibus.

Bar.in d.l.j.§.hoc reſcriptum.ff.ad ſena.conſ.Syllan.

BART. in ead.l.§.hoc reſcriptum,inquit,duo † uel tria dici eſſe multa.uide gl.& doct.in l.j. ff.de leg.1.Ang.Aret.in §.1.inſt.de iur.perſon.& in trac.de maleficijs,in uer.de pluribus & plu ribus percuſsionibus.Alberic.in 1.par.ſtatutorum,quęſt.10.Abb.in c.ad noſtram,de reb.eccl. non alien.Alex.in l.Imperator,col.3.ff.ad Trebell.Barb.in c.cùm.M.col.35.de conſt.& in d.c. ad noſtram,col.fi.Bal.in c. præſentata, col.2.de teſti.& in c.ſua,de appell.& in c.fin.col. antep. de conſuet.& in c.prudentiam,de off.deleg.& in c.fi.de teſta.in 6.Alexan.in conſi.70. In cauſa uertente,col.2.nu.19.in 3.uol.vbi agit de probatione famæ. idem ait in conſi.151.colu.3. in 5.vol.ubi concludit multos appellari,duos,uel tres. vide etiam Abb.in c.1.in 1.nota.ne cleric. uel monach.ubi loquitur,de uoce,pauca,& de uoce,ſæpe,vide Alex.in l.ſępe,col.2.ff.de re iud. & ibi habetur etiam de uoce,ſæpiſsimè,pluries,& ſimilibus. & Gemin.in c.1.de fili.presbyter. in 6.in §.fi.col.antepe.& in c.ab eo,in gl.ſuper uoce,inſtanter, de appell. in 6. & hanc uocem, ſæpe, † accipi pro duabus uel tribus uicibus,docuit glo.in §.quia uerò ſæpe,in auth.de teſta.& Paul.de Caſt.in ſingulari ſuo.10.uide Anan.in c.fi.de furt.& Alexand.in l.ſi idem cum eodem. ff.de iuriſd.omni.iud.& Arch.in c.quia ſæpe,de elect.in 6.quid de uoce,aſsiduè, exponit, hoc eſt,tempore competenti.ita Abb.in c.1.de offi.archipresb. quãuis illa ſit lectura Ant. de Butr.

Summarium in l.diuus.ff.ad ſen.conſ.Sylla.

Dominus percuſſus poteſt purgare innocentiam ſeruorum ſuorum.

Vulnerati aſſertio an faceret inditium ad torturam.

Bar.in l.Diuus.ff.de ſenatuſconſ.Sylla.

BART. in d.l.Diuus,ſic ait in ſumma. Dominus † percuſſus poteſt purgare innocentiam ſeruorum ſuorum. & de hac re quòd uulneratus dicere poſsit,ſe non fuiſſe uulneratum ab eo, de quo eſt fama,& huiuſmodi aſſertionem facere præſumptionem pro eo, vide Alex. in conſi. 166.Animaduerſis his,col.5.in libro primi & ſecundi vol.& in conſi.1.colu.3. in 3.volu. & in conſi.14.eod.uol.ubi tradit etiam quid iuris ſit, quando uulneratus ait ſe fuiſſe uulneratum à Titio de qua re dicam paulòpoſt. ad prædicta verò vide eundem Alex. in conſi.30.in fin.in 7. vol.Bal.in l.j.col.pen. verſic.item ſi teſtator.C.commun.deleg.Iaſ.in l.j.ff.de eo per quem fact. erit.Cæpol.in conſi.2.in fi.Feli.in c.1.& fi.de præſumpt. & iſta præſumptio, quæ prouenit ab huiuſmodi exculpatione uſque adeò potens eſt,ut exculpatus torqueri non poſsit,quamuis cõ tra eum eſſent indicia ſufficientia ad torturam. Bal.& Iaſ.in l.j. C.commun.de lega.Iaſ.in l.de die ponenda.ff.qui ſatiſd.cogan.& in d.l.j.ff.de eo per quem fact.erit.& Alex. in d.conſ.1.in 3. vol.& in d.conſi.30.in 7.vol.tamen limita hoc non procedere in exculpatione, quam facit offenſus quando eſt in mortis articulo conſtitutus,ſecũdum Bal.in margarita,in uoce,maleficiũ. & ad prædicta vide Crauet.in conſi.6.nu.64.& Lanfrancum de Orian.in tract.de arbitris,in 4. par.nu.4.ubi tenet uulnerato aſſerẽti ſe non fuiſſe uulneratum à tali non eſſe credendum. Nũc aperiamus nunquid uulnerati † aſſertio faciat indicium ad torturam? & eam facere huiuſmodi indicium,docuit Dec.in conſi.362.pro quo uidetur gl. in l. mater. C. de calum.& Alexand. in d.conſi.14.in 3.vol.quamuis contrarium teneat Soci. in conſi.53. in 3.volu.& Crauet.in d. conſi.6.num.64. dicens huiuſmodi aſſertionem nihil nocere reo. & ad rem faciunt trad. per

Craue.

Crauet. in consi. 99. ubi ait si testis dicat se fuisse uulneratum ab aliquo, eum præsumendum esse inimicum illius.

Summarium in l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad sen. cons. Syllan.

1 *Assertio interfecti non probat nisi aliter probetur mors.*
2 *Instrumentum est irritum, & inane si in eo sit apposita clausula continens mulierem fuisse certioratam de uelleiano, & notarius interrogatus quid sit uelleianum, nesciat respondere.*

Bar. in l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad senat. cons. Syllan.

1 BART. in d.l. si quis, in graui. §. si quis moriens, sic ait in summa. Assertio † interfecti non probat, nisi aliter probetur mors. vide Alex. in consi. 104. in 3. vol. & quæ posui in præcedenti lucubrat. ubi agitur tã de imputatione quàm de exculpatione rei. Et dum Bar. hic subiungit, si aliquis assessor ueniens ad mortem dicat se tulisse sententiam propter pecuniam, eius dictum non nocere ei, cui ius est acquisitum, & idem in teste, qui dixit se falsum testimonium tulisse. Ad hoc, quod, dictum est de iudice, uide Feli. in c. literas, nu. 2. de præsumpt. & ad illud quod dicitur de teste confitente se falsum testimonium deposuisse, ut propterea non debilitet testimonium suum, vide Alex. in consi. 124. col. 1. in 6. vol. ubi citat Bar. Bal. & Salic. in l. generaliter. C. de non numer. pecun. & Feli. in d.c. literas, & Angel. in consi. 309. & Alber. de Ros. in tract. de testibus, in 5. & ultima par. Et ex ijs, quæ hic dicit Bar. redditur dubitabilis illa cautela ad inficiendum instrumentum, quam tradit Alberic. in l. fin. §. pen. ff. ad Velleian. scilicèt, ut post celebratum instrumentum
2 † notarius interrogetur, quid sit Velleianum: quoniam si nescit respondere, & apposita sit clausula continens mulierem fuisse certioratam, eo casu instrumentum erit irritum & inane: nam hoc est falsum attento hoc Bartoli documento; nam postquam ius fuit acquisitum parti, nõ est in potestate notarij ei prejudicare, posset enim simulare se nescire quid sit uelleianum, ut ei noceat. & ita in specie oppugnat cautelam hanc Alex. in l. sciendum. col. 14. ff. de uerb. oblig. & uide Iaſ. in l. iusiurandum. §. aut. col. 6. ff. de iureiur. & Corn. in cons. 261.
✱ col. versi. facit quia, in 4. vol. & hoc dictum Bartoli hic de assessore est * cõmuniter approbatum, teste Alex. in d.l. sciendum, col. 2. uide Feli. in c. sicut, in 1. notab. de testi. & in d.c. literas, de præsumpt. Barb. in cons. 30. col. 8. & seq. in 1. vol. & in cons. 90. col. 4. & seq. in 3. vol. Ang. in l. si errore. C. de testa. quem uideas omnino. Alex. in cons. 166. in fi. in lib. primi & secundi vol. Bal. in cons. 252. in 4. vol. & Iaſ. in d.l. iusiurandum.

Summarium in d.l. si quis in graui. §. si maritus. ff. ad sen. cons. Syll.

1 *Vasallus non tenetur auxilium præstare domino iniustè bellanti.*
2 *Villæ & Castra si tenentur capere malefactorem, & aliquis occidit malefactorem, qui poterat impune offendi, non tenetur si non cepit.*

Bar. in d.l. si quis in graui. §. si maritus. ff. ad sena. con. Sylla.

1 BART. in ead. l. §. si maritus, ait, uasallum † non teneri auxilium præstare domino iniuste bellanti. tamen uerior uidetur esse diuersa sententia, & hoc est speciale in uasallo, ut dominus iniustè præliantem defendere teneatur, cùm alioqui obligatus ad defensionem siue ex promissione, siue à lege, sit obligatus ad iustam duntaxàt: ita Aret. in cons. 165. col. 2. & Raph. Cum. in cons. 161. vide quæ posui ad Bar. in l. ut uim. ff. de iust. & iur. in 2. lucubr.
2 Bar. in eod. §. dicit, si uillæ † & castra tenentur capere malefactorem, & aliquis occidit malefactorem, qui poterat impunè offendi, uillam non teneri si non cepit. vide Ang. de maleficijs, col. 70. versi. quæro, in uers. nec non ad denunciationem. & in col. 83. & seq. versi. quæro, ubi latè.

Summarium in d.l. si quis in graui. §. surdus. ff. ad sen. cons. Syllan.

1 *Vicini non intelliguntur illi qui habent domos uicinas, sed introitum per uias diuersas.*

Bar. in d.l. si quis in graui. §. surdus. ff. ad sen. cons. Syll.

1 BART. in ead. l. §. surdus, colligit argumentum, ut vicini † esse non intelligantur illi, qui domos habent uicinas, sed introitũ per uias diuersas. vide Aret. in c. cùm omnes, de maior. & obe. Bar. in l. si tertius. ff. de aq. plu. arcen. & Feli. in c. quosdam, de præsumpt.

Summa-

Summarium in l. ſi quis in graui. §. utrum. ff. ad ſena. conſ. Syllan.

1 *Vindicaſſe non dicitur qui ultrò non uindicauit.*

2 *Officiales poteſtatis qui capiunt bannitos nullum præmium conſequuntur: quoniam hoc non faciunt ſponte, ſed ex debito officij.*

3 *Statutum cõpellens aliquẽ ad compromittendum, ſi ſimpliciter compromittit, dicitur ultrò id promiſiſſe.*

4 *Ille non dicitur ultrò facere, qui aliquid facit caſu fortuito.*

5 *Bannitum qui occidit, cum ignoret eum poſſe impunè offendi, non obſtante ignorantia, debet conſequi præmium impunitatis.*

6 *Verba generalia ratione publicæ utilitatis non recipere reſtrictionem de habilitate.*

Bar. in d. l. ſi quis in graui. §. utrum. ff. ad ſena. conſ. Sylla.

1 BART. in ead. l. §. vtrum. ex principio huius tex. colligit, eum uindicaſſe † non dici qui ultro non uindicauit. & ex hoc infert ad quæſtionem, ſi in una parte ſtatuti ſancitum eſt, eum, qui ceperit bannitum, conſequi debere certum præmium? & in alia parte contineatur, homines illius loci obligatos eſſe capere malefactorem, contingit quòd cœpta rixa, quia quidam uolebat capere bannitum, homines hoc audientes ceperunt bannitum, an debeant conſequi præmium? & decidit quòd non; quia hoc ultrò non fecerunt. vide Bal. in conſi. 294. in 1. vol. & Nellum in 2. par. ſecundi temporis, quæſt. 22. & ſeq. & Barb. in conſi. 45. col. 3. in 3. vol. Similiter infert ad officiales † poteſtatis, qui capiunt bannitos, ut eis propterea nullum præmium debeatur; quoniam hoc faciunt non ſponte, ſed ex debito officij. & de hac re uide pulchra exẽpla apud Feli. in c. de hoc, de ſimon. & ad rem faciunt tradita per Feli. in c. cùm. M. de conſt. ubi ait, eum, qui ſcit ſe poſſe compelli ad aliquid faciendum, ſi illud faciat, etiam non compulſus, non dici ſponte id feciſſe. ſed contra hæc ego arguo: nam ſecundum iura fforum falcidia prohiberi non poterat, ut declarat Bar. in l. Marcellus. ff. ad Trebell. & contra teſtatoris uolũtatem detrahebatur, tamen tex. in l. Titia, in fi. ff. ad leg. Falcid. probat à contrario ſenſu, ſi teſtator eam permittit, dici eius uoluntate deductam quamuis ad eam permittendam iure cogeretur. cogita ſolutionem. Prætereà etiam prædictæ concluſioni unum aliud reluctatur; nam is, qui à ſtatuto † ad compromittendum compellitur, ſi ſimpliciter compromittit, dicitur ultrò compromiſiſſe. Alex. in l. ſi quis maior, in princ. de tranſact. ſed pro ſolutione uide Dec. in d. c. cùm. M. col. 11. uerſi. 2. quàmuis ibi hoc argumentum non adducat. & vide Ang. de maleficijs, col. 79. uerſi. quæro, in illis uerbis nec non ad denunciationem. poteſt etiã pari ratione ex hoc Bartoli documento inferri, præfectis triremium non deberi præmium ſtatutum capientibus piratas uel alios prædones maria deprædantes: quia hoc faciunt ex debito officij eorum, cùm ad id po-
4 tiſsimùm fuerint deſtinati. Subiungit poſteà Bar. nec eum dici ultrò † facere, qui aliquid facit caſu fortuito, & ideo capienti bannitum caſu quodam fortuito præmium non deberi. vide Fel. in c. quæ in eccleſiarum, col. 2. de conſt. & ideo ait Bar. ille quoque qui bannitum caperet ignorans eum eſſe bannitum, ſed repertum in leui crimine, præmium conſequi non poſſe. quoniam neque is dicitur id ultrò feciſſe. vide Alex. in conſi. 1. col. 4. & ſeq. in 3. uol. Cæpoll. in conſi. 7. col. 2. in 1. dub. & Barb. in conſi. 48. col. 8. in 2. vol. Attende quòd contra hanc Bartoli deciſionem uidetur deciſio Alex. in conſi. 114. in 1. vol. ubi ſequendo eundem Bar. in l. inter omnes. §.
5 rectè. ff. de furt. concludit, illum, qui occidit † bannitum, cum ignoraret eũ poſſe impunè offendi, non obſtante ignorantia debere conſequi præmium impunitatis, igitur contra Bar. hic. Cogita ſi dici poſſet, quòd quamuis ignoraret eum poſſe impunè offendi, non tamen ignorabat eum eſſe bannitum & hoſtem patriæ: ideo non immeritò impunitatem aſſequi poteſt. ſed uerba Bar. in d. §. rectè, aliud indicant, dum ait, credulitatem tuam ad incommodum tuum afferri non poſſe, ſed ad commodum: atque ita ſentit Bar. ignorantiam omnino opitulari debere. quid dicendum? Reſpondeas licet caſum hunc longè diſtare à caſu hic propoſito per Bartolum, nã hoc in loco dicit Bar. ignorantem non poſſe conſequi præmium: quia ultrò non dicitur feciſſe quod fecit, atque ita hic ſolùm agitur de præmio, in alio autem caſu agitur de pœna uitanda; quoniam niſi is impunitatem haberet, puniretur, quo caſu iure merito dicendum eſt, cùm iſte

interfectus

interfectus rei ueritate inspecta, posset impunè occidi, ueritatem opinioni esse preferendam, ut liberetur, non autem opinionem esse præferendam ueritati, ut condemnetur. ad quod facit, quia quemadmodum à lucro capiendo ad damnum uitandum non recta fieri solet illatio iuribus uulg. multo minùs ualida est à præmio habendo ad pœnam uitandam, in qua fortè de uita hominis ageretur, qui est finis omnium productorum. l. in pecudum. ff. de usur.

6 Bar. in hoc eod. §. in secundo responso, inquit, uerba † generalia ratione publicæ utilitatis non recipere restrictionem de habilitate. Vide Ias. in l. de quibus. nu. 30. ff. de legi. in l. j. §. si nunciatio. ff. de oper. nou. nunc. & in l. si filiusfamilias. col. 2. ff. si cert. pet. in reliquis autem restringuntur, secundum gl. not. in l. j. C. de fid. instr. sed hoc (ut prædixi) speciale est fauore publico, cuius intuitu licet transgredi leges, ut uidere est apud Feli. qui multa colligit exempla scitu digna in c. nonnulli. nu. 88. de rescript. Ex ijs Bar. in vers. uenio ad secundum infert ad decisionem quæstionis, si statuto cautum est, forensem in eius territorio possessiones emere non posse, si dicatur de statuatur, qui dederit tale castrum, habeat talia bona, ut forensis fauore publico non excludatur ratione inhabilitatis. vide ad rem hanc trad. per Ias. in l. non dubium. col. 8. uer. item de. C. de legi. & in l. j. col. 2. C. de sacros. eccl. ubi ex hac regula ad duo notabilia infert, & in d. §. nunciatio, colu. 4. versi. circa limitationem, ubi aliqua in contrarium adducit. Et aduerte quia in d. l. j. de publica utilitate agitur, & tamen non comprehenditur persona inhabilis, etiam inspecto iure ciuili, ut ibi uide Dec. in c. quæ in ecclesiarum, col. 6. versi. quartus, de const. Et pro regula huius tex. facit quod in simili casu uoluit Bal. in l. ij. C. qui accus. non poss. & Barb. in cons. 20. colu. 19. in 2. volu. Anchar. in c. canonum statuta, colu. 50. in fin. de constit. & Bald. in cons. 53. in 1. volum.

Summarium in d. l. si quis in graui. §. eleganter. ff. ad sen. cons. Sylla.

1 *Causæ duæ quando concurrunt, quarum una prodest, & alia nocet, inspicienda illa quæ nocet.*

Bar. in d. l. si quis in graui. §. eleganter. ff. ad sena. cons. Sylla.

1 Bart. in ead. l. §. eleganter, in 3. notab. ait, quando concurrunt † duæ causæ, quarum una prodest, & alia nocet, inspiciendam esse illam, quę nocet; tamen distinguit posteà ut hic per eũ, & in l. si uir. ff. pro donat. De hac regula uide omninò & declara ut per Imol. in cons. 35. maximè in 4. col. uersi. ad tertium. Bal. in procem. Gregor. uersic. sed quid si. Barb. in c. cùm super, de offic. deleg. & Aret. in cons. 92. col. fi. Et quòd attendatur id quod nocet, uidetur probari in c. intelleximus, & ibi Feli. de iudi. ex hac regula infert Feli. in c. causam, post numerum. 7. de iudi. monachum, qui etiam est canonicus Papæ, delegatum esse non posse; quia qualitas monachatus tanquam nocens impedit. Quid autem in casu mixto dicendum sit? Felin. in c. 1. in princ. de except. ait, attendendum esse quod prodest. & idem tenet in c. 1. col. 5. de re iudi. quamuis hoc ideo ibi sit, quia effectus est inseparabilis. Limita prædictam regulam ultra Bar. non procedere ubi de fauore sustinendi testamenti ageretur. l. si mater. C. de inoff. testam. Item limita, quando illud, quod prodest, reduceret nos ad ius commune. Bal. in l. si quis decurio. C. de fab. pro qua opinione faciunt trad. per Feli. in c. cùm omnes, col. 4. vers. tertiò probatur, de constit. ubi habetur ea, quæ certam exigunt solennitatem ualida esse etiam sine illa solennitate quando reditur ad ius commune. & de materia huius. §. vide Aretin. in l. qui totum, colum. 3. ff. de acquiren. hæred.

Summarium in l. & si certus. ff. ad sena. cons. Syllan.

1 *Principalis criminosus potest torqueri.*

Bar. in l. & si certus. ff. ad sena. cons. Sylla.

1 Bart. in d. l. & si certus, inquit, principalem † criminosum posse torqueri. Tu tene mandatarium posse interrogari de mandante, ut per Ang. de maleficijs, in uoce, Sempronium mandatorem, col. 100. vers. bene.

Bar. in l. si exhæredatus. ff. ad sen. cons. Syllan.

Ad ea, quæ tradit Bar. in hac l. in fi. uide Ias. in l. si is à quo, col. 45. vers. quartò. ff. de usucap.

Summa-

Summarium in l. in cognitione. ff. ad ſena. conſ. Sylla.

1 *Accuſatio facta contra occiſores habet effectum confiſcationis bonorum contra hæredes extraneos infra quinquennium.*

2 *Sententia lata contra hæredes propter inultam necem defuncti habet effectum contra hæredes quò ad publicanda bona infra quinquennium.*

3 *Delictum in omittendo eſſe perfectum quando eſt lapſum tantum temporis infra quod commodè facere potuiſſet.*

Bar. in l. in cognitione. ff. ad ſenatusconſ. Sylla.

BART. in d.l. in cognitione, ſic ait, Accuſatio † facta contra occiſores habet effectum confiſcationis bonorum contra hæredes extraneos infra quinquẽnium. de hoc tempore uide aliquid per Ang. de malefic. in uerſi. Eius bona publicamus. col. 4. Et attende quoniam bona, quæ ob aliquod crimen ipſo iure ad fiſcum deuoluuntur, lapſo quinquennio amplius à fiſco acquiri non poſſunt, per tex. & ibi doct. in l. ij. C. de uectigal. commiſ. & ibi Bar. & Bal. & Bar. in l. commiſſa. ff. de public. & in conſi. 81. & Bal. in l. iij. C. ſi prop. pub. penſ. Et quamuis Bar. aliter & plenius materiam hanc uideatur aperuiſſe in l. in omnibus. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. cuius diſtinctionem tanquam ueriorem amplexus eſt Abb. in c. cùm nobis, de præſcript. & Paul. de Caſt. in l. fi. C. de ſacroſ. eccl. tamen forte prædicta opinio ualidior eſt, ſi iura & authoritates conferantur. Et dum Bar. hic in col. ſeq. inquit, ſententiam latam † contra hæredes propter inultã necem defuncti, habere effectum contra hæredes quò ad publicanda bona infra quinquennium: Dicas tu hoc procedere fauore publico, aliàs ſecus. Bar. in l. cùm filiusfamilias, in principio, col. 2. ff. de verb. oblig. ad quem alij * communiter acceſſerunt. Et dum ſubiungit contra huiuſmodi hæredes cauſam eſſe ciuilem, uide pro declaratione Alexandrum in conſi. 172. in 5. volum. Dicit quoque Bar. tunc hæredes dici negligentes, quando tranſiuit tantum tempus, quòd commodè potuerunt accuſare, & non accuſarunt. uide Alex. in conſi. 19. in 1. vol. Barb. in conſ. 17. col. 10. in 2. vol. Aret. in conſi. 150. col. 3. & ſeq. & Feli. in c. 2. de magiſt. col. fi. & dũ Bar. ex hoc infert, delictum † in omittendo eſſe perfectum, quando eſt lapſum tantum tempus, infra quod commodè facere potuiſſet: attende, quia delictum in non faciendo communiter committi non ſolet niſi præcedente monitione. Felin. in cap. cùm olim, inter numerum. 9. & 10. de teſti. immo quando aliquis non facit quod debet infra tempus debitum, & in obligationibus etiam iuratis, poteſt mora quandocunque purgari, quando lapſo tempore non ſuccedit obligatio ad aliud. l. ſi ſeruus. §. ſequitur. & l. interdum. §. fi. ff. de uerb. obliga. & l. ſemel mora. ff. ſol. matr. ubi uide quæ poſui ad Bar. & ex hoc infert Card. Iacobat. in tract. de Concilio in lib. 7. Papam, qui iurauit congregare Concilium infra biennium, poſſe moram purgare, & illud elapſo biennio congregare.

Summarium in l. lege Cornelia. ff. ad ſena. conſ. Syllan.

Præmium primo deberi ex bonis damnati, poſteà ex bonis occiſi, & ſi non ſufficiunt ex publico.

Fuga an probet maleficium.

Fuga an ſit maleficium.

Bar. in l. lege Cornelia. ff. ad ſenatusconſ. Syll.

BART. in d.l. lege Cornelia, dum ait, præmium † primò deberi ex bonis damnati, poſteà ex bonis occiſi, & ſi non ſufficiunt, ex publico. uide Angel. de malef. in uoce, ſenatu publico, col. 4. quæſt. 13.

Bar. in ead. l. tractat, an fuga † probet maleficium? & dum citat. l. conſiliarios. C. de aſſeſſor. attende quia. d.l. conſiliarios, non intelligitur de illo, qui depoſito magiſtratu ante ſyndicatum aufugit, ut intelligit Bar. in d.l. conſiliarios, ſed de eo, qui ſubtraxit, & fecit fugere, ut habetur etiã in l. iij. de exact. tribut. lib. 10. ut dicit Salic. in l. in bonæ fidei, colu. 10. C. de iureiur. Roma. in l. admonendi, colu. 25. ff. eod. tit. & uide Felin. in c. nullus, de præſumpt. Cæpoll. in conſi. 29. & in conſi. 31. col. 1. Barb. in conſi. 47. col. 16. & ſeq. in 1. vol. Seuer. in tract. de debitoribus ſuſpect. & fugit. in 1. quæſt. col. 2. Bal. in conſi. 250. col. 2. in 1. vol. ubi etiam ponit, an fuga † ſit maleficium?

cium? & in consi. 32. in 3. vol. vbi tradit, an fuga unius noceat alteri. & Corn. in consi. 51. col. 5. in 1. vol. & fugam nullum facere indicium quãdo aliquis est inquisitus, docuit Bar. in l. j. ff. de ijs qui ant. sent. sibi mort. consc. & idem esse quando etiam sola subest suspicio de inquisitione fienda, quamuis nondum sit formata, docuit Roma. in hac. l. quem sequitur Dec. in consi. 234. & quoniam de fuga alibi plenius egi, ulterius non progrediar.

Bar. in l. si quis. ff. si quis aliq. testa. prohib.

CIRCA istam. l. dubitari solet, utrum in §. fratris, sentiat de portione fratris delinquẽtis an non. & eum de portione delinquentis esse intelligendum, uidetur uelle Bar. si rectè inspicietur in l. cùm ratio. ff. de boni. damnat. & ita ibi tradita per Bar. intellexit Roma. in sing. 461. quàmuis dicat eius intentionem in hoc tex. non probari.

Summarium in l. uirum. ff. si quis aliq. testa. prohi.

1 *Præiudicare quomodo ego possum uenientibus ab inteſtato, qui non præcedebant in gradu.*
2 *Quomodo probabitur, aliquem fuisse prohibitum testari ab aliquo.*
3 *Testator, si dicat coram duobus uel tribus testibus, se coactè fecisse testamentum, & sibi metum fuisse illatum à substituto, hoc sufficit, ut ei tanquam ab aliquo auferatur hæreditas, & fisco applicetur.*

Bar. in l. virum. ff. si quis aliq. testa. pohib.

1 BART. in d. l. virum, in princ. quærit quomodo ego † possum præiudicare uenientibus ab inteſtato, qui non præcedebant in gradu. dicitque hoc fieri posse quando fui institutus; quia tunc nullus est, qui me præcedat: quia in successione prior est causa testamenti. Ex hoc Bar. documento consuluit Alex. in consi. 193. viso themate, in libro primi & secundi uol. per illam clausulam, quæ poni solet, in legitimatione, sine præiudicio uenientium ab inteſtato, non impediri, quin pater possit instituere filios naturales legitimatos, & excludere uenientes ab inteſtato qui non tenẽt primum locum in actu successionis, ut eruditè admodùm ibi habetur. & quid operetur ista clausula, vide latè Alex. in consi. 187. & in consi. seq. in 5. volu. Ang. in consi. 264. cum consi. seq. Soc. post Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. Soc. latè in cõsi. 95. Curt. plenè in consi. 16. in consi. 17. in cons. 18. & omninò in cons. 19. nu. 9. & in consi. 7. post numerum. 8. & Dec. in cons. 393.

Bar. in ead. l. uers. quæro quomodo practicabitur, tradit quomodo in hac materia agi debeat: vide tu ad declarationem huius quæst. Alex. in cons. 172. in 5. vol.

2 Bar. in ead. l. col. fi. versi. quæro qualiter, tradit quomodo † probabitur aliquem fuisse prohibitum testari ab aliquo. vide not. Bal. in consi. 150. in 3. vol. & plenè Corn. in cons. 84. in 4. vol. & consilium datur quando infirmus non audet facere testamentum, fortè quia consanguinei prohibent notarios, & testes ad eum accedere, ut iudex ex officio suo accedat ad eum, & secum ducat notarios & testes, ut ita testamentum liberè conficiatur. tex. est & ibi Bar. & alij in l. cum ff. de testi. tradit Bal. nouell. in tract. de dote, in 18. priuileg.

3 Bar. in ead. l. in fi. subiungit, si testator † dicat coram duobus, uel tribus testib. se coactũ fecisse testamentũ, & sibi metum fuisse illatum à substituto; hoc sufficere, ut ei tanquam ab indigno auferatur hæreditas, & fisco applicetur. vide Bal. in l. j. in fi. C. eod. tit. & in l. j. col. fin. C. de testa. ubi sentit contrarium. & plenè de materia huius. l. vide Barb. in cons. 26. in 3. volu. uide etiam Alex. in cons. 78. Viso & diligenter, col. 3. nu. 7. ubi ex dictis Bar. hic colligit suspicionem & timorem, esse passiones, quæ pendent ab animo.

Summarium in l. j. ff. de iur. codicill.

1 *Clausula codicillaris subintelligitur in testamento inter patrem, & filium.*
2 *In clausula codicillari repetitæ sunt omnes qualitates, quæ in prima institutione continentur.*
3 *Clausula codicillaris nunquid operetur rupto testamento natiuitate posthumi, ut legata debeantur, & hæreditas per fideicommissum sit hæredi instituto restituenda.*

4 Hæreditas

4 *Hæreditas quando esset restituenda hæredibus scriptis in testamento uirtute clausulæ codicillaris, eo casu una tantum quarta detrahi potest.*
5 *Vi clausulæ codicillaris censentur esse rogati uenientes ab intestato.*
6 *Circa clausulam codicillarem inspicienda sunt eius uerba.*
7 *Clausula codicillaris magis ponitur ex consuetudine notariorum, quàm ex uoluntate testatoris.*
8 *Notarius semper intelligitur rogatus de omnibus clausulis consuetis.*
9 *In instrumento quicquid scriptum est, censetur appositum de uoluntate partium.*
10 *Subiunctiuum capi pro futuro, de præsenti nihil operatur.*
11 *Clausula codicillaris operetur ut iure fideicommissi debeatur, quod directò relictum est.*
12 *Verba illa, si non ualet iure codicillorum, ualeat iure cuiuslibet ultimæ uoluntatis, quid operentur*

Bar. in l.j.ff.de iur.codicill.

BART. in d.l.j. in princ.tradit de ui & uirtute clausulæ codicillaris. Adde tu clausulam † codicillarem subintelligi in testamento inter patrem & filium. gl.in l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de uulg.& pupill.Item quando instituta esset persona multùm dilecta, uel causa pia,ut per Iaſ.in l.precibus,col. 10.C.de impub.ubi ponit,clausulam hanc operari ut uerba directa fiant obliqua. An autem operetur restitutionem iuris accrescendi,quod accreuisset instituto si testamentum ualidum fuisset? vide quæ ponã infrà in hac ead.l. Adde etiam in ista † clausula repetitas esse omnes qualitates,quæ in prima institutione continentur. Soc.in consi. 118. col.4.& seq.in 1.vol.Et de ista clausula uide Dec.in consi.242.ubi tradit,an uirtute huius clausulæ relicta debeantur uenientibus ab intestato, quando hæres institutus præmoritur testatori? & plenius in consi.248.Soc.in consi.140.col.3.in 1.vol.adde eundem in consi.218. col.4. & seq.eod.vol. An autem ista clausula operetur, ut uulgaris substitutio trahatur ad fideicommissariam? & dicas quod non,quoniam hoc esset contra uoluntatem ipsius testatoris, alioqui uerò in compendiosa,ut eleganter declarat Dec.in consi.291. Nunquid clausula † codicillaris operetur rupto testamento natiuitate posthumi,ut legata debeantur,& hæreditas per fideicõmissum sit hæredi instituto restituenda? Alex.in consi.80. & in consi.31.in 3. volu. & in consi. 102.eod.vol.Ang.in consi.108.& in consi.396.Soc.in consi.93.in 4.vol. Bar. & doct. in l.filio præterito.ff.de iniust.testam.Aret.in consi.92.colu.4.usque in fin.ubi not.loquitur,& omnino Dec.in consi.490.Attende tamen quia in huiusmodi,casu,quando hæreditas † esset restituenda hæredibus scriptis in testamento uirtute clausulæ codicillaris,eo casu una tantum quarta de trahi posset: quia ex quo restitutio fieret uno & eodem tempore, legitima & trebellianica detrahi non possent,secundum * communem doct.sententiam,de qua habetur apud Alexan.in d. consi.102.in 3.vol.Item aduerte,quoniam ista clausula equiparatur clausulæ,omni meliori modo, Felin.in c. cùm super,de offic.deleg.ubi tradit etiam sex uel septem effectus memorabiles, quos operatur ista clausula,omni meliori modo.& hoc in loco non est silentio prætereundum, tutius esse,ut aliquid relinquatur in codicillis,quàm in testamento; quia testamentum alio testamento reuocatur,sed codicilli non reuocantur per alios codicillos neque per testamentum, nisi expressa fiat mentio.§.non autem,inst.de codicill.hæc Cæpol.in caut.87.

Bar.in ead.l.col.1.uersi.uenio ad materiam,ait,ui huius † clausulæ censeri rogatos esse uenientes ab intestato. sed an sub eadem conditione, quæ apposita fuerat in testamento? vide Soci. in consi.218.col.4.cum seq.in 1.vol.ubi ex dictis Bartoli hic partem affirmatiuã amplectitur.

Bar.in ead.l.col.3.uersi.sextò quæro,circa istam † clausulam ait, inspicienda esse eius uerba; quia si sunt præsentis temporis,si non ualet,& tunc deficit conditio: quia uerum est eo tempore ualuisse testamentum. si uerò adiectum est etiam uerbum futuri temporis,non ualebit,& eo casu porrigitur ad testamentum,quod rumpitur natiuitate posthumi. vide Angel.in l.j. C.eod. titu. & in consi.53.& in consi.76. & Bar.in l.qui filiabus.ff.de leg. 1.ubi uidetur sentire contrarium. & Alexand. ibi declarat. & in consi.285. Circa primum,in libro primi & secundi volu.

& in

& in consi.41.col.pen.in 1.vol.& in consi.123.col.pen.eod.vol.& in consi.30.Ponderatis his in 2.vol.& in consi.87.In causa mota, col.3.eod. volu. & de ista conclusione Bartoli vide Ias.in auth.ex causa,col.pen.de liber.præter.& istam conclusionem Bart. tenuit etiam Bald. in consi. 243.incip.Relictum,in 3.vol.in consi.20.incip.Clausula,in 1.vol. Aret. in consi.24. Quatuor dubia,& in consi.14.& in consi.93.Viso,col.7.versi.si verò testator.& latè in consi.fi. ubi dicit
* hanc conclusionem esse * communem,idem consuluit Io.Baptista de sancto Seuerino, & Soci. quos retulit Aret.in d.consi.fi.Roma.in cons.122.Card.in consi.20.Paul.de Cast.in l.sicut certi,col.1.C.de testa.milit.& multi prætereà alij,quos longum esset referre. & ad hæc uide quæ posui suprà in hac ead.l.in 1.lucub.

7 Bar.in ead.col.sentit,clausulam † codicillarem magis poni ex consuetudine notariorum,quã ex uoluntate testatoris. Ad hoc accedit Alex.in consi.140.Ponderatis.in fi.in 1.vol.& in cons. 82.col.8.in 4.uol.Barb.in consi.42.Illud afferam.col.11.in 1.vol.& in consi.15.Præclarè scripsit,in 2.vol.Curt.in consi.49.Recolendæ memoriæ. hoc idem uoluit Soc. in consi.250.ins. in 1.vol.& ideo ait idem Soc.in consi.94.in 4.volu. parum esse attendendam istam clausulam, cùm ex consuetudine apponatur. Tamen dicas tu eam suum effectum operari.cum ex uoluntate testatoris apposita censeatur,secundum Alex.in consi.50.col.5.nu.8.in 6.volu.& in consi. 89.in fi.in 7.vol.& in consi.102.in 3.vol. & ad prædicta uide omnino Decium in l. semper in stipulationibus.ff.de reg.iur.& omnino in c.cùm.M.colu.3.de const.& contra Bart. hic,ut non
8 censeatur apposita ex cõsuetudine,facit,quia semper censeret apposita,quia notarius † semper intelligitur rogatus de omnibus clausulis consuetis.l.fi. & ibi gl. C. de fideiussor. immo si non fuerunt appositæ, præsumuntur omissæ per errorem, & habentur pro appositis: ut declarat Soc.in consi.101.col.2.in 3.vol.& Feli.latè in c.cùm.M.nu.7.de const. & ideo inanis & superflua redderetur talis ac tãta doctorum dissensio,qui distinguũt sit ne apposita clausula codicillaris,an non? & per quæ uerba concepta fuerit,an per uerba præsentis temporis, an futuri? ut paulòante dixit Bar.ad quid enim perditio hęc,si semper apposita existimaretur? & contra hoc Bartoli documentum tenuit Imol.in l.filio præterito,col.14.ff.de iniust.rupt.testa. & in consi. 285.circa primam in libro primi & secundi vol.col.5. quod consilium est repetitum in consi. 103.in 3.vol.& in consi.125.Visis,col.antepen.in 1.volu.& ideo attende perquam diligenter Bartolum qui non affirmat,clausulam hanc apponi de consuetudine,non ex uoluntate, sed conditionaliter loquitur,si ita esset. Item obstaret prædictis,quia quodcunque scriptum est in in-
9 strumento, censetur appositum de uoluntate partium. gl.in l.sciendum.ff.de uerb.oblig.& ibi Ias.col.12.uersi.in ea. & uide Dec.in d.c.cùm.M.in 4.notab.uersic. & ex.& circa hanc rem de Curt.in consi.3.propè fi.Bal.in d.l.fi.C.de fideiussor.in fin. & in l.j.vbi Ias.C.de iur.emphyt. Barb.in rubrica de fid.instrum.col.38.& in consi.66. inter consilia Alexandri in 4. vol.colu. Alexand.in consi.1.in 5.vol.col.5.& omnino Barb.in repet.c.Raynaldus,col.108. de testa. pro Barto.hic faciunt trad.per Ant.de Butr.& Abb.in c.quintauallis,& in c.cùm contingat, de iureiur.& Barb.in consi.6.in secundo dubio in 3. vol. Illud quoque scias, clausulam codicillarem, quæ tacitè intelligitur apposita in testamento, non esse tantæ potentiæ sicut est expressa.Crauet.in consi.34.

10 Bar.in ead.col.propè fi.ait,subiunctiuum † capi pro futuro,quando de præsenti nihil operatur. hoc idem tenet Bal.in l.cùm tale.§.falso.ff.de condit.& demonstr.Aret.in l.gerit, col.4.ff. de acq.hæred.sed obst.quod habetur in l.qui se patris,in 1.par.primæ glo. C.und.liber.ubi illa uerba,nolo adire,communiter non inducunt dispositionem: quia non referuntur ad futurum. & tamen intelligendo ea in tempore præsenti nihil operantur.

11 Bar.in ead.col.pen.in princ.& in antepen.in fin.inquit, illa uerba clausulæ † prædictæ operari ut iure fideicommissi debeatur,quod directo relictum est. Hoc idem sequitur Alex. in consi. 161.Examinatis,in 4.vol.ex quo posset inferri,ius accrescendi,quod accrescit instituto si testamentum ualuisset. non uenire in restitutione ui clausulæ codicillaris. de qua re latissimè agit Bulgar.in disputatione impressa incip. Postulas à me scholaris. & Alex. in consi.26.colum.3.

in primo uol.& omnino uide, quæ posui suprà in hac ead.l.in prima lucubrat.

Bart.in eadem l. col.fin.versicu.decimoseptimò quæro, tradit, quid operentur illa uerba, si
12 non † ualet iure codicillorum, valeat iure cuiuslibet ultimæ uoluntatis, quæ in dicta clausula apponi consueuerunt. vide aliqua per Alexand.in l.nemo potest, colu.2.ff. de leg.primo. Et dum Bart. subiungit, hæc uerba operari, vt testamentum ualeat iure uoluntatis minus solennis. vide Alexand.in consi.9.in fi.in primo uolu.& in consi.20. viso processu,colu.1.in eodem volu.& in consi.184. viso processu in causa, in libro primi & secundi uolu. & in consi. Ponderatis his,col.pen.in 3.volu. vbi loquitur quando in testamento defectus esset substitutionis. Et vide omnino quæ posui suprà in hac ead.l.in prima lucubrat.

Summarium in l. siquis cum.ff.de iure codic.

Verba illa quisquis mihi hæres, extendi ad successores.

Bar.in l.si quis cum.ff.de iur.cod.

BART. in d.l.si cum,colligit ex tex. uerba ista, quisquis † mihi hæres, extendi ad successores. vide Iaſ.in rubrica.ff.de lib.& posth.& omnino Raph.Cuma. in consi.84. & Bal. in consi. 170.col.fi.ubi declarat in 5.vol.& dum Bar. postea dicit hæc uerba esse referenda ad hæredes scriptos in testamento, vide Alex.in l.iij.col.2.ff.de leg.1.

Summarium in l.conficiuntur.§.codicilli.ff.de iure codic.

Ciuis si esset in uilla, & non haberet nisi quinque testes, an cum illis possit facere testamentum.
Clausula ex certa scientia, æquiparatur clausulæ de plenitudine potestatis.
Clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, uidentur tollere omnem subreptionem.
Rustici qui dicantur.

Bar.in l.conficiuntur.§. codicilli.ff.de iur.cod.

BART. in d.l. conficiuntur.§. codicilli, quærit, si ciuis † esset in uilla, & non haberet nisi quinque testes, an cum illis posit facere testamentum? & decidit non posse: quia hoc priuilegium concessum est rusticis, & sic personis, non loco. Vide Iaſ. in §.item Seruiana, col. 4.institu.de action.

Bart.in eodem §. agit de clausula, ex certa † scientia. Dicas tu clausulam hanc æquiparari clausulæ de plenitudine potestatis. Socin.in consilio 156. columna secunda.in primo uolu. & in consi.174.eodem uolumine. glo. & Abb.in cap.ad hoc,in uerbo, elegit, de rescript.Roma.in singul.757. Feli.latè in capitulo nonnulli,de rescript. & in capitulo cùm inter priorem, nume.9.de except. Alexand.in consilio 41.in fi.in 5.vol.& in consi.92. nume.32. in sexto uolu.Dec.in consi.198. Item solent huiusmodi clausulæ poni per principem ad tollendum ius tertij. Soci. in consi. 272. in primo uolu. colu. penult. tamen dic ea non operari quò ad defectum substantialium, sed quò ad defectum solennitatis tantum. Felin.in capitulo secundo, nu. quinto de rescript. vide etiam eundem in capitulo postulasti, nume. 61. de rescript. Attende aliud scitu dignum in hac materia, nam & si istæ clausulæ † omnem subreptionem tollere uideantur, hoc tamen sanè intelligendum est, scilicèt si princeps cum causæ cognitione rescriptum concessisset, alioqui non. Prætereà illud uerum est in ijs, quorum scientiam princeps præsumitur habuisse: vt putà in ijs quæ in iure consistunt,alioqui si in facto, Soci.not.in consi. 164.col.4.in primo uol.Alex.in consi.121.col.8.in 4.vol. Et de uirtute istarum clausularum, vide Curt.in consi.49.nu.49.& in consi.35.col.fi.vbi ait per eas non tolli statuta & consuetudines,nisi de illis saltem in genere facta sit mentio.

Bar.in eodem loco quærit, qui dicantur † rustici. vide Iaſ.in §.Item Seruiana,col.4.institit.de action.& an habitatores castrorum sint rustici? vide in l.j.C.ne ope.& coll.lib.10.

De iure codicillorum.

Summarium in l.quod per manus.ff.de iure codic.

1 *Principale non confirmatur ab accessorio,*

Bar.in l,quod per manus.ff.de iure codic.

1 BAR. in d.l.quod per manus,inquit,principale † non confirmari ab accessorio. pro declaratione uide Oldr.in consi.138.facit.l.ex pupillari,vbi Ias.ff.de uulg.pupill.

Summarium in l.literæ quibus.ff.de iure codic.

1 *Si promitto te hæredem facere,huiusmodi promissio est contra bonos mores.*

Bar.in l.literæ quibus.ff.de iure codic.

1 BART. in d.l.literæ, ait, si promitto † te hæredem facere, huiusmodi promissionem esse contra bonos mores. vide Fulg. in consi.30.

Finis primæ partis.ff.Infortiati.

IOAN. HIERONYMI
CARDINALIS ALBANI
LVCVBRATIONES IN BARTOLVM
ad ſecundam partem. ff. Infortiati.

Summarium in l.j.ff.de lega. primo.

1 *VCRA quando adæquantur uel exæquantur ad inuicem, illud plus, quod una res habet, alteri tribuitur.*
2 *Fideicommiſſa olim non fuerunt clarè exæquata legatis de iure fforum. ſed poſteà id factum ſuit per iura magis noua.*
3 *Inter legata & fideicommiſſa adhuc eſt differentia.*
4 *Fideicommiſſa uniuerſalia, particularibus non æquiparantur.*
5 *Si hæreditas non eſt ſoluendo, hæres qui non conficit inuentarium, tenetur ad integra debita, & legata.*
6 *Pro legatis, & fideicommiſſis tres competunt actiones.*

Bar. in l.j.ff.de leg.primo.

1 BART. in d.l.j.in princip. verſ. pro cuius declaratione, ait, quando plura † adæquantur uel exæquantur ad inuicem, illud plus quod una res habet, alteri tribui. Ad hoc vide Raph.Cuma. in conſi.583. Et de iſtis uerbis, in omnibus & per omnia, de quibus habetur in iſto tex.uide textum,& ibi Alex.in apoſtil. ad Bar.in l.ij.§.furioſi.ff.de iur.codicill. & Raph.Cuma.in conſi. 108. in ſecundo dub. & vbi unum adæquatur alteri in omnibus & per omnia, ei iura omnia tribuantur: vide Aret. in conſi. 19.colu. pen.& in d.conſ.habetur bona limitatio in propoſita re,ut ea, quæ fiunt cum maxima difficultate,non intelligantur conceſſa,eò quòd facta ſit exæquatio in omnibus & per omnia. Et dum paulò poſt ex ijs infert Bar.ad quæſtionem,quando à ſtatuto exæquata fuit conditio nobilium & popularium,quid indicent iſta uerba: vide Ang.in auth.ſucceſsione. C. de ſuis & legit.& in l.ij.C.de lega.

Bar.in ead.l.col.2.inquit,fideicommiſſa † nõ fuiſſe olim clarè exæquata legatis de iure fforũ, ſed poſteà id factum fuiſſe per iura magis noua. vide Ang.in §.1.col.4.in glo.exæquare, inſtit. de leg. Item attende quia text. in d.§.1. corrigit ius in quo natura fideicommiſſorum plenior erat,quàm natura legatorum,& uelle intelligere textũ illum, vt corrigat ius antiquum ante ius fforum,eſt erroneum,cùm illud correctum fuerit à iure fforum,vt per Bart.hic. & ita conſiderat Ang.in d.§.1.colu.4.quo ſtante conſequens eſt, vt etiam de iure fforum plenior ſit natura fideicommiſſorum,quàm legatorum,cùm in d.§.1.ſit facta in utriſque una tantum natura, igitur malè hic loquitur Bar.per iſtum tex.

Bar.in ead.l.col.2.verſ.opp.2.ait,adhuc eſſe differentiam † inter legata, & fideicommiſſa, vt patet in libertate. Aduerte tu quoniam adhuc patronus, qui manumittit, habet contratabulas in teſtamento liberti,ſi ab eo prætereatur; quamuis per fideicommiſſum manumittere teneretur.l.qui ex cauſa.ff.de bonis libert.l.j.C.de bonor.poſſ.contratab.libert.vbi Iaſ.& in d.l.ſi filiusfamiliàs in princ.ff.de fideicommiſſ.libert.

Bar.in ead.l.col.3.verſ.tertia regula eſt,inquit,fideicommiſſa† uniuerſalia particularibus non æquiparari: nam fideicõmiſſarius uniuerſalis cogit hæredem adire,particularis aũt non.rationem huius dicti affert Iaſ.in l.ſi.C. de ſacroſ.eccl. & relictum eccleſiæ uel ciuitati tranſit abſque aliqua diminutione.ita Bar.in diſput.incip.Filium adultum.quam diſputant Bal. & cæteri in d. l.ſi.& in auth.ſimiliter.C.ad leg.Falcid.& vide in l.non amplius.§.ſi.in 1.& 2.col.infrà eod.titu.

aliam differentiam inter fideicommissarium uniuersalem & particularem,collige ex tradit. per Iaſ.in l.re coniuncti,col.48.ff. de leg.3.dum quærit utrum inter fideicommissarios uniuersales locum habeat ius accrescendi.

5 Bar.in eadem l.col.4.in principio,inquit,si hæreditas † non est soluendo, hæredem, qui non conficit inuentarium, teneri ad integra debita & legata. Tu aduerte,quia etiam isto casu præiudicium posset afferre, quando hæres non esset soluendo, & quamprimum satisfaceret legatarijs: nam eo casu creditores remanerent decepti. nisi fortè diceretur eos habere actionem reuocatoriam ex titulo, quæ in fraudem creditorum.l.quæ autem.§. pen.ff. quæ in fraud.cred. tamen etiam tunc probationibus grauarentur,quæ in illa materia exiguntur. Et dum Bar.subiungit,fideicommissum particulare posse restitui procuratori in rem suam, alioqui autem uniuersale. Dicas hoc esse uerum, etiam si huiusmodi procurator non peteret nomine suo sed legatarij: ita Ang.in l.apud Iulianum.§.utrum.ff. ad Trebell.

6 Bar.in eadem col.vers.circa istud ultimum,tradit,pro legatis † & fideicommissis competere tres actiones,scilicèt personalem, in rem, & hypothecariam. Tamen Bart. in l.huiusmodi.§. Titio,infrà eodem titu.præbet consilium,ut agatur actione reali. Et de hac re uide Alexandr. consi.240. Viso & considerato,in lib.primi & secundi uol.& quando actiones,quæ competunt pro legatis,dicantur competere,vide Soc.in consi.269.in primo uol.posteà subiungit Bar.pro quibus legatis competat actio personalis. vide Iaſ.in l.j.C. commu.de leg. Progreditur deinde Bar.& agit de actione reali, dicens, aut legatum est uniuersale, aut singulare, aut generale,tu dic si non ualent de iure communi, non dari actionem ex testamento, vt inquit Iaſ.in l.ij.C.de instit.& substitu. sub condit. fact. Et contrarium eius, quod hic habetur de peculio,vide apud Bar.in rubrica.ff.solu.matrimo.in fin.Postremò Bart.in fin.huius.l.agit de actione hypothecaria,quæ competit pro legatis.sed an fideicommissarius uniuersalis agere possit hypothecaria Ant.de Fano in tracta.de pignoribus & hypothec. dicit eum agere posse quando restitutio esset facta uerbaliter tantum,alioqui uerò si esset facta re ipsa, quoniam tunc esset perfectè dominus. & ibi in dicto tracta. vide latè de materia hypothecariæ. vide etiam Ioan.Crot. in repet. l primæ.nu.34.ff. solu.matrimo.& de natura omnium actionum,tradit Baptista à sancto Blasio in suo tract.de actione.

Summarium in l.ij.ff. de leg.j.

1 *Inter legatum, & donationem causa mortis est differentia.*

2 *Donatio causa mortis, an requirat aditionem.*

3 *An illud quod in testamento disponitur, locum habeat in codicillis.*

Bar.in l.ij.ff.de leg.j.

1 Bart. in d.l.ij.in princip.ait, inter legatum † & donationem causa mortis, esse differentiam. Hic ponunt doct. similitudines quæ sunt inter legatum, & mortis causa donationem, de qua re uide quæ in unum redigit Bar.in l.fi.C.de donat.cau.mort. Et attende, quia quando donatio causa mortis sustinetur per uim fideicommissi secundum ↓miles ad sororem.ff.de legat.secundo.tunc requiritur aditio hæreditatis ad confirmationem. ita Bal.in l.j.C. de donat. cau.mor. Item limita nisi quando donatio causa mortis penderet à testamento.l. sed etsi mor-

2 tis,in princip.ff.de leg præst.generaliter autem an donatio † causa mortis requirat aditionem, vide Bar.& Alexand.in apostill.in l.mortis.ff.de donat. cau. mor. & communiter donationem causa mortis æquiparari contractui, & si contrarium reperitur,esse speciale, docuit Raph.Coman.in consilio ultimo. Filiusfamiliàs.& Iaſ.in l.cùm antiquitas,in princip.C.de testam.tamen immo eam uideri esse ultimam uoluntatem,satis uidetur colligi posse in l.j.C.de impon.lucrat. descript.lib.10.& in l.fi.C.de codicil.& in d.l.fi.C.de donat. caus.mor.tradit Fulg. in consi.88. & an iudicetur magis ultima uoluntas quàm contractus,vide Mari.Soci.iuni.in repet.huius.l.

3 Bar.in eadem l.in fin.tradit an illud, quod in testamento † disponitur, locum habeat in codicillis? vide Bald.& Fulg.in l.hac consultissima. C.qui testa. face. poss. & Matthæs.in suo singul. 126.Bal.in l.fi.C.de testa.sed ibi maior uidetur esse ratio terminandi.

Summa-

Summarium in l.hæc uerba.ff.de leg.j.

1 *Expreſſio eius quod tacitè ineſt, nihil operatur.*
2 *Conditiones ſubintellectæ actum non reddunt conditionalem.*
3 *Priuilegium ſimpliciter conceſſum, perditur non utendo per decem annos.*
4 *Qualitas quæ tacitè ineſt ſi expreſſè poſita ſit in uno capitulo teſtamenti, nunquam conſetur in alio repetita.*
5 *Simonia non committitur expreſſione eius, quod tacitè ineſt, niſi alio modo exprimatur, quam tacitè inſit.*
6 *Actus nullus, licèt nihil ſoleat operari, tamen declarat intentionem agentis.*
7 *Si dies ab arbitro exprimitur, mora purgari non poteſt, alioqui uerò ſi à lege fuerit tacitè ſubintellecta.*
8 *Arbiter eſt miniſter legis.*

Bar.in l.hæc uerba.ff.de leg.j.

1 BART. in d.l.hæc uerba, ſic ait in ſumma. Expreſsio † eius, quod tacitè ineſt, nihil operatur. Adde hac ratione in reſcripto, clauſulam, ſi preces ueritate nituntur, nullam facere conditionem: quia hoc tacitè ineſt. Feli.in c.2.col.4. & ſequ.de reſcript.vbi ad glo.mag. in l.item quia.ff.de pact.cuius mentionem facit Bar.infrà in hac.l.dicens, quamuis non faciat conditionem ut actus aliter factus non ualeat, tamen ſuſpendit effectum, vt ibi per eum. & hoc * commune eſt, ut conditiones † ſubintellectæ actum non reddant conditionalem. Abb. in c.quemadmodum, de iureiuran. Et de illa glo. in d.l.item quia, vide omnino Bar. in l.conditiones extrinſecus.ff.de condit.& demonſtra. tamen quando eſt expreſſa conditio ſubintellecta uidetur facere conditionem. vide Feli.in cap.2.de ſponſ.& doct. in l.ſi ita legatum.§. illi ſi uolet, infrà eodem titu. & de hac re quando & in quibus caſibus expreſsio eius, quod tacitè ineſt, operetur, tradit Abb. & alij. in c.cùm dilecta, de reſcript. Abb. in c.ſignificaſti, de electio.& Dec.in l.humanitatis. C.de impube.& eſt bona glo. in c.1.de ſponſal. in ſexto. vide etiam memorabilem differentiam, quam ponit Felin.poſt alios in cap.cùm acceſsiſſent, verſ.ſecundò limita. de conſtitu. nam priuilegium ſimpliciter † conceſſum perditur non utendo per decem annos, & tamen ſi eſt conceſſum ad libitum, nunquam perditur non utendo. ecce quantum operatur expreſsio eius, quod tacitè ineſt. ſed intellige hanc materiam, vt expreſsio eius, quod tacitè ineſt de neceſsitate, nihil operatur, alioqui uerò ſi ex uoluntate; vt per Bar.in l.Centurio, col. 1.verſic.non obſt.ff.de vulga.& pupill.& Dec.in d.l.humanitatis. & ex hac declaratione multa offendicula reijciuntur. Declara etiam hanc regulam procedere in expreſsione relatiua eius, quod tacitè ineſt, alioqui uerò in expreſsione diſpoſitiua. ita Felin. in c.cùm ex officio, colu.3.de præſcript.vbi citat Bald.item an hoc procedat in mandatis & in delegationibus? vide Feli.in cap.fin.colu.9.de præſcr. Et in hac materia unum attende memoratu digniſsimum, 4 ſcilicet, qualitatem, † quæ tacitè ineſt, ſi expreſsè poſita ſit in uno capitulo teſtamenti, nunquam cenſeri in alio repetitam, quamuis alioqui repetita intelligeretur. caſus eſt mirabilis in l.ſi in diem.§.primo.ff.de condit.& demonſtra. quem ad hoc affert Areti.in conſilio primo.referens Rayn. & Imol.ita dixiſſe per illum text. & ita decidit Roma.in ſingul.234.& in conſilio 134. ad quem accedit Iaſ.in l.in illa.ff. de uerbor. obligatio. Item ſimonia † non committitur 5 expreſsione eius, quod tacitè ineſt, niſi alio modo exprimatur quàm tacitè inſit. Feli. in cap.ad audientiam, ſecundo.nu.19.de reſcript. Denique aduerte quamuis expreſsio eius, quod tacitè ineſt, nihil ſoleat operari, vt traditum eſt in hac.l.tamen huiuſmodi expreſsio declarare poteſt mentem diſponentis in alio capitulo, in quo non fuit facta expreſsio, vt not. ait Mari.Soci. iuni. in conſi.128.nu.214.vbi ex hoc infert, conditionem filiorum, de qua in l.cùm auus.ff. de condit.& demonſtra. ceſſare quando in alia parte facta fuit mentio illorum; quia conſtat teſtatorem de illis cogitaſſe. & cùm eos non poſuerit in conditione ad excluſionem ſubſtituti, ait, 6 ſubſtitutum non excludi. Et pro hac deciſione facit; nam etiam actus † nullus quamuis nihil ſoleat operari, tamen declarat intentionem agentis. glo. eſt notab.in c.cùm plures, in glo.fin. de offic.delega. Iaſ.in l.quæ dotis, num.38.cum ſeq.ff.ſolu.matrimo. Dec.in c.ex tenore, nu.6. cum ſequ.de reſcrip. vbi citat Bar.in l.ſi.ff.de rebus eor.qui ſub tut.idem Dec. in l.mandatum.

ff.de offic.eius.& Feli.in d.c.ex tenore,nu.20.quæ omnia sunt adnotanda ad materiam huius.l. quia ea,quæ nihil solent operari, nihilominus multoties non sine effectu aliquo exprimuntur. Et quoniam superius mentionem feci tex. in d.§. illi si uolet. de quo infrà agit etiam Bart. vide Alex.in l.j.col.7.ff.de uulg.& pupil.

7 Bar.in eadem l.col.fi.vers.& hæc materia,infert ad quæstionem, si dies † ab arbitro exprimitur, moram purgari non posse; alioqui uerò si à lege foret tacitè subintellecta. de hac quæst. vide Alexand.in l.iiij.§.si qui condemnat.2.col.vers.in glo.in uerbo infrà.ff. de re iudic. vbi uidetur sequi opinionem Bart.& Ias.in l. si arrogator, colu.20. vers. secundò principaliter. ff.de
8 adopt. Et dum Bar. refert & sequitur Petrum qui inter alia dicit, arbitrum † esse ministrum legis, contrarium uidetur sentire Bart. scilicèt arbitrum non esse legis ministrum in l. amplius non peti.ff.de arbitr. Quatenus uerò hic sentit Bart. condemnato per sententiam arbitri dari quadrimestre: vide latius Ias.in l.debitoribus,col.10.vers.circa glo.ff. de re iudic. & omnes ad hoc accesserunt in ista.l.nam hoc sublato corrueret quæstio Bart. idem tenet Angel.in Ayanium,col.2.instit.de action. Contrarium tamen uidetur uelle glo.in l.si cum dies.§.fin.ff.de arbitr.in uoce,modicum,cùm sit ultima opinio relata. & contrarium tenuit Alexand. in l.si intelam in ultima col.ff.de uerb.oblig.& in apostill.ad Bar.in l,si debitori.ff.de iudic.& Ias.in l.ij.colu.24.C.de iur.emphyt.

Summarium in l. si quis in fundi uocabulo.ff.de leg.j.

1 *Error nominis proprij, non uitiat legatum.*
2 *Confinia si reperiantur uera in duabus partibus, sufficiunt ad probandam aliquam rem.*
3 *Confinia quomodo probentur.*

Bar.in l.si quis in fundi uocabulo.ff.de leg.j.

1 Bart. in d.l.si quis in fundi uocabulo,sic ait in summa. Error † nominis proprij non uitiat legatum; alioqui si error in corpore uel in appellatiuo nomine committeretur. De hac
* uide latè Feli.& alios in cap.significante, de rescript.& quamuis opinio sit * communis legistarum,nomen appellatiuum esse immutabile,tamen logici contrarium tenent. & posteà Bar.infert,si confinia uel qualitas fundi conueniunt cum re,de qua agitur, illud esse magis attendendum, quàm uocabulum loci, sed quomodo confinia sint deducenda,& alia in hac materia, u-
2 de apud Feli.in c,1.§.significantibus,de libel.oblat. Illud etiam scito, confinia † si reperiantur uera in duabus partibus, sufficere ad probandam aliquam rem, vt per Bart. in l.demonstratio falsa.ff.de condit.& demonstr. Limita tamen hoc esse uerum, nisi contra aliquem ageretur ut in pœnam incideret: nam ad excusandum aliquem à pœna, sufficit si is diceret, se non putasse rem eam esse, de qua agebatur: quoniam aliquæ ex demonstrationibus adiectis non conueniebant, per tex.ualde not.in l.in testamento.j.ff.de condit. & demonstra. & Alex.in consi.35
3 in 5.uol. Quomodo † autem confinia probentur, vide Alex.in consi.11.col.fi. in 4.uol. Dec. consi.42.col.6.& seq. & in consi.109.Soci.in consi.86.& in cons.89.in 1.uol. Albert.Brun. cons.34.& Feli.in c.cùm causam,de probat.sed quæro an confinia sint de substantia ipsius rei,ita ut eorum omissio uitiet? dicas quòd non,qñ aliter constat de corpore. Fulg.in cons.183.

Summarium in l. serui electione.ff.de leg.j.

1 *In ultimis uoluntatibus, in electionibus non possumus uariare.*
2 *Doctores an possint uariare.*
3 *An per ista uerba,uolo eligere, inducatur aditio.*
4 *Verbum uolo, an & quando inducat dispositionem.*

Bar.in l.serui electione.ff.de leg.j.

1 Bar. in d.l.serui electione,in princi.sic ait in summa. In ultimis † uoluntatibus, in electionibus non possumus uariare,an & quando licita sit uariatio in dignitatibus, officijs, & similib. vide Abb.in c.pe.de postul.præl.& in c.continebaꝫ,de his quæ fi.à prælat.fin.cons.cap.quid in electionibus?

electionibus? dicas licere uariare antequam ius sit acquisitum alteri. Io.Andr. in regul. mutare,de regul.iur.in 6.Abb.in c.bone,2.de postul.prælat.Innoc.in c.nosti, de elect.Quid in iure patronatus? vide Abb.in c.cùm autem,de iur.patron.An uariare † possint doctores? vide Abb. in c.causam,in fi.de elect.& Ias.in l.edita,nu. 8.C. de eden.vbi tradit an doctor qui pro una parte consuluit,possit uariare,& pro alia consulere. Et ad prædicta omnia uide Bar. in l.absenti.ff. de do.Innoc.in c.cùm inter,de elect.& Feli.in c.præsentata,vers.quid autem si iste, de testi. & in c.cùm olim,col. 3.de re iudic. Attende tamen,quoniam ubi uariatio licita est,nisi semel tantùm fieri non potest.Ias.in l.quicquid astringendæ.ff.de uerb. oblig.& aliqua in materia uariationis,vide per Ias.in l.si ex toto.§.si ita legatum,infrà eod.tit.

Bar.in eadem l.col. 1.quærit,an per ista uerba,uolo † eligere, inducatur aditio? vide ad istam quæstionem quæ habentur apud Soci.in cons.86.in 3.vol.quid si in statuto pœnali positum est uerbum,uoluerit, vt puta, qui uoluerit dare uenenum,uel adulterare, capite puniatur, utrum intelligatur de illo,qui actum illum perfecerit & consummauerit, an uerò etiam de illo,qui conatum fecit,quamuis perficere non potuerit? vide Dec. & ibi addita in l.non uidetur quisquã id capere.ff.de regul.iur. Et an & quando uerbum,† uolo,inducat dispositionem, vide Bart.Ias. & alios in l.j.C.de summ.Trinit.& in l.certi cõdictio, & ibi etiam Alexan.& Aret.ff.si cert.pet. Bar.in l.j.ff.mand.& aliquid per Feli.in c.1.col.3.dist.1. Et dum Bar.hic paulò post subiungit, si alicui datus esset terminus ad deliberandum quid uelit eligere, & ipse responderet,uolo eligere hanc rem,electio fieret. vide Ias.in l.qui se patris,col.14.C.und.libe.

Summarium in d.l.serui electione. §.Labeo.ff.de leg.j.

An quod commune est, meum sit.

Bar.in d.l.serui electione.§.Labeo.ff.de leg.j.

BAR. in ead.l.§.Labeo,tradit,an quod † commune est,meum sit? De hac re alibi egimus. ideo pro nunc uideas Decium in l. id quod nostrum.ff.de regul.iur. Mari. Soci.iuni. in consilio 98.nu.33. sed dum Bar. hic in vers.fallit in l.stipulatio, vult, socium posse disponere de tota re communi, quando id utile esset consocio. pro hac opinione facit.l.quidam Hiberus.§.1.ff.de seruitu.vrban.prædior. tamen huic documento reluctatur tex. in l.si unus ex socijs.ff.de seruit. rustic.prædior.vbi habetur,socium non posse rei communi seruitutem acquirere.

Summarium in d.l.serui electione. §.cum fundus.ff.de leg.j.

Testator legando rem, videtur legare ius, quod habet in re.

Testator si legauit rem quam habebat communem cum hærede suo, tota res debetur, perinde ac si esset tota sua.

Testator quando simpliciter legat, censetur legare omne ius, de quo testator disponere poterat.

Confinia dantur ad legitimandam rem.

Bar.in d.l.serui electione.§. cum fundus.ff.de leg.j.

BAR. in ead.l.§. cum fundus, sic ait in summa. Testator † legando rem,uidetur legare ius quod habet in re. De hac materia uide omnino ea, quæ posui ad Bart.in l.cùm tabernam.ff.de pignor.quæ hic uitandæ superfluitatis causa repetere non curaui. sed quia hic agitur de re cõmuni,quæro quid si testes aliqui testantur Titium illam rem possediſſe,& idem alij testes dicãt de Sempronio,quomodo hæc res inter eos debeat intelligi esse cõmunis? vide trad.in l.si quis cum totum,in princ.ff.de except.rei iudic.

Bar.in eodem §.uer.item quæro,ait,si testator † legauit rem,quam habebat communem cum hærede suo, totam rem deberi perinde ac si esset tota sua. vide Soci.in cons.25.colu.7. in primo vol. vbi inquit,legata re,non solùm deberi partem legantis, sed etiam omne id, de quo ipse potest disponere. Et dum Bar. propè fi.subiungit,si testator legat fundum,in quo habet partem tantùm,eum intelligi legasse solam partem, quam habet in fundo, nisi diceret totum fundum: quia eo casu integer deberetur,per tex.in l.Iulianus in princ.ff. de lega.tertio. Attende

hic diligenter, quia Barto. expreſsè uult legato toto fundo, uel omni fundo, etiam partem alterius deberi, per d.l.Iulianus. ſed illa.l.non probat, legato omni uel toto fundo ius ſiue partem, quæ ad alium pertineat, contineri, vt præſupponit Bar. immo probat contrarium: nam ibi legans illum fundum habebat partem, quæ erat ſua pleno iure, in alia uerò parte habebat duntaxàt ius pignoris & hypothecæ: ideo dubitabatur utrum legando fundum, deberet hoc legatum ad illam partem, quæ erat ſua pleno iure, coanguſtari; & propter illam uocem, omne, deciſum fuit, vt non ſolùm illa pars, ſed etiam ius pignoris, quod ad ipſum teſtatorem in alia parte pertinebat, deberetur: atque ita nihil prorſus, quod ad alium ſpectabat, intelligitur propterea eſſe legatum: igitur contra Bar. & ita præcisè declarat etiam Alexand. in conſi. 47. Viſis inſtrumentis, colu. 2. in 3. volu. vbi ſentit alioqui eſſe, quando teſtator uſus non fuiſſet hoc ſigno uniuerſali, omne, uel totum: quia eo caſu ſola pars, quæ erat tota ſua, in legato comprehenderetur, per iſtum tex. hic. & hoc idem ait Bart. Sed concluſioni huic refragantur tradita
3 per Socin. in dicto conſi. 25. col. 7. in 1. uolu. vbi ait, quando teſtator † ſimpliciter legat, cenſeri legare omne ius, de quo teſtator diſponere poterat. vide omnino. Et pro præfata obiectione, quam feci contra Bar. circa intellectum, d.l. Iulianus, vrgere uidetur authoritas Bald. inl. cùm alienam. C. de lega. & in l.j. C. qui teſtam. facer. poſſ. vbi etiam Iaſ. & Alexand. in conſilio 54. in 3. uolu. in quibus locis habetur, ſi dominus partis fundi, legat fundum, quem demonſtret per confinia integro fundo cohærentia, non propterea eum cenſeri totum fundum legare uoluiſſe, ſed ſolam partem, quam habebat, & tamen confinia † dantur ad deſignandam rem,
4 l. forma. ff. de cenſi. proinde paria ſunt legare totam rem, uel eam integram confinibus demonſtrare, vt per Paul. de Caſtr. hic. in iſto. §. cùm fundus, igitur &c. Amplia deinde regulam huius tex. vt procedat etiam ſi legatum inutile redderetur, quia nihilominus reſtringitur ad ius quod habet in re: vt de hoc eſt text. not. in l. vxor mariti. C. de lega. cum glo. ibi. vbi traditum eſt, ſi mulier habens uſufructum in re, legat illam rem, quamuis uſufructus eius morte extinguatur, atque ita legatum inutile fiat, tamen reſtringitur ad illud ius periturum, quod teſtatrix habebat in re legata, nec debetur æſtimatio, etiam ſi legatum eſſet factum coniuncto, id quod eſt plus. ita Bal. in l. habitatio. C. de uſufr. Corn. in conſi. 169. in 3. uolu. & Socin. in d. conſi. 25. col. 6. & Iaſ. in conſ. 109. in 4. uol.

Summarium in l. Stichum. ff. de leg. j.

1 *Relatiuum quis, uel qui, iunctum uerbo futuri temporis, inducit conditionem, iunctum autẽ uerbo preſentis temporis, demonſtrationem inducit.*

2 *Relatiuum, quis uel qui, aſtringit præcedentia.*

3 *Si aliquis alienauit fratrem Stichi, utrum adhibeatur illa diſtinctio, an alienauerit ex neceſſitate, an ex uoluntate.*

4 *Verba illa, qui meus erit, interpretatur hoc eſt, quatenus meus erit.*

5 *Statutum, quòd mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, habet locum etiam ſi extra territorium contraheret.*

6 *Statutum prohibens contrahere ſine certa ſolennitate, an comprehendat donationem cauſa mortis.*

Bar. in l. Stichum. ff. de leg. 1.

1 Bart. in d.l. Stichum, ait, relatiuum † quis, uel qui, iunctum uerbo futuri temporis, inducere conditionem, iunctum autem uerbo præſentis temporis, demonſtrationem. De hac uoce relatiua, vide Bar. in l. Centurio, colu. 3. ff. de uulg. & pupill. & Alexand. in l. fi. C. de petit. hæred. & quando hæc uox ſtet ampliatiuè, uel demonſtratiuè. vide Barto. in l. ea tamen adiectio. ff. de lega. tertio. & Soci. in conſilio 91. colu. 4. in tertio uolu. Barto. Alexand. Aret. & alios in l. ſi decem cum petiero, & in l. ſi ita quis promiſerit. ff. de uerborum obligatio. Bart. in l. qui tibi. ff. de auro & argen. lega. & in l. ſi quis fundum. ff. de contrahen. emptio. & in l. ſi debitor.
2 §. veriſimile. & in l. hoc ita uerum. ff. de contrahend. emptio. & hoc relatiuum, † quis, uel qui, aſtringere præcedentia dixit Abb. in capitulo ex frequentioribus, de inſtitut. in capitulo de cætero, de cleric. non reſiden. & in capitulo nouit, de iudic. in capitulo quoniam, de offic. deleg.

delega.& in consi.86.& Barto. in l.cunctos populos.C. de summa Trinit. Maria. Socin. iuni.in consi.68.nu.9.& in consi.104.nu.25. Et an ista relatio iuncta uerbo futuri temporis faciat expressam conditionem uel tacitam? vide Ias.in d.l.si ita quis promiserit. & dum Bar.hic ait,quãdo antecedens suum est aliquid,in quo consistit substantia dispositionis, totam dispositionem esse conditionalem. Limita hoc tantum procedere, quando hæc adiectio adiecta est substantiæ contractus,alioqui uerò si aliquibus accidentibus foret adiecta. Rom. in consi.238.in fin. posteà subiungit Bar.ubi hæc uerba ad executionem referuntur, nullam facere conditionem. Limita hoc non procedere, quando tempus esset incertum, & indeterminatum. gl.in l.Seius Saturninus,in uoce,diem.ff.de condit.& demon.per quam uide quid dicat Bal. in l.si cui legetur,in fi.principij.ff.de leg.1.

3 Bar.in ead.l.uersi.quæro quid si alienaui,quærit si aliquis† alienauit partem Stichi,utrum adhibeatur illa distinctio, an alienauerit ex necessitate, an ex uoluntate? Tu vide tex.in l.filiæ.§. Titia uxor.ff.de cond.& demonstr.ubi si quis legat Stichum,qui suus erit tempore mortis,Stricho alienato,& alio redempto,cui hoc nomen Stichi imponatur, iste loco alterius succedit, & legatum ualebit.

4 Bar.in ead.l.ver.extra gl.agit de illis uerbis, qui meus † erit, hoc est quatenus meus erit. vide quomodo hæc Bartoli uerba intelligantur apud Ias.in l.ij.§.ex his, uersi.secundò.ff.de uerb. oblig.Et ista faciunt ad quæstionem propositam per Ias.in l.j.§.ait prætor.ff.de re iudic.& dum Bar.in versi.secundò facit ad aliud,ex prædictis infert ad quæstionem,si statuto cautum est,mulierem contrahere non posse sine consensu duorum consanguineorum ex parte patris si eos habuerit, & si non habuerit, adhibendos esse duos ex parte matris; si contingat unum tantùm consanguineum ex parte patris adesse, adhibendum esse alium ex parte matris: quoniam illa uerba intelliguntur,quatenus extant consanguinei ex parte patris. Bald. in l. in copulandis.C. de nupt.uide Abb.per illum tex.in c.quoties,de testi.& Bal. in l. in conditione. C.de nupti.ubi multa ponit ad rem facientia. sed quæro hic,quid si ista mulier consanguineos habeat ex parte patris,qui sint absentes,nunquid & alij ex parte matris sint admittendi; vide Ang. in consi. 240.incip.Statuto Tudertino cauetur. Et de materia statuti disponentis mulierem sine consensu propinquorum contrahere non posse,quomodo intelligatur,vide Ias.in l.fi.C.de uerb.signi. Sciasque huiusmodi † statutum obligare mulierem ad seruandam istam solennitatem, etiam si extra territorium contraheret. Aret.in consi.54.& ad prædictam quæstionem uide Felin. in c. proposuisti.num.13.de probat.ubi ait,quamuis statutum requirat consensum propinquorum, nihilominus consensum unius sufficere,quando plures haberi non possunt. Item aduerte vbicunque aliquis prohibetur contrahere sine decreto,semper hoc limitatur procedere solùm in contractibus, qui principaliter fiunt propter se, alioqui verò si iuris interpretatione uenirent in consequentiam actus permissi,ut declarat Soc.in consi.80.col.pen.in 4.vol.An autem statutum † prohibens contrahere sine ista solennitate contineat donationem causa mortis? vide Mari.Soc.iuni.in repet.l.sciendum, suprà eod. tit. Quid si isti consanguinei nolunt consentire? dicas à iudice examinandam esse causam contradictionis,quæ si iusta non reperitur debet ipse iudex loco illorum consentire. Bar.in l.si cùm dotem.§.eo autem tempore.ff.sol.matr.vbi vide omnino quæ dixi in lucubrat.& an sufficiat si consanguinei ex post facto consentiant & alia multa ad rem propositam facientia,& prædictarum quæstionum decisionem concernentia,vide omnino apud Io.Campegium in suo tract.de dote, quæsti.81. cum multis quæstionibus ibi sequentibus in 5.par.

Summarium in l.si ex tuto.ff.de leg.primo.

De augmento idem iudicatur, quod de ipso principali.

Bar.in l.si ex toto.ff.de leg.primo.

Bart. in d.l.si ex toto,inquit,idem † iudicandum esse de augmento,quod de ipso principali. De hac re uide Bar. & quæ ibi posui in lucubrat. in l. si conuenerit.§.si nulli.ff.de pignorat.

rat.acti.& dum ait Bar.per istum tex.legatum augeri aucto fundo legato.vide omnino Albert. Brun.in tract.de augmento,in 3.conclusione principali.nu.50.

Summarium in l.cum filiofam.ff.de leg.primo.

1 *Alienationis prohibitio extra familiam non complectitur successionem ab intestato.*
2 *Legatum simpliciter factum,non intelligitur relictum animo compensandi cum debito uoluntario.*
3 *Pater licèt promiserit dotem filiæ, tamen appellatur debitor necessarius,quia à lege hoc facere cogebatur.*
4 *Fideicommissum si alicui purè est relictum,& decedat ante restitutionem, an transmittat.*

Bar.in l.cùm filiofamilias.ff.de leg.primo.

BART. in d.l.cùm filiofamiliàs,col.1.dum oppo. de l.ab eo.C.de fideicomm.not. ait, aut aliquid acquiritur alicui ex potentia legis,& ex uoluntate testatoris,& is grauari potest: aut acquiritur à lege &à fortuna, & tunc grauari non potest. Attende diligenter; nam ex hoc
* Bar.documento uidetur confundi illa * comm.opinio,de qua per Bart. in l.peto.§. fratr.ff.de
1 leg.ubi habetur, prohibitionem † alienationis extra familiam non complecti successionem ab intestato; quia hoc modo succedens dicitur uocari à lege, per tex.in l. cùm pater.§.cùm mes. ff.eod.tit.quæ opinio uidetur communis; ut per Alex.in cons.55.& in consi.59.in 3.volum. & si aliquid à lege deferatur,tamen si hoc prouenit mediante uoluntate testatoris,recognoscitur à uoluntate ipsius, propterea grauari potest. id quod esse non posset nisi à sua uoluntate tacita uel expressa recognosceretur.d.l.ab eo. nam hoc idem contingit in successione ab intestato,quæ tam & si à lege deferatur,tamen quia uenit ob præambulam tacitam uoluntatem illius,qui decidit ab intestato,cum testari potuisset,recognoscitur ab ipso.l.conficiùtur.ff.de test. codicill.& ista fuit opinio multorum,ut per Alex.in d.consilijs. quæ quidem opinio confirma-
* tur etiam ex ijs,quæ * communiter aiunt doct. in illa quæstione, in qua agunt de legato † sim-
2 pliciter facto,ut non intelligatur relictum animo compensandi cum debito uoluntario, alioquin uerò cum debito necessario & legali. ad cognoscendum autem an debitum sit uoluntarium an necessarium & legale, dicunt originem ipsius debiti esse inspiciendam: nam ex post facto quælibet obligatio est necessaria,cum à lege quilibet ad obseruandum quod semel uoluit compellatur.l.sicut.C.de acti.& obligat.ita tradunt ferè omnes in l.si cùm dotem.§. si pater.ff.solut. matr.in l.huiusmodi.§.cùm pater.ff.de leg.2.& in auth.præterea.C.und.uir.& uxor. & ideo in-
3 ferunt,ibi patrem, † licèt promiserit dotem filiæ,tamen appellari debitorem necessarium;quia à lege hoc facere cogebatur. si uerò aliquis promisit ex sua uoluntate, tunc quamuis lex eum uelit nolit compellat ad soluendum debitum,tamen appellatur debitor uoluntarius: quoniam lex eum coarctat propter ipsius voluntatem præcedentem. ita pariter & in casu proposito est dicendum.quamuis enim lex illa sit,quæ defert successionem uenienti ab intestato,tamen quia hoc prouenit propter illius decedentis ab intestato tacitam uoluntatem, ista alienatio dicitur uoluntaria,& non legalis,inspecta ipsius primordiali origine,& propter hoc grauari potest tanquam honoratus.d.l.conficiuntur. si enim hoc totum à lege ipsa recognosceretur, ut fit legitima,utique grauamen reijceretur, quia non à patris uoluntate, sed à legis prouidentia dicitur prouenire. Aduerte autem dum hoc in loco loquitur Bar.de eo,quod acquiritur per interpositam personam,quia contra eum uidetur facere.l.qui liberis.§.hæc uerba.ff.de uulg.& pupill. & ad rem hanc uide Ias.in auth.ex causa col.10.C.de liber.præter.

4 Bar.in ead.l.col.pen.quærit,si alicui est relictum † fideicommissum purè, & decedat ante restitutionem,an transmittatur? & dum ait aliud in hærede aliud in fideicommissario, vide Ias.in l.emancipata,col.5.C.qui admit.

Summarium in l. si mihi.§. si quis seruo.ff.de leg.primo.

1 *Impossibilitas uitiat legatum.*

Bar.in l.si mihi.§.si quis seruo.ff.de leg.1.

1 BART. in d.l.si mihi.§.si quis seruo, opponit dicens, impossibilitatem † uitiare legatum. quid autem in alijs dispositionibus? uide Roma.in consi.348.sciasque impossibilitatem nunquàm impedire obligationem aliquam quando prouisione hominis deduci potest ad possibilitatem.

litatem. tex. est singul. in l. fi. §. si inter eos. ff. de uerb. oblig. de qua re uide plenè Bar. in l. continuus. §. illud. ff. eod. titu. ubi habetur etiam quid sit impossibilitas, & alia multa scitu digna ibi habentur, & in l. j. de condit. instit. & per Dyn. in c. nemo potest ad impossibile, de reg. iur. in 6.

Summarium in d.l. si mihi. §. regula. ff. de leg. primo.

Capacitas, & incapacitas serui, regulatur à capacitate domini.

Bar. in d.l. si mihi. §. Regula. ff. de leg. primo.

BART. in ead. l. §. Regula, inquit, capacitatem † & incapacitatem serui à capacitate domini prouenire. vide aliqua in contrarium apud Ias. in l. Gallus, in princ. in 1. lectura, col. 17. vers. limita. ff. de liber. & posth. & in l. 1. col. 3. & 4. C. de hæred. inst.

Summarium in d.l. si mihi. §. in legatis. ff. de leg. primo.

Vtrum lex, uel statutum, uel concessio principis derogans legi, uel consuetudini, nō solum de præsentibus, verum etiam de futuris intelligatur.

Bar. in d.l. si mihi. §. in legatis. ff. de leg. primo.

BART. in ead. l. §. in legatis, quærit, utrum lex † uel statutum, uel concelsio principis derogans legi uel consuetudini, non solùm de præsentibus, uerùm etiam de futuris intelligatur? vide Alex. in l. si non specialiter. C. de testam. & latè Aret. in c. 2. de consuet. & Alex. in cons. 335. Maturè digestis. in lib. primi & secundi vol. ubi sequitur decisionem Bartoli hic.

Summarium in l. cum incertus. ff. de leg. primo.

In legato generis ille uidetur legatus, qui postea est legitimè solutus.

Actionem qui habet, rem ipsam habere uidetur.

Bar. in l. cùm incertus. ff. de leg. primo.

BART. in d.l. cùm incertus, sic ait in summa. In legato † generis ille uidetur legatus, qui posteà est legitimè solutus. Limita hoc non procedere quando alij ex iusta causa esset facta traditio. Ias. in l. cum fundus. §. seruum tuum, col. 4. in 4. notab. ff. si cert. pet. & ex ista. l. rectè potest inferri, quamuis dominium rei legatæ communiter in legatarium transeat, hoc tamen locum non habere in legato generis: quia dominium non transfertur nisi facta electione, ut per Ias. in l. j. col. 12. versi. tertiò, suprà eod. titu. Tamen ex quo habet ius cogendi ut fiat electio, satis dici potest habere dominium rei declarandæ uel eligendæ, pro qua opinione sing. facit: quia si alicui legatus sit Stichus in specie, & aliter legata sit optio in genere, is poterit Stichum quamuis alteri legatum optare. l. si hęres. ff. de opt. leg idque ea ratione, quoniam ille, cui legata est optio in genere, optando censetur habuisse hoc legatum in specie, ut declarat Dec. in c. quoniam, de rescript. ecce nisi huic dominium acquisitum esset quò ad seruum declarandum, non potuisset Stichum eligere, immo intelligeretur exceptus ab illo genere. facit etiam, quia qui † actionem habet, ipsam rem habere uidetur. iuribus uulg. & ad hoc affertur elegans tex. in l. unum ex familia. §. 1. ff. de leg. 2. ibi, non enim facultas necessariæ electionis, propriæ liberalitatis beneficium est, & trad. per Soc. not. in cons. 114. in 3. vol. & Abb. in cons. 11. in 2. volu. & omnino in c. in causis colum. 3. de elect. ubi pulchrum casum decidit ad hanc materiam pertinentem, ut ibi uidere est.

Summarium in l. qui filiabus. ff. de leg. primo.

Verbum ambiguum positum in una parte testamenti, ab alia parte eiusdem testamenti declaratur.

Bar. in l. qui filiabus. ff. de leg. primo.

BAR. in d.l. qui filiabus, colligit ex tex. uerbum † ambiguum positum in una parte testamenti, ab alia parte eiusdem testamenti declarari, sed contra istā regulam, illa alia urget, qua cautum est, si testator hoc idem uoluisset, utique expressisset. ut putà, si in una parte testamenti dixit de filijs masculis, & in alia de filijs simpliciter, utrum hæc uox declaretur, ut similiter de masculis sit intelligenda? vide Dec. in cons. 599. ubi uult ex coniecturis sumendam esse interpretationem; sed illis cessantibus secunda regula, quæ est negatiua, uidetur esse potentior. vide Maria. Socin. iuni. in cons. 128. cum subscript. maximè. nu. 208. & 233. vbi ait in hanc sententiam * communiter itum esse. & idem confirmat ipse Mari. in cons. 100. num. 20. Et dum

Bar.

Barto. paulò post loquitur de numero plurali, uide Iaſ. in l. Gallus. §. quid ſi. colum. 1. & 2. ff. de liber. & poſthum.

Summarium in l. legata. ff. de leg. primo.

1 *Verba, hoc amplius, inducunt repetitionem.*

Bar. in l. legata. ff. de leg. primo.

1 BART. in d. l. legata, inquit in ſumma, hæc uerba, hoc † amplius, inducere repetitionem. de hac re uide Ang. in conſi. 236. & doct. in auth. hoc amplius. C. de fideic. & in l. Pamphilo. ff. de dot. præleg. ſciasque ea non repetere, quando faciunt comparationem de actu ad actum, ſed de re ad rem. Bar. in l. ſi tibi purè. ff. de lega. 3. & in l. libertis. ff. de condit. & demonſt. & dum Bar. hic in uerſi. hoc quibuſdam non placet, agit quando legatum primum erat inutile, an intelligatur repetitio facta per eundem modum? vide Raph. Cuma. in conſ. 46. in princ.

Summarium in l. quod in rerum. §. ſi uſufructus. ff. de leg. j.

1 *Teſtator, in dubio exiſtimatur legare ſolum ius, quod habet in re legata, quamuis eſſet morte peritura.*

Bar. in l. quod in rerum. §. ſi uſufructus. ff. de leg. j.

1 BART. in d. l. quod in rerum. §. ſi uſufructus, dicit, teſtatorem † in dubio exiſtimari legare ſolum ius, quod habet in re legata, quamuis eſſet morte peritura. De hac re uide tex. cum glo. in l. vxor mariti. C. de lega. Iaſ. in conſ. 109. in 4. vol. & omninò quæ poſui ad Bart. in l. ſerui electione. §. cùm fundus, in fi. ſuprà eod. tit.

Summarium in d. l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. ff. de leg. j.

1 *Si res legata augeatur, legatum creſcit.*

Bar. in d. l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. ff. de leg. j.

1 BART. in ead. l. §. ſi quis poſt, colligit ex tex. ſi res legata † augeatur, legatum creſcere. & quando in huiuſmodi legato ueniant ea, quæ deinde aucta ſunt, vide omnino Albertũ Brun. in tract. de augmẽto, in 15. concluſione principali. nu. 50. Subiungit poſteà Bar. fundum deſtinatione patris familiàs conſtitui per regiones. Ad rem facit bonus tex. in cap. 1. de conſecrat. eccl. uel altar. in 6. & in c. ſicut unire, de exceſsib. prælat. eod. lib. & Iaſ. in l. ſi eadẽ. ff. de off. aſſeſſ.

Summarium in d. l. quod in rerum. §. & ſi nauem. ff. de leg. j.

1 *Nauis eſt eadem, quæ deſtruitur & reficitur.*

Bar. in d. l. quod in rerum. §. & ſi nauem. ff. de leg. j.

1 BART. in ead. l. §. & ſi nauem, ait, nauem † eſſe eandem, quæ deſtruitur, & reficitur. de hac re, & an eadem ſolennitas exigatur in reficiendo, quæ in faciendo: uide Fel. in. poſt Panor. in c. conſuluit, de Iudæ. ubi etiam habetur, an ille, qui facere prohibetur, etiam reficere prohibeatur. qua in re dic eum non uetari, cùm hæc inter ſe differant, ut concludit in l. domum. ff. de reg. iur. & ad prædicta vide Barto. in l. j. ff. de ritu. nupt. & Alexand. in rubrica de damn. infec. quid ſi ille tutum diſponit de faciendo, utrum intelligatur etiam de reficiendo? vide Alex. in conſi. 336. libro primi & ſecundi vol.

Summarium in l. non amplius. §. ſi certum. ff. de leg. j.

1 *Species legata, perit periculo legatarij.*

Bar. in l. Non amplius. §. ſi certum. ff. de leg. j.

1 BART. in d. l. non amplius. §. ſi certum, ait, ſpeciem † legatam perire periculo legatarij, & opponitur. de l. Proculus. ad hoc uide Alex. in l. ij. in prin. col. 6. ff. ſol. matr. Iaſ. in l. ſi. col. 1. C. de codic. & Soc. in conſi. 212. col. ſi.

Summarium in d. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de leg. j.

1 *Legatarius partis bonorum quando in hæreditate nullum eſt æs alienum, uendicare poteſt portionem certam in qualibet re.*

Bar. in d. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de leg. j.

1 BAR. in ead. l. §. cum bonorum, verſi. ſed aduerte, ait, legatariũ † partis bonorum, quando in hæreditate nullum eſt æs alienum, uendicare poſſe portionem certam in qualibet re. Atten-

de hic

de hic quoniam Bar.uidetur uelle in legato partis bonorum ipso iure dominium transire in le-
* gatarium,id quod * communiter reprobatur,ut per Ias.in l.j.col.8.suprà eod.tit.

Summarium in l. si creditori.ff.de leg.j.

1 *Si debitor creditori legat debitum,ita demum ualet legatum, si creditoris interest.*

Bar.in l.si creditori.ff.de leg.j.

1 BAR. in d.l.si creditori,sic ait in summa: si creditori debitor † legat debitum, ita demum ualere legatum,si creditoris interest. vide de hac re Paul. de Cast.in consi.136. col.pen. quid si debitum constabat solùm per testes, nunc autem constat per instrumẽtum testamenti,quod habet executionem paratam,ita disponente statuto, nunquid istud interesse sit considerabile, ita ut peti possit uia executiua? Pau.de Cast.post Ang.in l.in omnibus.ff.de iudic.ait,posse. Et ad materiam huius.l.scilicèt,quando debitor legat creditori, uide doct. latè in l. si cùm dotem. §.si pater.ff.sol.matr.in l.huiusmodi.§.cùm pater,infrà eo.tit.& in auth. prætereà, ubi plenè Ias. C.und.uir & uxor.nam in dictis locis distinguitur inter debitorem uoluntarium,& necessariũ, & multa alia dicunt ibi doct.ad rem facientia.

Summarium in l.talis scriptura.ff.de leg.j.

1 *Dictio pecunia,quomodo accipiatur.*

Bar.in l.talis scriptura.ff.de leg.j.

BAR. in d.l.talis scriptura,in princ.in uersi. tamen dicas, tradit quomodo uox, pecunia,
1 † accipiatur. tu autem dicas condemnatum ad soluendam pecuniam, præcisè ad soluendam eam compelli, neque liberari dando fideiussores, uel pignora, ut per Ias.in l.j.in principio.ff. qui satisd. cog.

Summarium in d.l.talis scriptura.§.hanc autem.ff.de leg..

1 *Clausula an & quando sit referenda ad præcedentia,uel ad proxima.*
2 *Clausula posita in præcedentibus,intelligitur in sequentibus repetita.*
3 *Relatio non fit,quando sequitur absurdum,uel legum correctio.*
4 *Conditio posita in præcedenti dispositione,nunquam intelligitur repetita in sequenti, in qua sint appositæ nouæ conditiones.*

Bar.in d.l.talis scriptura.§.hanc autem.ff.de leg.j.

BART. in ead.l.§.hanc autem,uersi.quandoque ponitur in dispositione,tradit an & quan-
1 do † clausula sit referenda ad præcedentia uel ad proxima,uel ad futura? De hac re uide regulam cum fallent.per Feli.in c.causam quæ.num.15.de rescript. & omnino Aret.in l.iij.§.filius. col.fi.ff.de liber.& posthu.& Alex. in consi.48. in 1.vol.& omnino in consi.266.in 6.volu.vbi ponit quatuor uel quinque casus scitu dignos,in quibus clausula in fine posita non refertur ad præcedentia. Dec.in consi.92.Soc.in consi.188.col.13.& in consi.200.in 1.volu. & in consi. 21.cum seq.in 3.vol.& ultra limitationes,quas hic tradit Bar.ad regulam,qua cautum est,clausulam in fine positam referri debere ad omnia præcedentia,adde etiam nonnullas alias. Et primò ut procedat quò ad præcedentia,quæ posita sunt in dispositione, non autem accessoriè & causa demonstrationis. tex.est,& ibi Bar.in l.fin.§. Titia.ff.de liber.agnoscen.faciunt trad.per Bar.in l.si cui.§.si à filio,infra eod.tit.Item ista regula procedit maximè in materia,quę latè debeat interpretari; quia trahitur ad omnia præcedentia. c. cùm dilecti, secundum intellectum Innoc.de donat. Et ratio est, quia tunc materia est incomprehensibilis,ut per Bar.hic. præterea regulã hanc singulariter limitat Bar. in l.fi.ff. de reb. dub.& clausulam † positam in præcedentibus intelligi in sequentibus repetitam,docet Rom.in consi.345.col.5.immo clausula prę cedens maioris est efficaciæ ad interpretationem sequentium,quàm contra. Dec.in cõsi.500. nu.8.citat Bar.in l.quisquis.ff.de leg.3.Et ad prædicta uide latè Ias.in l.j.ff.de liber.præter. & in l.transigere.C.de transact.Soc.in consi.10.col.6.& in consi.49.in 1.vol.& clausulam in princi. appositam esse ad sequentia referendam,ait Bar.in consi.incip. In facti contingentia, quando subest eadem ratio,alioqui si diuersa. vide Roma.in consi.129.& gl.sing. ubi Ang. in l.si idem cum eodem.ff.de iurisd. omni.iudic.ubi tandem doct.concludunt, clausulam ad præcedentia

esse

esse referendam, quando id commodè fieri potest. & omnino uide quæ in d.l.si idem, posui ad Bar. Item non fit ista relatio, quando præcedentia separatam habent determinationem.
3 d.c.cùm dilecti,de donat.ut dictum est. Item non fit ista relatio † quando sequeretur absurdũ, uel legum correctio,ut per Bar.in l.prætor.2.ff.de ui bono.rapt.& per Bar. hic, & per Abb. in c.secundò requiris,de appell.& de hoc est tex.sing.ut ibi ait Abb.in c. ecclesia uestra, de elect. & dum Bar.hic in uersi.causæ autem,tradit,si in præcedentibus erat prouisum in specie,ad ea non esse referẽdam clausulam in fine positam.pro ista limitatione est tex. expressus in d. c.cùm dilecti,de donat.& ibi tradit Card. & Imol. idem tenent Salic. & Paul.de Cast.in l.j.C.de liber. præter.quamuis huius cap.nullam faciant mentionem.& hoc idem ait Bal.not.in l.j.C.de legit.
4 hæred.adde circa prædicta,conditionem † positam in præcedenti dispositione,nunquam inel ligi repetitam in sequenti, in qua sint appositæ nouæ conditiones. ita Angel. in consi.294.Et de repetitione conditionis positæ in legato uel fideicommisso uide Socin. in consi.218.colu. 4.in 1.vol.& Rapha.Cuma.in consi.22.& de repetitione qualitatis positæ in aliqua oratione, vide Alex.in consi.158.in 6.vol.

Summarium in l. si quis à filio. § si quis plures. ff. de leg. j.

1 *Quare declaratio in legato ad hæredem non pertineat.*

Bar.in l.si quis à filio.§.si quis plures.ff.de leg.j.

1 Bart. in d.l.si quis à filio.§.si quis plures,uersi.sed adhuc,quærit quare declaratio † in legato ad hæredem non pertineat,uide sing.Feli.in c.1.col.3.de pact.

Summarium in l. si pluribus. ff. de leg. j.

1 *Si aliquis tacitè consensit in iudicem incompetentem, quia iurisdictionem eius non declinauit, & iudex fecit processum nullum, & liberauit te ab instantia, si iterum coram eo conueniaris, amplius iurisdictionem illius declinare non potes.*

Bar.in l.si pluribus.ff.de leg.j.

Bart. in d.l.si pluribus,uersi.Dico ergo,agit de præoccupatione iurisdictionis. Attende tu in proposita re singulare illud Rom.144.incip.Vltimo dico tibi. scilicèt,si aliquis tacitè cõ
2 sensit in iudicem † incompetentem, quia iurisdictionem eius non declinauit,& iudex fecit processum nullum & liberauit te ab instantia,si iterum coram eo conueniaris,amplius iurisdictionem illius declinare non potes. id quod mirabile esse ait Rom. & de præoccupatione iurisdictionis uide Rom.in cõsi.412.ubi declarat & limitat.& in legato usufructus,vide Rom.in sing. 733.incip.Tex.in l.planè.vide Bal.in l.unic.§.ubi autem,col.1.C.de caduc.tollen. Alex.in l.hic iusmodi.§.si Titio,infrà eod.tit.Item quatenus dicitur,hæredem non facere partem legatario, vide Ang.in consi.294.in secundo dubio.& de præoccupatione uide aliqua per Bar.in l.si maritus,in princ.ff.de adulter.

Bar.in l.planè.ff.de leg.j.

Bart. in d.l.planè,opponit,ut per eum,tu oppone de l.fi.§.fi.ff.de aur.& arg.leg.

Bar.in d.l.planè.§.si eadem res.ff.de leg.j.

Bar. in ead.l.§.si eadem res,opponit de l.nec uillam.vide Paul.de Cast.in cons.64.

Summarium in l. planè. § si duobus. ff. de leg. j.

1 *In computatione legitimæ filiorum exhæredatus connumeratur.*

Bar.in d.l.planè.§.si duob.ff.de leg.j.

1 Bart. in ead.l.§.si duobus, tractat, an in computatione † legitimę filiorum exhæredatus annumeretur? vide Alex.in l.si quis posthumos.§.si quis filium.ff.de liber.& posth.ad rem faciunt trad.per Dec.in consi.299.& Soc.in consi.150.in 1.vol. & Raph. Cuma. in consi.35.in quibus locis habetur, in computatione legitimæ rationem non haberi filiarum, quæ à statuto excluduntur ab intestato: nam legitima commensuratur à successione ab intestato secundum Dec.in consi.299. & in consi.333. in fi.& in consi.392. & ideo sublata successione ab intestato,uidetur etiam sublata legitima. vide Ang.in consi.362.Soc.in consi.124. col.pen.in 3. vol.

Dec.

* Dec.in consi.525.& ista est * communis opinio secundum Curt.in cons.35.nu.33.cum seq. & de hac re uide quæ plenè posui in l.ij.§.videndum.ff.ad Tertull.

Summariæ in l.Titiæ textores.ff.de leg.j.

1 *Negatiua in quo casu probari potest.*

Bar.in l.Titiæ textores.ff.de leg.j.

1 BART. in d.l.Titiæ textores, in princ.in 2.notab. ponit casum, in quo negatiua † probari potest. De hac re uide Feli.in c.in nostra,de testi. Et an possit negatiua probari directè uel indirectè,tradit Abb.in c.bonę.j.de elect.in 6.Bal.in c.tertio loco,de probat.& in l.actor.C.eod. tit.& in l.qui accusare,in fi.C.de eden.Archid.& Dominic.de sancto Gemi.in c.actor.6.quæst. ultima.Calder.in disputatione incip.capitulum petit fructus.Feli.in d.c.tertio loco, de probat. & in c.super his,de accusat.

Summarium in d.l.Titiæ.§.nihil.ff.de leg.j.

1 *Inter dictionem &,& dictionem,cum,nullum est discrimen quando ponuntur inter diuersas personas.*

Bar.in d.l.Titiæ.§.nihil.ff.de leg.j.

1 BART. in ead.l.§.nihil,inquit,inter uocem † &,& vocem,cum,nullum esse discrimen quando ponuntur inter personas diuersas. vide Soc.in consi.40.in 1.volu.Limita ut per Barto.in l. Gallus.§.quidam rectè.col.2.ff.de liber.& posthum.quia & si nulla inter prædictas uoces esse differentia uideatur,tamen si uoco in institutione filium & nepotem,succedunt ordine successiuo, alioqui uerò,si uoco filium cum nepote; quia simul & semel admitterentur. & hoc Bartoli documentum est * communiter approbatum,ut ibi per Iaſ.in 1.lectura, colu.7.in 3.limit. & in 2.lectura,in 3.col.versi.quarta conclusio:quamuis ibi Iaſ.loquatur contra Bar.& aduerte quoniam ista uox,cum,differt à uoce,& in modo copulandi: quia,& copulat principaliter, & uox,cum,accessoriè coniungit. & ideo inferunt doct.si testator legat fundum cum instrumento,& posteà uendit fundum,eo casu instrumentum non deberi: quia hoc accessoriè ueniebat, alioqui uerò si legasset fundum & instrumentum: ita Bar.in l.Seio.§. Caio.ff.de fund. instruct. instrum.leg.Abb.in c.cùm Marthæ.de celeb.miss.& omninò Feli.in c.quærelam,de Simon.

Summarium in l.legato generaliter.ff.de leg.j.

1 *Vbi legatur illud,quod habet certos fines à natura,ut homo,an & quando sit electio legatarij.*

Bar.in l.legato generaliter.ff.de leg.j.

BART. in d.l.legato generaliter,vers.examinemus,inquit,ubi legatur illud in genere quod † habet certos fines à natura, ut homo, an & quando sit electio legatarij? Adde illud quod inquit Archid.in c.sunt nonnulli.1.quæstio.1.& quæ habentur per Alexand.in l.ita stipulatus. ff.de uerbor.obligat.

Summarium in l.cum seruus.ff.de leg.j.

1 *Ad quem pertineat sumptus,&c) opera ad acquirendum seruum fugitiuum,& absentem.*

Bar.in l.cùm seruus.ff.de leg.j.

BART. in d.l.cùm seruus,tractat ad quem pertineant sumptus,† & opera ad acquirendum seruum fugitiuum & absentem,uel aliam quamcunque rem legatam, quæ esset in longinquo, & ex mente glo. distinguit quatuor tempora. sed contra hoc primum membrum urget; quia testator censetur legare solum ius,quod habet in re,non autem uelle grauare hæredem.l. serui electione.§.fi.suprà eod.tit.& in l.si domus,in fi.eod.tit.iunctis ijs,quæ posui ad Bar. immo hoc procedit etiam si ius, quod in illa re habet testator,esset morte periturum.l. uxor mariti. C.de leg.& ibi Iaſ.iunctis ijs,quę posui in d.l.serui electione,ex quibus hæ rationes Bar.confutantur, ideo uide Bar.in l.Mæuio.§.fundo. col.2.ff.de lega.2.ubi prædicta limitatio non militat in casu huius.l.cogita,quia doct.hic nullam faciunt mentionem.

Summarium in l.apud Julianum.§. scio.ff.de leg.j.

Legatum in dubio censetur illud,quod minimum est.
Testator secundum morem suæ regionis disponere intelligitur.

Bar.

Bar.in l.apud Iulianum.§.scio.ff.de leg.j.

1 BART. in d.l. apud Iulianum. §. scio, sic ait in summa. In dubio † censetur legatum illud, quod minimũ est. contra hoc facit decisio. Rom. in sing.246. Lego Titio. ubi ait, si testator legat Titio fundum, item æstimationem usufructus omnium bonorum suorum, deberi etiam æstimationem usufructus fundi ei specialiter legati. ista regula limitatur non habere locum fauore ecclesiæ: ita Rom.in sing.515.incip.Quæro. ubi ait de hoc esse tex.sing. in l. Titia.§.fin. ff.de aur.& arg.leg.& Soc.in consi.247.col.6. in 1.volu. Sed eorum pace dixerim, & aliorum, qui hoc idem tradiderunt,ille tex.mihi hoc non probat; nam ibi legatum fuit signum certi põderis ecclesiæ,in qua non nisi dona aurea & argentea ponebantur;quæritur, in dubio de quo metallo testator senserit? decidituréque de argento sensisse. Et ratio huius decisionis (ut arbi-
2 tror) ea est,quia testator † secundum morem suæ regionis disponere intelligitur.l.si seruus.§.si numerus,infrà eod.tradit Soc.in consi.247.col.4.in 1.vol.& ideo cùm in illa ecclesia non nisi dona aurea uel argẽtea poni cõsueuerint, ut non sine ministerio ibi memorat tex.decidit,argentum deberi,id quod est minus inter ea metalla quę ibi ponebantur,atque ita secundum regulam huius tex.nam si fauore ecclesiæ,quod plus est,deberetur, necesse esset dicere aureum dari debuisse,& non argenteum.

Summarium in d.l.apud Iulianum.§.constat.ff.de leg.j.

1 *Ea quæ sine licentia principis expediri non possunt, usque adeò sunt difficilia,ut impossibilia uideantur.*
2 *Filius potest institui sub conditione, si legitimabitur.*
3 *Feudum & emphyteusis si extinguãtur per deficientiam generationis,possunt descendentes petere,ut eis denuo concedantur,& nisi fiat,dicitur eis illata iniuria.*

Bar.in d.l.apud Iulianum.§.constat.ff.de leg.j.

1 BART. in ead.l.§.constat,in 2.notab.ait,ea,quæ sine licentia † principis expediri non possunt,usque adeò esse difficilia,ut impossibilia uideantur. vide Dyn.in c.semel Deo,de regul.iur. in 6.Abb.in consi.85.in 1.vol.ait,si legatum factum esset de re,quæ sine principis licentia alienari non potest,legatum non ualere,nec deberi æstimationem, & in consi.45. in 2.volum. Et dicas idem esse etiam in ijs,quæ sine consilio ciuitatis fieri non possunt.Socin.in consi.62. col. 3.in 4.volum.nam impossibile & multùm difficile æquiparantur. Feli. in c.accepimus, de fid. instrum.& ad prædicta accedat Panor.post Innoc.in c.super eo,de condit.appos.Aret.in consi.
2 143.colum.6.& 9.Bald.in l.Gallus.§.instituens.ff.de liber.& posthum.ubi filius † potest instrui sub conditione si legitimabitur. idem tenuit Alber. in l.libertus testamento.ff. de manumiss.testam. & in l. quod conditionis. ff. de donat. cau. mort. id quod declarabitur ex ijs, quæ paulòpost subijciam. Et ad regulam hanc uide omnino Barb.in repet. capituli Raynutius,dum agit,quot sint effectus substitutionum uulg.de testam. & Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de const.Limita tamen eam non procedere in ijs,quæ solita sunt à principe concedi, ut per Alex. hic, & per Dec. in l. ea quæ rarò, in fin.ff. de regul. iur.Pro qua limitatione facit quia feudum
3 † & emphyteosis si extinguuntur per deficientiam generationis,possunt descendentes petere ut eis denuò concedantur,& nisi fiat,dicitur eis illata iniuria. Bar.in l.j.§.permittitur.ff.de acq. quot.& æstiu.Fulgos.in consi.220.in fi. ubi præcisè loquitur in feudo. quamuis idem Fulgos. contrarium in feudo sentire uideatur in consi.222.Vide tamen ad prædicta omnino Curt. in consi.47.& in consi.49.nu.8.& Rom.in consi.22.Sic etiam bona ecclesiæ solita in emphyteosim dari,sine requisitis solennitatibus in emphyteosim locari possunt. Alexan.in consi.9.in 3. volum.& in consi.5.colum.4.in 5.volum.Subiungit posteà Barto.de legato,rei, quæ non est in commertio communi,an debeatur æstimatio? vide Abb.in consi.45.in 2.volu.& Maria. Socin. iuni.in consi.51.in fi.

Summarium in l.cætera.§.hoc senatus.ff.de leg.j.

1 *Domus appellatione an etiam porticus contineatur.*

Bar.in l.cætera.§.hoc senatus.ff.de leg.1.

1 BAR. in d.l.cætera.§.hoc senatus,agit,an appellatione † domus,etiam porticus cõtineatur. vide

vide Alex.in consi.145.in 7.vol.ubi ait,non solum ecclesiam, sed etiam domum, & porticum reddere tutum delinquentem,qui ad dicta loca confugit. Et appellatione domus intelligi etiã de horto,docuit Bar.in l. prædijs.§.fi. ff.de leg.3.& Maria.Socin. iuni.in consi.61.num.4. cum seq.& ibi.num.7.inquit ad conijciendum,an uendita domo etiam hortus uenditus esse intelligatur, hoc ex qualitate pretij declarandum esse. & in hac re uide omnino Alex.in consi.204. in 6.vol.ubi ait,legata domo,& hortum & apothecam,& alia domui coniuncta contineri.

Summarium in d.l.cætera.§.sed si parauerit.ff. de leg.j.

Destinatæ res an habeantur perinde ac si in illum usum essent conuersæ.

Bar.in d.l.cætera.§.sed si parauerit.ff.de leg.j.

BART. in ead.l.§.sed & si parauerit,uersi.oppo.quòd res destinata, agit de rebus destinatis † an habeantur perinde ac si in illũ usum essent conuersa. De hac re uide tex.in l.iij.§. quid ergo.ff.de contr.iud.tut.& Roma.in singul.103.incip.Tu habes quòd pecunia, cum ibi additis per Castill.Soc.in consi.249.col.antepen.& seq.in 1.vol.& latè Felin. in c. cum adeò.nu.3. de rescript.& omnino in re proposita uide Maria.Soc.iuni.in consi.120.ubi multa dicit de hac destinatione,& non omittas tex.cum glo.in l.lex Iulia.ff.de fund.dot.

Summarium in l. seruum filij.§.si areæ.ff.de leg.j.

Domus legata, si ad aream reducatur, nunquid debeatur.

Bar.in l.seruum filij.§.si areæ.ff.de leg.j.

BART. in d.l.seruum filij.§.si areæ, tradit, si domus † legata ad aream reducatur, nunquid debeatur? vide omnino Soci. in l.si ex toto,in princip. qui tenet contra intellectum Bartoli ad illum text. quamuis dicat esse * communem. & in hac materia de domo destructa, scias, si ex forma statuti domus esset destruenda,eam dirui non debere quando esset alteri obligata. Bar. Bal.& Ang.in l.j.ff. ad Syllan.Cæpol.in caut.151. Item domus non potest destrui,neque detegi pro debito, etiam quod fisco debetur, ne urbis aspectus deformetur. Io.Bertach.in tracta. de gabellis, in 4.par.nu.8.

Summarium in d.l. seruum filij.§.eum qui chirographum.ff.de leg.j.

De contractibus,ad ultimas uoluntates ualidum est argumentum, vbi subest eadem ratio.

Bar.in d.l.seruum filij.§.eum qui chirographum.ff.de leg.j.

BART. in ead.l.§.eum qui chirographum,ait,de contractibus † ad ultimas uoluntates ualidum esse argumentum ubi subest eadem ratio. vide trad. in l.pactum inter hæredem.ff.de pact. & istud intellige esse uerum quando apparet de identitate rationis, sed in dubio præsumitur maior esse ratio in ultima uoluntate,quàm in contractu,vt per Alexan.in consi.61. Super eo,in 1.vol.& de hac regula uide latè in l.quæ de legato, infrà eod.titu. Item differentias inter contractus,& ultimas uoluntates,uide per Iaſ. in d.l.pactum inter hæredem.

Summarium in l. si cui legetur.ff.de leg.j.

Annus an & quando debeat esse completus.

Bar.in l.si cui legetur.ff.de leg.j.

BAR. in d.l.si cui legetur, in princip. tradit, an & quando annus † debeat esse completus? vide Feli.remissiuè in c.cùm uigesimum, de offic.delega. Et an & quando annus inceptus pro completo habeatur,vide Firma.in tracta.de episcopo, in 31.quæst.primæ par.secundi libri.& Iaſ.in l.diuortio.nu.7.ff.solu.matrimo.& Dec.in c.cùm in cunctis, de electi. Et dum Bar.in fin. huius principij quærit, si uenditur liber cum termino unius anni ad soluendum pretium,à quo tempore annus incipiat: vide Soci.in l.si in diem,in vltimo notab.ff.de cond.& demonstr.

Summarium in d.l. si cui legetur.§.hoc autem legatum.ff.de leg.j.

Tempus certæ ætatis honorati, facit conditionem.

Bar.in d.l.si cui legetur.§.hoc autem legatum.ff.de leg.j.

1 BAR. in ead.l.§.hoc autem legatum, ait, tempus † certæ ætatis honorati facere conditionem.& in uers.opp.de l.si ita scriptum,inquit,speciale esse fauore libertatis, vt non faciat conditionem. hoc idem sequitur Raph. Cuma.in consi.127.

Summarium in d.l. si legetur.§.si Titio.ff.de leg.j.

1 *Fideiussor,an possit esse testis pro debitore principali.*

Bar.in d.l. si cui legetur.§.si Titio.ff.de leg.j.

1 BART. in eadem l.§.si Titio, quærit, an fideiussor † possit esse testis pro debitore principali? Distingue ut per Specul. hoc in loco citatum, vbi Ioan. Andr.ait nunquam fideiussorem indistinctè esse posse testem pro principali. & hanc opinionem tenent hic Ang.& Imol.& Ant. de Butr.in c.insuper,de testi.vbi uide etiam Feli.

Summarium in d.l.si cui legetur.§.meminisse.ff.de leg.j.

1 *Damnatus,qui est uendere,non simpliciter ad factum tenetur.*

Bar.in d.l.si cui legetur.§. meminisse.ff.de leg.j.

1 BART. in eadem l.§.meminisse,inquit, eum, qui damnatus † est uendere, non simpliciter ad factum teneri. vide Soci.in consi.253.colu.5.vers. circa tertium,in primo uolu. vbi uidetur uelle contrarium. Tu distingue inter contractus & ultimas uoluntates, vt per Areti.in consi.6. qui subtiliter loquitur. & ex ista ratione infertur,eum,qui promisit uendere uel retrouendere, posse cogi, de qua re dubitandum puto; quoniam quòd aliquis uendere teneatur, est meri facti, quamuis secuta uenditione teneatur ad dandum, si est dñs. Soc.in cons. 174.col.2. in 1.vol.

Summarium in l.si seruus.§.si hæreditas.ff.de leg.j.

1 *Nemo potest dicere sententiam latam pro se, fuisse malè prolatam.*

Bar.in l.si seruus.§.si hæreditatis.ff.de leg.j.

1 BART. in d.l.si seruus.§.si hæreditatis,in fi. inquit, neminem † posse dicere sententiam latam pro se,fuisse malè prolatam. vide quid per istum text.dicit Innoc. quem sequuntur Canonistæ in c.quia plerique,de immun.eccles.& eum refert & limitat Roma in l.admonendi, in fi. ff.de iureiur.de qua re agit Cæpol.in cautel.34.& præcedenti.

Summarium in d.l.si seruus.§.si numerus.ff.de leg.j.

1 *Legatum obscurum declaratur ex coniecturis.*

Bar.in d.l.si seruus.§. si numerus.ff.de leg.j.

1 BART. in ead.l.§.si numerus, inquit, legatum † obscurum declarari ex coniecturis, hac lege expressis. & dum loquitur de consuetudine regionis, vide Soci. in consi.247. col.4.in 4. uol. Limita istam l.& istas coniecturas non habere locum nisi in legato nũmorum,alioqui uerò in alijs quantitatibus uini, olei, & similium: quia tunc electio est hæredis.l. cùm certum.ff. de uin.trit.ole.leg.quem tex.ad hoc esse sing.inquit Roma.in sing.206.incip.Quęro nunquid & an ista.l.locum habeat in contractibus? vide Bal.in l.pen.& §.mulier.ff.sol.matri. & in l.fi.C. de fals.cau.adiect. Anan.in consi.89. Et ad regulam hanc.l.vide Roma. in consi.328. col.3. E. dum subiungit Bar.de modo cognoscendi an aliquis cognoscat ut arbiter,an ut arbitrator? vide Card.Alexand.in c.1.col.fi.de plus petit. & Aretin.in consi.153.& quæ posui in lucubratio. titu. de arbitr.

Summarium in l.turpia.§.si Titia.ff.de leg.j.

1 *Defectus conditionis inualidæ legatum uitiat.*

Bar.in l.turpia.§.si Titiæ.ff. de leg.j.

1 BAR, in l.turpia.§.si Titiæ,inquit,defectum conditionis † inualidæ legatum non uitiare.pro declaratione & limitatione huius rei,vide Paul.de Cast.in cons.88.& Feli.in c.1.col.1.de cost.

Summarium in d.l. turpia.§. si pars.ff.de leg.j.

1 *Nominatim relinquere quid sit.*

Bar.

Bar.in d.l.turpia.§.ſi pars.ff.de leg.j.

1 BART. in eadem l.§.ſi pars, tradit, quid ſit relinquere † nominatim. vide Paul.de Caſtr. & Alexand.in l.j.C.de impube.& doct.in l.ij.ff.de liber. & poſthum. & Bart.in l.ſiue à certis.ff. de duob.re. An autem quando aliquid fieri debet nominatim, ſufficiat ſi id fiat per æquipollens? argumenta pro parte negatiua uide apud Curt.in conſi.49. nu.13. cum ſequ.argumenta uerò pro parte affirmatiua uide in d.conſ.nu.67.

Summarium in l.nemo poteſt.ff.de leg.j.

1 *Nemo poteſt diſponere, quin leges in ſuo teſtamento locum habeant.*
2 *Legi inducenti aliquid pro forma, renunciari non poteſt.*
3 *Renunciari non poteſt, ijs quæ inducta ſunt miſerationis intuitu.*
4 *Iuris ciuilis ſolennitas, per teſtatorem remitti non poteſt.*
5 *Teſtator an poſſit tutori remittere confectionem inuentarij.*
6 *An pacto fieri poſſit, ut à ſententia arbitri liceat appellare.*
7 *Præſcriptioni an renunciari poſſit.*

Bar.in l.nemo poteſt.ff. de leg.j.

1 BART. in hac l.nemo poteſt, remittit ſe ad tex.in ſumma, quo cautum eſt, neminem † poſſe diſponere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant. circa hanc legem, ſciendum eſt in primis, negatiuam præpoſitam uerbo, poteſt, importare neceſsitatem. glo.eſt ſingu.in cap.1. de regul.iur.in ſexto, ſecundum Abb.in c.ſi quis contra clericum, de for. compet. & in c.1.de cau.poſſeſſ.& propriet.& in c.1.de fide inſtrum.Feli.in c.paſtoralis, col.pen.de excep.& Soci. in conſi.283.in 1.uolu.vbi ait, negatiuam poſitam ante uerbum, poteſt, importare neceſsitatem & formam. & de negatione præpoſita & poſtpoſita uide Bar. in l.j.ff.de teſta. & in l.ſi neceſſaria.§.ſi annua.ff.de pignor.acti.& legi † inducenti aliquid pro forma, renunciari non poſſe docuit Abb. in c.ſi diligenti, de foro competen.vbi etiam alij trad. & moder. in l.penult. C. de pact.quod tamen intellige, quando forma hæc fuit inducta ob utilitatem publicam, alioqui autem renunciatio ualida eſſet. vide Corne. in conſil.50. incip. Stante ſtatuto ciuitatis Vincentiæ, in primo volu.vbi colligit, hoc eſſe inductum ad utilitatem partium conijci ex ratione in ſtatuto expreſſa, vel quando unica tantum ratio reddi poteſt, vt ibi per eum. Attende tamen quoniam etiam in iſto caſu renunciari † non poſſet ijs, quæ inducta ſunt miſerationis intuitu. Felin.in dicto cap.ſi diligenti, nu.21. Item renunciari non poteſt ijs, quæ inducta ſunt propter fragilitatem perſonæ. Dec.in l.ſi quis in conſcribendo. nu.30. C. de pact. & ad materiam huius.l.vide laſ.in l.teſtandi. C. de teſtam. Et quia hic tractari ſolet an diſpoſitio teſtatoris tolli poſsit à principe, de plenitudine poteſtatis? vide Alexand.in conſi.2.viſis codicillis, columna quarta.in primo volu. & ad rem faciunt trad. per Fulg.in conſi.61.& per Dec. latè in c.quæ in eccleſiarum, de conſtit.

Bar.in eadem l.col.1. verſ.item opp.ad prædicta, ait, ſolennitatem † iuris ciuilis per teſtatorem remitti non poſſe. ſed quid ſi fiat pactum inter priuatas perſonas, vt non poſsit opponi, vt ita dicam, de nullitate ſententiæ? Dicas pactum ualere, ſententiam uerò nullius eſſe momenti. Angel.in conſi.200.incip.A.& B.contraxerunt.& omnino Alex.in conſi.174. Opportunè conſiderato, col.3.nu.1.cum ſeq.in lib.primi & ſecundi uol.vide quæ poſui in lucubra. in l.quid tamen.ff.de arbitr.

Bar.in eadem l.col.2.verſ.quęrit Dyn.agit, an teſtator † tutori poſsit remittere confectionem k inuentarij? in hac re * communis uidetur eſſe concluſio, hoc fieri non poſſe, per rationem huius.l. & ita conſuluerunt Paul.de Caſtr.& Alex. quos refert & ſequitur Mari. Soci. iuni.in conſilio 115.num.15.cum ſequ. vbi ita concludit, maximè quando iſta omiſsio inuentarij nocere poſſet hæredi, alioqui uerò ſi ei prodeſſet, ne ſecreta patrimonij pandantur; vt per Salic.poſt Marti. Sill.in l.fin. C. arbitr. tut. & ibi in dicto conſilio Mari. tradit etiam proculdubio teſtatorem uxori uſufructuariæ inuentarij confectionem remittere non poſſe. & ad prædicta facit, nam tutor non obſtante liberatione ei facta à teſtatore, cogi poterit ad reddendam rationem

administrationis. Et ad quæstionem hic propositam per Barto. vide Areti. in consi. 22. Berta, in 2. col. Angel. in consi. 138. Reuocatur in dubium. in fin. Alexand. in d. l. fi. C. arbitr. tut. & Ias. in l. cùm necessitatem. C. de fideicomm. & ad rem faciunt trad. per Soci. in consi. 51. in 3. uolu. quem uide omnino.

6 Bar. in ead. colu. vers. quærit item, tradit an pacto † fieri possit, vt à sententia arbitri liceat appellare. vide omnino Barb. in consi. 51. col. 7. cum tribus seq. & quæ posui ad Bar. in l. ex compromisso. ff. de arbitr.

7 Bar. in eadem l. col. 4. quærit an præscriptioni † renunciari possit? vide Raph. Cuma. in consilio 90. Soci. in consi. 86. col. fi. in 1. vol. vbi ait, præscriptioni neque tacitè neque expressè renunciari posse. vide in hac re Alex. in consi. 170. vbi ait, non intelligi renũciatum præscriptioni per uerba generalia. & de hac quæst. agit Feli. latè in rubr. de præscript. Attende tamen in hac materia, quoniam præscriptioni renunciatum uidetur ab eo, qui promisit se perpetuò ratũ & firmum habiturum dictum contractum, & ei se nulla ratione uel causa esse contrauenturum, ut per Cæpol. in caut. 68. & omnino in caut. 75. Tamen cogita, si hoc esset uerum, semper renunciatum esset præscriptioni; quia ferè in omnibus instrumentis hæc uerba poni consueuerunt.

Summarium in l. si legati. ff. de leg. j.

1 *Stipulatio fugitiuum non esse, interponitur super legato.*

Bar. in l. si legati. ff. de leg. j.

1 Bart. in d. l. si legati, in secunda lectura, inquit, stipulationem, † fugitiuum non esse, interponi super legato, & cùm sit accessoria debere intelligi secundum naturam legati, quæ est ut res legata præstetur talis qualis est. hoc igitur modo stipulatio nihil operabitur. ita infert Ias. in rubrica. ff. de uerb. obliga. nisi dicas saltem haberi actionem ex stipulatu. Attende tamen, quia uidetur omni ratione carere, vt quis stipuletur seruum fugitiuum non esse, & ista stipulatio non operetur, quin dici possit fugitiuus, si erat, cum expressè contrarium sit conuentum.

Summarium in l. si res obligata. ff. de leg. j.

1 *Hæres cogitur luere rem legatam, tribus casibus.*

2 *Scientia præsumitur in facto proprio, nisi sit factum antiquum.*

Bar. in l. si res obligata. ff. de leg. j.

1 Bart. in l. si res obligata, ait, hæredem † cogi luere rem legatam in tribus casibus, & illis modis, qui in hac l. exprimuntur. Quid autem si testator legauit rem quam pignorauerat Iudæo, quæ posteà reperitur deperdita, an hæres teneatur ad pretium? vide Angel. in consilio 246. Nicolaus, in fi. vide etiam ad materiam huius. l. Ias. & alios in l. iij. C. de lega. & in l. prædia. C. de fideicomm.

2 Bart. in eadem l. vers. hoc quod dicit, inquit, scientiam † præsumi in facto proprio, nisi sit factum antiquum. Adde hoc idem esse etiam quando factum est implicitum uel inuolutum, quoniam etsi sit de recenti, nihilominus admittitur ignorantia: ita Francisc. Curt. in tract. positionum. nu. 21. Item limita istam regulam non habere locum, quando aliquis tractat de damno uitando, quia eo etiam in casu ignorantia in facto proprio excusat. tex. est not. in l. sed si reputem. ff. de cond. indeb. in l. non fatetur. ff. de confess. tradit Soci. in consi. 25. col. 3. in 4. volu. & hoc modo uidetur procedere etiam hoc quod dicit Bar. de facto antiquo. nam idem Bar. in l. qui fundum. §. seruus meus. ff. de usucap. sing. voluit per illum tex. hoc tantum procedere quò ad damnum uitandum, & alia ad hanc materiam pertinentia uide per Bar. in l. quanquam, aliàs si fideiussor. ff. ad Velleian.

Summarium in l. sumptus. ff. de leg. j.

1 *Expensæ factæ in re legata, an & quomodo deducantur.*

Bar. in l. sumptus. ff. de leg. j.

1 Bart. in d. l. sumptus, tractat de expensis † factis in re legata, an & quomodo deducantur? vide aliquid per Raph. Cuma. in cõsi. 16. in fi. vbi loquitur de fideicommisso, an hæreditas restitui

restitui debeat post mortem, quia hæres remittit expensas factas in re hæreditaria, distinguendo ut ibi per eum, quem uideas etiam in consi. seq.

Summarium in l. si ita. §. illi si uolet. ff. de leg. j.

Expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur.

Legatum factum alicui sub conditione, si uolet, est conditionale, & ei non debetur, nisi prius suam uoluntatem declaret.

Bar. in l. si ita. §. illi si uolet. ff. de leg. j.

BART. in d. l. si ita. §. illi si uolet, ait, expressionem † eius quod tacitè inest, nihil operari. sed contra hoc uidentur esse trad. per Felin. in c. 2. in princip. de sponsi. vbi ex multis concludit conditionem subintellectam non reddere actum conditionalem, alioqui uerò si est expressa; igitur expresio eius quod inerat, multum operatur. Et dum Bar. postea inquit, legatum † factum alicui sub conditione, si uolet, esse conditionale, & ei non deberi nisi prius suam uoluntatem declaret. Ex hoc infertur, legatum hoc non transmitti ad hæredes, si decederet ante declaratam huiusmodi uoluntatem. ita Angel. in consi. 293. quid si iste legatarius procuratorem constitueret ad exequendum hoc legatum, an ex hoc eliciatur declaratio suæ uoluntatis? Raph. Cuma. in consi. 120. Ser Petrus condidit testamentum, inquit hoc modo purificatam esse conditionem. Quid si testator grauat hæredem ut restituat hæreditatem cum uolet? Dicas eum intelligi esse grauatum post mortem. tex. est singu. in l. vxorem. §. Scæuola. ff. de leg. 3. quem extulit Roma. in singularibus suis. Et in hac re attende differentiam, quæ est an testator grauet hæredem, si uolet, & cùm uolet; quia in primo casu legatum non ualet, quia confertur in uoluntatem debitoris; alioqui verò in alio casu, per tex. in d. §. Scæuola, & Bar. in l. j. col. 2. in 2. quæst. ff. de leg. 2. quem omnino uide in hac materia quomodo legatum conferri possit in alterius uoluntatem. Adde per istum tex. dici ualere promissionem, quicquid uolueris tu stipulator. Alex. in l. ita stipulatus, col. 2. & ibi Iaf. col. 2. ff. de uerb. oblig.

Summarium in l. seruus. ff. de leg. j.

Procurator alicuius si esset condemnatus ad mortem, differenda est executio huius sententiæ si dominus uult, vt is ei rationes reddat.

Condemnatus, si ad patibulum duceretur, & Cardinali obuius fiat, qui eum, aut uestę, aut pileo suo tegeret, statim est liberandus.

Consuetudo, quæ delinquendi occasionem præbet, inualida est.

Condemnatus, si ad sacerdotem Eucharistiam gestantem confugeret, propterea non absolueretur.

Ea, quæ de raro eueniunt, non considerantur.

Dispositio, quæ ab uno capite odium, & ab altero fauorem continet, uel odiosa, uel fauorabilis, attenta principali statuentium intentione iudicari debet.

Lex, & consuetudo paribus passibus ambulant.

Cardinales collaterales sunt, & pars corporis summi Pontificis.

Papæ statutum dicitur esse ab uniuersali ecclesia constitutum.

Propter unumquodque tale, & illud magis.

Bar. in l. seruus. ff. de leg. j.

BART. in d. l. seruus, ex mente Dyn. decidit, si procurator † alicuius esset condemnatus ad mortem, differendam esse executionem huius sententiæ, si dominus uult, vt is ei rationes reddat. & ista decisio uidetur * communis. Et quamuis Ang. in l. seruo legato. §. seruus qui in negocio, infrà eod. dicat hoc non seruari de consuetudine, tamen Feli. in c. quærenti, de offic. deleg. eam sequitur, & ibi ponit alios undecim casus, in quibus uel differtur, uel aufertur mors condemnato, vt ibi uidere est. Et qua cautela possit liberari damnatus ad mortem, vide Thom. Ferrat. in cautel. 23. Et quoniam inter casus præmemoratos illud affertur, scilicèt, si condemnatus † ad patibulum duceretur, & Cardinali obuius fiat, qui eum aut uestę aut pileo suo tegeret, eum statim esse liberandum ex probata quadam & uetustissima consuetudine, & nonnulli contrariũ senserunt, lubet rẽ hanc illotis, vt ita dixerim, manibus non pertransire. Huius igit

sententiæ,ut liberari debeant,fuerunt Alber.Bal. Paul.de Castr. Salic.& alij in l.addictos.C.de appell. Cæpol.in cautel.2. Marti. Lauden.in primo tract. de Card. quæst.6.& in 11.quæst.47. Bald.in suo repertorio,in ver.principium, circa finem. Feli.in d.c.quærenti, de offic.deleg.las. in l.j.c.ne lice.potent. & Hippolyt. de Marsi. in singul.273. Aduersus conclusionem hanc in-
3 surgit Anto.Corset.in singul.suis in uerbo, Cardinalis,mouetur primò,quia consuetudo,† quæ delinquendi occasionem præbet, inualida est. argum.l. conuenire. ff.de pact. dotal. sed consuetudo hæc secundum eum delictis aditum patefaceret; quia per eam homines ad delinquendum audaciores fierent, ergo &c. Secundò ait, maleficia impunita pertransiri non debere.l.ita vulneratus.ff.ad leg. Aquil. Tertiò adducit, corpus Christi huiusmodi priuilegio
4 non fungi, quia si condemnatus † ad sacerdotem eucharistiam gestantem confugeret, propterea non absolueretur, secundum glo. in cap. quæsitum. 13. quæst.2. ad quem secundum eum uidetur accedere Roma. in singul. 335. si igitur hæc specialis prærogatiua sanctissimo
* Christi corpori non attributa est, igitur longè minus Cardinalibus est cõcedenda. * Crebrior autem sapientum sententia contrariam partem approbauit, ad quam accedo. Ad obiectas respondeo: & primò. Argumentum illud, consuetudinem scilicet hanc utpotè malam reijciendam esse, tribus modis expugnatur. Primo enim consuetudinem hanc delinquendi occasionem præbere non concedo,& consequenter assumptum nego, videlicet ob id homines audaciores fieri: quia cum is absoluendi modus perrarò contingat, dico hominum mentem iuris interpretatione ad ea,quæ rarò,uel nunquam contingere consueuerunt, porrigi non debere:
5 quia non creditur,quemquam ea,† quæ rarò eueniunt considerare.tex. est de hoc not. in c.coram,de off.deleg.quem in proposito Soci.adducit.in consi.126.col 2. in 3.volu.ab re quoque non esse arbitror,ea,quæ de iure speciali contingunt, ab hominum opinione aliena existimari. l.quia.§.fi.ff.de fideicommiss.liber. Secundò respondeo,etiam si à memorata consuetudine delinquendi occasio nasceretur, eam tamen propterea reprehensione dignam non esse: sed rationi consonam censeri,cùm principaliter ad fauorem Cardinalium ob eorum scilicet amplissimam dignitatem accepta sit, quo fit,vt priuilegium hoc,attenta primordiali ipsius institutione bonum omnino iudicandum sit, licèt cõsequenter ex eo delinquendi causa progigneretur:
* quod tamen haud concedimus. hoc probatur ex ijs,quæ * communiter à scriptoribus prodita
6 sunt in l.qui exceptionem.ff.de condi.indeb. vbi uolunt dispositionem illam, † quæ ab uno capite odium,& ab altero fauorem continet,uel odiosam, vel fauorabilem attenta principali statuentium intentione iudicari. ex hoc ibi inferentes,Velleianum fauorabile esse, licèt in consequentiam odium contrahentium cum mulieribus contineat,& econtrà Macedonianum odiosum esse, etiam si consequenter filiusfamiliàs fauorem præbeat. & sic in eo conueniunt ibi sapientes quancunque dispositionem à fine ad quem principaliter dirigatur,gubernari,non autem à fine,ad quem secundariò eam deduci possibile sit. & hoc modo limitatur d.l.conuenire, vt procedat solummodò,quando delinquendi occasio directè,non autem per indirectum concederetur,vt hic.ita Ang.in q.incip. Nobilis quidam genere. sequitur Alex.in consi.2. colu.9. ver.non obst. septimum argu.in 1.vol.Ias.in l.nemo potest.in 2.lect.col.5.de leg.1. Dec.in consilio 271.in fi.& istudmet in simili.q.uoluit Io.de Ana. in c.1.colu.3. de maled. ita igitur & nos in proposito dicamus,istam cõsuetudinem,quæ in fauorem Cardinalium,& ad honorem Dei, qui in ministris suis honoratur,principaliter emanauit,bonam censeri. sicut uidemus & consulgientes ad ecclesiam tutos esse,toto tit.de immun.eccl.& toto tit.de his qui ad eccles. confug. & d.dispositionem bonam,& fauorabilem nuncupari, ut per doct.in c. inter alia, de imm.eccl. & tamẽ in illo casu dici posset,illud quod & hic cõsideratur,uidelicet dispositionẽ illã,& malã, & delictis uiã aperientẽ,non probandã esse. Immo fortius in isto casu ista ratio locũ haberet; quia condẽnatus ad ecclesiã longè facilius confugere posset, quarũ copia ubiq; magna est, q̃ in Cardinalẽ incidere,quod rarissimè cõtingere consueuit,ut notũ est.sed hoc legislatores nõ curarunt,quia leges id disponentes in dei reuerentiam principaliter editæ fuerunt.quod quidẽ
7 & in casu nostro de occursu Cardinalis concludendum arbitror,cum legem,† & consuetudinẽ

paribus

paribus passibus ambulare, non incogniti iuris sit.l. de quibus,cum concord.ff. de legi. & ideo iure concludendum puto,si huiusmodi priuilegium debetur non solùm ecclesiæ materiali, verùm etiam cuicunque parti,uel loco, qui ei cohæreat,vt est domus, & porticus, & huiusmodi genus alia,vt uidere est apud Alex.in consi.165.in 7.vol.multò magis hoc priuilegiũ esse Cardinalibus cõcedendum,qui,vt habetur in c.fœlicis,de pœn.in 6.sunt † collaterales,& pars corporis summi Pontificis, in quo uera,& uniuersalis Ecclesia, quæ est collectio fidelium. c.ecclesia,de consecr. dist.inct. 1. repræsentatur. Papam enim illius imaginem exhibere docuit text. cum glo.in c.à recta. 24.quæst. 1.& in c.quodcunque ead.cau.& quæst.& in c.scire debes.7.q. 1.& propterea id quod statutum † est à Papa, dicitur esse ab uniuersali Ecclesia constitutum, c.pia. cum glo.de except.in sexto.Hinc B.Thom.in 2.secundæ quæst.11.articulo 2.in solutione ultimi argumenti ait,authoritatẽ uniuersalis ecclesiæ in Romano Pontifice residere.Et prædicta conclusio confirmatur: nam,ut inquit Trebatius iureconsultus, eum, qui tetigit aurem hominis,totum hominem tetigisse uideri.l.vulgaris.ff. de fur. c.vulgaris est quæstio, de consecra.dist.1.vbi glo.ex hoc infert,iniuriam illatam clerico, ipsi capitulo illatam esse censeri. verùm si hoc argumentum in pœnalibus,& odiosis colligi solet,vt ibi ait gl. & habetur in d.cap. quisquis,de pœn.in sexto:multò magis in proposita re colligi posset, in qua de fauore priuilegij Cardinalium, & de liberanda uita hominis ageretur, & concludi, cùm ipsi Cardinales sint pars corporis Romani Pontificis,hoc eis priuilegium magis deberi, quàm debeatur parti alicui cohærenti ecclesiæ materiali,vt est domus,& porticus. auth.multò magis.C.de episcop.& cleric. Non urget illud quod secundo loco adducebatur,delicta.s.impunita esse non oportere: quia respondeo,id uniuersaliter uerum esse, secus autem ubi contrarium à iure,vel à consuetudine constitutum est.l.Gracchus.C. de adulte. præcipuè quando talis dispositio à iusta ratione originem trahit, vt hic, per ea, quæ superius adducta fuere. Præterea dico non esse inconueniens si ob excellentiam tantorum patrum leges quandoque transgrederentur,vt probatur in l.ad bestias.ff.de pœn.quæ quidem lex in fortioribus terminis facit; quia fit ibi legis transgressio ob illius,qui delinquit,excellentiam,& sic ad fauorem illius, cui scelus à se perpetratum reluctatur,hic autem fieret ob Dei reuerẽtiam,& Cardinalium, ad quorum fauorem nil impedit à legum dispositione recedere,ut diximus,ergo &cæt. Postremò nõ aduersatur,Eucharistiam eo priuilegio non gaudere: quia respondeo, si de condemnato corpus Christi sumente loquimur,id uerum esse: & ideo damnatus eo casu non liberatur; quia sacratissimum illud corpus pro cibo animæ,non corporis fuit susceptum,meritò nõ corpus,sed animam liberat,licèt is eo die ob tanti reuerentiam sacramenti iure interfici non possit, teste Arch.in d.c.quæsitũ. Si uerò de damnato loquimur,qui ad sacerdotem eucharistiam ferentem confugiat,vt positum est, respondeo,eum statim liberandum esse, falsamq; esse Corset.collectionem: nam contraria opinio à plurimis comprobatur.Arch.enim in d.c.quæsitũ,qui gl.illam reprobat,& adhęret Host. in c.sanè,de celeb.miss.ait,ecclesiam illum usque ad sanguinis effusionẽ tueri debere. ad eumq; doct.* cõiter accesserunt,in d.c.sanè. idem uoluit Hosti.in summ.de immun.eccl.col.7. & 8.& Card.in clem.1.§.in institutione, de reliq.& uener. sanct. & Imol. in clem.1.de pœn. & remis. nec contrarium ait Rom.in d.singu. immo affirmat in consulendo se Archidiaconi sententiam sequuturum.idem & Corset.in uoce,priuilegium,testatus est,scilicèt, Rom.in facti contingentia gl.illam sequi noluisse,sed potius Archid.adhæsisse in d.c.quæsitum. & profectò cõtrarium dicere nefas esse arbitror,ob tanti reuerentiam sacramenti,ut etiam dixit Card.in d.clem.Hoc autem antelati authores consentaneum esse perhibent exemplo mulieris illius sanguinis fluxũ patientis,quæ intra se dicebat,si tantummodò uestimẽtum eius tetigero,salua ero. cui Dominus respondit: Confide filia,& statim liberata fuit.Mat.9.Præterea hoc ratione suadetur: nam propter. quod est unumquodq; † tale,& illud magis.auth.multò magis.C.de episc.& cleric.cũ simil.sed ecclesias ob Dei reuerentiam hoc priuilegium habere nouimus,ut prædictum est,igitur longè magis admittẽdum est,Deum ipsum huiusmodi priuilegio gaudere, cuius intuitu id ecclesijs fuit indultum.concluſum igitur est cõi opinioni inhærẽdo, Cardinales hoc priuilegio

gaudere. Limita tamen hoc locum non habere in crimine falsi secundum Barba.in tracta. de præst.Card.in 9.q.1.par.per l.Lucius.ff.ad Turpil. sequitur Hippol.de Marsi.in rub. de fals.col. 3.& de notabili decisione.d.l.Lucius,videri poterunt not.per Petr.de Anch.in rep.c.1.de constit.& Feli.in c.inter dilectos.de fide instr.idem crederem in reo læsæ maiestatis,per l.quisquis. C.ad legem Iul.maiest.hoc ipsum,& fortius in hæretico ob criminis atrocitatem locum habere arbitrarer; nam hi omni penitus defensione carent.c.quicunque. de hæret.in 6.

Summarium in l. seruo legato.ff.de leg.j.

1 *Legatum factum seruo, quomodo debeatur.*

Bar.in l.seruo legato.ff.de leg.j.

1 Bart. in d.l.seruo legato,agit de legato † facto seruo legato,& quomodo debeatur. vide
* Alex.in l.si tibi.§.cum seruus, infrà eod.vbi dicit * communem opinionem esse contra Bar. hic.

Summarium in d.l. serui legato. §. si testator.ff.de leg.j.

1 *Actio oritur ex statutis, ad fauorem eorum, quorum interest.*

Bar.in d.l.seruo legato.§. si testator.ff.de leg.j.

1 Bar. in eadem l.§.si testator, inquit, ex statutis † actionem oriri ad fauorem eorum, quorum interest. Adde Soci.in consi.5.& in consi.84.in 1.vol.& Paul.de Castr.in consi.237.Licet suprà dictum sit.

Summarium in l. si domus.ff.de leg.j.

1 *Legatum incertum rei, quæ habet fines facto hominis, valet si in patrimonio reperiatur.*

Bar.in l.si domus.ff.de leg.j.

1 Bart. in d.l.si domus, ait,legatum † incertum rei, quæ habet fines facto hominis, ualere si in patrimonio reperiatur. deinde opponit dicens,electionem esse legatarij; & reliqua,vt ibi per eum. vide Panorm.in c,pastoralis.§.quoniam autem,in princ.de rescrip.

Summarium in d.l. si domus. §. de euictione.ff.de leg.j.

1 *Legata re euicta, an & quando & quomodo agi possit.*

Bar.in d.l.si domus.§.de euictione.ff.de leg.j.

1 Bart. in d.l.§.de euictione, tradit, re legata † euicta, an & quando & quomodo agi possit. vide in hac materia Alexand.in l ij.ff.solu.matrim.& doct.in c.fi.de empt. & uend. Et dum Bart.in vers. & hoc est uerum,distinguit, vtrum res euincatur in totum, an pro parte, vide Ias. in l.si res,col.1.suprà eodem titu.posteà ex ijs, quæ Bart. subiungit, sentit regulam, quòd quis non censeatur legare nisi ius, quod habet in re, non procedere quando ius deficiens testatori esset tale, propter quod res posset auocari in totum; quia isto casu præsumitur etiam ius non
uum legare uoluisse, atque ita hæredem grauare ad redimendum. sed ista opinio est contra
* communem omnium sententiam in l. serui electione.§. fin. supra eodem titu.& in l.vxor.C. de lega.vbi habetur, regulam hanc locum habere etiam si legatum redderetur inane, vt dixi ad Bar.in d.l.serui electione.§.fi.

Summarium in d.l. si domus. §. in pecunia legata.ff.de leg.j.

1 *Litis contestatio non fit per confessionem.*

Bar.in d.l.si domus.§. in pecunia legata.ff.de leg.j.

1 Bart. in eadem l.§.in pecunia legata, in secundo notab.inquit, per confessionem † non fieri litis contestationem. vide Abb.& Feli.in c.unico,de lit.contest. Bald.in l.si reus.ff.de procurat. Card.in clemen.sæpe, de verbo.significa. quæst. 26. & in c.dudum.2.de elect.vbi Abb. Et ex quibus fiat litis contestatio, vide apud Specul.in titu.de litis contestatione, per Bar.in l.j. C.de litis contestatione, per Feli.in d.c.1.eodem titu.Soci.in consi.47.in 4.volu. Alex.in consilio 179.in lib.primi & secundi uolu. Dec.in consi. 302. Et in causa criminali lis contestatur per responsionem à reo factam ad interrogationem iudicis etiam absente accusatore. Areti.in consi.58.citat Bar.sing.in l.is qui reus.ff.de public.iudic.

Summa-

Summarium in d.l. si domus. § si fundus. ff. de leg. j.

1 *Legatum fieri potest ab eo, qui habet dominium utile, ei qui habet dominium directum.*

Bar. in d.l. si domus. §. si fundus. ff. de leg. j.

1 BART. in ead.l.§.si fundus, ait, ei, qui habet dominium † directum legari posse ab eo, qui habet utile. vide Soc. in l. legata. ff. de cond. & demonstr.

Summarium in l. si quis legauerit. ff. de leg. j.

1 *Vendens fundum, excepto iure coloni, qui medietatem fructuum habere debet, & nullus reperiatur colonus, omnes fructus debentur emptori, nisi etiam ipse sciuisset nullum colonum ibi adesse.*

Bar. in l. si quis legauerit. ff. de leg. j.

1 BART. in d.l.si quis legauerit, quærit, quid si uendo fundum † excepto iure coloni, qui medietatem fructuum habere debet, & nullus reperiatur colonus? aitque omnes fructus deberi emptori, nisi et ipse sciuisset nullum colonum ibi adesse. vide Alex. in consi. 173. Visis, & accuratè ponderatis, col. 3. in libro primi & secundi uol. & in consi. 156. eod. vol. & Felin. in c. inter monasterium, col. 2. de re iud. & Pau. de Cast. in cons. 148. Super secundo, col. fi.

Summarium in l. licet, ff. de leg. j.

1 *Relicta ab intestato, uidentur repetita à substituto uulgariter nisi aliud ex coniecturis appareat.*

2 *Statutum si probationem exiget per instrumentum, an probatio per iuris præsumptionem sufficeret.*

3 *Iuris præsumptio non sufficit in qualitate requisita à statuto. sed specialis probatio exigitur.*

4 *Relicta ab uno succedente ab intestato, an debeantur in sequenti gradu.*

Bar. in l. licet. ff. de leg. j.

1 BART. in d.l. licet, sic ait in summa. Relicta ab instituto † uidentur repetita à substituto uulgariter, nisi aliud ex coniecturis appareat. circa hoc, ex quo colligitur, præsumptiones legum dici esse liquidissimas probationes, vide Soc. in consi. 26. colu. 6. in 1. volu. Dec. in consi. 222. Et ideo si in aliquo casu requiritur liquida probatio, sufficiet probatio per iuris præsumptionem, ut per Feli. in c. prudentiam, col. pen. de offic. deleg. Immo si statutum † exigeret probationem per instrumentum, hæc præsumptio sufficeret, secundum Ias. in consi. 25. in 1. volu. citat Bal. & ad rem hanc uide Ana. in cons. 49. incip. Dubium, pro quo facit tex. in c. 1. de cleri. non resid. Feli. quoque in rubrica de probat. tradit in col. 2. an in statuto sufficiat iuris præsumptio, an uerò probatio exigatur? & quamuis ex prædictis constet iuris præsumptionem sufficere, tamen contrarium uoluit Cæpol. in consi. 57. ubi ait in qualitate à statuto † requisita non sufficere iuris præsumptionem, sed specialem probationem exigi. idem tenet Mari. Soc. iuni. in consi. 6. cum subscript. ibi seq. & ideo si statuto cautum esset, in aliquo casu testes esse debere bonæ conditionis & famæ, non sufficit illa generalis coniectura legum, quemlibet bonum esse censeri, sed ista qualitas est probanda in specie. Alex. in cons. 82. in 1. vol. ubi citat Ang. in l. diē. ff. quemadm. testa. aperi. accedat Dec. in cons. 321.

Bar. in ead.l. versi. opp. infrà tit. 2. in l. j. quærit, an relicta † ab uno succedente ab intestato, debeantur in sequenti gradu? sed aduerte quoniam ibi Bar. præsupponit relicta esse facta nominatim, & ideo non est contraria illa.l. quia idem est in casu præcedenti, ut per Bar. in anteceden ti oppos. vide Ang. in consi. 325. Maritus.

Bar. postea subiungit de substituto pupillariter, & distinguit ut hic per eum. vide solennem quæst. Bar. in l. Titia. §. fi. infrà tit. 2. de qua habetur per Ias. in l. & si contra. ff. de uulg. & pupill. adde tex. not. in l. j. ff. de fideicommiss. liber. quem extollit Aret. in l. pe. col. pe. ff. eod. tit.

Summarium in l. si sic legatum. ff. de leg. j.

1 *Legatum ualet si in arbitrium hæredis tanquam boni uiri conferatur.*

Bar. in l. si sic legatum. ff. de leg. j.

1 BART. in d.l. si sic legatum, inquit in summa. Legatum † ualere, si in arbitrium hæredis tãquam boni uiri confertur. Dicas tamen non ualere stipulationem collatam in arbitrium promittentis. l. stipulatio non ualet, & ibi Paul. de Cast. ff. de uerb. oblig. & de hac re vide Feli. in c. 1. col. 14. de cõst. Et animaduerte quoniam in contractibus uerbum, uolo, & sic dispositio collata

lata in liberam uoluntatem reducitur ad arbitrium boni viri, & ideo ualet. vide Iaſ.in l.centeſimis.§.fi.col.3.ff.de uerb.oblig.& de huiuſmodi uerbis multa poſſunt aggregari, quæ omitto, quoniam alibi dicta ſunt in præcedentibus lucubra.

Summarium in d.l. ſi ſic legatum. § .ſi mihi.ff.de leg.j.

1 *Conditio non eſt propriè de præterito, uel de præſenti.*

2 *Conceſſio facta à comite cuidam eccleſiæ de iure, quod habet in tali loco, nihil operatur, niſi de iure concedentis appareat.*

Bar.in d.l.ſi ſic legatum.§.ſi mihi.ff.de leg.j.

1 BAR. in ead.l.§.ſi mihi,tradit,conditionem † non eſſe propriè de præterito uel de præſenti. De hac re uide Iaſ.in l.Stichum qui meus erit,ſuprà eod.tit.Et dum ſubijcit Bart. de eo, qui legat quod debet Titius,vide Bar.in l.huiuſmodi.ff.de uerb.oblig.ubi tradit,an legatum ualeat de eo quod debet Titius,cum debitor eſſe deſierit.

2 Bar.in eod.§.in fi.ait,conceſsionem † factam à comite cuidam eccleſiæ de iure, quod habebat in tali loco,nihil operari niſi de iure concedentis appareat.vide Aret.in conſi.76. Diligenter uiſis,col.3.& in conſ.4.ubi declarat,& extendit iſtam deciſionem,& regulam huius tex.& Alex.in l.locus.ff.de acquir.poſſ.& de hac Bartoli deciſione vide aliquid apud Felin.in c.quantum.col.8.de præſcript.

Summarium in d.l. ſi ſic legatum. § .ſi quis ita.ff.de leg.j.

1 *Minor ſi ceſſit actionem, quam habebat alternatiuè ad fundum, uel ad centum, in poteſtate debitoris eſt ut ceſſio ualeat, & non.*

Bar.in d.l.ſi ſic legatum.§.ſi quis ita.ff.de leg.j.

1 BART. in ead.l.§.ſi quis ita,in fi.inquit,ſi minor † ceſsit actionem, quam habebat alternatiuè ad fundum,uel ad centum,in poteſtate debitoris eſſe ut ceſsio ualeat,& non: quia, ſi ſoluit fundum,ceſsio non ualet tanquam facta de re immobili,quam minor alienare non poteſt;aliqui uerò ſi ſoluit centum. vide Alex.in conſi.125.Viſis & conſideratis,in fi.in 1.vol.ubi ſequitur hoc Bartoli documentum.

Summarium in l. ſi fundum. § .ſi libertus.ff.de leg.j.

1 *Teſtator ſi legat certas res uxori, quas æſtimauit 200. ſi ualent plus, non poteſt hæres detrahere neque ſi ualent minus, poteſt cogi ad ſupplementum, quia æſtimatio nihil operatur.*

Bar.in l.ſi fundum.§.ſi libertus.ff.de leg.j.

1 BAR. in l.ſi fundum.§.ſi libertus,in fi. inquit,ſi teſtator † legat certas res uxori, quas æſtimauit.200.ſi ualent plus,non poteſt hæres detrahere,neque ſi ualet minus,poteſt cogi ad ſupplementum; quia æſtimatio nihil operatur.Tu uerò quòd æſtimatio teſtatoris nihil operetur, neque probet ualorem hæreditatis uel legati,vide omninò apud Paul.de Caſt.in conſi.177.in 1.vol.ubi ſubtiliter diſputat.

Summarium in d.l. ſi fundum. § .ſi paterfam.ff.de leg.j.

1 *Repetitio facta à ſubſtituto impuberis, habet locum ſi legata non cœperunt deberi ab inſtituto.*

Bar.in d.l.ſi fundum.§.ſi paterfa.ff.de leg.j.

1 BART. in d.l.§.ſi paterfamiliàs,inquit,repetitionem factam à ſubſtituto impuberis, habere locum ſi legata non cœperunt deberi ab inſtituto. Hic opportunè ſe ſe offert quæſtio illa, quam ponit Bar.in l.Titia.§.fi.ff.de leg.3.& quã examinat Iaſ.in l.& ſi contra.ff.de uulg.& pup.

Bar.in l.huiuſmodi.§.ſi Sempronius.ff.de leg.j.

BART. in d.l.huiuſmodi.§.ſi Sempronius, tradit de duabus cauſis lucratiuis ex perſona duorum prouenientibus,qui habentur loco unius. ſed contra ea,quæ inquit Bar.urget tex.in l. Mæuio,in princ.ff.de leg.2.in ratione & in deciſione. de qua re vide Iaſ.in l.plenè.§.ſi eadem, col.antep.infrà eod.tit.

Summarium in l.huiuſmodi. § .qui ſeruum.ff.de leg.j.

1 *Emens rem ſibi legatam, conſequi debet rem & pretium.*

Bar.

Bar.in d.l.huiuſmodi.§.qui ſeruum.ff.de leg.j.

BART. in ead.l.§.qui ſeruum,inquit in ſumma; ſi quis emit† rem ſibi legatam,conſequi debere rem & pretium. & dum pro ſolutione primæ oppoſitionis ait,hoc legatum fuiſſe factum ſub conditione,uel in diem,aduerte: quia idem Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres,col.pen.ff. de uerb.oblig. tenet, legatum hic fuiſſe purum. & ad argumentum Bartoli reſponde ut per Iaſ.in l.planè.§.quod ſi rem,ſupra eod. titulo.& in eod.§.duo fratres, ait Barto. legatarium in hoc.§. ab hærede emiſſe.

Summarium in d.l.huiuſmodi.§.cum pater.ff.de leg.j.

Pater ſi promittit totum,& poſtea legat,uidetur legare animo compenſandi.
Legatum ſi eſt factum à debitore uoluntario,nulla fit compenſatio.
Diſpoſitio qualibet,quamuis facto hominis inducatur,tamen ſi immediatè à lege inducitur, dicitur diſpoſitio legis.
Qualitas iuris iam formati,& in eſſe deducti,amplius non immutatur.
Frater legando ſorori,cui in bonis paternis ſupplementum legitimæ debebatur,præſumitur legaſſe animo compenſandi.
Pater qui primo dotauit tradendo,& poſteà legauit,utrum æſtimatio debeatur,an non.

Bar.in d.l.huiuſmodi.§.cum pater.ff.de leg.j.

BART. in ead.l.§.cum pater,ſic ait in ſumma: ſi pater † promittit dotem, & poſtea legat, uidetur legare animo compenſandi. vide Ana.in conſi.18.& in conſi.20.incip. Teſtator legauit. Ratio autem quare cenſeatur legare animo compenſandi,ea eſt,quia pater promiſit dotẽ coactus à lege,quæ uult patrem teneri ad dotandam filiam.l.qui liberos.ff.de rit.nupt. & l. pe. C.de dot.promiſſ.& ideò cùm ſit debitor neceſſarius inſpecta origine ipſius obligationis, fit compenſatio; quoniam nemo in neceſsitatibus liberalis exiſtit,& ultra ea,quæ hic tradũt doc. idem habetur in l.ſi cùm dotem.§.ſi pater.ff.ſol.matr.& in auth.præterea, ubi latè Iaſ.C. de rei uxor.acti.alioqui uerò eſt quando legatum † eſſet factum à debitore uoluntario:quia tunc utrũque debetur,ſcilicèt,& legatum & debitum, & nulla fit compenſatio.l. creditorem.ff.de leg.2. l.quamquã.& l.licèt.C.ad leg.Falcid.Et ſi dicatur,nonne omnes ſunt debitores neceſſarij, quia uelint nolint,ſoluere compelluntur; cum contractus ab initio ſint uoluntatis, & ex poſt facto ſint neceſsitatis.l.ſicut.C.de action. & obligat. & quælibet diſpoſitio † quamuis facto hominis inducatur,tamen ſi immediatè à lege inducitur,dicitur diſpoſitio legis, caſus eſt not. in l.interdum.§.paterfamiliàs.ff.de hæred.inſtit.quem ad hoc citat Aret.in l.filius à patre.§.1.ff. de libe. & poſthum.ut refert Soc.in conſi.227.col.pen.& Feli.in c.2.colu.pen.de reſcript.Reſpondeo, quicquid aliàs ſit in re propoſita, diſcrimen inter hæc duo genera debitorum colligi à primordiali origine,qua mediante aliquis ſe ipſum obligauit: nam,ſi fuit eius uoluntas,tunc attẽto initio inducendæ obligationis debitum eſt uoluntarium,ſi uerò fuit neceſsitas,ut in iſto caſu dotis promiſſæ à patre,& tunc dicitur debitum neceſſarium, ut latè tradunt doct.in locis præmemoratis. ſed hic pulcherrima ſuboritur difficultas, ſi promiſſa fuit dos à patre,quo caſu eſt debitor neceſſarius, an filius qui ei ſucceſsit, dicatur etiam ipſe debitor neceſſarius; ita ut ſi legat,cenſeatur ipſe quoque legare animo compenſandi? Dubium facit, quia immiſcendo ſe hæreditati paternæ, uel adeundo hæreditatem,ſi non ſumus in ſuo, uidetur aliquis quaſi contrahere cum creditoribus hæreditarijs.l.apud Iulianum,in fi.ff.ex quib.cau.in poſſ.eat.l.ex maleficijs.§.hæres.ff.de actio.& oblig.& §.hæres,inſt.de oblig.quæ ex quaſi contr.propterea cum iſte actus ſe immiſcendi propter beneficium abſtinendi ſit uoluntarius,uidetur debitor uoluntarius,& conſequenter non animo compenſandi legaſſe.verior tamen eſt (meo iudicio) diuerſa ſententia: quia hoc debitum non oritur ab iſto actu immixtionis, ſed iam fuit perfectum in perſona patris. & attenta illa primordiali origine fuit debitum neceſſarium & legale: ideo ex perſona hæredis non mutatur qualitas obligationis.l.ij.§.ex his.ff.de uerb.oblig.& ita expreſsè docuit Bal.in auth.quas actiones.C.de ſacroſ.eccleſ.& tex.cum glo.in l. Polla. C.de his quib.ut indign.ubi Bar.ait qualitatem † iuris iam formati & in eſſe deducti amplius non immutari. Præ-

tereà non est uerum,quòd filius immiscendo dicatur facere actum uoluntarium: immo dicitur perseuerare in obligatione suitatis,nec beneficium abstinendi consideratur,nisi in casu quo filius utatur beneficio abstinendi, ut egregiè declarat Dec. quem uide omnino in consi.331.& difficultatem hanc in specie terminarunt multi magni nominis uiri,ut Pet.de Anch.qui in cons. 26.in fi.apertissimè docuit, debitum, quod erat necessarium in persona defuncti, pariter esse necessarium in persona hæredis,qui sponte hæreditatem adiuit. cuius decisionē sequitur Dec. in l.hæredem. ff. de reg iur. hoc idem ait Crauet.in consi.131.nu.14.& ferè in terminis est de-
5 cisio Fulgos.in consi.81.versi.in oppositum. ubi ait,fratrem † legando sorori, cui in bonis paternis supplementum legitimæ debebatur,præsumi legasse animo compensandi: quoniam debitum legitimæ à legis constitutione proueniebat,& tamen etiam ipse se immiscuerat hæreditati paternæ. An autem legatum factum filiæ à patre censeatur factum animo compensandi cū legato eidem facto ab auo nomine dotis?vide per Raph.Cuma.in cons.133.

6 Bar.in eod.§.cùm pater,versi.quæro quid si pater, tractat, quando pater, † qui primò dotauit tradendo,& postea legauit,utrum æstimatio debeatur an non? De hac re uide Bar. in l.ij. de leg.2.Subiungit posteà Bar.quid si pater primò legat, & posteà dotat; & distinguit, ut hic per eum. quem sequitur Aret.in l.Gallus.§.quidam,colu.2.ff.de liber. & posth.& in c.cùm.M. col.11.versi.sed adde,de const.

Summarium in d.l.huiusmodi.§.Titio.ff.de leg.j.

1 *Qui non admittitur ad partem iure actionis, facit partem si habet iura retentionis.*

Bar.in d.l.huiusmodi.§.si Titio.ff.de leg.j.

1 Bart. in ead.l.§.si Titio,sic ait in summa.Qui non admittitur † ad partem iure actionis,facit partem si habet ius retentionis.vide Raph.Cuma.in cons.43.incip.quidam.

Bar.in d.l.huiusmodi.§.Stichum.ff.de leg.j.

1 Bart. in ead.l.§.Stichum,inquit,ei, qui electionem † habet ex ultima uoluntate uarias non licere, vide quæ posui ad Bar.in l.serui electione.in princ.suprà eod.tit.& ibi doct.

Summarium in d.l.huiusmodi.§.quibus ita.ff. de leg.j.

1 *Testator si instituit filias in centum pro qualibet, inter eas non habet locum ius accrescendi.*

Bar.in d.l.huiusmodi.§.quibus ita.ff.de leg.j.

1 Bart. in ead.l.§.quibus ita,ait,si testator† instituit filias in centum pro qualibet,inter eas non habere locum ius accrescendi. vide Bar.in l.re coniuncti,col.9.uers.11.quæro.ff.de leg.j & ibi Ias.col.27.cum seq.& Ang.in cons.11.inscip.Ser Titius notarius.

Summarium in d.l.huiusmodi.§.si is cui.ff.de leg.j.

1 *Plures uenientes ad legatum, ut concordes esse compelluntur.*

Bar.in d.l.huiusmodi.§.si is cui.ff.de leg.j.

1 Bart. in ead.l.§.si is cui,in fi.dum agit de pluribus † simul uenientibus ad legatum, ut cōcordes esse compellantur,inquit,aut alter uult ut sorte dirimatur,& diuiditur sorte; aut neutra hoc uult,& tunc dispositio effectum non consequitur. Limita hoc nisi de magna controuersi timeretur,ut per Alex.in l.ij.§.ex his.ff.de uerb.oblig.& ibi latius docuit Aret.

Summarium in l.si tibi.§.cum seruus.ff.de leg.j.

1 *Res aliena si fuit legata seruo,non debetur nisi à tempore moræ.*

Bar.in l.si tibi.§.cum seruus.ff.de leg.j.

1 Bart. in d.l.si tibi.§.cum seruus,sic inquit,si res aliena† fuit legata seruo,non debetur nisi à tempore moræ. Dicas tu hoc non habere locum quando esset eiusmodi res,ex qua potuisset transferri quasi dominium,& sic publiciana; quia tunc debentur legata. Bar.in l.fideicommisso.ff.ad Trebell.

Summarium in d.l.si tibi.§.si fundus.ff.de leg.j.

1 *Possidens, potest insolidum conueniri in actione personali.*

Bar.in d.l.si tibi.§.si fundus.ff.de leg.j.

1 Bart. in ead.l.§.si fundus,in fi.opponendo dicit,in actione † personali possidentem posse in

in solidum conueniri. & soluendo remittit se ad ea, quæ dixit in l.iiij.§.Cato.ff. de uerb. oblig. vide ibi Ang.de Perigl.col.4.uersi.1. & Iaſ.in 8.col.ubi aiunt iſtum text.non obſtare.

Summarium in l.quæſitum.ff.de leg.j.

Nepos ſi conſequitur ab auo materno aliquid, illud non dicitur profectitium quò ad patrem.

Bar.in l.quæſitum.ff.de leg.j.

BART. in d.l.quæſitum, in princ.uerſi.ex hac.l.not.inquit, illud, quod nepos † conſequitur ab auo materno non dici profectitium quò ad patrem. de hac re uide Alex.in conſ.8.viſis ſubtiliſsimis, col.3.verſi.& iſtud, in 3.vol.

Summarium in d.l.quæſitum. §.ſi ſeruus.ff.de leg.j.

Donatio illius, qui dixit, dono tibi hæreditatem, ualet.

Bar.in d.l.quæſitum.§.ſi ſeruus.ff.de leg.j.

BART. in ead.l.§.ſi ſeruus, ait, ualere donationem † illius, qui dixit: dono tibi hæreditatem quia, licèt non detur hæreditas uiuentis, tamen debet intelligi de bonis. Contrarium tenuit Bar.in l.fi.col.4.verſi.ſed ſi aliquis diceret, de pact.& contra Bar.facit tex.in l.licèt inter priuatos.C.de pact.ibi nec donationis.& de hac re tradit Iaſ.in d.l.fi.& Alex.in l.ſtipulatio hoc modo concepta, col.17.ff.de uerb.oblig.& aliter non ſoluit, tamen doct.hic tranſeunt.

Summarium in l.ſi Titio. §.ſicuti.ff.de leg.j.

Fideicommiſſum relinqui poteſt à ſuccedentibus pupillo ab inteſtato.

Pater non poteſt grauare filium in bonis ipſius filij, ſed grauare poteſt ſuccedentes ei ab inteſtato.

Teſtator poteſt falcidiam prohibere.

Alienatione prohibita extra familiam, non cenſetur prohibita ſucceſſio ab inteſtato.

Una uia prohibita, alia conceditur.

Bar.in l.ſi Titio.§.ſicuti.ff.de leg.j.

BART. in l.ſi Titio.§.ſicuti, ait, fideicommiſſum † relinqui poſſe à ſuccedentibus pupillo ab inteſtato, quod expirat pubertate adueniente. vide Iaſ.in l.ſi arrogator. col.2. de adopt. & pro regula huius tex. ut quemadmodum pater poteſt facere teſtamentum pro filio pupillo, ita poſsit etiam condendo codicillos fideicommiſſum iniungere ab inteſtato.facit regula.l.ſecundæ ſuprà eod.hoc eſt cui permittitur teſtari, eidem permittitur etiam codicillari. Et dum progreditur Bar.declarando patrem † non poſſe grauare filium in bonis ipſius filij, ſed grauare poſſe ſuccedentes ei ab inteſtato, vide Bar.in l.j.§.fi.ff. de uulg. & pupill. & addita ad Anan.in conſi.42.Alex.in conſi.185.Attenta & conſiderata, in libro primi & ſecundi vol.Paul.de Caſt. in conſi.149.in fi.& in conſi.77.in nouis. & Iaſ.in l.hæredes mei.§.ita.ff.de uulg.Ratio autem quare iſti ſuccedentes pupillo ab inteſtato grauari poſsint, ea eſt ſecundum Bar. quia cùm pater potuerit eis hæreditatem adimere, extraneum ſubſtituendo, uidetur eam illis dare. Adde hoc idem colligi in l.j.§.ſciendum, cum gl.ff.de leg.3.in l.cùm hic ſtatutus.ff.de donat.int.uir.& uxor.tradunt doct.poſt gl.in l.ſi fundum per fideicommiſſum, in fi.cùm.l.ſeq.hoc eod.tit. & uide Iaſ.in l.j.col.13.verſi.ſexto.ff.de leg.1. Contra iſtam rationem uidetur facere, quia teſtator † poteſt falcidiam prohibere. auth.ſed cùm teſtator.C.ad leg.Falcid. Tamen ſi eam non prohibet, non dicitur propterea eam permittere & dare hæredi: immo hæres dicitur eam detrahere contra tacitam mentem defuncti.tex.eſt & ibi Abb.in c.Raynaldus, de teſta.licèt alioqui doct. ibi in d.c.& Curtius in conſi.75.dicat eam non detrahi contra intentionem teſtatoris. Præterea contra prædictam rationem uidetur urgere tex.in l. unum ex familia.§.1.ff.de leg.2.ubi, qui eligit unum de familia, quamuis potuiſſet ei adimere alterum eligendo, tamen nihil ei tribuere cẽſetur, ſed totum id præſumitur habere à primo teſtatore, perinde ac ſi is fuiſſet electus ab eo. Item contra hanc Bartoli rationem facit illa communis * opinio doct. de qua agitur in l.peto fratre.ff.de leg.2.dum aiunt, prohibita † alienatione extra familiam non cenſeri prohibitam eſſe ſucceſsionem ab inteſtato; quamuis iſte non ſit de familia: quia illa dicitur eſſe alienatio legis, & non hominis prohibiti.l.cum pater.§.cum inter.ff.de leg.2. Quinimmo aiunt doct. huiuſmodi prohibitum poſſe hæredem inſtituere illum, qui eſt ſucceſſurus ab inteſtato, ſecundum

dum gl.in l.pater filium.§.Iulianum.ff.de leg.3.Alex.in consi.55.& in consi.59.col.4.in 3.vol. ubi ait,in hanc sententiam communiter itum esse. igitur non est uerum quòd defunctus dare censeatur hęreditatem uenientibus ab intestato,ut hic habetur,& in l.conficiuntur,de iur.cod. nam attenta hac ratione,non posset prohibitus dare hæreditatem uenientibus ab intestato tacitè,& multò minus expresè; sed hic daretur tacitè & expresè; atque ita fieret fraus de modo ad modum,contra.l.non dubium.C.de legi.& quod una † prohibetur, per aliam concederetur,contra.c.cùm quid,de reg.iur.Redeundo autem ad ea,quæ ex isto tex.colliguntur,licitèr,fideicommissum posse iniungi succedentibus pupillo ab intestato,quęritur,utrum fideicõmissum in dubio censeatur iniunctum filio,an eius hæredibus? vide Ias.in l.precibus,col.12.C. de impub.& in l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de uulg.& pupill.ubi sentit succedentibus ab intestato iniunctum esse existimari. sed contrarium uidetur colligi ex traditis per Soci. in consi.140. col.2.in 1.vol.uide omnino Mari.Soc.iuni.in consi.131.col.pe.

Summarium in l.quod fideicommissum.ff.de leg.j.

1 *Venientes ab intestato quare grauari possunt infra tempora pubertatis.*

Bar.in l.quod fideicommissum.ff.de leg.j.

1 Bart. in d.l.quod fideicommissum,quærit rationem,quare uenientes † ab intestato grauari possint infra tempora pubertatis; aitque rationem esse,quia censentur habere hæreditatẽ à defuncto,qui alium instituere poterat,ut dictum est etiam in §.precedenti,ideo ea,quę ibi posui,hic repetita esse intelligantur.& de hac re vide Alex.in cons.185.Attenta & considerata,in libro primi & secundi vol.

Summarium in l.quidam testamento.§.si tibi.ff.de leg.j.

1 *Qui tenetur ad pretium rei,re perempta,liberatur.*

Bar.in l.quidam testamento.§.si tibi.ff.de leg.j.

1 Bart. in d.l.quidam testamento.§.si tibi,tractat an & quando ille,qui † tenetur ad pretium rei,re perempta liberetur? vide Bar.& alios,in l.quod te.ff.si cert.pet.

Summarium in l.ab omnibus.§.si Titio.ff.de leg.j.

1 *Testator,si dicat,quisquis mihi hæres erit, det decem Titio, si plures sunt hæredes omnes tenentur ad dicta decem.*

Bar.in l.ab omnibus.§.si Titio.ff.de leg.j.

1 Bart. in d.l.Ab omnibus.§.si Titio,ait,si testator dicat,† quisquis mihi hæres erit,det decem Titio,si plures sunt hæredes,omnes teneri ad dicta.x.cogita tamen quia unusquisque non teneretur ad integra.x.sed omnes simul.Et dum Bar.subiungit de statuto, quo cautum est,si rustici non ceperint malefactorem, ipsi teneãtur ad damnum resarciendum.vide Ang.de maleficijs in vers.quod autem,in uoce,Andream auxiliatorem.

Summarium in l.si seruus.§.si ita scriptum.ff.de leg.j.

1 *Dictio,amplius, quid significet.*

Bar.in l.si seruus.§.si ita scriptum.ff.de leg.j.

1 Bart. in d.l. si seruus.§. si ita scriptum. tradit significationem huius uocis, amplius,† aliqua uide apud eundem Bar.in l.si tibi.ff.de legat.3. & aliqua per eundem Bar.in l.lecta,in 3.oppos.ff.si cert.pet.

Summarium in d.l.seruus.§. qui quinque.ff.de leg.j.

1 *Demonstratio falsa adiecta rei quæ non reperitur,uitiat legatum.*

Bar.in d.l.si seruus.§.qui quinque.ff.de leg.j.

1 Bar. in ead.l.§.qui quinque, inquit,demonstrationem † falsam adiectam rei,quæ non reperitur,uitiare legatum,sed oppon.de l.hæredes.§.fi.ff.famil. erciſc. Tu distingue ut per Oldr. consi.197.Iuris in concesione.& Io.And.in addit.ad Spec.in tit.de emptio.& uend.§.1.uers. fi.& dum subiungit Bar.quæstionem,si uir legauit uxori suæ frumentum,quod habet in domo, & superuiuens illud consumpsit,& aliud reposuit,an illud quod reperitur tempore mortis debeatur?vide Soci.in l.filio.in fi.ff.de cond.& demonstr.

Summa-

Summarium in l.si quando.ff.de leg.j.

Verba debent intelligi, ut aliquid operentur.
Interpretatio ea sumenda est, qua dispositio non redditur elusoria, & inanis.
Verba priuilegij, quamuis sint intelligenda, ut aliquid operentur, tamen sub uerbis generalibus, ea non comprehenduntur, quæ non nisi cum maxima difficultate solent concedi.
Verba sunt magis interpretanda, ut nihil operẽtur, quàm ut ultra solitam significationem extendantur.
Clausula, admitto si & in quantum, nihil operatur.

Bar.in l.si quando.ff.de leg.j.

Bart. in d.l.si quando, sic ait in summa. Verba debent † intelligi, ut aliquid operentur: idem habetur in c.si Papa, de priuileg.in 6. limita istam regulam, quãdo exprimitur illud, quod tacitè inest, quia tunc nihil operantur. ita Alex.in consi. 33. Viso themate, in 1.volu. aliter tamen uidetur sentire Dec.in consi. 667. Et de hac materia uide latè Feli.in c.sicut Romana, col. 4.de rescript.item eam esse semper † sumendam interpretationem, qua dispositio non redditur elusoria & inanis, tradit Feli.in c.Rodulfus. de rescript. Attende tamen quia multoties superfluitas toleratur, ut in multis casibus, quos memorat idem Feli.in c.solitę, de maior. & obed. nu. 10. cum seq.ubi dicit mirabile uerbum, scilicèt.l.hanc procedere solum in ultimis uoluntatibus, alioqui uerò in contractibus. Contrarium tamen docuit Dec. in consi. 48. ubi ait, nullam syllabam sine ministerio esse debere. & in consi. 300. Et ad regulam hanc uide Raph.Cuma.in consi. 41. incip. In Domini nostri Iesu Christi, in fi. ubi loquitur de statuto. & idé esse in priuilegijs docuit idem Raph.Cuma.in consi. 100. viso tenore in fi. Quòd autem magis sit superfluitas toleranda, quàm ut aliquis damnum indebitè patiatur, uide apud Bar.in l.fin.§.in computatione.C.de iur.delib.& Soc.in consi. 21.col.4.nu.13.in 3.vol. Quid uero ubi aliquid contra testatoris uoluntatem sequeretur? vide apud Raph.Cuma.in consi. 118.in fi. Item adde quamuis uerba † priuilegij sint intelligenda, ut aliquid operentur, tamen sub uerbis generalibus ea non comprehendi, quæ non nisi cum maxima difficultate solent concedi. Aret.in consi. 19.& circa prædicta animaduerte, quia uerba generalia posita post aliqua specificata, si ad ea relata nihil operantur, debent semper ad alia referri.c.qui ad agendum, de procur.in 6.l.alimenta.§. basilicæ.& l.Stichus.ff.de alim.leg.tradit Alex.in consi. 153. in libro primi & secundi volu. Et uerba debere semper aliquid operari, tradit Bal.quem uide omninò in rubrica de contrah.empt.sunt tamen uerba † magis interpretanda, ut nihil operentur, quàm ut ultra solitam significationem extendantur, quoniam hoc est minus absurdum. Soc. in consi. 73.col.3.in 1.vol.ex prædicta regula not.infert Feli.in c.1.nu.86.vers.& si dicatur, de const.etiam si uerba illa, committimus arbitrio tuo, indicent arbitrium boni uiri, hoc tamen non habere locum, ubi hæc uerba dirigerẽtur ad eum, qui alioqui etiam ut bonus uir indicare teneretur: quoniam eo casu de libero arbitrio intelliguntur, ut uerba aliquid operentur. Denique scias uerba dici satis operari, quando remouent dubitationem, ut per Cravet.in cons. 70.

Bar.in ead.l.in princ.in uersic.ultimò quæro, ait, clausulam † quæ tota die apponitur à iudice dicente, admitto si & in quantum, nihil operari. vide Roma.in consi. 501. ubi uult, iudicem, facta hac admissione, functum esse officio suo, & actum pro admisso haberi, si iure erat admittendus, uel saltem dubium; & ideo non habere amplius de hac re cognoscendi potestatem; alioqui uerò si explorati iuris erat, illum admitti non debere; quoniã habetur pro reiecto.ad quod videas etiam Bal.in repet.l.edita, chart.pen.C.de eden.& ui huius clausulæ iudicem à se abdicasse censeri cognitionem, sit ne admittendus an non, tradit Bal.in consi. 360.in 2.vol.Paul. de Cast.in consi. 28. & in consi. seq. quamuis non ita clarè, & in terminis loquatur. Et de uirtute huius clausulæ, si & in quantum, vide Præpos.in c.sæpe.col. 4.de appell.& Feli. in c.cùm contingat, de offic. deleg. ubi latè posuit, prout ipsemet ait in c.quod ad consultationem, in princ.de re iudic. & ibi etiam uide Barb.in d.c.cùm contingat, col. 14.Roma.in repeti.l.primæ.col. 11. ff.de arbitr.quid si dubitetur, debeat ne aliquis satisdare an non? vtrum admitti possit cum ista clausula? Respondeo, dicendum uideri, ut possit, per tex.in l. prætor ait.§.fi.ff.de damn.infect.

quid

quid autem si dubitaretur, habeat ne aliquis uocem in capitulo an non? vtrum admitti possit sub ista conditione, si admitti potest; vide plenè Bal. in c. 1. §. qui quoque, de succeſſ. feud. quid si hæc clauſula in libello poneretur? vide Bal. in d. l. edita. & Peruſi. in d. c. ſæpe de appell.

Summarium in d. l. ſi quando. § hæres. ff. de leg. j.

1 *Soluendi facultas aliud pro alio, an & quando ad ſucceſſores tranſeat.*
2 *Litis conteſtatione ſuper actione iudicati, non aufertur facultas uariandi.*

Bar. in d. l. ſi quando. §. hæres. ff. de leg. j.

1 BART. in ead. l. §. hæres, tradit, an & quando facultas † ſoluendi aliud pro alio ad ſucceſſorem tranſeat? & dum ſoluit contrarium l. ſi ſtipulatus. ff. de ſolut. uide Rom. confutantem iſtã Bartoli ſolutionem. in §. Cato. col. 10. verſ. ſed quamuis. ff. de uerb. oblig.

Bar. in eod. §. verſi. quæro practicam, agit quomodo in caſu huius legis petitio fieri debeat? & multa dicit. ſed mihi dicendum uideretur, petendum eſſe id ſolum, quod eſt in obligatione, & ſuper eo petendam eſſe ſententiam, conteſtando litem ſuper actione iudicati: quia uidetur facultas ſoluendi aliud pro alio. l. item ueniunt. §. idem rectè. ff. de peti. hæred. & ita uidetur res clara. Sed magis dubitandum eſſet, quando quis alternatiuè teneretur, ita ut utrunque ſit in
2 obligatione, quoniam eo caſu conteſtatione † litis ſuper actione iudicati non aufertur facultas uariandi. tamen pro huius dubij ſolutione uide trad. in l. qui ex pluribus. §. fi. ff. de uerb. oblig. ubi ponitur alia practica. & ideo cogita rationem differentiæ inter hoc & illud documentum, & quare per litis conteſtationem ſuper actione iudicati non tollatur uariandi facultas. & dum Bar. hic paulò poſt opponit de l. j. §. item ſi ita. ff. ad leg. Falc. & de l. j. de pen. leg. ubi etiam quando ex diſpoſitione teſtatoris unum ſolui poteſt pro alio, tamen litis conteſtatione præcluditur uia ſoluendi. & reſpondet Bar. dicens, ibi unum fuiſſe principaliter in obligatione, aliud uero fuiſſe adiectum in pœnam, hic uerò non in pœnam, ſed in fauorem hæredis adiectum fuiſſe. Attende quoniam contrarium, hoc eſt, ibi pœnam in fauorem hæredis fuiſſe adiunctam, ait Bart
* ad quem alij * cõiter aceſſerũt in l. ita ſtipulatus, col. 15. in 1. oppoſ. ultimæ par. ff. de uerb. obli.

Summarium in l. filiusfam. § cum quis rogatus. ff. de leg. j.

1 *Liberos extare, ſufficit quò ad conditionis defectum, quamuis non ſint hæredes.*
2 *Filia nata ex grauato non excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi is deceſſerit ſine liberis, quando teſtator propriam filiam excluſiſſet.*
3 *Teſtator præſumitur uelle diſponere, prout ſtatutum diſponit.*
4 *Filia uenit appellatione filiorum.*
5 *Filia facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſubſtituto etiam agnato.*
6 *Hæredes qui non ſunt, habentur pro mortuis.*
7 *Filius qui omnino, & abſque dubio eſt moriturus, ut ſi natus eſſet ſexto menſe, utrum iſte faciat deficere fideicommiſſum.*

Bar. in l. filiusfamiliàs. §. cùm quis rogatus. ff. de leg. j.

1 BART. in d. l. filiusfamiliàs. §. cùm quis rogatus, ſic ait in ſumma. quò ad † conditionis defectum ſufficit extare liberos, quamuis non ſint hæredes. De intellectu huius tex. vide Soci. in l. cùm auus, col. 32. & ſeq. ff. de condit. & demonſtr. & contra collectionem, quam hic facit Bar. urgent trad. per Soc. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, col. 3. uerſi. ſecunda concluſio. ff. de liber. & poſth. ſed animaduerte, quoniã ibi poſiti in conditione dicuntur tacitè uocati à primo teſtatore, & eius tacitam habere uoluntatem: quamuis non habeat uoluntatem grauati, ut ſingul. ait
2 idem Socin. in d. l. cùm auus, colum. 48. in 3. quæſt. ubi etiam habetur, filiam † natam ex grauato non excludere ſubſtitutum ſub conditione, ſi is deceſſerit ſine liberis, quando teſtator propriam filiam excluſiſſet. idem ait Dec. in conſi. 370. & alij, quos iam iam commemorabo: nam hic opportunè ſuboritur pulchra difficultas, an ſubſtitutio alicui facta, ſi ſine filijs deceſſerit, locum habeat filia exiſtente? an uerò ſubſtitutus excludatur ab ea? in hac re uariæ & diuerſæ fuerunt doctorum ſententiæ, ut retulit Dec. in d. conſ. ſed pro uera & clara huius dubij ſolutione

dicendam

dicendum est, hoc totum à cõiecturata uoluntate testatoris debere gubernari, & regi. & ideo potissimùm inspicienda est persona substituti: nam si esset filius uel agnatus, tunc filia non facit deficere fideicommissum: quoniam ex qualitate substituti conijciendũ est, testatorem uoluisse conseruare agnationem & familiam suam, quæ per solos masculos conseruatur. & maximè hoc uerum est, quando testator (ut prædictum est) proprias filias non instituisset cum filijs masculis. ita Dec. in d. consi. 370. Soci. in consi. 6. Fulg. in consi. 18. & in consi. 38. Hæc eadem sumitur coniectura, qñ in loco illo statutum extaret, fœminas fauore masculorum excludens, vt per Corn. in cons. 297. in 1. vol. nam testator † præsumitur uelle disponere pro ut statutum disponit. Dec. latè in consi. 316. & in cons. seq. Soci. in cons. 30. col. pen. & in consi. 90. in 1. volu. Doct. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. & Feli. in c. ius generale, in addit. ad opus Abb. in decretum. Ad rem faciunt trad. per Alex. in consi. 14. in 4. uol. & Soci. in consi. 280. in fi. in 1. uolu. vbi ex hoc infertur, si pater instituit filios & filias, intelligitur uocasse filias deficientibus masculis secundum iuris municipalis constitutionem. Neque prædictis refragatur, filiam † de iure communi appellatione filiorum contineri. l. qui filiabus, & l. si quis ita dixerit. ff. de testam. tut. quia ex quo de contraria uoluntate coniecturata ipsius testatoris apparet, argumentum refellitur. præterea, quòd filia appellatione filiorum contineatur, non ex propria, sed ex lata uocabuli significatione procedit, vt ait Bar. in l. j. ff. de uerb. signifi. & Fulg. in d. consi. idq; colligit̃ ex d. l. si quis ita, in uerbo, videtur, quod indicat improprietatem, sed à propria uerborum significatione non est recedendum, nisi aliter appareat de contraria uoluntate testatoris. l. nõ aliter. ff. de leg. 3. igitur &c. Si uerò substitutus esset extraneus, tunc filia contineretur, & faceret deficere conditionem fideicommissi, quoniam eo casu cessant rationes in contrarium adductæ, & hoc pacto contrariæ opiniones ad concordiam rediguntur, vt inquit Dec. in d. cons. 370. Et in proposita re uide omnino multas memorabiles coniecturas apud Alex. in cons. 48. & in consilio seq. in 4. volu. & in hac materia uide eundem Alex. in cons. 38. in 6. uol. Soci. in cons. 14. in 3. vol. in cons. 73. in 4. vol. & in consi. 40. inter consilia Curtij. Dec. in cons. 15. in cons. 514. & in cons. 545. Nec prætermittas uidere Curt. in consi. 44. vbi vult, filiam † substituto etiam agnato facere deficere conditionem fideicommissi. & in consi. 63. nu. 8. sed ad fauorem masculorum uide eundem Curt. in cons. 51. quid autem si substituta esset filia testatoris filio masculo sine filijs decedenti? nam hic cessat prædicta distinctio, & fauor conseruandæ agnationis. vide Dec. in cons. 568. Quid si testator reliquit fideicommissum sub conditione prædicta, & in aliqua parte testamenti nullam fecit mentionem masculorum uel fœminarũ, excepto ultimo gradu substitutionis, an isto casu appellatione filiorum intelligatur fœminam comprehendere uoluisse? ita ut conditionem fideicommissi faciat deficere? vide Dec. in cons. 495.

Bar. in hoc eodem §. in 1. oppos. ait, eos, qui non † sunt hæredes, haberi pro mortuis. De hac re uide Salic. in l. j. C. de cond. inser. vbi ait deportatos, & ingredientes monasterium incapax. & alios incapaces non facere deficere conditionem fideicõmissi. Tu uerò de ingrediente monasterium, vide Alex. in cons. 263. in lib. primi & secundi uol. & in cons. 91. in 4. uol. & in consi. 13. in 3. vol. vbi ait, substitutioni locum esse, & hanc esse * cõem sententiam. sed contrarium vr̃ probari ex trad. apud eundem Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantùm, ad quem alij accesserunt, dicentes, conditionem uoluntariam appositam à testatore impleri debere in forma specifica, nõ autem per æquipollens, neq; per alium modum, qui eundem effectum operetur. quapropter cùm ista conditio, si sine liberis decesserit, sit uoluntaria, consequens est, ut in forma specifica uerificari debeat. Tamen de hac re uide Ang. in cons. 80. Soc. in consi. 92. & in consi. 275. in 1. vbi loquitur in deportato. doct. in l. Deo nobis. C. de episc. & cleric. & in auth. contra rogati. C. ad Trebell. & in c. in præsentia, de probat. & Feli. in c. licèt undique, de offi. deleg. Quero in hac materia, si nascitur † filius, qui omnino & absq; dubio est moriturus, vt putà si esset natus in sexto mense, vtrum iste faciat deficere fideicommissum? Respondeo quòd non, quoniam iste habetur pro non nato, vt per Feli. in c. sicut ex tua, de homic. Dec. in cons. 613. & Socin. in consi. 275. col. fi. in primo uolu.

De legatis primo.

Summarium in d.l. filiusfam. §. diui. ff. de leg j.

1 *Prohibitio alienationis facta sine causa, non respectu certæ personæ, non ualet.*
2 *Prohibita res alienari, vtrum alienans partem cadat à toto.*
3 *Bona prohibita alienari an ueniant in publicatione bonorum facta pro crimine perpetrato.*
4 *Alienatione prohibita, an intelligatur tantùm prohibitus ille actus, quo dominium transfertur, propriè, & strictè loquendo.*
5 *Alienatione prohibita, omnis actus est prohibitus, quo ius alteri acquiritur.*
6 *Alienatione prohibita, censetur etiam prohibita detractio falcidiæ, & trebellianicæ.*
7 *Alienari prohibita an dari possint in dotem.*
8 *Alienari prohibita utrum locari possint ad longissimum tempus.*
9 *Alienatione prohibita, intelligitur prohibita permutatio.*
10 *Alienari prohibita, alienari possunt in piam causam.*
11 *Alienationis prohibitio, si facta est cum hac conditione, ut bona deueniant ad aliquem, & ipse alienando contrafaciat, sed contractus, ob aliquē aliū defectū irritus sit et inanis, sit ne isto casu locus pœnæ uti.*
12 *Alienare prohibitus, si passus est aliquod notabile damnum ob hoc, quia alienare non potest, iudex in isto casu uoluntatem testatoris seruare non debet, sed permittere alienationem.*
13 *Alienare prohibitus si monasterium ingreditur, bona ecclesiæ acquiruntur, non obstante prohibitione.*
14 *Alienationis prohibitio quibus uerbis concipi possit.*
15 *Alienationis prohibitio facta nominatim, vtputà cum hac uoce ipsi, hæredes non afficit.*
16 *Alienationis appellatione, continetur etiam alienatio, quæ fit in ultima uoluntate.*
17 *Alienari prohibita, an desinant esse in commertio.*
18 *Prohibitio qñ est facta in fauorem, ut putà ne minor alienare possit, ualida est, eique renunciare non pot.*
19 *Statuto si cautum est legitimam ætatem intelligi in decem & octo annis, utrum prohibitione huiusmodi non obstante, is in dicto tempore possit administrare.*
20 *Testator si uetuit alienare, dicens, si alienaueris, deueniat res in talem, & non impediatur alienatio; si uerò diceret: si alienabis & tunc impeditur.*
21 *Alienare prohibitus extra familiam, si denunciat illis de familia se uelle uendere, an illis nolētibus emere, possit in extraneum alienare.*
22 *Alienari domus prohibita per testatorem, quia uoluit eam semper debere manere ad usum uxoris, et post mortem eius successorē esse, an ista uerba de successoribus uxoris, an uerò ipsius testatoris intelligātur.*
23 *Alienare prohibitus nisi ex aliqua causa, utrum stetur eius assertioni dicentis se illa de causa alienasse.*
24 *Alienatio prohibita à statuto, ut res in forensem alienari non possit, an alienatione prohibita, intelligatur prohibita hæredis institutio.*
25 *Prohibitio respectu ecclesiarum, & monasteriorum, an ualeat.*
26 *Prohibitio facta filijs, nunquid ad nepotes porrigatur.*
27 *Prohibitio facta hæredi, an uideatur etiam facta hæredi hæredis.*
28 *Alienari res prohibita, potest usu capi.*

Bar. in d.l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. j.

1 BART. in ead. l. §. diui. sic ait in summa. Prohibitio † alienationis facta sine causa, non respectu certæ personæ, non ualet. Circa istum. §. attende unum effectum, quem operatur prohibitio alienationis, vt tradit Aret. in l. si pater. ff. de vulga. & pupill. per tex. in l. antepenultima. §. Lucius testamento. ff. de lega. secundo. scilicèt, quando aliqui collectiuè sunt substituti cum prohibitione alienationis, dato eis cohærede substituto, censentur pro pluribus, nec habentur pro uno; contra omnes regulas, & contra. d.l. si pater. & de hac materia uide Ana. in cons.
2 47. vbi pulchras qōnes posuit. Quid si prohibita † est res alienari, vtrum alienans partē cadat à tota? Ias. in l. ait prætor. ff. de iu. facit quod docuit Ang. in cons. 68. incip. Testator, in 2. dubio. & tex. in §. illud enim certum, & in §. fi. in tit. quæ fuit 1. cau. benefi. Aret. in consi. 14. col. 4. vbi latè. Quid uerò sit ī re emphyteotica uel feudali, vtrū pars alienari posit, an usufructus, aut in ea constituī

constitui seruitus? vide Alexand.in consi.18. Attentis narratis,in 5.vol.Raph.Cuma. in consi. 4.in fine. Et an bona † prohibita alienari ueniant in publicatione bonorum facta pro crimine perpetrato? vide Alexand.in consi.23. in primo uolu. vbi habetur, huiusmodi bona publicari non posse.l.Imperator.& ibi Bar.ff.de fideicomm.liber.Sed an publicari possint saltem durante uita delinquentis? vide Alex.in consi.88. Opportunè consideratis,in 3.uol.vide Soc.in consilio 266.col pen.in 1.vol.& de ijs, quæ habentur in hoc.§. vide Alexan. in consi.56. Consideratis uerbis, in 1.uolum. An alienatione † prohibita,intelligatur tantum prohibitus ille actus, quo dominium transfertur propriè & strictè loquendo? Alexand. hoc tantummodò censeri esse prohibitum ait in consi.41.in 6.uolu. & Soci.in consi.75.in 1.volu. veruntamen huic sententiæ reluctatur.l.fi.C.de rebus alie.non alien. vbi in materia prohibitionis alienationis etiam pignus prohibetur, quamuis propriè non sit alienatio. & tenendo illam partem, dici posset omnem actum, quo mediante ad alienationem deueniri potest, censeri esse prohibitum: quia idem iudicium fieri solet de principio,quod de ijs quæ sequuntur ab ipso principio.tex.est singul.& ibi Paul.de Castr.in l.maritus.C.de procur. Et propterea dixit Bar.in l.in quorum. ff.de pignor.alienatione † prohibita omnem actum esse prohibitum, quo ius alteri acquiritur: quia de uno deuenitur ad alium. Hinc etiam uoluit Panorm.post glo.fi.in c.1. de postul.prælat.vbi duo ita se habent,vt de uno deueniatur ad aliud, statutum etiam pœnale in uno, locum habere in alio. de cuius documenti ueritate uide Dec.in c.nam concupiscentiam, in secunda lectura, de constitu. & ad prædicta uide Alexand.in consi.63.in 7.volu. Dec.in consi.445.num.24. & in consi.660. Barba.in consi.66.inter consilia Curtij. Felin.in cap.quæ in ecclesiarum, nume. 129.de constitu.& in c.fin.nu.10.de accusat. Abb.in consi.40. in secundo uolum. Et breuiter quicquid censeatur prohibitus facere is,qui alienare nõ potest,tradit plenè Fabianus de Monte in tract.de empt.& uend. in 4.quæst.vers. secundò & ultimò quæro. Item scias in hac materia † prohibitionis,censeri etiam prohibitam esse detractionem falcidiæ & trebellianicæ. text. est in auth.sed & in ea,vbi Bald. Salic.& alij.C.ad leg.Falcid.qui aiunt,casum illum ab aduocatis non esse consideratum. & idem tenet Ruin.in hoc.§. dicens Aretinum qui contrarium sensit in consi.18. seu 19. huius auth.fuisse immemorem, & ideo malè sensisse. Sed tu defendendo Aret.dicas, eum loqui in filijs primi gradus, in quibus secundum magis ueram opinionem falcidia & trebellianica prohiberi non potest, per ea, quæ habentur in l.iubemus.C.ad trebell. quamuis illa quæstio sit disputabilis, in qua doct. varia & diuersa tradiderunt, vt uidere est apud Alexand.in consi.67.in primo uol.in consi.5.col.penult.in 3.vol.& in consi.29. in 5.uolu.vbi testatur communem opinionem esse ut prohiberi possit. Rapha.Cuma. in consi.25. & in consi.66. vbi tenet prohiberi posse. idem uoluit Corset.in tracta.de trebellianica,in §.1.vbi quæstionem hanc ad utranque partem examinat, & tandem concludit * crebriorem & ueriorem esse sententiam,vt prohiberi possit in filijs primi gradus. Contrarium uerò ait Mari. Soci. iuni.in consi.131. vbi post multa inquit commun. opinionem esse ut prohiberi non possit. & pro hac opinione in fauorem filiorum iudicauit collegium Bergomense. tamen de hac re plenius agam Deo dante in locis proprijs,& multas alias authoritates referam. An autem in casibus in quibus falcidia & trebellianica prohiberi potest, ita censeatur prohibita ui huius prohibitionis generalis, sicut si expressè prohiberetur? vide Aret.in consi.12. & Soci.in cons.14. in 1.vol.vbi ait,expressam requiri prohibitionem, non autem tacitam neque per uerba æquipollentia. sed contrarium tenuit Alexand.in consi.5.col.pen.in 3.uol.& in consi.133.in 5.uolu.& in consi.201.in 6.vol. vbi testatur hanc esse * communem sentẽtiam,& hoc idem testatur etiam Anto.Corset. in tract.de trebellianica.§.2.vbi ait,uerba æquipollentia sufficere etiam in filijs primi gradus. Nunquid † alienari prohibita dari possint in dotem? vide doct. & præcipuè Salic.& Iaf.in auth. res quæ,C.commun.de lega.& fideicommis. Alexand.in consi.329.in lib.primi & secundi uolu. Roman.in consi.457. Soci, in consi.49.colu.penult. & in consi.75. col.penult.in primo uolu. Et utrum huiusmodi bona alienari possint pro dote restituenda, vel pro lucro dotis? vide doct.in d.auth.& Soci. in consi.23. in 3.uol.& Dec. in consi.519. Et

tenendo in casibus istis alienationem fieri posse, quæro si maritus fideiussorem dedisset pro dote restituenda, an eo etiam casu alienatio sit permittenda? Roma.in singul.249. incip. Ego habui, concludit quòd non. vbi uide addita per Castill. Rursus quæro an prædicta locum habeant solùm in prohibitione expressa, an etiam in tacita. vide hoc & multa alia scitu digna per Ambrosium de Oppizzo in hoc §.& omnino apud Ioan. Campeg.in tracta.de dote. quæ-
8 stio.18. quintæ part. & Iaſ.in l.quæ de legato, hoc eod.tit. Vtrum autem alienari † prohibita, locari possint ad longissimum tempus? idq; fieri posse dummodo in instrumento continetur, propterea acquiri non debere utile dominium conductori, inquit Feli. in c.quæ in ecclesiarum,num.119.de const.de qua re agit etiam Alexand.in consilio 308. Visis duabus, in libr. primi & secundi uolu. uide quæ posui ad Bart.in l.manumissiones.ff.de iust.& iur. Et an stante huiusmodi prohibitione concedi possit commoditas fructuum percipiendorum? *distingue*
9 ut per Bald.nouell.in tracta. de dote. in quinquagesimosexto priuilegio. An prohibita alienatione intelligatur prohibita permutatio? Paul.de Castr. in consi.16. Attende in hac materia, quia res prohibita alienari, si aliæ res non extant, ex quibus satisfieri creditoribus possit, poterit illa res tutè alienari, si fiat trina denunciatio illi, qui in casu alienationis fuit uocatus. formam autem dictæ denunciationis uide apud Ang. in cons.243. Soci.verò in consi.66.in 4. vol.iuncta subscriptione ibi seq.ait,alienare prohibitum non contrafacere,si alienat ob causam uetustiorem ipsa prohibitione.citat.l.alienationes.ff.famil.erciscun.idem uoluit Pau. de Castr.
10 in consi.17. Item alienari † prohibita alienari posse in piam causam docuit Soci.in consi.216. col.1.in 1.volu. Item filius alienare prohibitus, si alienat usque ad concurrentem suæ legitimæ quantitatem,valida est alienatio,& is in re alienata sibi uidetur elegisse legitimam suam,proinde si multa bona ab eo alienarentur,primi emptores usque ad legitimæ quãtitatem tuti essent, cæteri uerò excluderentur. Aret.in consi.18. vbi aliam quoque memorabilem quæstionẽ po-
11 suit,scilicèt,si facta est alienationis † prohibitio cũ hac conditione, vt bona alienata deuenirent ad aliquem; & is alienando contrafaciat, sed contractus ob aliquem alium defectum irritus & inanis,sit ne isto casu locus pœnæ an non? vt sciatur an ille possit bona de facto alienata uendicare? vide ibi. vtrum filius possit eligere pro sua legitima rem illam,quæ est prohibita alienari? Paul.de Castr.in cons.17. Item non est silentio prætereundum,si prohibitus † alienare, pe-
12 surus esset aliquod notabile damnum ob hoc,quia alienare non potest,iudicem in casu isto uoluntatem testatoris seruare non debere. immo posse permittere alienationẽ,secundum Aret. in consi.22. ad quod faciunt tradita per doct. maximè Iaſ.in l.Marcellus.§. res quæ.ff.ad Trebell.vbi habetur, res prohibitas alienari, instante necessitate propter famem, vel redemp-
13 nem hæredis, vel alijs de causis similibus alienari posse. Item si alienare † prohibitus monasterium ingreditur, bona ecclesiæ acquiruntur non obstante prohibitione,vt ait Feli.in capit. præsentia, nu.65.de probat. Item alienari prohibita possunt alienari, quando illi consentiunt ad quos bona in casu alienationis deuoluerentur. Cæpoll.in cautel.212. Quid uerò si ille, cuius intuitu facta est prohibitio, est præsens alienationi, & non contradicat, an pro consentiente
14 habeatur? vide Roma.in consi.457. in fi. Et quibus uerbis † prohibitio alienationis concipi possit, ad hoc ut res nullo pacto alienari ualeant, tradit Cæpoll.in cautel.32.ad quod facit quod ait Angel.in consi.169. Quæro si bona prohibita sunt alienata sine consensu & requisitione consanguineorum, & in casu contrauentionis, deueniant in consortes: vtrum requirendæ sint mulieres, & filij naturales? & utrum hæ personæ in casu contrauentionis tanquam
15 consortes uocentur ad rem alienatam? vide Angel. in consi.191. Scias etiam alienationis & prohibitionem factam nominatim, ut putà cum hac uoce, ipsi, hæredes non afficere. tamen hoc non procedere, quando esset adiecta ratio, vt bona remaneant in familia, ut docet Iaſ. in hoc.§. Adde Corne. in consilio 28. in primo uolum. & Bart. in auth. de restit.fideicommiſſ. Quid si prohibitus alienare, vt post mortem suam restituat alteri, alienat, & demum rem alienatam redimat, vel res aliter ad eum reuertatur, vtrum dicatur contrafeciſſe? Dicas quod non,secundum Mari.Socin. iuni.in consi.20. nume.41. Attende in re proposita, alienationis

16 tionis † appellatione contineri etiam alienationem, quæ fit in ultima uoluntate. l. si quis prioris. §. certum. C. de secund. nupt. tradit Soc. in consi. 123. in 3. uol. Tamen hoc non procedere, quando dictum fuisset, illum prohibitum non posse uendere, pignorare, nec alienare: nam ex illis uerbis præcedentibus, uendere, & pignorare, declaratur etiam hoc aliud uerbum, alienare, ut eiusdem sit qualitatis, & de sola inter uiuos alienatione intelligatur, vt not. docuit Maria.

17 Soci. iuni. in consi. 112. Nunquid alienari † prohibita desinant esse in commertio, an non? ita ut de illis contrahi possit, & legari ualeant? vide Aret. in consi. 28. colu. pen. vbi ait, valere contractum & legatum, vt saltem æstimatio debeatur. Postremò scias ubi concurrit expressa prohibitio alienationis facta à testatore, cum prohibitione legis, tunc res alienari non possunt etiã in casibus alioqui à iure permissis. Soci. in consi. 75. sic etiam ubi concurrit expressa & tacita prohibitio, iste concursus operatur, ut nullo casu teneat alienatio. §. sanctissimas, in auth. de alie. & emphyt. Dec. in consi. 636.

18 Bar. in eodem §. col. 1. vers. Dic ergo quòd ista, ait, quando prohibitio † est facta in fauorem, vt putà, ne minor alienare possit, validam esse, eique renunciari non posse. vide Alexand. in consi. 57. in 5. volu. & Aret. in consi. 22. colu. penult. adde idem esse si sit facta ecclesiæ uel loco pio. Raph. Cuma. in consi. 152. incip. Ioannes. Hinc tradi solet, alienationis prohibitionem factam alicui ob eius ætatis fragilitatem, vt puta ne alienare possit usque ad ætatem 25. vel 30. annorum, vsque adeò ualidam esse, vt etiam legitimam afficiat, tanquam facta in ipsius fauorem, eique nec ipse, nec tutor eius possit renunciare, vt per Ias. hic, nisi adiectum esset iuramen-

19 tum, vt per Areti. in consi. 22. quid si statuto † cautum est, legitimam ætatem intelligi in 18. annis, vtrum prohibitione huiusmodi non obstante is in dicto tempore possit administrare? Paul. de Castr. in consi. 131. in 1. volu. & Aret. in consi. 19. tenent eum posse. contrarium uoluit Ias. hic. Attende tamen quia huiusmodi prohibitus potest testari. Bald. & Salic. in l. ea lege. C. de condit. ob caus. Quid uerò si prohibitio pertinet ad alterius cõmodum quàm ipsius prohibiti? vide Ang. in consi. 157. incip. Audiens. quid si prohibitio facta esset in fauorem aliquorum, qui tempore alienationis nondum erant in rerum natura, an si postea perducãtur, possint reuocare alienationem? Paul. de Castr. in consi. 17.

20 Bar. in eodem §. col. 2. vers. oppo. infrà, inquit, si testator † uetuit alienare dicens; si alienaueris, deueniat res in talem, & non impediatur alienatio: si uerò diceret, si alienabis; & tunc impeditur. Quæro hic quid dicendum sit de donatione causa mortis, an prohibitio eam impediat? vide Ana. in consi. vltimo, vbi plenè agit de hac re concludens, donationem causa mor-

21 tis quò ad hunc effectum æquiparari ultimæ uoluntati. quid si prohibitus † extra familiam alienare, denũciat illis de familia se uelle uendere, an illis nolentibus emere, possit in extraneum alienare? vide Ana. in consi. 47. An ex quo prohibitio est strictè intelligenda, si aliquis est prohibitus alienare in testamento, possit alienare in codicillis? vide Socin. in l. j. §. quanquam. ff. ad Trebell. Subiungit posteà Bar. in eadem col. vers. quod suprà dixi. in casibus, in quibus dixit alienationem non prohiberi, hoc esse intelligendum de translatione dominij: sed fideicommissario, cuius intuitu facta est prohibitio, deberi æstimationem. circa hoc quod dicitur de æ-

22 stimatione, vide in prima lucubratione huius. l. quid si testator † domum prohibuit alienari, quia uoluit eam semper debere manere ad usum uxoris, & post mortem eius successorum esse: an ista uerba de successoribus uxoris, an uerò ipsius testatoris intelligantur? Alexand. in cons. 56. Consideratis uerbis testamenti, in primo volu. ait, hæc uerba de hæredibus testatoris esse

23 intelligenda. quid si aliquis est prohibitus † alienare nisi ex aliqua causa, vtrum stetur eius assertioni dicentis, se illa de causa alienasse? Alexan. ait quòd non, nisi hoc euidenter appareat, in consi. 55. in primo uol. pro qua opinione faciunt trad. per Bar. & alios in l. si fortè. ff. de castren. pecul. Et in hac re scias eum, qui prohibitus est alienare in potentiorem, posse alienare filio quamuis potentior sit. Feli. in c. 2. nu. 4. de præsumpt. Et dum Bar. hic in col. pen. uers. quæro vtrum, tradit an prohibita alienari, dari possint in dotem? vide omnino Alex. in consi. 56. Consideratis. in 1. uol. & Soc. in consi. 75. in 1. uol. & quæ posui suprà in prima lucubrat. huius. l.

24 Bar.in vers.quæro an per statutum, agit de prohibitione † alienationis facta à statuto, vt res in forensem alienari non possit. Quæro an huiusmodi alienatione prohibita, intelligatur prohibita hæredis institutio? Fulg.in consi.215. ait quòd non, per gl.sing.in l.vnic. C.non lic.me. hab.lib.11. Tamen uide quæ ponam in l.peto.§.fratre.ff.de leg.ij.

25 Bar.in eod.§.col. pen. vers. secundum dubium, agit, an prohibitio † ualeat respectu ecclesiarum,& monasteriorum. vide Feli.in c. ecclesia sanctæ Mariæ.col.8.de constitu. Et dum Bar.in col.fin.tradit remedium, vt alienatio fieri non possit. vide Cæpol.in cantel.32. Quærit postea Bar.an per sententiam arbitri prohibentis alienationem dominij translatio impediatur? vide Raph.Cuma.in consi.vltimo.

26 Bar.in eadem col.fin.quærit, nunquid prohibitio † facta filijs, ad nepotes porrigatur? & remittit ad tex.in §.nos ergo,&c. & quòd non extendatur ad eos, docuit idem Bar.in l.Lucius.§.
* Sempronius.ff. de leg.3. Ang.in d.§.nos ergo,& ferè * omnes hic.& Alber. Bald. & Salice.in l. uoluntas.C.de fideicommiss. & Alber.in l.pater filium.§.Iulius Agrippa.ff.de leg.3. & in l.fi.C. de rebus alie.non alien.& uideas in hac re distinctionem Rom.in cons.457.

27 Bar.in eodem loco, quærit, an prohibitio † facta hæredi, videatur facta etiam hæredi hæredis? vide Alexand.in consi.56. Consideratis uerbis testamenti, in primo uolu.quod repetitum est in consi.165.in lib.primi & secundi uolu. & quæ ponam in lucubrat.in l.Lucius.§.Sempronius.ff.de leg.3.& uide Barb.in l.cùm acutissimi.C. de fideicommiss. vbi quando facta est prohibitio, vt bona remaneant in descendentibus, durat perpetuò. de qua tamen re agendum erit in l.peto.§.fratre.ff.de leg.2. vbi uideas. Item quomodo hæres censeatur prohibitus, vide Ias. in l.fi.col.3.de hæred.insti.

28 Denique Bar.in hoc eodem loco, ait, rem prohibitam † alienari, posse usucapi. sed contrarium uoluit idem Bar.in l.vbi.ff.de usucap. quem sequitur Ias. quãuis nullam istius oppos. Bar. hic faciat mentionem in auth.res quæ,col.1.C.commun.de leg. Tamen Alex.hic ad Bartolum accessit. ex cuius dictis possent hæ disidentes sententiæ ad concordiam redigi. & dici, documentum Bar. in d.l.vbi, procedere in fideicommisso conditionali, ideo enim non currit præscriptio: quia fideicommissarius agere non potest.hic uerò loquitur Bar.in fideicommisso puro. Ad rem hanc uide Soc.in consi.86.col.fi.& in consi.251.col. pen. in primo uol.& omnino Alex.in consi.59.col.4.in 3.vol.& in consi.101.col.6.& pen. in 7.volu.vbi ait,in bonis prohibitis alienari præscriptionem locum habere non posse. Et triginta casus, in quibus non currit præscriptio,memorat Io.Monac.in tract.nuncupato,Defensoriũ iuris,in §.contra pscriptiõẽ.

Summarium in d.l. filiusfam. §. cum pater.ff.de leg.j.

1 *Alienatum extra familiam esse non uidetur, quod relinquitur omnibus inæqualiter, uel uni tantum.*

Bar.in d.l.filiusfa.§.cùm pater.ff.de leg.j.

1 Bart. in ead.l.§.cùm pater,ait,non uideri esse † alienatum extra familiam,quod relinquitur omnibus inæqualiter,vel uni tantum. vide Dec.in consi.23. & quæ ponam in l.vnum ex familia. & fortasse in l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.

Summarium in l.legatum est. §. fundus.ff.de leg.j.

1 *Seruitutes prædij legati, quæ additione sunt confusæ restaurandæ sunt.*

Bar. in l.legatum est.§.fundus.ff.de leg.j.

1 Bart. in d.l.legatum.§.fundus, inquit,seruitutes † prædij legati, quæ additione sunt confusæ, esse restaurandas. vide Raph.Cuma.in consi.1.in primo dubio.& Fulgo.in consi.100.in primo dubio. vbi habetur, legatum factum hæredi quamuis nullum, operari, vt in fideicommisso uniuersali uel alio legato generaliter facto non contineatur, quod in specie legatum est hæredi,quamuis nullius esset roboris & momenti. Ad quæ uide quæ habes ad Bar. in l.maritus.§.quidam,in fi.ff.ad Trebell.

Summarium in l. si quid.ff. de leg.j.

1 *Legatum factum pro pauperum alimentis dicitur factum in honorem ciuitatis.*

2 *Pauper potest episcopi officium implorare, vt diuitem ad erogandam illi eleemosynam cogat.*

Bar.

Bar.in l. si quid.ff.de leg.j.

1 BART. in d.l.si quid, ait, legatum factum † pro pauperum alimentis, dici factum in honorem ciuitatis. Adde tu hoc non modò ad honorem, sed etiam ad utilitatem publicam pertinere: nam multoties irascitur Deus,propterea quòd alimenta pauperibus non tribuuntur, & ideo flagellis mundum afficit,dicens,sibi subtrahi quod pauperibus non datur. Audi B.Hieronymum super Malachiam,cuius uerba transumptiuè habentur in c.reuertimini.16.quæst.1. Si quando fames & penuria,& rerum omnium egestas opprimit mũdum,sciamus hoc ex ira Dei descendere,qui se in pauperibus,si eleemosynã non accipiunt, fraudari loquitur. hæc ibi.ideo nunquam satis laudari posset sanctio edita in secunda synodo Turonica, cap.5.qua cautum erat, unamquamque ciuitatem ad exhibenda suis pauperibus alimenta obstrictam esse. Ad hæc facit,quia pauper † potest episcopi officium implorare, vt diuitem ad erogandam illi eleemosynam cogat,secundum glo. in c.sicut.47.distinct. quam extollit Abb. in c.cùm causam.de elect.& Felin.in cap.si qui testium,nu.9. de testi. & eleemosynam magis esse tribuendam pauperibus patriæ, quàm alijs,docuit tex.in cap.nullus,61.distinct.Abb.in c.ad decorem,in fin.de instit. idque expresse ait Bar.in l.ij.C. de ann.cen.lib.11. quem sequitur Dec.in consil.609. in fi. & ad prædicta uide Abb.in c.1.de empt.& uend.Feli. in cap.pastoralis,de dona.& omnino. B.Thom.in 2.secundæ quæst.32.artic.5.Et quæ sint priuilegia & commoda paupertatis, vide apud Feli.in c.significantibus,de offic.deleg.& Dec.in c.1.nu.54.de probat.

Summarium in l.hæredi.ff.de leg.j.

Posthumo alieno legari potest, & hæres instituí.

Bar.in l.hæredi.ff. de leg.j.

BAR. in d.l.hæredi,colligit ex tex. posthumo † alieno legari posse,eumque posse hæredem instituí. vide similem tex.in l.Titius.§.Lucius.ff.de liber. & posth.

Summarium in l.j.ff.de leg.ij.

Legatum si in arbitrium alterius conferatur, suspenditur.
Arbitratore non arbitrante,recurrendum est ad arbitrium boni uiri.
Legatum est inualidum, si nulla fuit expressa quantitas.
Legatum si est collatum in potestatem hæredis, quid iuris.
Arbitrari,an cogatur ille in cuius arbitrium confertur.
Differentia est inter contractus,& ultimas uoluntates.
Promittens in instrumento interesse, uel aliquid incertum, potest petere executionem instrumenti uigore statuti.
Appellari an liceat à sententia in casu in quo recurritur ad iudicem, si arbitretur.

Bart. in l.j.ff. de lega. secundo.

BART. in d.l.j.sic ait in summa. si legatum † in arbitrium alterius conferatur, suspenditur,sicut per quamlibet aliam conditionem,sed si non conditionaliter,non suspenditur. Attende quoniam Bar.hic & ubique concludit,legatum factum arbitrio Titij,non dici conditionale, sed purum; ideo transmitti. idem ait Bar.in l.si quis arbitratu,col.1. ff.de uerb.oblig. Limita hoc & declara secundum tex. in l.cùm quidam, in fi.cum glo.fi.infrà eodem titu.scilicèt hoc non procedere quando circa electionem personarum facta esset commissio alicuius arbitrio; nam tunc antequam arbitrator sit in mora arbitrandi, legatum huiusmodi dicitur esse conditionale, ideoque transmitti non potest. Item hic in fin.præsupponitur, arbitratore † non arbitrante recurrendum esse ad arbitrium alterius boni uiri, vt infrà declarat Bartol. sed contra, quia immo recurrendum est ad legatarium, non ad alium.l.fin.§. primo.C.commun.de leg.vbi Barto. opponit, & soluendo restringit istam l. procedere quando arbitrium erat circa quantitatem, secus si circa speciem aliquam. quæ quidem est magna

restrictio & limitatio. quid si legatum factum esset alicui de re distribuēda inter personas, quas ei testator dixerat in arcano, & legatarius moriatur, vtrum hoc legatum pertineat ad hæredes ipsius legatarij uel testatoris? vide Raph.Cuma.in consi.107.Et aduerte, quia quamuis legatum ualeat factum arbitrio hæredis, tamen non ualet stipulatio promissoris arbitrio.l.stipulatio non ualet.ff.de uerb.oblig.

3 Bar.in ead.l.propè princip.vers.quæro ante omnia,ait,si nulla † fuit expressa quantitas, legatum esse inualidum.l.cùm post.§.gener.ff.de iur.dot. Hinc infertur, cùm in cōtractibus illa uerba,ad arbitrium,vel arbitrio alicuius,faciant conditionem,vt per Bar.in l.siquis arbitratu.ff.de uerb.oblig.col.1.contractum in illis casibus inualidum esse,nisi certa quantitas sit expressa.casus est,in d.§.gener.ibi uel stipulatione. & aduerte quoniam in d.§.gener, non erat conditio, sed solus arbitratus simpliciter,& ita contra Bar.& tamen uult,ibi legatum non ualere. contra quod urget glo.in l.quidam testamento,infrà eod.tit. Hoc tamen uidetur contra tex.in d.§.gener. nam ibi habetur in tex. stipulationem dotis arbitrio uel arbitratu soceri ualere,secus in legato; nam debent esse eiusdem qualitatis,hoc est arbitrio Titij. quæ uerba,vt hic dicit Bar.nō inducunt conditionem,& ibi non ualet; quia ibi præsupponitur, si dico lego.N.arbitrio Titij non expressa quantitate,non ualere,hic uerò dicitur contrarium. & ideo quia ille tex. hoc modo contra Bar.videtur urgere,& contra hunc tex.dici posset, si lego arbitrio Titij re uel fundo non demonstrato,legatum ualere: & ita procedat hic tex.in fi.idem si diceretur, lego fundum si Titius arbitratus fuerit, ualebit legatum ulla re non demonstrata. & ita procedat hæc.l.in princip.intelligendo simpliciter absque ulla uiolatione & diuinatione glo.Et ratio est, quia arbitrator debebit declarare substantiam legati & quātitatem,nec aliquid uidetur reluctari,quin commissa sit substantia legati, & quantitatis: & quia utrunque ab arbitratore declarari posit. Aut uerò lego Titio simpliciter,aut stipulor à Titio simpliciter,non adijciendo hoc fieri ad arbitrium Titij,vel si Titius arbitrabitur, & isto casu non ualere.& ita procedat tex.in d.§.gener. quia primo casu uitiatur propter incertitudinem, neque sit qui declarare possit. id quod fallit in dote: quia si stipulor dotem simpliciter à Titio,valet. atque ita concludendum esse uidetur,per illa uerba,arbitrio Titij,vel si Titius fuerit arbitratus,legatum sustineri uel contractum quantumcunque incertum, Et quòd in d.§.gener, legatum uel stipulatio collata non fuisset in arbitrium alicuius,sed facta simpliciter,probo: dicitur in d.§.gener, stipulationem dotis arbitratu soceri licèt incertam ualere,detracto etiam arbitrio, alioqui uerò esse in legatis: quia legata & alij contractus non ualent detracto arbitrio; igitur ualent arbitrio posito. & si non uis ibi sumere argumentum à contrario sensu, dicas non rectè ita colligi argumentum; non ualet detracto arbitrio,ideo non ualent eo etiam posito; cum sit argumentum à remotis, & subsit diuersa ratio; nam posito arbitrio,cessat incertitudo. & ita hoc intellectu ista duo iura ad concordiam adducuntur. Tamen cogita. Et ad istum tex.vide Ias.in d.l.si quis arbitratu, & Soc. qui aliud agens citat hunc tex.in l.j.colu.8.ff.solu.matrimo. & uide quæ ego posui in lucubra. in d.§.gener.

4 Bar.in ead.l.col.1.vers.secundò quæro,agit de legato† collato in potestatem hæredis. Tu a hac re quando scilicèt hæres debeat arbitrari,quando dicatur in mora,& eo mortuo an condi tio dicatur impleta uel defecta? vide apud Aret.in consi.93.

5 Bar.in ead.l.col.2.vers.quærit glo.tradit,an ille,† in cuius arbitrium confertur, cogatur arbitrari? & decidit eum cogi posse. Tu dicas hoc procedere in ultimis uoluntatibus,alioqui uero in contractibus,in quibus necesse est,vt partes agant secundum Alexan.in l.cùm quid,in fi.ff.de cert.pet.& ibi Ias. Et dum subiungit Bar, vbicunque dixit, aliquem cogi posse arbitrari,subintelligendum esse,si arbitrium conditionaliter sit insertum.vide Alex.hic in 3.col.Pergit postea Bar.in seq.col.quærendo si is non arbitratur,an legatum ualeat? & dicit si conditionaliter collatum est in arbitrium alterius, legatum non ualere. Limita hoc nisi collatum esset in arbitrio ipsius hæredis. Bar.in l.si quis arbitratu.ff.de uerb.obliga.in 1.col.vers.sed oppo. & ibi sublimat non procedere quò ad legatum,sed quò ad pœnam.Deinde Bar.in uers.aut arbitrium consistit

sistit circa res, ait, in casu isto eum debere infra annum arbitrari. Tu dic hoc non procedere, qñ limitatum esset tempus eligendi: quoniam eo elapso transit electio in legatarium.l. statuliberum.§.Stichum,infra eod.tit.& quia Bar.subijcit differentiam † esse inter contractus,& ultimas uoluntates,sed non ponit rationem,dic eum reprobari quò ad contractus in d.l.si quis arbitratu. & eadē ratione fortasse posset etiam hic reprobari quò ad ultimas uoluntates. Quid autem sit de ipsomet,qui debeat arbitrari ad propriam utilitatem,& non est arbitratus,habebitur in l.mancipiorum.ff.de opt.leg. 6

Bar.in ead.l.propè fi.uers.& per hoc,ait,si aliquis promittit in instrumento † interesse uel aliquid incertum,huius instrumenti executionem peti posse uigore statuti. & reliqua. vide omnino Rom.in consi.211.in fi.& Ias. qui contrarium sensit, quamuis * communem opinionem esse cum Bar.fateatur in l.j.ff.de eden.ubi Bar.hoc idem quoque tradidit, quod hic. 7 *

Bar.in ead.l.in fi.quærit,in casu in quo recurritur † ad iudicem,si arbitratur, nunquid ab eius sententia liceat appellari? deciditque nunquam licitam esse appellationem quando iudex ut bonus uir arbitratur. vide hic plenè Alex.& Paul.de Cast.in cons.341.incip.Proponitur in facto. & Rom.in consi.161.Super eo,quod quæritur.& vide Practicam Papiens.in forma appellat.à sententia diffinitiua,in gl.2.Abb.in cons.38.sed an in casu isto si non admittitur appellatio peti possit restitutio in integrum? vide Cæpol,in cautel.180. 8

Summarium in l.neminem.ff.de leg.ij.

Si una res legatur sub nomine collectiuo, non potest una acceptari, & alia non.

Bar.in l.neminem.ff.de leg.ij.

Bart. in d.l.neminem,sic ait in summa. Si una res † legatur sub nomine collectiuo, non potest una acceptari,& alia non. Circa materiam huius.l.vide quæstionem quam ponit Alex. in l.j.ff. de acq.hære.Item quid si sunt plures hæredes,utrum legatarius ab uno acceptare possit,ab alio non,ita ut possit diuidi? vide Soci.in l.si duobus,in princ.ff.de cond.& demonstr.

Summarium in l.si quis seruum.§.si inter duos.ff.de leg.ij.

Legatum factum per testatorem Clarutiæ in parochia sanctæ Mariæ, si una reperitur in dicta parochia illa habebit legatum, nec hæres potest dicere quod poterat esse alia Clarutia.

Bar.in l.si quis seruum.§.si inter duos,ff.de leg.ij.

Bart. in d.l.si quis seruum.§.si inter duos,in fi.ait,si legatum † est factum Clarutiæ in parochia sanctæ Mariæ,& quædam nomine Clarutia petat legatum,eique obijciat hæres se nolle soluere,quia posset esse alia Clarutia, hoc non sufficere, ad hoc ut illa à petitione legati reijciatur. contra hoc uidetur facere quod trad.Card.& Abb.in c.cùm Ioannes,de fid.instru. ubi aiunt,præsumi duos esse eiusdem nominis & cognationis. & de hac re uide latius Dec.in c.in præsentia,col.6.de probat.& omnino Aret.not.in consi.102.ubi eruditè loquitur. & pluralitatem nominum non præsumi docuit Alex.in consi.172.in 6.volu. & amplissimè de hac materia vide Feli.in d.c.cùm Ioannes,& in c.auditis, num.43. cum seq.de præscrip. & Ias.in consi.34. post numerum.7.in 1.vol.

Summarium in d.l. si quis seruum.§.si cui certam.ff.de leg.ij.

Si pars hæreditatis legatur, intelligitur cum honoribus, & oneribus, si uerò pars bonorum, intelligitur deductis oneribus.

Bona omnia ubi relinquuntur, perinde est ac si tota relinqueretur hæreditas, secus si pars bonorum.

De legato partis bonorum deducendum est as alienum.

Testator si legat Titio fundum, & æstimationem ususfructus omnium bonorum, utrum debeatur etiam æstimatio ususfructus fundi in specie legati.

Bar.in d.l.si quis seruum.§.si cui certam.ff.de leg.ij.

Bart. in ead.l.§.si cui certam, sic dicit in summa, si legatur † pars hæreditatis, intelligitur cum honoribus & oneribus, si uerò pars bonorum, intelligitur deductis oneribus. in hac materia animaduerte,quia institutio in re certa differt ab institutione uel legato in quota bonorum,ut per Bal.in l.Gallus.§.ille casus,col.2.ff.de liber.& posth.

Bar.

2 Bar.in eod.§.uersi.ad l.cogi.tenet,ubi omnia bona † relinquuntur, perinde esse, ac si tota relinqueretur hæreditas,secus si pars bonorum; quia onera deducuntur, ut hic.vide Alex.in cõs. 45.col.3.in 1.volu.Dicas tamen relictum omnium bonorum non uideri esse quid uniuersale, ut posui ad Bar.in l.j.in fi.ff.de leg.j.Item si legatur usufructus omnium bonorum,non censetur esse q̃d uniuersale, ut per Bar.in l.his uerbis.ff.de hæred.inst.pro qua opinione uide Bar.in cõs. 50.ubi ait, in legato omnium bonorum mobilium & immobilium nomina debitorum non contineri. Et an appellatione bonorum ueniant iura & actiones? vide quæ posui in l. potest. ff. de aut. tut.

3 Bar.in eod.§.uersi.quæro quando,ait,de legato † partis bonorum deducendum esse æs alienum. Adde etiam deducendam esse legitimam. Alex.in consi.45. col.pen.in 1.volu. Corn.in consi.95.in 4.vol.Paul.de Cast.in consi.275.In primo quæsito uidetur,in 1.vol. & dum Barto. agens an de huiusmodi legato sint detrahenda legata facta in testamento; dicit si unius legata species aliqua hæreditatis, & alteri pars bonorum, & tunc speciem illam deduci non posse

4 per regulam,qua traditum est,generi per speciem derogari. quæro hic si testator † legat Titio fundum, item æstimationem ususfructus omnium bonorum suorum, utrum debeatur etiam æstimatio ususfructus fundi eidem in specie legati? ex hac regula & ex ratione Bartoli dicendum uideretur, non deberi. item quia testator censetur minus uelle grauare hæredem, quàm posibile sit. Contrarium tamen decidit Roma.in singul.246.incip.Lego Titio fundum, & ibi vide addita per Castill.

Summarium in l. si quis Titio.ff.de leg.ij.

1 *Fideicommissum quando deficit, legatum remanet apud legatarium, nisi nudus sit minister.*

2 *Merus executor, qua actione petere possit legata, quorum executio fuit ei commissa.*

3 *Legatum alimentorum, an dicatur esse pium.*

4 *Executores dati in testamento ad distribuenda aliqua bona in pias causas, possunt illa erogare pro dotibus puellarum pauperum, uel earum etiam quæ non habent congruas dotes inspecta earum qualitate, & dignitate.*

5 *Executores testamentarij si sunt negligentes in exequendo, eorum potestas elapso anno ad episcopum loci deuoluitur.*

6 *Executor testamentarius, quando est negligens, potest cogi ad finiendam executionem.*

7 *Si mortuus est executor, qui debebat eligere pauperes, & non elegit, ad quem spectabit illa electio.*

8 *Frater minor an possit esse executor testamenti, quando fuit datus à testatore.*

Bar.in l.si quis Titio.ff.de leg.2.

1 Bar. in d.l.si quis Titio,sic ait in summa. Quando † fideicommissum deficit, legatum remanet apud legatarium,nisi sit nudus minister. Limita & declara ut per Raph. Cuma.in consi. 107.incip. Testator legauit. & dum Barto.subiungit,quis dicatur esse nudus minister? vide ad rem hanc Abb.in consi. 11.in 2.vol.ubi ait executorem ultimæ uoluntatis eum esse, ad quem spectat nudum ministerium exequendi.sed si haberet ius eligendi,non diceretur merus executor,neque in constitutione disponente de executore contineretur.ex quibus colligitur ita etiã nudum ministrum non esse illum,qui habet ius eligendi.

2 Bar.in ead.l.versi.quæro an executor merus, tradit, qua actione † petere posit legata, quorum executio fuit ei commissa? Quæro hic quid si huic executori factum esset legatum, & alij etiam executores dati essent in testamento? Dec.in consi.415.siue 418.ait,eum posse propria authoritate legatum accipere. item potest etiam in alijs casibus accipere uel retinere, ut per Dec.in consi.424.& in consi.476.in fin. Posteà Barto.in sua fallentia,ibi,fallit si relinquitur ad pias causas,uel alimenta,uidetur sentire legatum alimentorum non esse ad piam causam, sed ei tantùm æquiparari. Contrarium scilicèt,quòd immo dicatur pia causa,tradunt gl.& Bart.in l.alio.ff.de ali.leg.& Aret.in consi.96.ubi refert Bartolum singul.dixisse in l.diuus.ff.ad leg.Falcid. Aut alimenta incertæ personæ relinquũtur,ut puta pauperibus,& eo casu,dici esse causam piam: alioqui uerò si certæ personæ. sed Aret.probare non audet hoc Bartoli documentum,

quamuis

quamuis illud singulare esse fateatur. Et de hac re uide in specie Paul.de Monte pico in repet. l.Titia cum testamento.§.Titia cum nuberet.nu.139.infrà eod.titu.ubi examinat, an legatum
3 alimentorum † dicatur esse pium? & huius inuestigationis utilitatem dicit esse; quia hodie de legatis ad pias causas falcidia detrahi non potest. vide ibi. & attende in hac materia,quòd spacio xxx.annorum præscribuntur legata facta pauperibus etiam incertis, & quæcunque alia legata pia,secundum Abb.in consi.54.in 2.volu.& quoniam hoc in loco multa subiungit Bar. ad executores testamenti pertinentia,& maximè quando sunt iussi bona pauperibus distribue-
4 re, ideo aliqua utilia in hac re tradenda esse constitui. Dico igitur in primis, executores † datos in testamento ad distribuenda aliqua bona in pias causas, posse illa erogare pro dotibus puellarum pauperum,uel earum etiam,quæ non habent congruas dotes inspecta earum qualitate,& dignitate. ita Bal.nouell.in tract.de Dote,in 5.par.nu.7.An autem huiusmodi executores possint ea dare suis filijs,& nepotibus,quando sunt pauperes? Anch.id fieri posse ait in cõs. 436.sed se ipsum ut pauperem eligere non posse docuit Soci. in consi.11.in 1.volu. ubi etiam tradit,si plures sunt executores,utrum unus solus possit administrare? Quid si sunt plures executores,utrum possint dicta bona in aliquem ex se ipsis,qui egeat, distribuere? Abb. tenet id fieri posse in c.cùm in iure,de elect.& in c.1.de cohab.cler.& mul. Quid si executor,qui debet eligere pauperes,quibus distribuat pecuniam pro anima defuncti,semel extra iudicium declarauit,utrum ei liceat aliud eligere suscepto iuramento coram uicario? vide Abb.in cons.52.in
5 2.vol. Executores † autem prædicti si sunt negligentes in exequendo, eorum potestas elapso anno ad Episcopum loci deuoluitur. sed annus non incipit nisi à die monitionis, uel negligentiæ,alioqui uerò si essent impediti,quia non possent,vel commodè non possent secũdum Abb. in consi.60.in 1.vol.sed in consi.40. in fi.eod.vol. sentit hoc tempus currere etiam impedito. ad faciendum uerò ut ista potestas ad Episcopum lapso anno non deuoluatur,traditur cautela, ut executor alteri executionem hanc committat,& ita faciat singulis annis.hæc Cæpoll.in cau. 209. Tamen ego nescio quomodo ista executio,in qua fuit à testatore electa non solùm industria,sed etiam fides electi,possit alteri delegari & committi. ita Bal. in l.nulli.C.de episcop. & cler.Ang.in l.cùm debitorem.ff.rem rat.hab.& Fel.in c.fi.§.is autem,de offi.deleg.Attende autem circa prædicta quoniam Bar.in l.cùm quidam.2.infrà eod.tit. & Firma. in tract. de episco. in 3.par.primi libri col.7.versi.circa prædicta,docuerunt etiam elapso anno ius eligendi ad episcopum non recidere. & multa alia memoratu digna,quæ ibi uideantur omnino,& quæ ponit Feli.in c.si quis contra.de for.comp.Bar.in l.ab executore.C.de excep.rei iud.Bal.in l. captatorias,col.fi.C.de testa.milit.Item quãdo executor † est negligens potest cogi ad finiendam executionem. Feli.in c.intelleximus,de iud.ubi citat Bal. nunquid isti executores dici possent esse tutores? ita ut disposita in uno locum habeant etiam in alio? vide Fulg.in consi.51. Et circa id,quod agit Bar.hic in fi.quomodo ij uendere possent bona hæreditatis,quæro an possint res uendere habita fide de pretio? & pecunia non interueniente? vide Bar.in l.à diuo.§.sed si emptor.ff.de re iud.in 2.col.vers.quæro quid de executoribus. ubi distinguit.vide Feli.in c.cùm olim,de offic.deleg.Limitatur tamen,ut indistinctè uendere possit pecunia non interueniente, quando executor liberum haberet arbitrium. Bar.in l.alio,col.fi.ff.de alim.leg. & Felin.in d.c. cùm olim.quid si mortuus † est executor,qui debebat eligere pauperes,& non elegit, ad quem spectabit illa electio: vide Alex.in consi.206. in 6.vol. Item in hac re scias illud memorabile, quòd quicquid fecit executor, ab ipso testatore factum esse censetur. & ideo si iussit mille ad pias causas esse distribuenda,& executor eligat fabricam ecclesiæ, ista fabrica uidetur electa à testatore,ita ut Episcopus habere non possit quartam secundum dispositionem.c.fin. de testa. ita Abb.in c.in causis,de elect.Bar.in l.unum ex familia.§.1.infrà eod.tit.& Felin. in c. cùm.R. de offic.deleg.Ad rem optimè faciunt trad.per Abb.in c.cùm R.canonicus,de offic.deleg.ubi ait,si fuit electus unus de pluribus & incertis de meo mandato, dicitur à me electus. Vtrum
3 frater † minor possit esse executor testamenti quando fuit datus à testatore? Alex. dicit quòd non in consi.199.in libro primi & secundi vol.& Feli.in c.fi.versic.est uerum, de const.subijcit

tamen

tamen si nemine opponente exequatur, ualere executionem. ad quod uide eundem Felin.in c.2.uersi.& dic quòd Innoc.de iudic.quando autem iste talis reiectus fuit ab executione, utrũ eo casu sit nihilominus sequendum eius consilium? Bal.in rubrica.C.de inst.tenuit quòd non, nisi testatur procederet declarando irritum esse quicquid sine ipsius consilio fieret. Tamen Bar.contrarium uoluit indistinctè, scilicèt consilium eius non esse sequendum, nec requirendum. ita Bar.in l.j.§.si plures,uersi.& per hoc dico.ff.de exercit.Illud etiam non est prætereundum, si sunt duo uel plures executores, unum posse exigere ab alio, quod debet, ex quo non soluit, nec adest dominus, qui sibi ualeat prouidere. idque argumento l.si plures.ff.de admin. tut.& sic intelligitur.c.fi.§.1.de testa.in 6.vide Abb.in c.non iniustè. de procura.

Summarium in l.si is cui.ff.de leg.ij.

2 *In legato alternatiuo dominium transfertur, non ex uoluntate tradentis, sed ex dispositione legis.*

Bar.in l.si is cui.ff.de leg.ij.

1 BART. in d.l.si is cui,uersi.oppo.si cert.pet.l.si ego. soluendo dicit, in legato † alternatiuo dominium transferri,non ex uoluntate tradentis,sed ex dispositione legis. postea agit an tempore electionis duntaxàt dominium transferatur? Attende quoniam iste tex.declaratur ab hac solutione Bartoli & putatur singularis,sed similem habes in l.iiij.ff.de adopt.leg.quæunit, ad hoc,ut electio teneat,omnes seruos esse exhibendos. quod tamen limita non procedere in legato alternatiuo; quia tunc electio etiam non exhibitis omnibus seruis ualida est,quia abinitio unusquisque est in obligatione, ut per Ias.in l.serui electione,in princ.in 2. colu.versi. circa secundum requisitum. ff.de leg.1.ubi ponit uarios intellectus ad istum tex.ut ibi. tradit etiam quomodo intelligat Bartolus istum tex.vide Bar.in l.si quis stipulatus sit Stichum aut Pamphilum,col.1.ff.de verb.oblig.Et ad materiam huius.l.an & quando alternatiuè obligatus liberetur alterum præstando,uide Damasum in tract.de brocardis,in 1.membro,nu.7. Et an & quando legatum incertum ualeat.vide Alex.in cons.158.in 7.vol.

Summarium in l.Lucius.ff.de leg.ij.

1 *Legato facto à testatore si posteà ei soluatur, actionẽ ipsi legatario esse negandam, nisi de contraria mente testatoris doceatur.*

2 *Pater si legauit ducenta pro nubenda filia, & postea eam nupsit cum centum nomine dotis utrum filiæ residuum legatæ dotis petere possit.*

Bar.in l.Lucius.ff.de leg.ij.

1 BART. in d.l.Lucius,hoc ait in summa. legato † facto à testatore,si postea ei soluatur,actionem ipsi legatario esse negandam,nisi de contraria mente testatoris doceatur. sed quæro hic nunquid solutio pro implemento legati sapiat naturam legati,an verò donationis inter uiuos, an causa mortis? vide apud Ias.in l.filiæ dotem,versi.10.limita.C.de coll.

2 Bar.in ead.l.versi.Dyn.quærit. proponit quæstionem,si pater † legauit.200.pro nubenda filia,& postea eam nupsit cum.100.nomine dotis,utrũ filia residuum legatæ dotis petere possit? vide Alex.in consi.149.Visis & diligenter animaduersis,col.pen.in libro primi & secundi vo. & in l.huiusmodi.§.cùm pater.ff.de leg.iij.Quid si pater legat filiæ mille sub aliqua conditione, ei dari debeant tempore nuptus,& eueniente conditione nupta reperiatur? Fulg.in consi.19. inquit legatum nõ deberi,tamen si conditio apposita non fuisset, sed simpliciter legatum esset factum pro ea nubenda,deberetur etiam si tempore testamenti nupta esset. Ias.in l.quominus, nu.133.ff.de flumin.item in hac materia legati facti filiæ pro dote,scias huiusmodi legata quãdoque strictius esse intelligenda habita ratione multarum filiarum,& paucitate patrimonij,& contra etiam habito respectu ad paucitatem filiarum,& amplitudinem patrimonij,latius interpretantur.Fulg.in cons.40.col.pen.

Summarium in l.Lucius.ff.de leg.ij.

1 *In alternatiuis electio est legatarij.*

Bar.in l.Lucio.ff.de leg.ij.

1 BART. in d.l.Lucio,ait,in alternatiuis † electionem esse legatarij. De hac re uide Ias.in §. si quis

quis agens.inst.de actio.& de differentia,quæ est an uerba dirigantur in grauatum,an in honoratum,vide Ana.in cons.3.incip.testator.

Summarium in l.cum quidam.ff.de leg.ij.

1 *Ille,in cuius liberam uoluntatem fuit commissa electio,potest indignum eligere.*
2 *Ille,qui simpliciter habet electionem,priuatur iure eligendi,si elegit indignum.*
3 *Si electio alicui tanquam bono uiro committitur,sufficit,si non indignum eligat,quamuis digniorem eligere potuisset.*
4 *Eo negligente,qui debebat eligere,statim ius petendi transferri in omnes.*
5 *Si hæres est in mora,lex facit executionem,ut dominium transeat in libertos.*
6 *Electio pauperum facta ab executore testamenti,post tempus executioni præfixum ualet.*

Bar.in l.cùm quidam.ff.de leg.ij.

1 BART. in d.l.cum quidam,uersi.ex secundo dicto, inquit, eum, † in cuius liberam uoluntatem fuit commissa electio,posse indignum eligere. sed contra,nam hæc uox,uoluntatem,exponitur,ut arbitrium importet,secundum gl.in l.pe.ff.de arbitr.solue ut per Alex.in l.j.colu.7.ff.sol.matr.ubi Soc.reprobat.quando autem debet eligere ad arbitrium boni uiri, dicit Barto. sufficere,si non eligit indignum,quamuis digniorem eligere potuisset. contra, nam immo uidetur faciendam esse reductionem ad arbitrium boni uiri.l.societatem.§. arbitrorum, cum legib.seq.iunct.glo.ff.pro soc.Bart.in l.si quis arbitratu,in prima opp.ff.de uerbo.obligat.Postea
2 subiungit Bar.eum,qui simpliciter habet electionem,† priuari iure eligendi,si elegit indignum. De hac re uide Bar. & quæ ibi posui in l.si patronus.ff.de confirm.tutor. & Abb. in c. gratum, de post.prælat.posset hoc Bar.documentum limitari,ut locum non habeat,quando electus ille pro digno & idoneo communiter habebatur,ut tunc priuari non debeat. ita in simili casu decidit Dec.in l.si quis in conscribendo.nu.17.C.de pact. quid si is, qui habet eligendi facultatẽ eligat,sed electus nolet,utrum possit iterum eligere? uide in simili casu Barthol. Brix. in tract. quæstionum dominicalium,ubi ait ex illo actu quamuis inutili facultatem eligendi expirasse. & de hac re uide Ias.in l.qui per saluté,in 2.not.ff.de iureiur.& Mar.Soc.iuni.in cõs.89.nu.26.

3 Bar.in ead.l.uersi.ex hoc nota diligenter,iterum ait,si electio † alicui tanquam bono uiro cõmittitur,sufficere,si non indignum eligat,quamuis digniorem eligere potuisset. pro cuius opinione facit,quia dignus dicitur esse is,qui non est indignus.c.fi.de præsumpt.gl.est not. in c. si quis.12.quæst.2. ita quoque benemeritus dicitur ille, qui non demeruit.l.seruos.ff.de manumiss.testa.tamen dicas tu hoc tutum non esse,nam si alicuius conscientiæ committeretur,esset in culpa nisi dignior eligatur. Dec.in cons.72.uide eundem in c.in præsentia, colu.24. uersi. secundo,de probat.& Cæpoll.in tract.de imperatore militum deligendo,chart.73.in primo libro in duobus locis.

4 Bar.in ead.l.uersi.venio ad uersiculum,dicit,eo negligente, † qui debebat eligere, statim ius petendi transferri in omnes. sed huic sententiæ reluctatur, nam isto negligente alius deberet loco eius constitui, qui eligere debeat, aut in casu huius.l.ipsimet liberti deberent eligere.l.j. cum ibi trad.suprà eod.tit.l.fi.§.1. C.commun. de leg. vel si electio sub conditione si, fuisset in eum collata,ipso non eligente legatum deberet esse irritum & inane, cum eo casu à persona nõ recedatur.d.l.j.eod.tit.ubi Bar.& idem Bar.in l.si quis arbitratu,col.1.ff. de uerb.obligat.uide Bar.in d.l.j.col.4.versi.quæro illo.

5 Bar.in ead.l.uersi.item opp.ad idem,si hæres est in mora, † lex facit executionem, inquit respondendo,legem non facere executionem ut dominium transeat in illos libertos, sed tantum eis dare actionem personalem ad petendum. hanc solutionem sequitur Ias.in l.si insula,col.18. quæst.4.ff.de uerb.oblig.& in l.executorem.ff.de execut.rei iudic. & Abb. in c. si quis contra clericum.col.2.in 3.notab.de for.comp.

6 Bar.in eod.loco,versi.& prædicta,inquit,electionem † pauperum factam ab executore testamenti post tempus executioni præfixum ualere. sed istud Bartoli documentum hic à Bald. reprobatur,ad quem accedit Petrus de Anchar.in cons.386.ubi ait,Bartolum malè sensisse. Et

dum

dum Bar.ibi paulò post subijcit,inter eum,qui declarat,& inter executorem longam esse differentiam. adde hoc idem tenuisse Panor.in c.si quis contra clericum,in 9.col.de for.comp.

Summarium in l.Celsus.§.qui alicuius.ff.de leg.ij.

1 *Portio hæredum deficiens accrescit sine onere illi nominatim adiecto.*

Bar.in l.Celsus.§.qui alicuius.ff.de leg.ij.

1 BART. in d.l.Celsus.§. qui alicuius, ait, portionem cohæredum † deficientem accrescere sine onere illi nominatim adiecto. vide Soc.in l.quæ conditio.ff.de cond.& demonstr.

Summarium in l.omnia nomina.§.cum ita.ff.de leg.ij.

1 *Rerum appellatione quæ sunt in loco, seruos contineri.*

Bar.in l.omnia nomina,§.cum ita.ff.de leg,ij.

1 BART. in d.l.omnia.§.cùm ita,inquit,appellatione rerum, quæ sunt in loco seruos contineri. Hinc dixit Bal,in l.j.ff.de stat.hom.publicatis bonis alicuius etiam uasallos comprehendi. id quod uult ét Paul,de Cast.hic. & de hac regula uide Ias.in l.serui electione.§.1.colu.in 2.notab.ff,de leg.1.vide tex.in c.2.de const.in 6,l.Paulus.§.fin.ff.de pignor. l,alumnos.C.quæ res pign.oblig.poss.per quæ iura Rom.in consi.355.incip.In præsenti consultatione, aperuit, appellatione bonorum suorum,etiam personas contineri. sed huic conclusioni uidetur refragari.l.in pecudum.ff.de usur.

Summarium in l.cum ita.§.in fideicom.ff.de leg.ij.

1 *In relicto familiæ primò uocantur nominati, postea illi,qui sunt proximiores in gradu.*

2 *Filius an & quando succedat in locum patris.*

3 *Quando filij fratris succedunt in locum patris,illi debent succedere per stirpes, & non per capita.*

4 *In feudo an filij succedant in locum patris.*

Bar.in l.cum ita.§.in fideicommisso.ff.de leg.ij.

1 BART. in d.l.cùm ita.§.in fideicommisso,inquit in relicto † familiæ primò uocari nominatos,& post eos,qui proximiores sunt in gradu. Quæro hic utrum iste tex.intelligatur de proximioribus ipsius grauantis,an grauati? Soc.in consi.249.colu.12.versic.in contrarium,dicit de proximioribus grauati esse intelligendum,aitque hoc probari in tex.ibi, & qui ex his: & hanc esse nouam inductionem. vide eundem Soc.in consi.86.versi.4.in 3.vol. Item quæro, dicitur hic in tex.proximiores esse cæteris præferendos. an filij fratrum admittantur cum fratribus? gl.hic ait,eos admitti. idem uoluit Alex.in consi.88.& in consi.137.in 1.vol. & in consi.27.in 3.vol.Dec.in consi.1.in cons.79.in consi.217.in cons.299.& omninò in consi.408.& in cons. 412.ubi eruditè admodum declarat istam difficultatem. & Raph.Cuma.in consi.106.& Soc.
2 in consi.51.in 4.vol.Et an & quando † filius succedat in locum patris? vide Alexan. in consi.4 col.pen.in 4.vol.& in consi.44.col.fi.in 5.vol.& in consi.227.in 6.vol.Et an statutum loquens in fratre locum habeat in filio fratris? vide omnino Alex.in consi.203.in 7.vol.& dicas in forma filium fratris non repræsentare personam patris,nisi in successione aui & patrui.Alexand.in cons.5.in fi.in 3.vol,Dec,in d.consi.1.& in consi.527.& omnino uide eundem Dec.in l.si aui C.de succes.edict.in l.ex testamento,C,und.liber.& in l.j.num.19.C.de secund.nupt.ubi ait,filios fratris non uocari in locum patris in dispositione hominis, in qua uocantur proximiores, id quod diligenter attende in proposita quæstione.& omnino uide Maria.Socin.iuni.in consi.
3 116.& in consi.133.nu.29. quando autem filij † fratris succedunt in locum patris, eos debe-
* re succedere per stirpes,& non per capita uidetur esse * communiter traditum, ut testatur idē Mari.Soc.iuni.in cons.74.nu.7.Matthæsil.in tract.de successionibus ab intestato,in 3.articulo princ.nu.12.& ibi Ludouic.Bolognin.in additionibus. idem ait Nicolaus de Vbaldis in tract. de successionibus ab intestato,in 3.par.nu.2. Redeundo autem ad istum tex. limita regulam, quæ ex eo colligitur,non procedere quando ex coniecturis creditur testatorem aliter uoluisse: nam eo casu proximiores ordine successiuo non præferuntur.& quæ sint huiusmodi coniectu-
4 ræ,docuit Mari.Soc.iuni.in d.consi.116.Quid dicemus in feudis in quibus † succedunt proximiores,utrum filij succedant in locum patris & pariter cum patruis? Albert.Brun.in consi.70.

& in

& in consi.seq.eos,inquit,æqualiter succedere cum patruis, quamuis in consi.72. contrarium uideatur fuisse consultum,& in cõs.73.tamen ea omnia confutantur in cons.74.75.& in cons. 76.ubi uide omnino.

Summarium in l.legatorum.ff.de leg.ij.

Si unus rusticus non est soluendo,exigitur ab alio.

Bar.in l.legatorum.ff.de leg.ij.

BART. in d.l.legatorum,adducit textum contra consuetudinem ciuitatis,secundum quã, si unus rusticus † non est soluendo,exigitur ab alio. vide Ias.in §.actiones autem, col.12.instit. de actio.& Aret.in l.sed ex his,in fi.ff.de uerb.oblig.

Summarium in l.Titia.§.Lucius.j.ff.de leg.ij.

Testatoris uerba extra propriam significationem uerborum intelliguntur, ut legatum non reddatur inutile.

Executor testamenti potest propria authoritate accipere legatum sibi factum,quamuis alij quoque executores dati fuerint in testamento.

Libelli forma quomodo incipiatur.

Bar.in l.Titia.§.Luicius.j.ff.de leg.ij.

BART. in d.l.Titia autem.§. Lucius, hoc ait in summa. verba testatoris † extra propriam significationem uerborum intelliguntur,ut legatum non reddatur inutile. De hac regula,quia pleni sunt libri,tempus non conteram. sed in eo quod subdit Bar.an & quando legatarius possit propria authoritate legatum accipere; dicas,si testator se fundum possidere nomine legatarij constituisset,eo casu legatarium posse propria authoritate ingredi possessionem. Ias. in l. quoties.col.fi.C.de hæred.inst.sic etiam executor † testamenti potest propria authoritate accipere legatum sibi factum, quamuis alij quoque executores dati fuerint in testamento. Dec. in consi.415.seu 418.& in alijs etiam casibus hoc idem fieri posse docuit idem Dec. in consi. 224.Et dum Bar.postea in uersi.nota ergo,dicit,testatorem posse dare in testamento libertatem ingrediendi possessionẽ propria authoritate,amplia & declara ut per Ias.in l.nemo potest, col.7.uersi.tertiò quærit Bar.ff.de leg.1.& uide Raph.Cuma.in consi.61. incip. Petrus hæres. ubi amplius uult,etiam sine licentia possessionem ingredi posse,quando falcidia fuit prohibita. Item scias communiter esse necesse,ut testator huiuscemodi licentiam concedat, alioqui nunquam uideretur esse concessa; quia scandalum posset contingere. Raph.Cuma. in consi.114. Antonius,in 2.dub.ubi tradit,etiam si dictum fuisset,talem rem post mortem testatoris debere liberam reuerti ad eum,cui primo legata fuerat,non propterea intelligi concessam esse licentiam ingrediendi propria authoritate. & de hac licentia uide Ias.in l.nõ dubiũ.col.1.C. de leg. Bar.in hoc eod.§.agit de forma libelli † conficiendi. vide Panor.in c.2.col.9.de libel.obla.& Ias.in l.iij.§.incertum,col.3.ff.de acquir.poss. Abb.& Dec.in c.in præsentia.nu.20.de probat.

Summarium in d.l.Titia.§.Lucius.ij.ff.de leg.ij.

Dispositio specialis derogat generali.

Papa si mandat alicui prouideri de primo beneficio in prouincia uacaturo, & postea mandat alteri prouideri de primo beneficio uacaturo in tali ecclesia,prima dispositio ualet.

Generalis dispositio facta circa personas postea specialiter expressas.

Genus nunquam comprehendit illam speciem,quæ ponit aliquid ultra suum genus.

Generi per speciem derogatur.

Bar.in d.l.Titia.§.Lucius.ff.de leg.ij.

BART. in ead.l.§.Lucius.2.inquit,dispositionem † specialem derogare generali. Adde hoc uerum esse siue dispositio specialis præcedat, siue sequatur generalem. Dec.in l.in toto.ff.de regul.iur.& Mari.Soc.iuni.in consi.131.nu.31.cum seq.Hoc tamen fallit quando aliter constaret de mente disponentis, nam eo casu dispositio specialis tollitur à generali. dicitur autem constare de mente,quando in dispositione generali posita sunt uerba prẽgnantia. Dec.in cons. 31.Item attende in re proposita, quando dispositio generalis uerificanda est in uno tantum

casu

casu,non dicitur generalis sed incerta; & ideo ei per aliam specialem non derogatur. accipe
2 exemplum. Si Papa † mandat alicui prouideri de primo beneficio in prouincia uacaturo, & postea mandat alteri prouideri de primo beneficio uacaturo in tali ecclesia: prima dispositio prævalet,& illæsa remanet,ut declarat Abb.in c.pastoralis.§.quoniam, de rescrip.& in c.ex parte.1.de offic.deleg. Et contra regulam huius tex.facit decisio Rom. in singul.246.ubi ait,si testator dicat,lego Titio fundum,item æstimationem ususfructus omnium bonorum, ei deberi etiam æstimationem ususfructus fundi,qui eidem in specie fuit legatus: quia non eximitur ab isto genere. & de hoc dicit esse casum in l.si alij.§.rem.ff.de usufruct.cogita. Ex hac autem re-
4 gula infertur,generalem † dispositionem factam circa personas præcedentes non referri ad personas postea specialiter expressas. Soc.in consi.49.col.4.in 1.vol.& quòd generalis dispositio non comprehendat ea,de quibus facta est prouisio specialis, & quomodo hoc procedat, uide apud Soc.in consi.300.col.1.ubi not.loquitur,& citat.l.fi.§.fi.ff.de uin.trit.& ole.leg.& in consi.63.col.1.in 3.vol.& Imol.in consi.140.ubi eruditè loquitur. vide eundem in consi.160. col.antepen.ubi inquit generalem dispositionem restringi, quando post genus enumerantur
4 species aliquæ. & ad rem uide Feli.in c.sicut.j.de hæreti.Et genus † nunquam comprehendere illam speciem,quæ ponit aliquid ultra suum genus,habetur in tex.in c.statutum,de elect.& per Abb.in c.bonæ.j.de postul.prælat.Et an & quando generalis dispositio tollatur per specialem? vide semper Ang.in consi.355.vbi ponit pulchram distinctionem.& de hac re vide Damasum in tract.de brocardis,in 1.membro.nu.3.Maria.Soc.iuni.in consi.114.nu.19.& ad prædicta vi de Bar.in l.quæsitum.§.1.ff. de leg.3.& in l.uinum.§.cui dulcia.ff.de uin.trit. ole.leg. & in l.j.ff. de aur.& arg.leg.& in l.j.ff.de reb.dub.& in l.sed si adijciatur.ff.pro soc. Et nunquid regula hu-
5 ius.l.scilicet,generi per speciem † derogari,locum habeat in priuilegio,vide Abb.in c.1.de rescript.Et quid in materia rescriptorum? vide eundem Abb.in c.pastoralis.§.quoniam,eod.tit. de rescript.Item generi per speciem non derogatur, ubi genus est priuilegiatum.c.excommunicamus.§.fi.& ibi,Io.de Ana.de hæret.Denique tamen scias in hac materia,dispositionem illi dici esse specialem,quæ licèt comprehendat plures res, uel plura loca, tamen purificanda est una tantum re,uel in uno loco. Abb.per illam gl.in c.ex parte.j.de offic.deleg.

Summarium in d.l.Titia.§.Titia.ff.de leg.ij.

1 *Verba dispositiua ad quemcunque directa fideicommissi petitionem inducere.*
2 *Testator si dixit,relinquo uxorem meam dominam & usufructuariam,quid importent ista uerba.*
3 *Maritus si relinquit uxorem sub nomine appellatiuo usufructuariam,et ea mortua aliã uxorem accepit non mutato testamento,utrum ista erit usufructuaria.*
4 *Vxor si est relicta usufructuaria donec uitam uidualem seruauerit,utrum amittat usumfructum,si monasterium ingrediatur.*
5 *Licèt statutum de uxore relicta usufructuaria loqueretur,nihilominus locum habet etiam in uxorem uiri relinquente usufructuarium.*
6 *Usufructuarius potest deducere in iudicio ius proprietatis,quando sibi expediens est.*
7 *Usufructus si relictus est uxori,donec uixerit,& uitam uidualem seruauerit, & si aliam uitam elegerit,& ad secunda uota transierit,talis ususfructus, filiæ sit relictus,utrum uxore mortua non maneat ususfructus filiæ debeatur an ad hæredem redeat.*
8 *Si ususfructus omnium bonorum legatus est ad alimenta percipienda,utrum ad ea tantum restringatur.*
9 *Ususfructus omnium bonorum debet ad alimenta restringi fauore filiorum.*

Bar.in d.l.Titia.§.Titia.ff.de leg.ij.

1 Bart. in ead.l.§.Titia,inquit,uerba dispositiua † ad quemcunque directa fideicommissi petitionem inducere. vide omnino Soc.in consi.102.col.pen.in 3.vol.Item quærit Bar. circa tex.ibi,ad uitæ usumfructum,an interim maritus habeat proprietatem? vide in materia Pau.de Cast.in consi.121.in 1.vol.

2 Bar.in d.§.Titia,versi.quærit Dyn.tradit,si testator dixit, † relinquo uxorem meam dominã & usufructuariam,quid importent hæc uerba. Soc.in consi.210.ait,extraneo instituto censeri relictum

relictum usufructum tm̃; sed si in certa re uxor est relicta usufructuaria, tunc hr̃e electionẽ. Sed quid si illa res certa absorbet quasi totum patrimoniũ? vide hoc & alia in hac materia apud Sali. in auth. quod locum. C. si secund. nupt. quid si relinquat usufructuaria uictus & uestitus, an tunc uideat relictus ususfructus, an alimenta tm̃, extraneo instituto? vide Soc. in consi. 279. & Alex. in cons. 40. in 1. uol. Et quid si habet filios, & relinquit usufructuariam? vide Aret. latè in cõs. 40.

5 & in materia uide Ana. in cons. incip. Viso. Quid si maritus† reliquit uxorẽ sub noĩe appellatiuo usufructuariam &c. & ea mortua aliam vxorem accepit, non mutato testõ, vtrum ista erit usufructuaria? deciditur q̃ non. vide Franc. Crem. in sing. 8. incip. Quid si maritus, cum ibi addit. quid si relinquitur usufructuaria, quo casu extantib. liberis, restringitur ususfructus ad alimẽta, an hoc locum habeat ẽt in filijs, qui non sunt eiusdem matrimonij? Cremens. in eod. sing. 8. ait q̃

4 nõ. Quid si uxor† relicta est usufructuaria donec uitã uidualem seruauerit, utrum amittat usum fructũ si monasterium ingrediatur? Franc. Cremen. in sing. 142. incip. Maritus, decidit q̃ nõ, ex mente Bal. nam hoc modo magis seruat uoluntatẽ defuncti. vide ibi addita per Castill. & in materia hac uide oĩno Aret. in d. cons. 40. vbi latè docuit, qñ hæreditas ad alium peruenit, vxorẽ hr̃e integrũ usumfructum, siue dixerit, donec uixerit, siue toto tpe uitæ suæ. Item in proposita re uide Signor. in cons. 181. In themate p̃supposito, col. 5. vbi ait, statutum siue cõsuetudinem, quæ restringit legatũ ususfructus ad alimenta, cum sit contra ius cõe, nõ egredi casum de quo

5 agit, vt ibi per eum, & in cons. 177. incip. In quatuor. Attende tm̃ quia licèt statutum† de uxore relicta usufructuaria loquereť, nihilominus locum hr̃et ẽt in uxore maritum relinquẽte usufructuarium, pp correlationem, scd̃m Bal. in d. auth. hoc locum, in fi. & Alex. in apostil. incip. Quęrit Dyn. & Ang. in d. auth. hoc locũ. de quare uide oĩno Dec. in l. j. nu. 6. C. de in ius uoc. Aduerte ẽt quia Bal. hic prope fi. & doct. præfati in auth. hoc locũ, tenent prædictã consuetudinẽ, quę est in uxore, locum hr̃e ẽt in matre, nuru, uel sorore relicta usufructuaria; quãuis Bar. relinquat cogitandum. Prætereà in materia huius. §. uide solennem repet. D. Pauli de Montepico hic, vbi ferè oĩa diligẽter aperuit, & multa declarat, & limitat de ijs, quæ prędiximus. Et in hac materia

6 ususfructus aduerte qñ usufructuarius† potest deducere in iudicio ius proprietatis, qñ sibi expediens est, & de hoc cẽsetur hr̃e mandatũ à domino. Feli. in c. G. perpetuus, nu. 3. de fid. instr. Et an usufructuaria possit propria authoritate de manu hęredũ accipere usumfructũ? vide Dec. in cons. 418. An aũt usufructuaria oĩum bonorum habere debeat ẽt usumfructum earũ rerum, quæ alijs in specie fuerunt legatæ? vide Soc. in cõs. 1. in 4. vol. & l. Sẽpronio, vbi Bar. ff. de usufr. leg. & Paul. de Cast. in cons. 223. in 2. vol. Paul. de Montepico in hac sua repet. acerrimè qõnem hanc disputauit, in qua uariæ fuerunt doct. snĩæ, tamen Mari. Soc. iun. in cons. 115. ait, se pro parte negatiua consuluisse, hoc est, usumfructũ rerum particularium non contineri. & ita iudicatũ fuisse. vide eundẽ in cons. 109. Et pro hac parte faciunt ea, quę posui suprà in hac ea. l. in §. Lu-

7 cius. 2. ubi agit̃ de specie, quæ generi derogare solet. Quid si ususfructus† relictus est uxori donec uixerit, & uitã uidualem seruauerit, & si aliã uitam elegerit, & ad secunda uota transierit, talis ususfructus filiæ sit relictus, vtrũ uxore mortua non nupta, ususfructus uigore fideicõmissi filię debeatur, an uerò ad hæredẽ redeat? Dicas eũ filiæ deberi, quãuis casus mortis nõ sit expressus, ut p Soc. in cõs. 30. in 3. vol. Et de hoc, ac de infinitis propè alijs vide Pau. de Mõtepico hic. Quid si ususfructus oĩum bonorũ uxori est relictus in codicillis, cui in testõ, in quo filiæ fuerũt institutæ hr̃des, relicta fuerunt tm̃modo alimenta? Alex. in cons. 56. in 3. vol. decidit, in tali casu usufructũ debere diuidi, & participem esse ẽt filium hæredem institutũ, ita ut ipse pro dimidia admittatur. Tradit ẽt Tho. Ferrat. cautelam, qua hæres poterit consequi dimidiam ususfructus oĩum bonorum qui alteri legatus est, quæ ea est, ut ipse hæres instituatur pleno iure. hæc ille in

8 caut. 32. quid si ususfructus† oĩum bonorum legatus est ad alimenta percipienda, vtrũ ad ea tm̃ restringatur? Ang. in cons. 338. An usufructuarius aliqđ nouũ possit facere ædificium? Ang. in cons. 18. inquit non posse, ẽt si meliorẽ faceret conditionem illius rei, in qua ædificareť. & ideo eum non posse uias cõstruere, uel eas claudere, sed relinquere dr̃e rem in statu suo. & dũ subiun

9 git Bar. usumfructum oĩum† bonorum debere ad alimẽta coarctari fauore filiorũ, & idem esse etiã si maritus eam relinqueret dominam, vide Aret. in d. cons. 40. & Mari. Soc. iun. in cons. 94

nume.5. Et dum ait Bar. si institutus esset extraneus pro parte,tunc legatum esse amplum pro illa parte quò ad omnia bona, vide eundem Bart.in d.authen.hoc locum.C. si secund.nupt.& Paul.de Castr.in cons. 301.& Curt. latè in cons. 14.Quando autem institutus est filius, & substitutus extraneus,declara ut per Bar.ad quem uide Roma.in consi. 516.& Paul. de Montepico hic. Quid si instituto filio, & matre usufructuaria, filius donat partem bonorum extraneo, vtrum mater respectu horum bonorum habere debeat integrum usumfructum? vide Socin. in cons. 279. vbi tradit alia quoque ad rem hanc pertinentia. vide & Curt. in d.consil. 14.& 15. Tradit postea Bar. quid si reliquit testator matrem nouercam, & similiter usufructuariam omnium bonorum? vide Angel. in cons. 143.incip. Dominus Flo. & denuò dico uide semper in omnibus,quæ ad rem hanc pertinent, Paulum de Montepico in hac sua eruditâ repet.

Summarium in l.legatum.ff.de leg.ij.

1 *Donans obligatus est de dolo quando donatio incipit à traditione.*

Bar.in l.legatum.ff. de leg.ij.

BART. in d.l.legatum,agit de diffinitione legati. Vide Rom.in consi.476.Et dum postea
1 subdit, donantem † obligatum esse de dolo,qñ donatio incipit à traditione, vide Bald.in lij.C. de iur.dot.& in l.pen.C.si quis omis.cau.testa.& in l.filiæ legat.C. de legat. vbi contradicit Bar.

Summarium in l.si pluribus.ff.de leg.ij.

1 *Indefinita æquipollet uniuersali.*
2 *Indefinita quæ sit,& quomodo differat ab uniuersali.*
3 *Dictio omnis,est collectiua,& tribuit omnibus.*

Bar.in l.si pluribus.ff.de leg.ij.

1 BART. ab hac l.si pluribus, sumit regulam illam, qua cauetur, indefinitam † æquipollere uniuersali. Limita istam regulam non procedere ubi facta est in aliquo casu prouisio specialis, quia non comprehenditur sub uniuersali.l.cum testamento.§.fi.ff.de hæred.institu.& ibi tradit Bar.Item limita ut non procedat ubi non subest eadem ratio, vt hic per doct. Dyn.in rubri.de regul.iur.in 6.& ideo inquit Alex.in consi.14. in 4.volu. indefinitam non esse ad omnia porrigendam,sed tantum ad aptiora.Item limita ut per Innoc. in c.auditis, vbi doct.de præscript.& ibi Feli.nu. 38.ait,regulam hanc non procedere in materia probationis & testium.Alex.in cõs. 210.Et uiso,col.3.in lib.primi & secundi uol.& in multis consilijs suis.& Dec.in c.secundo hinco.col.3.ver.sed ulterius,de probat.& limita ex tradit.in l.legatorum.§.1.infrà eod.tit. Et quæ ex hoc not.inferatur,uide apud Aret.in l.serui electione.§.1.ff.de leg.1.& Soc.in l.quidam ætimauerunt.in secundo notab.ff.si cert.pet. Adde quòd per istum tex. qui vult idem esse dicere, hæredes,vel omnes hæredes,reprobatur quædam distinctio antiquorum,vt per Bar.in l.Gallus.§.ẽt si parente.in fi.ff.de libe.& posth.& quid per istã l.decidatur, vide per eundem Bar.in §.Cato,col.fi.q.vlt.ff.de verb.obli.An aũt ista regula procedat scđm propriam uocabuli significationem?vide Alberi.in 1.par.statutorum.q.9.& Bar.in l.qui ædificium.ff.de seruit.vrb.pd. Et in omni materia probatoria indefinitam non æquipollere uniuersali,vltra p̃dicta,uide apud Feli.in c.cũ oẽs,col.17.de const.& oĩno uide Ias.in l.nõ hoc.C.vnd.legit.col.4.vers.11.Et ista regula procedit in causa necessaria,ut per gl.in c.ut circa,in uoce,aliorum,de elect.in 6.& in
2 solitæ,de maio.& obed.Et quæ † sit indefinita,& qũo differat ab uniuersali,vide Bart.in l.si ita, hoc eod.titu. An autem indefinita comprehendat futura? Bar. in l.si ita.ff.de aur.& arg.leg.Et ista regula non procedit in odiosis,ut dicam in seq.lucubra.Et de materia indefiniti uide Alex. in cons.90.in 1.vol.& in cons.343.in lib.primi & secundi uol.

3 Bar.in ead.l.ver.2.quæro,tradit significationẽ huius uocis,omnis,† quæ est collectiua,& attribuit oĩbus.sed uox,quilibet,est distributiua,& tribuit rem cuilibet in solidum.vide Soc.in cõs. 50.in 1.uol.& uide quid ex ijs inferat Ias.in l.si mihi & Titio,col.5.ver.10. amplia.ff. de uerbo. oblig.Limita tñ hæc oĩa procedere,nisi natura rei reluctetur. Bar.in l.hoc articulo.ff.de hæred. inst.Et dum Bar.in uer.3.præmitto,agit,quid si indefinita prolata est ab hoĩe?quid si à lege?vide plura apud Dec.in c.cùm oẽs,in 2.lectura,in princ.de const. Posteà subdit Bar.in odiosis locum non hĩe,quod ex isto tex.colligitur:quia indefinita nõ æquipollet tũc uniuersali. vide plenè Alex.

nè Alex.post Bar.in l.ij.ff.de liber.& posthu.Aret.in l.Titius,in princi.eo.tit.de liber.& posthu. Corn.in consi.224.in 4.uol.& Dec.in consi.343.Et circa ea quæ hic tradit Bar.in fi.principij huius l.vide Iason.in l.si mihi & Titio,col.5.vers.amplia.ff.de uerb.oblig.

Summarium in l. si ita sit scriptum.ff.de leg.ij.

1 *Masculinum concipit fœmininum.*

Bar.in l.si ita sit scriptum.ff.de leg.ij.

1 BAR. in d.l.si ita sit,inquit, masculinum † concipere fœmininum. vide Alex. in consi.15. viso testamento.in 4.uol.in hac re quia in nonnullis alijs lucubrat.de ea plenè egimus,non insistam,vide Dec.in l.fœminæ.ff.de regul.iur. & Mari. Soci.iuni.in consi.1.num.88. in consi.3.in consi.23.& in consi.114.nu.17.do tibi istos recentiores,& hoc sufficiat.

Summarium in l. si ita scripsisset.ff. de leg.ij.

1 *Verba præsentis temporis non porriguntur ad debita in diem uel sub conditione.*

Bar.in l.si ita scripsisset.ff.de leg.ij.

1 BAR. in d.l.si ita scripsisset, ait, uerba p̄sentis † temporis non porrigi ad debita in diem uel sub conditione. Hoc idem hī in l.si stipulatus fuerit, & in l.cum stipulat.& utrobique Bar.ff.de uerb.oblig.Quid si debitum esset cōe? accipe exemplum in debito pensionis fundi,quę debet pro fructibus. si igitur fructus iam erant collecti, sed nondum uenerat dies solutioni statutus, utrum hoc in uerbis præsentis temporis contineatur? Raph.Cuma.in consi.117.ait contineri.

Summarium in l. Sempronius.ff.de leg.ij.

1 *Si in duabus scripturis testamenti apparent diuersæ quantitates legatæ, minor debetur.*

2 *Instrumentum si non est conforme prothocollo, standum est prothocollo.*

Bar.in l.Sempronius.ff.de leg.ij.

1 BAR. in d.l.Sempronius, ait. si in duabus † scripturis testamenti apparent diuersæ quantitates legatæ, minorem deberi. Quid si ex prothocollo ipsemet notarius instrumentum publicum sumpsit, & ex prothocollo alij secundi notarij authoritate iudicis sumunt pariter instrumentum, & hæc duo instrumenta appareant diuersa,quod nam eorum sit præferendum? vide Soci.in consi.277. & dum subiungit Bart. si instrumentum † non est conforme prothocollo, standum esse prothocollo. vide Soci.in consi.199.in 1.uol.Alex.in consi.175.Abb. & Feli.in c. qm̄ contra,col.5.de probat.quid si prothocollum non reperitur? Feli. in c.cùm P.tabellio. de fid.instru.quid si duæ scripturæ diuersæ appareant,quænam præsumatur originalis?vide Alex. in consi.247.Reuerende Domine,in lib.primi & secundi uol. vide etiam Roma. in sing.236.

Summarium in l.mortuo.ff. de leg.ij.

Illud quod superest ex re mihi debita, si illud, quod est principalius non periit, mihi debetur.

Bar.in l.mortuo.ff.de leg.ij.

BAR. in d.l.mortuo, inquit,illud, quod supereſt † ex re mihi debita, si illud quod est principalius non perit, mihi deberi. Hinc est quòd reprobata pecunia, cum adhuc remaneat materia,quæ est principalis,ea debetur.Bar.in l.quod te.ff.si cert.pet.vbi Alex.col.2. & Iason.col.7.

Summarium in l. si ita quis.ff.de leg.ij.

Si testator substituit filio, si decesserit sine liberis ex se descendentibus, an propter illam dictionem, ex se, monasterium excludatur.

Bar.in l.si ita quis.ff.de leg.ij.

BAR. in d.l.si ita quis.§.is cui in tempus, quærit, si testator † substituit filio si decedit sine liberis ex se descendentibus, an propter illam uocem, ex se, monasterium excludat? De ista quæst.vide latissimè Barb. Felin. & Dec.in c. in præsentia, de probat. & quia Bart.remittit se ad suum consilium, dicas illud esse primum consilium Bartoli. & de hac quæstione uide Alex. plenè in consi.229. visis codicillis, in libro primi & secundi uolu.& in consi.263.eodem uolu. & in consi.35.in 3.uol.& in cōs.91.in 4.uol.Doct.in l.Deo nobis.C. de episc. & cler.& in auth. nisi rogati.C.ad Trebell.& Feli.in c. licèt undique,de offic.de leg. Soci. in consi.92.in 1.uol.

Summarium in l.cum ab uno.ff.de leg.ij.

Fauore dotis mulier potest agere contra unum ex hæredibus in solidum.

Bar.in l,cum ab uno.ff.de leg.ij.

1 BART. in d.l.cum ab uno, ait fauore dotis mulierem † posse agere contra unum ex hæredibus in solidum.vide Ias.in §.Cato,col.10.vers.2,ff.de uerb.oblig. vbi reprobat Aret.

Summarium in l. si Titio. §. Iulianus ait.ff.de leg.ij.

1 *Portio deficiens accrescit cum onere succedentibus ab intestato.*

Bar.in l.si Titio.§. Iulianus ait.ff.de leg.ij.

1 BAR. in d.l.si Titio.§.Iulianus ait. sic dicit in summa. Portio deficiens † accrescit cum onere succedentibus ab intestato. Postea oppon.de l.j.§.fin.ff. de legat.3. De ueritate huius opposi. & solutionis, vide Bar. & ibi addit.in l.si quis cum nullum. vers. quæro per quos testes.ff. de iur.codicil.& de ueritate huius glo.vide Alex.in rubrica.ff.de acquir.poss.& in l.interstipulantem.§.sacram.ff.de uerb.oblig.Feli.in c.edoceri, col.5.de rescript.& Ias.in l.errore. colu.fi. C.de testa.vbi dicit illam opposi.Bar.esse contra eum,& eam limitat.

Summarium in l.cum proponebatur.ff.de leg.ij.

1 *Fideicommissum potest probari per coniecturas.*

Bar.in l.cum proponebatur.ff.de leg.ij.

1 BART. in d.l.cum proponebatur,dicit, fideicommissum † posse probari per coniecturas,& deinde subiungit quot testibus hoc probari possit, & refert glo. dicentem quinque testes exigi. Istam regulam ait esse sing. Ias.in l.ij.col.4. vers.secundò.C.de bonor.poss. secundum tabu. vbi posuit rationem,quam hic tradit Bar.scilicèt quia isto casu tractatur de probanda uoluntate,in qua in testamento requiruntur septem testes & in codicillis quinque.

Summarium in l.peculium, §. Titio.ff. de leg.ij.

1 *Libertas competit, vt intelligatur fideicommissaria.*

Bar.in l.peculium.§.Titio.ff.de leg.ij.

1 BAR. in d.l.peculium.§. Titio, exponit tex. vbi dicit, libertas † competit,vt intelligatur fideicommissaria.Adde Paul.de Castr.in consi.191.col.3.

Summarium in l.Mæuius.ff.de leg.ij.

1 *Legatum factum creditori an & quando ualeat.*

Bar.in l.Mæuius.ff.de leg.ij.

1 BAR. in d.l.Mæuius, in principio tradit, an & quando legatum † factum creditori ualeat & dum oppo.de l.si creditori, dicens ualere etiam si non contineat plus. & soluit ut hic per eū posset dici, non ne illud plus,quod ibi continetur,& hic, est quòd dominium transferatur ipso iure? Dic quòd non; quia hic primum debitum erat ex causa testamenti, atque ita transiret ipso iure dominium: ideo hac ratione idem continens, non dicitur aliquid plus continere, secus ubi in primo hoc non contineretur. d.l.si creditori, sed de hac re uide Ias.in l.j.§.ex plurib⁹,in 10.col.ff.de acquir.poss.

Summarium in d.l.Mæuius. §.duobus.ff.de leg.ij.

1 *Duæ causæ lucratiuæ in eadem re concurrere non possunt.*

Bar.in d.l.Mæuius.§. duobus.ff.de leg.ij.

1 BART. in eadem l.§.duobus,ait, duas causas † lucratiuas in eadem re concurrere non posse. Istam regulam limitat Socin. in regula 42. & de hac re uide tex.singul.in l.si alij.§.rerum.ff. de usufruct.quem Roma.valde extollit in singul.245. Lego Titio fundum. vbi decidit,si alicui legatur fundus, & eidem æstimatio legetur ususfructus omnium bonorum, debebitur etiā æstimatio huius fundi eidem legati: atque ita duæ causæ lucratiuæ concurrunt in eadem re. & de hac re uide aliquid per Raph.Cuma.in consi.14.incip. Statutum. Et dum Bar.declarando istam regulam in 7.colu.inter cætera inquit, duas causas lucratiuas non concurrere eodem tempore, secus in diuersis temporibus, ut si res esset debita ex testamento unius, & soluatur mihi uiuente adhuc alio testatore,& desinit esse mea eo uiuo, iterum potero dictam rem petere. Attende hic quoniam in contrarium facit, quòd immo legatarius si efficitur dominus rei legatæ ex causa lucratiua, cessat actio ex testamento ad petēdam postea illam rem uel æstimationem,

tionem, ut de hoc est tex.in §.si res legata,in princ.inst.de lega nisi respondeas, Bartolum hoc in loco uim facere: quia res esse mea desierat uiuo testatore,sed.in d.§.si res legata, non desierat esse sua. & dum in col.seq.uersi.vt igitur totam, Bar.colligit hanc materiam, vide Raph. Cuma.in consi. 14.incip.Statutum,in fi.

Summarium in d.l.Mæuius.§.fundo.ff.de leg.ij.

1 *Hæres tenetur si fundus traditur diminutus in iure usufructus.*

Bar.in d.l.Mæuius.§.fundus.ff.de leg.ij.

1 BART.in ead.l.§.fundo,ait, hæredem † teneri si fundus traditur diminutus in iure usufructus,uel adit.& in 2.col.versi.Ad primam,opponit dicens,immo hæredem non debere conueniri posse quamuis usufructus sit alienus,quia testator uidetur legare solum ius, quod habet in re.vide tu de hac re quæ posui ad Barto.in l.serui electione.§.cum fundus.ff.de leg. primo.& ibi uide Ias.

Summarium in l.unum ex familia.ff.de leg.ij.

1 *Ille, qui iussus est restituere unus ex certis, cum morietur, potest eligere, & uariare usque ad mortem.*
2 *In feudo accepto, pro se, & hæredibus suis, quod intelligitur acceptum pro agnatis, qui sint hæredes.*

Bar.in l.unum ex familia.ff.de leg.ij.

1 BART. in d.l.unum ex familia, in princip. dicit, eum, qui iussus est restituere † uni ex certis,cum morietur,posse eligere,& uariare usque ad mortem, & ex hoc infert postea ad executores testamenti. De intellectu huius tex. vide Raph.Cuma.in consi. 113.in fi. vbi ait, si testator iussit bona remanere debere in familia, quamuis, proximiores in gradu, primò uocati uideantur.l.cum ita.§. in fideicommisso, suprà eod. tamen grauatum posse eligere unum etiam
2 posteriorem,& in gradu remotiorem, dummodò sit de familia. ita etiam dicitur in feudo † accepto pro se & hæredibus suis. quod quidem intelligitur acceptum pro agnatis, qui sint hæredes. & ideo potest agnatus remotior in gradu hæres institui ad exclusionem agnati proximioris, vt docuit Albert. Brun. in consi. 24. sed animaduertendum est in hac re: nam ista conclusio procedere posset quando bona,quæ relinquuntur sub conditione, ut remaneant in familia, intelligerentur subiecta fideicommisso solùm in casu contrauentionis,nam tunc sufficit,vt bona etiam remotiori relinquantur, dummodo sit de familia; quia propterea non esset factum contra uoluntatem testatoris, sed si fideicommissum esset absolutum, ita ut non solùm in casu contrauentionis,verùm etiam post mortem unius, alij de familia uocarentur, & tunc proximioribus deberetur, ut aperiemus in l.peto.§. fratre. infrà eodem titu. vbi est locus proprius. & dum subiungit, sufficere si executores, quibus communiter electio pauperum, dicant, tales eligimus, absque eo quòd dicant, eis concedimus. Adde Abb.in consi.110.in 2.uol.& uide quæ ponam in seq.lucubrat.

Summarium in d.l.unum.§.si de familia.ff.de leg.ij.

Electus non capit ex testamento eligentis, sed eius, qui iussit restitui.

Bar.in d.l.unum.§.si de falcidia.ff.de leg.ij.

BART. in eadem l.§.si de falcidia. sic ait in summa. Electus † non capit ex testamento eligentis, sed eius, qui iussit restitui. Attende quoniam iste tex. semper uisus mihi fuit pulcherrimus, & memorabilis ualde, maximè ibi, quid est enim quod de suo uidetur reliquisse; quia quod reliquit omnino reddere debuit? nam ista ratio uidetur refragari decisioni, quæ colligitur ex l.conficiuntur.ff.de iur.codicil.vbi ideo grauari possunt succedentes ab intestato, quia defunctus testando potuisset eis adimere hæreditatẽ, & dare alij; ideo cum potuerit adimere, & non ademit,cẽsetur dare.& tñ in tex.isto,quãuis iste potuisset electis adimere,alios eligẽdo, qui sint de familia testatoris,non censet ppea aliquid eis dare,ut expressè legit in tex. Et profectò si rectè intelligant̃ hęc duo iura,absq; aliqua uiolatiõe uerborũ,& rõnis,vãr dissidẽtia & oppositaeffectus aũt est magnus,qm̃ in uno casu pñt grauari, & in alio nõ,vt dicã in hac ead.l.§.

sed si fundum. ideo cogita. & ad istum text. vide tex. citatum in glo. in l.pater filium.ff. ad leg. Falcid. & omnino Soc.in consi.114. in 3.uolu. & ad decisionem quæstionis propositæ hic per Bar.de executoribus eligentibus fabricam ecclesiæ,vt censeatur electa à primo testatore,vide Abb.in c.in causis,col. 3.de elect. & in cons. 11.in 2.uol. & ad rem faciunt quæ not.docuit idem Abb.in c.cùm.R.Canonicus, de offic.deleg.

Summarium in d.l.unum. §. sed si fundum.ff.de leg.ij.

1 *Eligens non potest electum grauare,ut alteri restituat,nisi tantundem ei relinquatur.*
2 *Ille qui tenetur relinquere in familia, potest electum grauare de restituendo alteri de familia.*
3 *Ubicunque aliquis potest alicui adimere,& non ademit,censetur dare.*

Bar.in d.l.unum.§.sed si fundum.ff.de leg.ij.

1 BAR. in cad.l.§.sed si fundum,ait,eligentem † non posse electum grauare ut alteri restituat, nisi tantundem ei relinquatur. & dum Bar.in primo notab.agit de illis uerbis,cui uoles,nec quibus uoles: adde Alex.in consi.109.col. 3.in 7.uolum. vbi respondet ad tex.in l.j.ff.de oper.lib. qui uidetur contrarius. Postea Bar.subnectit quæstionem; vtrum executor eligens pauperem in uno fundo, possit eum grauare, vt post mortem alteri fundum restituat? decidítque hoc fieri posse, dummodo ille,cui fieri debet restitutio,sit de numero pauperum. Attende hanc
2 decisionem Bar.ex qua colligitur,illum,qui tenetur † relinquere in familia, posit electum grauare de restituendo alteri de familia. pro qua decisione facit.l. conficiuntur.ff. de iure codicil. & quæ posui in præcedenti lucubrat. & alibi in nonnullis lucubrat. sed contra eum uidetur tex.expressus in §. si de falcidia,suprà hac eadem l.vbi habetur, eligentem nullum prorsus beneficium in electum conferre,igitur non potest eum grauare.l.ab eo.C.de fideicommiss. Hinc etiam est, quòd huiusmodi res alienatæ in falcidiam non imputantur,id quod secus esset,si electus ab eligente honoratus intelligeretur,d.§.si de falcidia. & est tex.in l.pater filium.ff. ad leg. Falcid.vt not.declarat Soc.in consi.114. in 3.vol. Neque urget ratio per Bartolum hic allata, scilicet,sicut potest diuidere bona inter hæredes, ita possit grauamen iniungi inter pauperes, siue inter illos,qui sunt de familia. Nam illud procedit à principio,quia si diuideret inter eos, illi dicerentur hoc habere à primo testatore, qui potuit suis bonis legem imponere, quam uolebat,ut habetur in d.§.si de falcidia. sed postquam unum elegit, tunc istamet ratio argumentum Bartoli confundit; quia ex quo censetur electus à primo testatore, & nihil habere ab eo, qui elegit,consequens est,vt etiam grauari non possit in eo,in quo non fuit honoratus. Neque obst.si diceretur in §.si de falcidia,ibi iussus fuerat hæres unum tantum eligere, hic uerò poterat eligere omnes,si uolebat. nam ista ratio nihil ualet; quia eadem ratio militat in utroque casu, cum siue sit unus,siue sint plures electi, hoc totum non ab ipso eligente, sed à primo testatore censetur haberi. & ista est ratio,cui est innitendum. Prætereà tex. in d.l.pater filium, vbi Alex.ponit casum,in quo non erat necesse unum eligere,immo tres scripti erant hæredes,quorum unum poterat eligere si uoluisset,& tamen quia bona illa non poterant alijs relinqui, quàm ipsis filijs,alienata in falcidiam nequeunt imputari prædicta ratione. & hoc idem sentit Soc. d.cons.114.in 3.uol. adde omnino ad prædicta Mar.Soc.iuni.in repet.l.cum filiofamilias, n. 30.ff.de leg.1. vbi in simili quæst.adducit.l.fœminæ.C.de secund.nupt. Tamen cum Bar. tra-
3 sit Bal.hic,& pro eo facit illa ratio, d.l.conficiuntur. & quòd ubicunque aliquis † potest alicui adimere,& non adimit,censetur dare.l.j.§.sciendum cum glo.ff.de leg.3.l.cum hic status.ff.de donat.inter uir.& uxo.tradunt doct.post gl.in l.si fundum per fideicommissum, in fi.cum l.seq. ff.de leg.1.ideo bene cogita solutionem huius ambiguitatis.

Summarium in d.l.unum.§. si omissa.ff.de leg.ij.

1 *Licèt uerba fideicommissi sint defectiua, tamen fideicommissum debetur,si ex mente colligitur.*

Bar.in d.l.unum.§.si omissa.ff.de leg.ij.

1 BAR. in cad.l.§. si omissa,inquit,quamuis † uerba fideicõmissi sint defectiua, tamen fideicommissum deberi,si ex mente colligitur.uide Raph.Cuma.in consi.2.col.2.in 2.dub.

Summa-

Summarium in l. sequens quæstio. ff. de leg. ij.

1 *Ea quæ quis caperet, alio hærede existente, non ut ex ultima uoluntate, in fideicommissum generale non ueniunt.*

Bar. in l. sequens quæstio. ff. de leg. 2.

1 BART. in d.l. sequens quæstio, sic ait in summa. Ea, quæ † quis caperet alio hærede existente non ut ex ultima uoluntate, in fideicommissum generale non ueniunt. vide Alex. in cons. 20. ponderatis his, col. 3. nu. 16. in 3. uolu. Tu aduerte quia uxor hic erat grauata restituere filijs, & tamen non uenit donatio, nihilominus fauore filij ex præsumpta uoluntate ueniunt in fideicõmisso res, quæ alioqui in eo non continerentur. l. liberto. §. filium, & ibi Bar. ff. de annu. lega. Et dum Bar. subiungit de donatione inter uirum & uxorem, quæ morte confirmatur, ut sit tertia species, vide Alex. in cons. 168. viso & considerato, in lib. primi & secundi uol. & in consi. 143. in 5. vol. Limita nisi talis donatio summam quingentorum aureorum excederet, quæ silentio non confirmatur, sed requiritur expressa confirmatio in morte, & tunc ualet iure legati. iste est casus singul. in l. donationes. & ibi Salic. C. de donat. inter uirum & uxor. vide Soc. in cons. 115. col. 2. in 4. uol.

Summarium in l. peto. ff. de leg. ij.

1 *Donatio facta filio in præmium emancipationis, an in legitimam imputetur.*

Bar. in l. peto. ff. de leg. ij.

1 BAR. in d.l. peto, in fi. principij quærit, vtrum donatio † facta filio in præmium emãcipationis in legitimam imputetur? vide Alexan. in consi. 285. circa primam, col. 7. uers. condescendo ad tertium. in lib. primi & secundi uol.

Summarium in d.l. peto. §. prædium. ff. de leg. ij.

1 *Bona alienari prohibita, possunt alienari ex causa necessitatis.*

Bar. in d.l. peto. §. prædium. ff. de leg. ij.

1 BAR. in ead. l. §. prædium, inquit, bona alienari prohibita, † posse alienari ex causa necessitatis. vide Alex. in consi. 223. Opportunè consideratis. in 1. uol. & in consi. 88. in 3. vol. vbi tradit, in publicatione bonorum alicuius delinquentis bona alienari prohibita non contineri. & Soc. in cons. 266. col. 15. in 1. vol. vbi ait, res, quæ alienari non possunt, nisi in fauorem prohibiti, non posse publicari propter delictum ipsius prohibiti. vide Doct. in §. diui.

Summarium in d.l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2.

1 *Testator qui prohibet bona extra familiam alienare, in dubio præsumitur sensisse solum de descendentibus ipsius testatoris, non autem de familia transuersalium.*

2 *Alienatione prohibita extra familiam, an inducatur fideicommissum absolutum, & simplex, an uerò in casu contrauentionis tantum.*

3 *Alienatione prohibita, uetita est etiam extranei hæredis institutio.*

4 *Quando testator uult bona conseruari in familia, fideicommissum absolutum inducitur.*

5 *Alienatione prohibita cum adiectione illius causæ, quia bona remaneant in familia, fideicommissum absolutum, & simplex inducitur.*

6 *Familia in dubio ad descendentes ipsius testatoris est referenda.*

7 *Filij positi in conditione, dicuntur expresse uocati, quando sumus in descendentibus.*

8 *Si filij positi in conditione, non censentur uocati, excludunt substitutum, qui fuit expresse uocatus à testatore, faciendo deficere conditionem fideicommissi.*

9 *Tacitum non debet potentius operari quàm expressum.*

10 *Alienatio quæ prouenit à lege, est prohibita qñ prohibitio fuit facta ob fauorẽ familiæ, uel descendentiũ.*

11 *Alienatione prohibita extra familiam si bona alienãtur in aliquem de familia, an is dicatur habere ab hærede alienante, qui alium eiusdem familiæ eligere potuisset, an uerò à primo testatore.*

12 *Bona subiecta fideicommisso, tacitè sunt prohibita alienari.*

13 *Expressio eius quod tacitè inest, nihil operari debet.*

14 *Alienationis prohibitio extra familiam usque quo duret ut bona perpetuò remaneant in familia.*

De legatis secundo.

Bar.in d.l.peto.§.fratre.ff.de leg.ij.

BAR. in §.fratre,agit de bonis prohibitis alienari extra familiam,& quia multa diximus in materia huiusmodi prohibitionis in l.filiusfamiliàs.§. diui.ff. de lega.1. ea non repetam, sed illa tantùm,quæ hic ponit Bar.perstringam. In primis igitur Bar.hic in principio,ibi, sed quæro,di
1 cit,testatorem,† qui prohibet bona extra familiam alienari, in dubio præsumi sensisse solùm de descendentibus ipsius testatoris,non autem de familia transuersalium, per l.cum acutissimi.C. de fideicom.idem tenet Bar.in l.filius.§.cùm pater.ff.de leg.j.& in l.si cognatis.in fi.ff.de rebus dub.Soc.in cons.249.col.7.& in cons.250.in 1.uol.& omnino Alex.in consi.213.in 6.vol.quę omnia diligenter attendas, quia semper fieri debet restitutio proximioribus, incipiendo primum à descendentibus. Sed hic suboritur difficultas,nunquid ista proximitas sit considerandа respectu ipsius testatoris,an uerò grauatorum? Respon. ex parte grauati hoc esse considerandum,vt si unus esset proximior testatori,alius uerò esset proximior ei,qui iam successerat,& est grauatus restituere,iste sit præferendus.ita Soc.in d.cons.249.col.13.& in consi.86.vers.quæ tò,in 3.vol.& Mari.Soci.iuni.in consi.126. nu.21. & de hac re multa docuit Soc.in l.Gallus.§.
2 quidam rectè,col.pen.& fi.ff.de liber.& posthu.Quæro alienationet prohibita extra familiam, an inducatur fideicommissum absolutum & simplex,an uerò in casu contrauentionis tantùm? in huius quæstionis inuestigatione dici potest in primis, huiusmodi prohibitum censeri grauatum onere fideicommissi de restituenda hæreditate uenientibus ab intestato: nam is censetur prohibitus hæredem extraneum instituere, vt per gl.hic approb. sed prohibitus testari censet rogatus restituere uenientibus ab intestato.tex.est singul.in l.qui filium.ff.ad trebell.tamen respondeas licet,in casu huius.§.hunc non esse prohibitum testari,nisi extraneum instituēdo, sed inter eos de familia testari potest.vt per gl.& doct.hic. Sed aduerte quoniam hoc documentū
3 adhuc morderi posset,in eo,quod dicitur, alienatione † prohibita, vetitam esse extranei hæredis institutionem,contrarium enim uoluit gl.sing.in l.unic.C.non licer.habit.lib.11.quam iniu
* dicijs sequendam esse ait Fulg. in consi.215. tamen glo.hic est * uotis frequentioribus confirmata. & de intellectu totius materiæ vide Soci.in cons.19.col.3.& seq. & in cōs.227. in 1.uol. & plenè in cons.40.inter consilia Curtij.& in consi.51.col.fi.in 4.volu. Dec.in cons.422.& in cons.425.& in consi.585. & omnino in consi.635.cum duobus consilijs seq.vbi posuit quandam considerationem notatu dignam.vide ibi & omnino Mari. Soci.iuni.in consi.112. & latè Ambros.de Opizo. in repet. d.§.diui.& doct.hic.& Ias.in cons.120. in 1.uol.& Soci. post alios in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de uerb.oblig.vbi uidetur concludi, quando huiusmodi prohi-
4 bitio facta est ex ista causa,quia vult testator † bona conseruari in familia, fideicōmissum absо
* lutum induci. & idem uoluit Soc.in consi.249.col.10. vbi ait hanc esse * commu.opin. sed ista quæstio ex sequentibus quæstionibus clarius aperietur.Quæro igitur utrum alienatione prohibita extra familiam,vt bona remaneant in familia,censeatur prohibita successio ab intestato quando successurus esset ille,qui non est de familia testatoris? Bart.hic ait non excludi. quem sequitur Alex.in cons.56.& in consi.58.in 1.uol. & in consi.298. in lib.primi & secundi uol.& Soc.egregiè in consi.227.in 1.uol.Contrarium simpliciter tenuit Fulg.in consi.117.& quādo adiecta fuerunt illa uerba per uiam causę,quia testator vult illa bona in familia remanere.idem tenent Bar.Aret.& Soc.in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de uerb.obligat.& Soc.in consi.251.in 1.uol.& in consi.40.inter consilia Curtij.Dec.in consi.23.& in consi.182.Corn.in consi.23.in
* 2.uol.Petr.Bald.& Imol.hic. Soc.in consi.249.idem in d.consi.249.vbi testatur * communem
5 esse doct.sententiam, vt prohibita † alienatione cum adiectione illius causæ, quia bona remaneant in familia,fideicommissum absolutum & simplex induci, vt per Bart. in d.§.cohæredes. adde eundem Soc.in cons.250.col.4.& in consi.249.in primo uolu.& in consi.12. col.pen.& in consi.13.col.fin. in 3.uol. & plenè in consi.43.& in consi.57.eodem 3.uolu. & de intellectu l.cùm pater.§.cùm inter,quem hic citat Bar.ac de tota re ista uide Alexan.in consi.59.in tertio volumine. Dec.plenè in consi.38.& in consi.218.& in consi.387.cum consi.sequen.& in consilio 422.& in consi.481.& in consi.635.cum duobus consilijs sequen.Ruin. latè & Ambros.

de Opizon.

de Opizon. in §. Diui. Attende tamen quia opinionem Bartoli hic, scilicèt, ut non intelligatur prohibita successio ab intestato, sequitur idem Bar. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de uerb. oblig. & in l. quemadmodum. C. de agricol. & censi. lib. 11. Bald. in l. ea lege. C. de condit. ob caus. Pau. de Cast. in consi. 279. Visis statutis, ubi not. loquitur. & procedere uidetur decisio ista etiam si (ut prædixi) apposita fuissent illa uerba; quia uult quòd bona remaneant in familia, adeò ut si iste prohibitus eum instituere expressè, qui successurus esset ab intestato, prohibitioni contrafacere non uideretur. tex. cum gl. in l. cùm pater. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. 3. quem ad hoc probãdum inquit sing. esse Imol. in d. l. si ita quis. §. ea lege. & conclusionem hanc amplectitur Alber. in l. voluntas. C. de fideicomm. Rom. in consi. 457. col. fi. ubi multa adducit. Alex. in consi. 55. Ponderatis his, & in consi. 59. & in consi. 165. Consideratis uerbis testamenti, col. fin. in 3. vol. Ang. in consi. 56. D. Andreas, col. 5. & seq. & in cons. 7. Ex dicto themate. Paul. de Cast. in cons. 137. col. 4. Barb. in sua loãnina, fol. 49. & de hac re videas etiam Bal. in cons. 130. incip. Ad audientiam, in 3. vol. & in consi. 349. Statuto, in 1. vol. Ias. in d. l. voluntas. C. de fideicomm. & omninò Curt. in consi. 67. de qua re uide etiam Aret. in l. ventre, col. pen. ff. de acquir. hæred. Quid dicemus in tali ac tanto opinionum conflictu? certè si uera est opinio Bartoli hic, de qua egi-
6 mus in princ. huius. §. scilicet, hanc uocem, familia, † in dubio ad descendentes ipsius testatoris esse referendam, qui secundum proximitatem gradus ad fideicommissum censentur uocati, im possibile est extraneum quoquomodo posse succedere, donec alij supersunt de hoc genere descendentium: & hoc urgenti concluditur argumento. si enim fauore descendentium excluditur substitutus qui fuit expressè uocatus à testatore, quamuis de ipsis nulla sit facta mentio, sed ex sola coniectura. l. cùm acutissimi. C. de fideicomm. & l. cùm auus. ff. de cond. & demonst. multò magis in proposito casu, ubi per uerba expressa memoratur familia testatoris, in qua, ut prædixi, descendentes potissimùm continentur, excludendi sunt extranei, etiam si essent successuri ab intestato, quorum testator nullam penitus fecit mentionem: pro ut in simili casu hac ratio-
7 ne deciditur, filios † positos in conditione dici expressè uocatos quando sumus in descendentibus, ut docuit Sali. in l. j. C. de condit. insert. & alij ut diximus in l. Lucius. ff. de hæred. instit. quin immo fortior est ista collectio, quàm illa, quoniam si descendentium fauor hoc ibi operatur, ubi uerba erant conditionalia, quæ disponere non solent, multò magis hic debent effectum huius exclusionis operari, ubi testator usus est uerbis dispositiuis, quæ ipsis conditionalibus proculdubio sunt ualidiora. atque ita, si non decipior, hoc est concludens in re proposita argumẽtum. Et idem esset etiam si familia ad transuersalem lineam porrigeretur, quia successioni ab intestato locus esse non potest, donec illi supersunt, qui uocati sunt a testatore. l. quandiu. ff. de acquir. hæred. si uero nullus eorum extaret, tunc res esset indubitabilis; quia non supereſt amplius petitio fideicommissi. l. cùm pater. §. libertis, hoc eod. tit. cæterùm si tenemus opinionem eorum, qui uolunt ex his uerbis induci fideicommissum dunta xàt in casu contrauentionis, uel in extraneum alienando, uel eum hæredem instituendo, & tunc etiam aduertendum puto, quoniam quamuis non dicatur contrauentum dummodo bona in familia relinquantur, non habito respectu sit ne ille remotior an non: id quod non esset ubi fideicommissum absolutum & simplex esset inductum, quoniam proximiores uocarentur secundum præcedentem conclusionẽ. tamen adhuc animaduertendum puto: quia dicendum uidetur, isto etiam casu extraneum, qui successurus esset ab intestato, excludi omnino debere à quocunque de familia testatoris, qui sit superstes. nam ad hoc tenendum eodem nouo (ut prædixi) cogimur argumento. si enim filij † positi in conditione, qui secundum * commun. opin. non censentur uocati, ut diximus in l. Lucius. ff. de hæred. instit. excludunt substitutum, qui fuit expressè uocatus à testatore faciendo deficere conditionem fideicommissi. d. l. Lucius, quantò magis in proposito casu illi de familia qui per uerba dispositiua & efficacia memorantur à testatore declarante uoluntatem suam denique eam esse, ut bona remaneant in familia, & hanc fuisse causam prohibitionis, debent excludi huiusmodi extranei, quamuis alioqui succederent ab intestato, quorum testator nullam penitus mentionem fecit, nisi eos à successione reijciendo? & pro hac & præcedenti consideratione,

ratione. uide omnino tex. in c. 1. de eo qui sibi & hæred. mascul. in feudis. Neque urget illa ratio, quæ afferri solet, hoc est, huiusmodi successionem, esse ipsius legis alienationem, & non hominis, ideoque non censeri exclusam; quia quamuis successio ab intestato deferatur à lege, tamen prouenit à tacita uoluntate illius, qui decedendo intestatus, præsumitur uoluisse dare hæreditatem uenientibus ab intestato, & hac ratione grauari potest. l. conficiuntur. ff. de iur. codicil. quare cum talis alienatio à tacita prohibiti uoluntate proueniat, debet omnino esse exclusa, alioqui fieret fraus huic prohibitioni de modo ad modum contra trad. maximè per Iaſ. in l. non
9 dubium. C. de legi. & quia communiter tacitum † non debet potentius operari, quàm expressum. l. qui ad certum. ff. loca. Præterea etiam publicatio bonorum à lege procedit, & dicitur alienatio legis. l. Imperator. & ibi Bart. ff. de fideicomm. liber. tradunt doct. in d. §. Diui. tamen quia originem trahit à præambula uoluntate delinquentis, in publicatione bonorum non uenient quæ sunt prohibita alienari, ut dixi suprà in hac ead. l. §. prædium. & decisio huius quæstionis colligitur ex trad. per Bar. in l. si quis in tantam. C. unde ui. ubi concludit, aut res alienata fuit prohibita solùm fauore ipsius delinquentis, & tunc delinquendo potuit renunciare fauori suo, & bona in publicatione continebuntur, aut sunt prohibita etiam fauore aliorum, & tunc in publi-
10 catione non continentur. Ex cuius documento expressè Alex. ait, alienationem, † quæ prouenit à lege, esse prohibitam, quando prohibitio fuit facta ob fauorem familiæ, uel descendentium, ut hic. ita Alex. in consi. 88. Opportunè consideratis, col. 2. versi. 4. & col. pen. versi. postremò, in 3. vol. atque ita ponitur gladius ad radicem. immo fortior est casus successionis ab intestato, quàm sit casus publicationis bonorum, quoniam ille, qui decedit intestatus, directè cogitat hæreditatem suam deferendam esse uenientibus ab intestato. d. l. conficiuntur, ubi hoc habetur ad literam, sed delinquens, principaliter delinquit, & nihil cogitat de alienatione bonorum, quæ postea uenit in quandam consequentiam. & propterea, si iste modus alienationis regalis excluditur, ut prædixi, multòmagis ille debet reijci, in quo magis principaliter cogitatur de hac alienatione, quæ fuit à testatore prohibita. idque argumento tex. not. in l. si quis inquam. §. in ciuilibus, cum gl. ff. de capt. facit. l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. & quod ait Alex. in consi. 91. in 6. vol. Ad textum verò in d. §. cùm inter, qui hac in re hic potissimùm citatur, re-
11 sponde ut per Alex. in consi. 59. in 3. vol. quæro insuper nunquid alienatione † prohibita extra familiam, si bona alienantur in aliquem de familia, is ea dicatur habere ab hærede alienante, qui alium eiusdem familiæ eligere potuisset, an uerò à primo testatore? De hac re egimus in unum ex familia. §. 1. hoc eod. tit. sed ibi hæres cogebatur à testatore unum eligere de familia, hic autem prohibetur extra familiam alienare. Attende quia Soc. in consi. 114. in 3. vol. subtiliter dixit, quando alienationis prohibitio est facta simpliciter, ut bona nō alienentur extra familiam, & isto casu bona alienata in aliquem de familia ab ipso hærede accepta esse, si uerò testator ulterius progreditur permittendo alienari posse in aliquem de familia, & tunc bona dicta esse habita à primo testatore, non autem ab ipso hærede alienante. Sed contra hoc Socini documentum instari potest, & dici, hanc permissionem, quam testator adiecit, ut bona alienari possint in eos, qui sunt de familia, nihil debere operari; quoniam prohibitio, quam prius fecerat, duo capita continebat, unum scilicet exclusiuum extraneorum, & aliud inclusiuum eorum qui sunt de familia, in quos alienatio permittitur; ut in simili casu de statuto fœminas excludente docuit Bar. in l. ij. ff. ad Tertull. cæterùm, si tacitè inerat ista permissio, consequens est, ut expressio eius, quod tacitè inest, nihil debeat operari. l. iij. suprà eod. tit. Tamen sustinendo opinionem Socini fortasse dici posset, quòd quando tacita & expressa dispositio testatoris simul cōcurrunt, tunc illa expressio eius quod tacitè inest, ratione huius cōcursus multùm debeat ope-
12 rari. Accipe exemplum, bona subiecta † fideicommisso, tacitè sunt prohibita alienari, ut notissimi iuris est, tamen si alienantur ante conditionis euentum, alienatio tenet, quæ non prius quàm eueniente conditione fideicommissi reuocatur. l. fin. §. fin autem. C. commu. de legat. si autem ultra tacitam hanc prohibitionem testator etiam expressam adijciat, tunc ut expressio aliquid operetur, alienatio statim irrita est & inanis, ut tradit Soc. in consi. 123. in 3. vol. Alex. in

in consi.88.in 3.vol.col.fi.Dec.in cons.636.quare ita & in proposito casu posset fortè conclu di,expresionē huius permisionis debere quod prædictum est operari,ne alioqui fiat inutilis. Tamen cogita,quia hoc modo nunquam haberet locum regula posita in d.l.iij. hoc eod. titulo
13 qua cautum est,expresionem † eius,quod tacitè inest,nihil operari debere: nam semper adesset iste concursus taciti & expresi,qui si deberet semper operari, tota illa regula destrueretur. Prætereà contra decisionem Socini urget tex. & quæ ibi diximus, in l.unum ex familia.§. si de falcidia,suprà eod.tit.ubi hæres qui alienat in aliquem de familia, cum extra familiam alienare non possit,non dicitur quicquā de suo illi tribuere,quem elegit,sed totum hoc à primo testatore censetur acceptum. Circa prædicta suboritur alia quæstio,scilicèt,usque quo duret prohibi
14 tio † alienationis extra familiam,ut bona perpetuò remaneant in familiam. Dic eam non porrigi ultra quartam generationem, alioqui uerò si diceretur ut res perpetuò ad descendentes suos perueniant; quia tunc in infinitum porrigitur: ita Barto. in auth. de restit. fideicomm.& prædictam conclusionem,ut huiusmodi prohibitio quartam generationem non egrediatur, firmauit Firman.in tract.de episcopo in 4.par.quarti libri,quæst.45.ubi inquit,Io.de Prato ita in facti contingentia consuluisse, multaque alia ad materiam huiusmodi prohibitionis pertinentia tradit ibi Firman.quem uideas semper. & de hac inuestigatione an ultra quartum gradum alienationis prohibitio dilatetur,vide Alex.in cons.56.Consideratis uerbis,in 1.vol.

Summarium in l.si quod ex Pamphila.ff.de leg.ij.

Iudex, quamuis in iudicio ualor rei probatus non fuerit, tamen potest ex officio eam æstimare.

Bar.in l.si quod ex Pamphila.ff.de leg.ij.

BART. in d.l. si quod ex Pamphila,uersi.ultimo not.inquit,iudicem,† quamuis in iudicio ualor rei probatus non fuerit,posse eam ex officio æstimare. vide Raph. Cuma. in consi.281. incip.In re præsenti,colu.9. ubi ait, iudicem etiam parte non petente debere hoc facere. vide Alex.in l.pretia rerum,col.2.ff.ad leg.falcid.& hoc Bartoli documentum sequitur Alex.in cōsi. 133.Viso processu,in fi.in 1.vol.& ad rem facit tex.in l.videamus,in fi.ff.de in lit.iur. & Aret. in §.omnium.fol.antep.de actio.& in §.si quis agens,eod.tit.vide Raph.Cuma.in consi.102.in 7. dub.& Bar.in l.cùm seruus.ff.de uerb.oblig.

Summarium in l.cum filius.ff.de leg.ij.

Hæres quomodo possit conueniri ad integram seruitutem.

Bar.in l.cùm filius.ff.de leg.ij.

BART. in d.l.cùm filius,in fi.principij,dum ponit practicam conueniendi hæredem ad integram seruitutem,ait,eum ad integram seruitutem conueniri posse recepta parte æstimationis. De hac re uide Bar.in §.Cato q.1.& 5.& ibi Ray.& Ias.ff.de uerb.oblig.

Summarium in d.l.cum filius.§.Lucio.ff.de leg.ij.

Legatum hæreditatis utrum dicatur uniuersale.

Bar.in d.l.cum filius.§.Lucio.ff.de leg.ij.

BART. in ead.l.§.Lucio,quærit,utrum legatum hæreditatis † dicatur uniuersale? vide Aret. not.in consi.46.ubi loquitur de quæstione hic proposita per Bar.an pecunia,quæ fuit exacta à testatore,sit huic legatario restituenda? & ibi alium quoque pulchrum casum posuit de eo,qui legat iura & actiones,& omne commodum,an eo etiam in casu pecunia exacta restitui debeat legatario an non? vide Aret.in d.cōs.46.incip.viso testamento facto per Marianum.& de materia huius §.uide Dec.in cons.69.inquit,vocem.

Summarium in d.l.cum filius.§.pater.ff.de leg.ij.

Dictio plus, ad arbitrium boni uiri, est referenda.

Bar.in d.l.cum filius.§.pater.ff.de leg.ij.

BART. in ead.l.§.pater,inquit,vocem,plus,† ad arbitrium boni uiri esse referendam, & modicum importare.iste tex.est multum not.secundum Soc.in consi.92.col.7.in 1.vol.uide in hac re Alex.in consi.212.in libro primi & secundi vol.& quæ tradit Ias.in l.& si post tres, colu. 2.ff.si quis caution.& quæ posita sunt ad Bar.in l.cùm furti.ff.de in lit.iura.& uide trad.in l. hæc

autem

autem adiectio plus.ff.de uerb.signif.& hoc facit ad quæstionem positam per Alberi.in 1. par. statutorum.cap. 172.& quid hæc uox significet,uide etiam Abb. in c. literæ, de dilat. Et an & quando sit comparatiuum uel positiuum,vide in l.si seruus legatus.§.si ita scriptum.ff.de leg.1. & quid ista uox operetur in teste,uide Feli.in c.licèt.col. 5.versi.nota decimò de proba.& in c. cum causam in princ.eod.tit.

Summarium in l.cum pater filios. § .hæreditatem.ff.de leg.ij.

1 *Mutatione status, non perditur ius eligendi.*

Bar.in l.cùm pater filios.§.hæreditatem.ff.de leg.ij.

1 BART. in d.l.cùm pater.§.hæreditatem, sic ait in summa: mutatione † status non perditur ius eligendi,& mors ciuilis non facit conditionem existere, sed naturalis. uide unam oppositionem apud Bar.in l.centesimis.§.fin.col.fi.ff.de uerb.oblig.& dum Bar.infert, per deportationem perdi ius eligendi,vide Iaſ.in l.j.in 7.fallen.ff.de hæred.inſt.Postea uerò cum ait Bart. per ingressum religionis non cedere diem fideicommissi,sed expectandam esse mortem naturalē, vide tex.& doctor.in l.ex qua parte.§.insulam.ff.de uerb.obligat.Alex.in consi.13.in 3.volu.& omnino Felin.in c.licèt undique,colum. 2.de offic.deleg.ubi contrarium habetur. & Socin. in cons.92.in 1.vol.& quia de hac re in nonnullis alijs lucubrationibus egi,ulterius non insistam.

Bar.in d.l.cum pater.§.Mæuio.ff.de leg.ij.

BART. in ead.l.§.Mæuio, exponit gl.hic. & citat.l. si quis argentum, & reliqua,ut ibi per
* eum. Tu dicas glo. hanc esse * communiter approbatam, ut per Iaſ.in §. personam. instit. de action.& eam esse communiter confirmatam testatur etiam Alex.in l.ij.colu. 2.ff. de leg.1. ubi citat glo.consimilem.

Summarium in d.l.cum pater. § .euictis.ff.de leg.ij.

1 *An iure actionis agi possit de euictione.*

Bar.in d.l.cum pater.§.euictis.ff.de leg.ij.

1 BART. in ead.l.§.euictis,in fin.tradit,an iure actionis † agi possit de euictione? De hac re an & quando in diuisione locum habeat actio de euictione,uide Bar.in l.qui Romæ.§.fi. in ultima.quæst.ff.de uerb.oblig.

Summarium in d.l.cum pater. § .à filia.ff.de leg.ij.

1 *Bona, quæ post mortem alicuius sunt pauperibus distribuenda, ante ipsius mortem distribui non possunt.*

Bar.in d.l.cum pater.§.à filia.ff.de leg.ij.

1 BART. in ead.l.§.à filia, in fi.decidit quæstionem de bonis,† quæ post mortē alicuius sunt pauperibus distribuenda,ut ante ipsius mortem distribui nequeant,ne fiat prejudicium pauperibus superuenientibus post restitutionem. vide Alex.in l.recusare.§.si quis alio.ff.ad Trebel. in 5.col.Dec.in c.4.in 6.notab.de offic.deleg.Alex.in consi.2.col.7.versi.& idem,in 1.volum. Iaſ.in l.post mortem,col. 2.& 3.C.de fideicomm.Attende tamen quia Dec.in l.cùm tempus.ff. de regul.iur.adducit Anch.& alios loquentes contra hanc Bartoli decisionem,& ipse putat eorum opinionem esse ueriorem.

Summarium in d.l.cum pater. § .mensæ.ff.de leg.ij.

1 *Mensam, qui legat uidetur legare locum non uniuersitatem.*

Bar.in d.l.cum pater.§.mensæ.ff.de leg.ij.

1 BART. in ead.l.§.mensæ, opponit dicens,qui legat † mensam, uidetur legare locum, non uniuersitatem,vide Aret.in consi.51.col.fi.& dum Bar.agit de eo,qui legauit apothecam, vide Iaſ.in l.Centurio,col. 27.versi.hinc dixit.ff.de uulg.& pup.

Summarium in d.l.cum pater. § .hæreditatem.ij.ff.de leg.ij.

1 *Per simplicem diuisionem non tollitur ius fideicommissi.*

Bar.in d.l.cum pater.§.hæreditatem.ij.ff.de leg.ij.

1 BART. in ead.l.§.hæreditatem.ij. ait, per simplicem † diuisionem non tolli ius fideicommissi. Adde hoc idem ab omnibus concludi in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uerb. oblig.& de hac re uide Alex.in consi.213.in 6.vol.Raph.Cuman. in cons.141.Soc.in cons.31.in 4.vol.

Dec.in consi.79.& in consi.86.col.2.& in consi.495.& omnino Mari. Soc. iuni.in consi.116. nu.32.cum seq.& in consi.128.nu.105.cum seq.& tenendo opinionem Bartoli & aliorum in d.§.duo fratres,& opinionem Bar.hic,ut non cẽseatur remissum,Limita ut per Alex.in d.§.duo fratres,col.9.& seq.tenendo autem fideicommissum esse remissum, limita hoc non procedere quò ad extraneum,per istum tex.

Summarium in d.l.cum pater. §.dulcissimis.ff.de leg.ij.

1 *Dictum restringitur à ratione.*
2 *Dictum testis restringitur secundum rationem,quam adducit.*
3 *Substitutio particularis extenditur à ratione generali.*

Bar.in d.l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.ij.

1 BART. in ead.l.§.dulcissimis,colligit ex tex.à ratione † dictum restringi. Hic sciendum est in primis,quid sit ratio? ideo dicas,rationem esse coniunctionem quãdam diuersorum casuum ad eundem finem, & quos rationis identitas connectit,non potest iuris dispositio separare, ita Soci.in consi.30.col.3.in 1.vol.Et quia ratio est anima cuiuscunque dispositionis, ideo ea est, quæ regit,& gubernat,ampliat,& restringit dispositionem. Soc.in consi.249.col.antepe.in 1. vol.Dec.in consi.373.Abb.in c.fi.de rescript.& omnino in consi.75.in 1.vol. ubi multa posuit
2 memoratu digna de ui rationis. & propterea etiam dictum † testis restringitur secundum ratio nem,quam adducit Soc. in consi.274.col.4.in 1.vol.Regulam autem huius tex. limita, & declara,ut per Bar.in l.libertis quos.ff.de alim.& cibar.lega.col.2.Et quòd dictum testis à ratione allata coangustetur,docuit Alex.in cons.162.Viso processu,colum.3. in libro primi & secundi vol.& malam ac ineptam rationem testis reddere eius dictum inefficax,& nullius ualoris,dixit egregiè Bal.in l.conuenticulam,vers.modò uenio ad testes.C.de episc.& cleric.quem sequitur Alex.in consi.166.Animaduersis his,col.7.uersi.præterea ipsi non assignant,in eod.lib.& mul
3 ta in hac materia uide apud Curtium in cõsi.81.col.1. sic etiam substitutionem † particularem extendi à ratione generali ait Soc.in consi.249. in 1.vol. hoc idem est in legis ipsius constitutione,in qua debet plus attendi ratio,quàm ipsa lex,secundum Gemin.in c. ubi periculum, de elect.in 6.Bar.in l.regula.§.si quis.ff.de iur.& fact.ignor.Alex.in cons.111.in 1.vol.Dec.in cõs. 331.nu.8.& multa scitu digna de potentia rationis tradit Alex.in cons.48.in 4.vol. & in consi. 75.in 5.vol.& Feli.latè in c.si quando.nu.23.de rescrip.

Summarium in d.l.cum patrem. §.filius matrem.ff.de leg.ij.

1 *Iuramentum testatoris,uel hæredis habet uim repetitionis ab intestato.*

Bar.in d.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de leg.ij.

1 BART. in ead.l.§.filius matrem,ait,iuramentum † testatoris uel hæredis habere uim repetitionis ab intestato. vide complures memorabiles effectus in re proposita apud Ias.in §. item si quis postulante,colu.3. & seq. inst.de action.Posteà subiungit Bart.iuramentum habere uim clausulæ,ut actus ualeat eo meliori modo,quo ualere potest. vide eundem Bar. in l. si quis pro eo.ff.de fideiussor.Bal.& Salic.in l.j.C.commod.& pro intellectu huius rei uide omnino Soc.in consi.66.col.7.versi.quartò respondetur,in 1.vol.ubi ex mente Imol.in c.cùm contingat, not. inquit,regulam huius §.intelligendam esse, ut interueniente iuramento actus ualeat eo meliori modo,quo ualere posset sine iuramento. Item limita ut procedat solùm quò ad supplendum defectum solennitatis,non autem defectum consensus.ita Aret.in consi.24.Rom.in cons.517. col.pen.Ias.in l.sanctissimus.C.de testa.& uide Alex.in consi.22.in 3.vol.& multa, quæ ex hac regula inferuntur,vide apud Ias.in §.item si quis postulante in nono effectu iuramenti,instit.de action.& in l.eam quam,colu.11. de fideicomm. Item multa scitu digna in proposita re tradit Feli.in c.cum super,col.3.de offic.deleg.& quam uim habeat iuramentum, tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, docuit Socin.in consi.75.colum.5.in consi.115. & in consi.97. colu. fin. & plenè de effectibus iuramenti, & eius uiribus agit Marcus Antonius Bauerius in tracta. de uirtute iuramenti.

Summa-

De legatis secundo.

Summarium in d.l.cum pater.§.donationis.ff.de leg.ij.

1 *Verba dispositiua, quando ab aliquo proferuntur, non refert cum quo loquatur, sed in quem loquentis intentio dirigatur.*

Bar.in d.l.cum pater.§.donationis.ff.de leg.ij.

1 BART. in ead.l.§.donationis, ait, quando uerba † dispositiua ab aliquo proferuntur, non referre, cum quo loquatur, sed in quem loquentis intentio dirigatur. vide Iaſ.in l.quoties ab omnibus.C.de fideicomm.in fi.

Summarium in d.l.cum pater.§.libertis.ff.de leg.ij.

1 *Qui venit contra voluntatem defuncti, in eo quod est causa fideicommissi, ab eius petitione repellitur.*

2 *Si statuto cautum est filium sine consensu patris se obligare non posse, utrum pater ei se obliganti ad commodum ipsius patris possit suam præstare authoritatem.*

Bar.in d.l.cum pater.§.libertis.ff.de leg.ij.

1 BART. in ead.l.§.libertis, sic dicit in summa. Qui uenit contra † voluntatem defuncti in eo quod est causa fideicommissi, ab eius petitione repellitur. vide omnino Aret. in consi.67.Diligenter, in 3.dub.principali, ubi multa scitu digna perhibuit. & dum Bar.in eo.§.tradit, alienationem factam ab eo, qui est rogatus restituere, interim tenere, vide Aret.in d.consi.& Paul.de Cast.in consi.12.videtur dicendum. Postea Bar. in uersic. Ego induco ad quæstionem, decidit per istum tex.si filius non potest agere sine consensu patris, & pater & filius simul agant, patre
2 filio consentire censeri. Quid si statuto † cautum esset, filium sine consensu patris se obligare non posse, utrum pater ei se obliganti ad commodum ipsius patris possit suam præstare authoritatem? vide Alex.in consi.49.& in consi.106.in 1.vol.ubi ponit differentiam inter consensum & authoritatem.adde Soc.in consi.87.in 1.vol.& in consi.23.in 4.vol.& Ang. in l.j.§. fuit quæstum.ff.ad Trebell.& de hac re vide quæ posui in l.si consul.ff.de adopt.

Summarium in d.l.cum pater.§.cum inter.ff.de leg.ij.

1 *Filius libertæ in familia libertorum annumerari potest.*

Bar.in d.l.cum pater.§.cum inter.ff.de leg.ij.

1 BART. in ead.l.§.cum inter, ait filium libertæ † in familia libertorum annumerari. vide omnino Fulgos.in consi.117.& de intellectu & materia huius.§.agit Dec.in consi.422.& in consi.481.& non prætereas ea, quæ posui in l.peto.§.fratre, suprà eod.titulo. & in l.pater.§.fundum ff.de legat.tertio.

Summarium in d.l.cum pater.§.à te peto.ff.de leg.ij.

1 *Disiunctio posita inter personas, inter quas cadit affectio ordinata, non resoluitur in coniunctam.*

Bar.in d.l.cum pater.§.à te peto.ff.de leg.ij.

1 BART. in ead.l.§.à te peto, sic ait in summa. Disiunctio † posita inter personas, inter quas cadit affectio ordinata, non resoluitur in coniunctam. Attende quoniam hic adesse ordinatam affectionem tenuit idem Bar.etiam in l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de liber.& posthum.ubi Iaſ.
6.col.sed contrarium expresse uidetur colligi ex isto tex.in quo prius uocantur propinqui mariti, quàm testatricis, igitur in hoc non subest ordinata charitas. ideo aliter puto esse declarandum hunc tex.qui innititur ordini scripturæ, & non affectionis, & dicendum est in principio, in quo agitur de liberis, appositam fuisse conditionem, si non habueris liberos, quæ quidem conditio etiam in sequentibus casibus intelligitur repetita, hoc est, & si non extabunt propinqui tui ò marite, mei admittantur, & sic successiuè: ita enim fiet, ut clarè omnia intelligantur. neque reluctabitur.l.cum quidam.C.de uerb.signific. ideo enim hic disiunctiua non resoluitur in coniunctam, quoniam apertè constat de uoluntate testatricis, ex quo unus non uocatur nisi incasu, quo alius non supersit. vide hic Paul.de Cast.qui non recedendo à communi intellecta infert ex isto tex.si pater instituit filios, eosque inuicem substituit, uel eorum filios, nunquam nepotes ex filio prædefuncto admitti posse, donec unus ex filijs supersit, propter ordinem scripturæ. idem ait Alex.in consi.172.Viso testamento, in libro primi & secundi volu.& de hac re vide omnino Dec.in consi.95.

Summa-

Summarium in l.qui solidum.ff.de leg.ij.

Justa causa in parte, non tollit moram in alia parte.

Si creditor à me petit plus debito, iustam habeo causam litigandi super toto.

Bar.in l.qui solidum.ff.de leg.ij.

BART. in d.l.qui solidum, inquit, iustam † causam in parte non tollere moram in alia parte, & hunc ait esse casum notabilem. De hac materia uide singulare Matthæsil.memoratu dignum nu.188.incip.Nota quod ubi creditor.& quæ ibi addita sunt.& Alex. in l.j.§. si stipulanti.ff.de uerb.oblig.& ibi Ias.& Alex.in l.qui Romæ.§.duo fratres,col.9.eod.tit.& dum Bar.hic ait,per Falcidiam totum legatum subuerti.l.j.§.hæc uerba. attende quia hoc ibi non probatur, ideo cogita casum,in quo falcidia totum legatum subuertat, quia nunc mihi non uenit in mentem. Postea Bar.in fi.subiungit,si † creditor à me petit plus debito, iustam habeo causam litigandi super toto,nisi dicas te paratum recipere partem,quæ non est in controuersia. Hoc idē sequitur Alex.in d.l.qui Romæ.§.duo fratres,col.9.& Ias.in l.properandum.§.finautem alterutra,col.4.versi.nona conclusio.C.de iudic.& in 7.col.versic.quintò quæro,& in l.quidam æstimauerunt,col.1.vers.adde.ff.si cert.pet.sed cogita quomodo debitor confitendo partem posset adhuc super ea litem prosequi, nisi fortasse ratione adiuncti hoc permittatur.

Summarium in d.l.qui solidum.§.etiam.ff.de leg.ij.

Justa causa litigandi excusat ab expensis.

Juramentum an excuset ab expensis.

Bar.in d.l.qui solidum.§.etiam.ff.de leg.ij.

BART. in ead.l.§.etiam,colligit ex tex.iustam causam † litigandi excusare ab expensis. de hac re uide Dec.in consi.56.& in consi.74.colu.1.Ias.in l.properandum.§. finautem alterutra. C.de iudic.ubi ait,non solùm excusare ab expensis,sed etiam ab omni pœna imposita. limitat tamen hoc non procedere quando expensæ iure actionis deberentur, & alias quoque limitationes ibi tradidit.Et quæ nam expensæ factæ in lite taxari debeant, quomodo petantur, & quomodo terminari debeant in sententia, vide Anch.in repet.capituli finem litibus,de dol.& cōtumac.An autem iuramentum † ab expensis excuset? Bar.hic ait quòd non,quia iusiurandum excusat à calumnia,non autem à temeritate. idem ait Barto.in l.j.§. hanc autem actionem. ff.si muli.uentr.nom. Et expensarum,quæ fiunt in iudicio,qualis habenda sit ratio,vide apud Iacobum de Aren.in tract.expensarum. An autem & quando condemnatio expensarum fieri possit in causa criminali,vide Felin.in c.accedens.nu.7.de accusat.Item aduerte quoniam expensę factæ in lite solui non debent à reo succumbente uigore alicuius instrumēti, nisi sint factæ post productionem illius instrumenti. Barto.in l.si quis inficiatus.ff.depos. & Felin. in c. exceptionem,col.pe.de excep.

Summarium in l.creditorem.ff.de leg.ij.

Legatum factum creditori, in dubio non existimatur factum animo compensandi cum debito.

Si debitor legat creditori hoc pacto, ut nihil aliud petere possit, utrum ex hoc censeatur habuisse animum compensandi.

Bar.in l.creditorem.ff.de leg.ij.

BART. in d.l.creditorem, inquit, legatum † factum creditori, in dubio non existimari factum animo compensandi cum debito. idem habetur in l.quanquam.& in l.licet.C.ad leg.Falc. sed limita hoc tantum procedere in debito uoluntario, alioqui uerò in debito necessario.& quomodo cognoscatur debitum necessarium & uoluntarium,quia ex post facto omnia debita sunt necessaria.l.sicut.C.de actio.& obligat. habetur apud doct. in l.si cùm dotem.§.si pater.ff. solut. matr.in l.huiusmodi.§.cum pater.ff.de leg.ij.& in auth.præterea,ubi latè Ias.C.und.uir.& uxor.Quid si debitor † legat creditori hoc pacto,ut nihil aliud petere possit: utrum ex hoc censeatur animum compensandi habuisse? vide Ang.in consi.181.quæro hic quid si creditor legat debitori totum id quod ei debetur, nūquid in huiusmodi legato etiam debitum contractū post conditum testamentum contineatur? vide Fulg.in cons.37.

Summa-

De legatis secundo.

Summarium in l.Caius.ff.de leg.ij.

1 *In legato generali non continentur nomina debitorum.*

Bar.in l.Caius.ff.de leg.ij.

1 BART. in d.l.Caius,ait,in legato generali † non contineri nomina debitorum,vide ad rem hanc Soc.in cons.101.& in cons.175.in 1.vol.

Summarium in l.Titia Seio.§.usuras.ff.de leg.ij.

1 *Si statuto cautum est,instantiam perire debere in quinque mensibus nisi per actorem non steterit, actor autem semel tantum iudicem interpellauit,ut proferret sententiam,hoc satis esse, ut perpetuò stare per iudicem uideatur.*

Lucubrat.in l.Titia Seio.§.usuras.ff.de leg.ij.

BART. in d.l.Titia.§.usuras,in ultimo notab.dicit,sufficere,si semel aliquis interpellat. vide Ias.in l.quod te,colum.8.versi.adde.ff.si cert.pet. Et dum Bar.infert ad quæstionem,si statuto
1 † cautum est,instantiam perire debere in quinque mensibus,nisi per actorem nō steterit, actor autem semel tantum iudicem interpellauit,ut proferret sententiam, hoc satis esse ut perpetuò stare per iudicem uideatur. De hoc uide omnino Ias.in l. properandum.§. sin autem alterutra.
* C.de iudic.ubi dicit multa scitu digna,& * comm.opinio.uidetur esse contra Barto. hic ut non sufficiat semel tantùm interpellasse. Tamen ad hoc Bartoli documentum accedit Ang.in cons. 353.incip.Statutũ,in 2.col.Sed quod debeat pluries fieri protestatio,tenuit Alex.in l.de pupillo.§.si quis ipsi,col.2.ff.de oper.nou.nunc.& in consi.19.in 1.vol.Perus.in c.ex ratione,colu.4. de appell.item uideas Aret.circa opp.Bar.in l.qui Romæ.§.Seia.ff.de uerb.oblig.

Summarium in d.l.Titia Seio.§.Seia libertis.ff.de leg.ij.

1 *Fideicommissum relictum ab uno ex hæredibus qui ultimus decesserit, facit uideri hæredes inuicem substitutos.*

2 *Substitutio facta post mortem plurium,in dubio facta uidetur a primo,non autem ab ultimo moriente.*

Bar.in d.l.Titia.Seio.§.Seia libertis.ff.de leg.ij.

1 BART. in ead.l.§.Seia libertis. hoc ait in summa. Fideicommissum relictum ab uno ex hæredibus,qui ultimus decesserit,facit uideri hæredes inuicem substitutos. De intellectu & materia huius.§. vide Soc.in consi.238.col.fi.& in consi.249.in 1.vol.& omnino in consi.104. 3.vol.ubi ait,substitutionem factam post mortem omnium, uel in casu quo ultimus decedat ne filijs,inducere fideicommissum inter ipsos secundum multorum sententiã,quando est facta in tota hæreditate; tamen ipse ait contrariam opinionem esse uerissimam. de qua re uide
2 Alex.in consi.113.in 4.volu.ubi habetur sing. substitutionem † factam post mortem plurium in dubio factam uideri à primo,non autem ab ultimo moriente,& sub duplici cõditione. & de hac re uide eundem Alex.in cons.51.& in cons.52.Prospectis his,col.8.& in cons.101. in 4.vol. ubi not.loquitur,& in consi.11.in 3.vol.& Ias.in cons.33.in 1.vol.& omnino in consi.41. uariè loquitur.& in cons.143.eod.vol.

Summarium in d.l.Titio Seio.§.Imperator autem.ff.de leg.ij.

1 *Donatio inofficiosa collata in filium usque ad legitimam reuocatur.*

2 *Donatio quæ fit propter benemerita, inofficiosa dici non potest.*

3 *Donatio propter benemerita an & quando ualeat.*

4 *Filius potest reuocare donationem tanquam inofficiosam, etiamsi se hæreditati paternæ immiscuisset.*

5 *Si filius, cui portio fuit diminuta propter donationem, hæres instituatur, & hæreditatem agnoscat, an possit agere inofficiosa donatione.*

6 *An propter filios superuenientes, donatio facta monasterio reuocetur in totum, an tantum pro legitima.*

7 *An & quando expresse.l.si unquam,renunciari possit.*

8 *Donatio an reuocetur superuenientibus filijs legitimatis.*

9 *Si donans tempore donationis habebat filium, utrum ex hoc præsumatur de futuris filijs cogitasse.*

10 *Donatio causa mortis, an dicatur simplex donatio, an uerò ob causam.*

11 *Donatio*

11 *Donatio si fuit reuocata per superuenientiam filiorum, qui postea moriantur, an denuo ex tacita mente donantis, ipsa donatio confirmetur.*

12 *Cessante causa, cessat effectus.*

Bar.in d.l.Titiæ Seio.§.Imperator autem.ff.de leg.ij.

1 BAR. in ead.l.§.Imperator autem, dicit, donationem † inofficiosam collatam in filium ad legitimam reuocari. Et quia in hoc uariæ opiniones recitantur per Bar.an reuocetur solùm usque ad legitimam, an uerò usque ad dimidiam: ideo uide Aret.in consi. 47.ubi arguit dicens, opinionem Azo. esse ueriorem. tamen uide Bar. hic. Imol.& Panor. in c.fin. de donat. Roma. in consi.26. Practicam Papien.in forma libelli, quo agitur pro donat. in uoce, irreuocabiliter. in 1.colu. Paul.de Castr.in rubrica.& in l.j.C.de inoffic.donat. & ibi Bart.& alios, & omnino
* Curt.in consi. 1.colu.fin. vbi dicit opinionem istam esse * uotis frequentioribus approbatam, vbi idem tenent quidam alij subscribentes. & eandem opin. sequitur Rom.in consi.95.dicens
2 tamen, donationem † illam, quæ fit propter benemerita, inofficiosam dici nõ posse, & ideo nisi ad legitimam reuocari non posse. & in consi.26.in hoc. & hanc Bar.opinionem esse communem testatur etiam Ias.in auth.vnde si parens, col.fi.C.de inoffic.testam.subiungens, eam reuocari usque ad legitimam, quando etiam fieret propter benemerita. An autem in hoc credendum sit assertioni patris? vide quæ habentur in l.si donatione.C.de collat.& Bar.in l.cùm quis decedens.§.codicillis.ff.de leg.3.& Ias.in d.auth.vnde si parens, colu.fi.quamuis in specie non loquatur in casu huius donationis, sed idem uidetur ut ait Rom. in d.consi.95. Et an & quan-
3 do donatio † propter benemerita ualeat, uide Soci.in consi.95.in 1.volu.& Curt.in consi.66. Abb.in c.cùm in ecclesia, de simon. Angel.in l.sed si lege.§. consuluit.ff.de pet.hæred.Roma.in consi.26.& Crauet.in consi.51. Item in hac materia diligenter tradit Aret.in d.cons.47.siquis donet bona sua, eum præsumi ignorare uires patrimonij sui, & non faudulenter filium priuare legitima uoluisse. & ideo diceretur inofficiosa solùm re, non consilio. secus si diceret omnia bona sua, quia tunc constaret, animum eius esse priuare filium, ut ibi subtiliter docuit Aret. licèt Curt. contrarium teneat in quodam consilio non impresso, incip. In causa monachorum sancti Spiritus. in contrarium facit l.si quis.C.de rescind.uend.& quod ait Bar.in auth.sed cum
4 testator.C.ad leg.Falcid. Adde in re proposita filium † reuocare posse donationem tanquam inofficiosam, etiam si se hæreditati paternæ immiscuisset. vide omnino Curtium in d.consilio in col.fin.Ias.in d.auth. vnde si parens, in secundo notab.& in l.parentibus, eodem titu.vbi assignat rationem. vide tu Aret.in d.consi.47.vbi subtiliter disputat hanc materiam, quando inofficiosa est re & consilio, & quando re tantùm. Nunquid autem querela inofficiosæ donationis excludatur, si filius legitimam habuit quocunque relicti titulo etiam inter uiuos? & an simplex donatio in legitimam imputetur? tradit Soc.in consi. 18.& in cons.sequ. in 4.uol. & dum
5 Bar.in secunda col.vers.ultra ea, quærit, si filius, † cuius portio fuit diminuta propter donationem, hæres instituatur, & hæreditatem agnoscat, an possit agere de inofficiosa donatione? & decidit agi posse ad supplementum. dicas idem tenere Bart. in l.j. C. de inoffic. donat. & ibi Nell. de sancto Geminia. & Salic.idem uoluit Bald. hic, & Abb. in capitulo fin. de donat. & in capitulo Raynutius, de testam. & in prædicta quæstione scilicet utrum inofficiosa donatio
* reuocetur in totum an usque ad legitimam? Curt.in consi. 1.num. 18.testatur * commun.opin. esse in totum.

6 Bar.in eodem §.col. 3.vers. quæro dixi, tradit an propter filios † superuenientes donatio facta monasterio reuocetur in totum, an autem pro legitima tantùm? refertque decretum nõ cogere reddere nisi legitimam. Hoc idem uoluit gl.per illum tex.in c.fi. 17.q.4.quã vt sing. refert & sequitur Rom.in repet.auth.similiter.C.ad leg.Falcid.in 8.speciali. & multa in materia illius capituli fin. vide per Feli. in c.ecclesia sanctæ Mariæ.nume. 115. de consti. hoc etiam quod hic tradit Bar.voluit Bald.in l.j. colu.4. C. de inoffic. donat. Panorm.in cap.fin.de donat.quamuis contrarium teneat Bald.in authen. si qua mulier. C. de sacrosanct.eccles.citat glo.in capitulo si quis irascitur. 13.quæst.2.& de ista donatione facta ecclesiæ uide Mari. Soc.iun.in cons. 120.

& Iaſ.in auth.ſi qua mulier.C.de ſacroſ.eccl. ſubiungit poſtea Bar. an diſpoſitioni.l.ſi unquam. C.de reuoc. donat.renunciari poſsit? quæ vult donationem reuocari debere ſuperuenientibus liberis,quia præſumitur de illis non fuiſſe cogitatum. deciditque, ei renunciari poſſe, ſed agi poterit de inofficioſis donationibus. An huic.l.ſi unquam,renunciari poſsit,latè tradidit Curt. in conſi.1.2.& 3. tamen Soc.in conſi.263.col.fi.in 1.vol. quamuis dicat hanc opinionem Bar.
* eſſe * communiter approbatam, vt ſcilicet renunciatio ualeat,tamen dicit contrarium ſuſtineri poſſe,quando concurrit dolus; quia dolus excludit conſenſum. item quando alia indicia concurrerent: quia tunc iſta renunciatio reuocari poſſet. & quamuis Curt.in d.conſi.1.teneat, renunciari non poſſe etiam cum iuramento,contrarium tamen docuit Iaſ.in conſ.125.in 1.uolu.
7 Et an † & quando expreſsè huic l.ſi unquam,renunciari poſsit, vide Soc.in conſ.261.col.fi.in 1.uol.Rom.in conſi.24.& Dec.in l.ſi quis in conſcribendo. nume.14.C.de pact.vbi concludit
* cõem eſſe doct.ſententiam,vt ei renunciari poſsit,contra Curt.in conſ.1. Et tenendo communem, vt renunciatio ualeat, dicas generalem legum renunciationem non ſufficere,ſed ſpecialem exigi. ita Roma.in conſi.263.Circa dubium. & iſta concluſio ut renuncia tio ualeat, exſequentibus deciſionibus clarius demonſtrabitur, in quibus ad tollendum illius.l. beneficium, ſufficit fuiſſe de filijs cogitatum. & ideo ſi in illo contractu donationis facta fuiſſet mentio liberorum,ceſſat.d.l.ſi unquam,ut ait Soc.in conſi.126.in 3.vol. Immo d.l. non uidetur habere locum in donatione,quæ fit in ipſo actu matrimonij contrahendi, quia præſumitur cogitatum fuiſſe de filijs,cum de matrimonio ageretur. Maria.Socin.iuni.in conſi.128.ubi ait, idem eſſe etiam quando aliquis donaſſet filijs natis & naſcituris ex donatario; quia ſicut de illis cogitauit,ita præſumendum eſt,de ſuis proprijs cogitaſſe, ut habetur in d.conſi.128.num.205. citat Soci.in conſi.147.Viſa,colum.7. Attende & declara unum caſum.ut d.l.ſi unquam, locum habeat etiam in renunciatione, in qua facta eſt mentio filiorum, quando renuncians non ſperabat amplius habere filios,& erat iſta ſpe probabili deſtitutus: nam tunc eis ſuperuenientibus, donatio reuocatur.ita ſubtiliter colligit Soci.in conſ.126. in 3.volu. & in conſ.2. inter conſilia Curtij,vbi multa ſcitu digna attulit,circa illius diſpoſitionem, qui non ſperabat ſe eſſe filios ſe
8 ſcepturum. Nunquid autem iſta donatio † reuocetur ſuperuenientibus filijs legitimatis? vide Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,col.24.verſ.adde.ff.de libe.& poſth.vbi ait quòd non,niſi legitimati eſſent per ſubſequens matrimonium,& in l.ſi is,qui pro emptore.ff.de uſucap.col.6 verſ.quartò.tamen hoc habere locum in legitimatis uoluit Bal.in l.ij.in fi.ff.ſi quid in fraud.pa. Alexand.in rubrica.ff.de liber. & poſthum. colu.2. vbi quoſdam alios idem affirmantes addecit,quamuis Iaſ.contrarium ibi dicere uideatur. de qua quidem quæſtione uide Alex.in conſi. 39. Super primo dubio,in quarto uolu.Dec.in conſi.365.& omnino in conſi.366.Soc.in conſilio 220.& in conſi.226.in primo uolu. Quid de filijs adoptiuis? vide Alexand.in dicto conſ.
9 39. Quid ſi donans † tempore donationis habebat filium,vtrum ex hoc præſumatur de futuris filijs cogitaſſe? vide Soci.in conſi.22.in quarto uolum. Quæro utrum d.l.ſi unquam, procedat etiam in donatione rei particularis? vide Soci.in conſi.147.colu.6.in 1.uolu. & in conſi.53. 4.uolu.Aret.in conſi.92.colu.4. Alexand.in conſi.68.in 4.volu. & Dec.in conſi.581. Quid donatio non fuit ſimpliciter facta, ſed aliqua pretij pars interueniat? Soci. in conſi.215.in primo uol.ait,idem eſſe quod de ſimplici donatione. vide Bal.& Soc.in l.j.C.de pact.vbi etiam tradit Soc.quid in repudiatione hæreditatis non aditæ. vide Alexand.in conſi.29. Præclarè, in 3. vol. An autem per ingreſſum monaſterij huiuſmodi donatio reuocetur? Bal.ſing.decidit quòd non,in auth.niſi rogati.C.ad Trebell.vide Feli.in c.in præſentia,de probat.Iaſ.in auth.ſi qua mulier.C.de ſacroſanc.eccl.col.6.verſ.decimò dic quòd ubi.Nunquid.l.ſi unquam,locum habeat
10 in donatione facta ex cauſa dotis? vide Soc.in l.ij.ff.ſol.matr.vbi etiam tradit an donatio † cauſa dotis dicatur ſimplex donatio an uerò ob cauſam.& Oldr.in conſ.5.incip.Titius,vbi concludit eſſe ſimplicem donationem,tamen in patre dotante Bar. tenuit eſſe donationẽ ob cauſam, in l.Pomponius Philadelphus.ff.famil.erciſcun. & in l.j.§. nec caſtrenſe, de collat.bonor. Quò ad propoſitam autem quæſtionem Iaſ.in conſ.171.in quarto uolumine,decidit.d.l.ſi unquam,

locum

locum non habere in donatione ex causa dotis facta à patre filiæ in eius potestate existenti, secus si fieret ab extraneo. Vtrum d.l.si unquam, procedat in donatione ob causam? vide Alex. in cons. 71. Consideratis, in 4.vol. doct. in l.j. C. de pact. maximè Bal. & Ias. col. 3. in 3. notab. vbi tradit etiam an d.l. locum habeat in donatione facta de minima re? & quid si fieret tam causa dantis quàm recipientis? Item d.l. procedere solùm in donatione, quæ prouenit ex mera liberalitate, alioqui uerò si ob causam, dicunt Bal. & Angel. in d.l.si unquam, in quibusdam lecturis. Roma. in consi. 26. in 3. dubio. Alexan. in consi. 39. in 3. dubio. in 4. vol. & in consi. 29. Præclarè in 3. uolu. Dec. in d.l.j. Soci. in l.j. & in l.ij. ff. solu. matrim. scias etiam in hac materia. d.l.si unquam, non procedere de iure canonico in donatione iuris patronatus, vt declarat Dec. in consilio 675. Et de intellectu & materia. d.l.si unquam, vide Roma. in d. cons. 26. Soc. in cons. 23. col. 7. & in cons. 147. in primo vol. col. 6. & in cons. 53. in 4. vol. & omnino in cons. 92. in eod. uolu. & in consi. 126. in 3. vol. & Mari. Soci. iuni. in d. consi. 128. Quæro deinde cum Bar. quid
11 si reuocata † fuit donatio per superuenientiam filiorum, qui postea moriantur, an denuò ex tacita mente donantis ipsa donatio confirmetur? Bar. decidit quòd non. idem ait Aret. in cons. 92. uel 93. facit l. cùm seruus. ff. de adim. lega. Hoc tamen limita nisi pater tanto tempore filijs superuixisset, vt suam mutare potuerit uoluntatem: nam ex quo non mutauit, præsumitur eam tacitè confirmasse, secundum Ias. in auth. ex causa. C. de liber. præter. col. fin. vers. pro prima. & in l.iij. col. 1. vers. contrarium. C. de inoffic. testamen. Paul. de Castr. in l.ij. in fi. C. de posthum. hæred. insti. Et de hac re uide omnino Feli. in cap. quæ in ecclesiarum, colu. 10. vers. secundò declaro, de const. Quid si pater donationis tempore habebat filios insuccessibiles, qui postea effecti sunt capaces? Soc. in consi. 226. col. fi. in primo uol. Et dum Bart. hic propè fin.
12 respondet ad regulam, quòd cessante † causa, cessat effectus, limitans eam ut procedat, quando causa cessat ante effectum consumatum, alioqui uerò post. Sublimita ut per Dec. in c. cùm cessante, col. 1. de appell. & adde Cyn. in l. generaliter. C. de episc. & cler.

Summarium in l. Lucius. §. à te peto. ff. de leg. ij.

Testator si reliquit alicui decem pro eundo ad terram sanctam, vtrum hæres ei petenti statim legatum soluere teneatur.

Bar. in l. Lucius. §. à te peto. ff. de leg. ij.

1 BART. in d.l. Lucius. §. à te peto, quærit, si testator † reliquit alicui x. pro eundo ad terram sanctam, vtrum hæres ei petenti statim legatum soluere teneatur, an uero possit expectare tẽpus quando fit transitus generalis? & decidit transitum generalem expectari posse. vide Soc. in l. quibus diebus. §. Cornelius, colu. 2. ff. de condit. & demonstra. & dum hoc in loco Bart. agit de significatione huius uocis, pro, vide Dec. in consi. 46. & in consilio 314. & quid importet, uox, pro resto, vide Cæpoll. in cautel. 121. Scias etiam & pro, & propter, in hoc differre, quia pro, significat causam finalem, & propter, impulsiuam. l. dominus Sticho. ff. de pecul. lega. Tamen attende quia propè omnia intelligantur secundum subiectam materiam. gl. est memorabilis, in l. eum. ff. de cond. & demonstr. & ideo etiam uox, perpetuo, intelligitur secundum subiectum negocium, vt per Dec. in c. ex literis, nu. 6. de const.

Summarium in d.l. Lucius. §. Lucius j. ff. de leg. ij.

Plures coniuncti admittuntur ad uiriles portiones, si res prohibetur alienari extra familiam.

Bar. in d.l. Lucius. §. Lucius j. ff. de leg. ij.

1 BAR. in ead. l. §. Lucius j. inquit, plures † coniunctos admitti ad uiriles portiones, si res prohibetur alienari extra familiam. De hac re uide Bar. & Ias. in l.fi. C. de impuber. & in l.si pater. in 3. col. ff. de vulg. & pupill.

Summarium in d.l. Lucius. §. quisquis. ff. de leg. ij.

Confessio debiti facta à testatore, non probat debitum, sed fideicommissi petitionem inducit.

Bar. in d.l. Lucius. §. quisquis. ff. de leg. ij.

1 BART. in ead. l. §. quisquis, ita inquit. Confessio † debiti facta à testatore non probat de-

bitum,sed fideicommissi petitionem inducit. vide Alex. in cons. 296. Videtur prima, col. fi. in lib. primi & secundi uol. & in cons. 122. in 7. vol. Raph. Cuma. in consi. 61. Petrus hæres, in secũdo dub. & omnino Feli. in c. si cautio, col. 6. vers. tertiò declaro. de fide instr. & confessionem factam in testamento parte præsente reuocari non posse, ait Soc. in consi. 73. colu. 2. in 3. uolu. & quid si testamentum reuocetur, uel irritum fiat? vide Ang. in cons. 181.

Summarium in d.l. Lucius. §. Lucius. 2. ff. de leg. ij.

1 *Verba generalia, etiam in beneficijs restringuntur, vt odiosa non contineantur.*

Bar. in d.l. Lucius. §. Lucius. 2. ff. de leg. ij.

1 BAR. in ead. l. §. Lucius. 2. dicit, uerba generalia † etiam in beneficijs restringi ut odiosa nõ contineantur. De hac materia uide Alex. in consi. 213. in 6. uol. & Soc. in consi. 37. *in 3. uol.*

Summarium in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. ij.

1 *Prohibitus uendere uel obligare, non censetur prohibitus locare.*

2 *Locans non dicitur alienare.*

Bar. in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. ij.

1 BART. in d.l. codicillis. §. instituto, inquit, prohibitum † uendere uel obligare, non censeri prohibitum locare. Adde quòd immo prohibitus rem alienare, potest locare fructus toto tempore uitæ suæ. Ias. in l. filius familiàs. §. diui in secunda lectura, col. 11. in 12. limit. ff. de leg. 1. & quæ posui ad Bar. in d. §. diui. & aliquid per Feli. in c. plerunque. de rescrip. in c. quæ in eccle siarum. col. 32. de const. sed obstare uidetur tex. in l. fi. §. fi. de contrahen. empt. vide Alber. in l. Caius. ff. de annu. lega. vbi distinguit. & tex. vbi Ang. in §. neque aliud, iuncto §. emphyteosin, in auth. de non alien. Lap. allegat. 7. incip. Deputauit. Alex. in consi. 308. Visis duobus, in libro primi & secundi uol. vbi agit de locatione de nouennio in nouennium. quicquid teneat Bal. in l. uoluntas. C. de fideicommiss. & in simili uide omnino Card. in clem. prima. §. fin. in pen. quæst. de rebus eccl. non alien. & uide Alexand. in d. consi. 308. vbi refert Ang. decidentem alium pulchrum casum in consi. 184. incip. ex forma & serie, in ultimo dubio, aliàs est consi. 131. Et de ueritate huius glo. vide Alex. in l. si filio. §. fi. ff. solu. matrim. & quòd seruari possit in colono partiario dixit Bal. in c. 1. §. si autem libellario. in fi. quibus mod. feud. amit. item in hac re uide lã-
2 latè in l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. & quòd locans † non dicatur alienare, vide Feli. in c. quæ in ecclesiarum, colu. penul. in sexta declaratione, de constit. & dum Bar. subiungit locationem ad longum uel longissimum tempus sapere alienationem, vide Alexan. in d. consi. 308. & alienare prohibitum non posse locare ad centum annos docuit Abb. in c. intellecto, de iureiur. Limita tamen prædicta multis modis, vt per Soc. in regula 11.

Summarium in d.l. codicillis. §. matre. ff. de leg. ij.

1 *Alienatio prohibita odio certarum personarum, an ualeat.*

Bar. in d.l. codicillis. §. matre. ff. de leg. ij.

1 BAR. in eadem l. §. matre, agit de alienatione † prohibita odio certarum personarum. D. intellectu huius. §. vide Alexan. in consi. 59. in 3. volu. & maximè in pen. col. & doct. in l. peto. & fratre, suprà eodem tit.

Summarium in l. fi. ff. de leg. ij.

1 *Voluntas testatoris tacita à contrario sensu sumpta, per tacitam uoluntatem reuocatur.*

Bar. in l. fi. ff. de leg. ij.

1 BART. in d.l. testator, sic ait in summa. Voluntas † testatoris tacita à contrario sensu sumpta, per tacitam uoluntatem reuocatur. postea progreditur Bar. declarando. vide Felin. in c. nonnulli, col. 1. in 3. fallen. de rescrip. Alexan. in l. ita stipulatus col. 7. in 3. limit. ff. de uerb. obli. vbi Ias. in 6. colu. vers. decimò huius. vbi limitat. & dum ibidem citat. l. si quis in principio, vide Bald. in l. humanum, colum. 2. C. de legi. & in l. filium. C. famil. erciscun. & Imol. in d.l. ita stipulatus, colum. 4.

Summa-

Summarium in d.l.fi.§.quatuor.ff.de leg.ij.

1 *Qui ratione coniunctionis non admittitur ut ipse, admitti tanquam alius prohibetur.*

Bar.in d.l.fi.§.quatuor.ff.de leg.ij.

1 BART. in ead.l.§.quatuor, ita inquit, qui ratione coniunctionis † non admittitur ut ipse, admitti tanquam alius prohibetur. vide Ant.de Fano, in tracta. de pignoribus & hypothec.in tertio membro.5.par.nu.12.

Summarium in d.l.fi.§.fi.ff. de leg.ij.

1 *Iusta ignorantia hæredis confirmat alienationem rei per fideicommissum relictæ.*

Bar.in d.l.fi.§.fi.ff.de leg.ij.

1 BART. in ead.l.§.fi.sic ait in summa. Iusta ignorantia † hæredis confirmat alienationem rei per fideicommissum relictæ,quæ subiacet restitutioni. Hunc tex.ait esse sing.Alex.in consi. 329.viso themate,col.fi.uer.vltimò posset se tueri,in lib.primi & secundi uol.& in cons.3.viso processu,in 3.vol.& plenè Paul.de Cast.in cons.10.incip.Clarum.& in consi.17.Causa quæ,colu.8.vbi ponit sing. limitationem ad istũ tex. vt solùm procedat in re subiecta restitutioni post mortem,& quæ non sit prohibita alienari per testatorem, alioqui ignorantiam non excusat.& Alex.ponit sex limitationes in l.Marcellus,§.res quæ.ff.ad trebell. & ibi Soc.col.3.& pro intellectu huius.§.vide Mari.Soc.iuni.in cons.136.

Summarium in l.j.§.si filius.ff.de leg.iij.

1 *Filius potest renunciare fauori suo, vt non instituatur.*

Bar.in l.j.§.si filius.ff.de leg.iij.

1 BART. in d.l.j.§.si filius, vers.si uerò solennitas, vult filium † posse renunciare fauori suo,vt non instituatur; immò si testamentum est nullum ratione præteritionis, confirmari possit. De hac re uide latissimè Ias.in l.inter cætera.ff.de libe.& posth. sciasque testamentum, quod ex forma iuris est inualidum, communiter à partibus approbari non posse,vt ualeat in uim testamenti,vt per Dec.in consi.488.

Summarium in l.ex filio.ff.de leg.iij.

1 *Legata an conseruentur per auth.ex causa.C.de libe.præte.& per clausulam codicillarem.*

2 *Clausula codicillaris an operetur, vt rupto testamento agnatione posthumi, legata debeantur, & hæreditas per fideicommissum sit hæredi instituto restituenda.*

Bar.in l.ex filio.ff.de leg.iij.

1 BART. in d.l.ex filio,agit,an legata † conseruentur per auth.ex causa.C. de libe.præter. & per clausulam codicillarem? vide Bar.& doct.in l.filio præterito.ff.de iniust.testam.& omnino Aret.in consi.92.col.4. cum seq.vbi not.loquitur in proposito casu.Quid si reperitur aliud testamentum præcedens, an illi hæredes teneantur ad legata & fideicommissa contenta in hoc testamento irrito? Ang.in cons.183.dicit quòd non. & an per d.auth. conseruetur fideicommissum relictum in testamento in quo filius est præteritus? vide Dec.in consi.86.col.1.& 2.an substitutio pupillaris, quæ continetur sub compendiosa,conseruetur per d.auth. vide Ange.in consi.211. An ipsum testamentum ruptum agnatione posthumi conseruetur? maximè per clausulam codicillarem? vide Soc.in consi.93.in 4.vol.Bar.& doct.in d.l.filio præterito. Areti. in d.consi.92.Alex.in consi.30.in 3.uol.& in consi.31.& 32.eodem uol.Ang.in consi.364.&
2 Dec.in consi.490. Et an clausula † codicillaris operetur, vt rupto testamento agnatione posthumi legata debeantur, & hæreditas per fideicommissum sit hæredi instituto restituenda? vide Alexand.in d.consi.30. cum sequ. & in consi. 102. in 3. volu. Et quando in huiusmodi casu hæreditas esset restituenda hæredibus scriptis in testõ uigore clausulæ codicillaris, tunc unica tantum quarta detraheretur: quoniam ex quo restitutio fieret uno & eodem tempore, legitima & trebellianica detrahi non possent, secundum * comm.opin.ut per Alex. in d. consi.102. & ad prædicta uide omnino Ang.in cons.108.Item scias testamentũ rumpi propter natiuitatẽ

posthumi,etiam qui statim moriatur. hoc tamen fallit si in sexto mẽse nasceretur ita quòd absque dubio esset moriturus. Felin.in c.sicut ex tua,de homic.in fi.

Summarium in l.si mulier.§.si rem.ff.de leg.iij.

1 *Statutum quod victus victori condemnetur in expensis, procedit etiam in eo, qui habuisset iustam causam litigandi.*

Bar.in l.si mulier.§.si rem.ff.de leg.iij.

1 BART. in d.l.si mulier.§.si rem, agit de statuto † disponente victum victori debere condemnari in expensis, vt procedat etiam in eo,qui habuisset iustam causam litigandi,ad hoc ut statutum aliquid operetur. & hoc est singulare documentum. idem ait Ang.in auth. de exhiben.& introd.reis. Contrarium tenuit Bal.& Paul.de Castr.in l.terminato.C.de fruct. & liti.expen. & Fulg.in cons.140.col.3.& Barb.in consi.12.col.8.in 1.uol.De hac re latè tradit Ias.in l.properandum.§.sin autem alterutra,col.2.in 2.limit.C.de iudi.vbi refert aliquos dixisse, ex huiusmodi statuto actionem non oriri,contra Bar.hic, sed officio iudicis ei esse subueniendum,ex quo uerba ad iudicem referuntur. tamen quòd ex statuto actio oriatur, voluit idem Ias.in l.fi.de offic.eius. & de prædictis plenè agunt moder.in d.§.sin autem alterutra. & vide Abb.in c.veic. col.3.de plus petit.Alex.in consi.179.viso & opportunè, col.fi.& in cons.261. Quæritur,col. fi.in lib.primi & secundi uol.vide etiam Ias.in §.actionum,col.10.inst.de action. Et an & quando nouum remedium excuset à superfluitate? habes apud Aret.in cons.20.col.pen.& in consi. 106.col.fi. & de ueritate eorum,quæ hic ponit Bar.circa hoc statutum,vide Matthæsil.in sing. 81.incip.Nota quòd Bar.cum ibi addit.& Franc. Cremen. in sing.120. incip. Habens iustam causam,cum ibi addit.& aliquid per Ias.in d.§.actionum,col.14.Et animaduerte quoniam Matthæsil.in d.sing.accedit ad Bar.cum una limitatione, quem sequitur Alex.in l.non solùm,com apostil.ff.de rei uendic.vbi agit de uarijs effectibus huius statuti,ideo uide omnino.& Felin.inc. significauerunt,col.2.de except.& Ias.in d.§.sinautem alterutra,colu.2.& latius in l.ea demum in 3.col.C.de collar.& ad prædicta faciunt trad. per Bal. in c.cùm non liceat, in fi.de præscrip & Alex.& alios in l.j.§.1.in fi.ff.ad Trebel.Quid si quis pro parte uicit,& pro parte succubuit vide in simili Ang.in l.j.C.de suffrag.& glo.in c.1.in uerbo, defecerit.2.de elect.in 6.& sentetiam,qua iudex victum victori in expensis condemnauit,non ualere,si uterque fuit victor & victus,ait Ias.in l.error,col.fi.C.de testa.

Summarium in l.sed,& si sic.ff.de leg.iij.

1 *Hæres hæredis potest grauari onere fideicommissi sub nomine appellatiuo, non sub nomine proprio.*

Bar.in l.sed & si sic.ff.de leg.iij.

1 BAR. in d.l.sed & si sic,ita inquit in summa,hæres hæredis † potest grauari onere fideicommissi sub nomine appellatiuo, non sub nomine proprio. ex hoc quòd hæres, ad quem bona perueniunt casu uel fortuna, ad legata grauari non possit, vide Bar.in l.eam quam.C.de fideicommis.vbi rationem affert, quare legata rupto testamento non debeantur præterquàm quando est error in ipsa institutione. Et dum Bar.subiungit quæstionem illam de testatore,qui grauat filium si decesserit sine filijs, & similiter eorum filios sub eadem conditione, an uideantur uocati ad fideicommissum? vide quæ de hac re latè diximus in l.Centurio.ff.de uulg.& pupil. & in l.Lucius.ff.de hæred.inst.scilicet an & quando grauati censeantur honorati.

Summarium in l.si deportati.ff.de leg.iij.

1 *Banniti & deportati, an & quando sint incapaces.*

Bar.in l.si deportati.ff.de leg.iij.

BAR. in d.l.si deportati,tangit glo.& eius materiam in l.j.C. de hæred.instit. an & quando
1 deportati † & banniti sint incapaces? de qua re latissimè agit in d.l.j. vbi etiam Ias. & ego plenè posui ad Bart.in l.si qua.ff.de his,qui sunt sui, uel alie. iur. vbi uide omnino materiam bannitorum.

Summa-

Summarium in l. si legatarius. §. cum ita. ff. de leg. iij.

1 *Quando duo recipiunt unam determinationem, debent eam uniformiter recipere.*

Bar. in l. si legatarius. §. cum ita. ff. de leg. iij.

1 BAR. in d. l. si legatarius. §. cum ita, dicit quando duo † recipiunt unam determinationem, debere eam uniformiter recipere. & ex hoc infert ad quæstionem, si uir uxori reliquit x. corbes frumenti ex tali fundo, & x. libras, vt illæ decem libræ debeantur eo tempore, quo frumentum colligitur, propter coniunctionem, quam habent ista duo. vide Ias. in l. j. colu. 3. versi. item quid. ff. de iust. & iur. & Felin. in c. 2. col. 20. versi. restringe, de rescript. Limita istam regulam nisi maior ratio determinandi esset in uno casu, quàm in alio, vt est tex. in l. si ita scriptum. ff. de manumiss. testa. Alio etiam modo limit. vt per Imol. in l. iam hoc iure. ff. de uulga. & pupill. vbi doct. plenè agunt de hac materia. Circa istam limitationem de rationis diuersitate quam
* doct.* commu. sequuntur in l. testamento. C. de testamen. milit. attende, quia magnam patitur difficultatem propter. l. secundam. C. de impuber. ideo omissa solutione Alexandri in d. l. iam hoc iure, dicendum est secundum Curtium iuniorem in cathedra, quotiescunque illa determinatio potest illa duo determinabilia saltem aliquo in casu pariter determinare, & tunc lex ulterius non procedit, esto quòd maior ratio in uno casu quàm in alio militaret; & ita procedat, d. l. ij. alioqui uerò si in nullo casu ea pariformiter determinaret.

Summarium in l. fideicommissa. §. quoties. ff. de leg. iij.

1 *An cedula testamenti, quæ reperitur in lib. notarij, & constat eam fuisse lectam, probet.*

2 *Si testamentum manu ipsius testatoris scriptum inueniretur, esto quòd in eo testes non interfuissent, ualet inter liberos.*

3 *Legatum factum ad pium usum, si est inefficax ob illius incapacitatem cui est relictum, non debet in alium usum (quamuis licitum) conuerti.*

4 *Testator dicere non potest, uolo vt scriptura mea priuata uim habeat testamenti ullo in casu.*

5 *Testamentum ad pias causas, & etiam inter liberos ualet quando testator coram tribus testibus dixisset, se testari secundum scripturam eius manu confectam.*

6 *Testamentum imperfectum an & quando ualeat, quò ad pias causas.*

7 *Testamentum ad pias causas potest pendere ex arbitrio alieno.*

Bar. in l. fideicommissa. §. quoties. ff. de leg. iij.

1 BART. in d. l. fideicommissa, §. quoties, tradit, an cedula testamenti, † quæ reperitur in libro notarij, & constat eam fuisse lectam, probet? decidit́que, eam non probare, vt hæreditas debeatur, tamen declarare uoluntatem testatoris, & sufficere ad multa, & fortè inter liberos. Attende hic, quamuis enim Bar. vtatur hac uoce, fortè, tamen non minus decidit, quàm si affirmatiuè decideret, vt docuit Alex. in consi. 19. col. 3. in 5. vol. Soc. in consi. 94. col. 8. versi. postremò, in 1. uol. & Crauet. in cons. 91. nu. 4. decidit igitur de liberis. item in apostill. hic ad Bar. infertur idem esse etiam quò ad pias causas. Videamus igitur hic de utroque casu. In primis quò ad liberos, ista est materia. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. De cuius. §. intellectu uide Alex. in consi. 105. in 7. vol. Soc. in cons. 105. col. fi. in 3. vol. Dec. in cons. 105. col. pen. & fi. & in consi. 361. col. 2. vbi not. dicit, priuilegium concessum liberis per illum tex. in d. §. vt testamentum imperfectum ualeat inter eos, non habere locum, nisi quando filij sunt æqualiter instituti, quæ quidem decisio est memoratu dignissima in proposita re, quia est magna restrictio. Item adde quòd in materia d. §. ex imperfecto, comprehenduntur etiam nepotes ex filiabus, quoniam ueniunt appellatione liberorum. ita Alexand. in consi. 166. in quinto uolum. & in consi. 114. in 7. volu. & Abb. in consi. 105. in 2. uolu. An autem idem dicendum sit etiam de filijs legitimatis? an non? vide Bald. in cap. de causis, col. fi. de offic. delega. vbi tenet, eos in hoc priuilegio contineri. sed contrarium decidit Dec. in consilio 610. Item scias hoc priuilegium liberis à iure concessum procedere solùm quando testamentum deficit in solennitate, non autem in uoluntate; quia si testator cœpisset facere testamentum, illudque morte præuentus perficere non potuisset, non ualeret etiam inter liberos, secùm Abb. in d. cons. 105. Soc. aũt

in conſ.2.in 3.uol.facit differentiam inter teſtamentum, & inſtrumentum teſtamenti, dicens propterea,ſi ſcriptura teſtamenti in forma deficeret,quæ ab ipſa lege exigitur, ex ea non probari teſtamentum etiam inter liberos. ſic etiam teſtamentum, in quo præteritus eſt filius,irritum eſt,quamuis filio factum eſſet legatum pro tota portione ſua,niſi dictum ſit iure inſtitutio-
* nis.Dec.in conſ.631.vbi teſtatur iſtam eſſe * cõem ſententiam. Dicas tamen ſi † teſtamentum
2 manu ipſius teſtatoris ſcriptum inueniretur,eſto quòd in eo teſtes non interfuiſſent, ualere inter liberos.Alex.in d.conſ.114.in 7.uol. Et ad ea quæ hoc in loco poſuit Bart. vide Iaſ.in rubri. inſt.de action.& Alex.in conſ.86.in 3.vol.Quò uerò ad pias cauſas attende,quoniam & ſi teſtamentum coram duobus tantùm teſtibus cõditum ualeat fauore piæ cauſæ,tamen hoc propriè teſtamentum appellari non poſſe,quamuis à iure ſit remiſſa ſolennitas. Bart.in l.j.C.de ſacroſ. eccl.ad quem accedit Iaſ.in d.§.ex imperfecto. & quamuis teſtm̃ (vt dixi) etiam ſine requiſita ſolennitate ualeat fauore piæ cauſæ,ſecundum tex.in c.relatum, de teſta.tamen ſingulariter ait Ant.de Butr.in c.quod clericis,de for.compe.textũ in d.c.relatum,nõ habere locum,niſi quando ipſa pia cauſa eſt hæres inſtituta, alioqui uerò ſi laico hærede inſtituto legata fierẽt piæ cauſæ; quoniam eo caſu etiam quò ad legata ad pias cauſas non uidetur ſufficere illa tantùm ſolennitas,quæ in relictis ad pias cauſas fuit à iure conceſſa. de cuius documenti ueritate uide Soci. in conſ.49.in 4.volu.& cum prædicta opinione Ant. de Butr. tranſit Dec.in conſi.455.dicens vbi pia cauſa non eſt hæres inſtituta, ſeruandam eſſe formam traditam à iure communi.& ad
3 prædicta uide Soc.in conſ.5.col.fi.in 3.vol.& in cõſ.115.in 4.vol.Item ſcias,legatum † factum ad pium uſum,ſi eſt inefficax ob illius incapacitatem,cui eſt relictum,nõ debere in alium uſum quamuis licitum conuerti,ſed penitus eſſe inutile.Ang.in conſ.224.Attende etiam quia fauore piæ cauſæ non ualet ſcriptura carens debitis ſolennitatibus, etiam ſi de uoluntate teſtatoris eſſet confecta,vt docuit Alex.in conſ.105.in 7.uol. & Oldr.in conſi.119. qua in re uideas omnino Dec.in conſi.488.vbi inquit, teſtamentum non dici eſſe illud, cui requiſitæ ſolennitates defuerunt. & ideo quanquam confecta eſſet ſcriptura, in qua appareat de mente teſtatoris, quam vult poſtea publicari debere,eam tamen non ualere,etiam fauore piæ cauſæ, licèt ualeret,ſi duntaxàt coram duobus teſtibus eſſet publicata. & hanc eſſe ait differentiam, vtrum teſtator ſcripturam illam tanquam teſtamentum publicauerit, an uerò in ea declarauerit mentem ſuam,& tractauerit ut eam poſtea publicaret: ita Dec.in d.conſi.Quinimmo teſtator
4 cere non poteſt,volo ut ſcriptura mea priuata uim habeat teſtamenti ullo in caſu.Dec.in conſi. 494.Demum ſcias in hac materia, diſpoſitionem ad pias cauſas terminari debere ſecundum ius canonicum. Soc.in conſi.53. Redeundo autem ad ea, quæ hic dicit Bar.vide Paul.de Caſt. in conſi.204.& Bal.not.in l.Lucius.ff.de teſta.milit.vbi tradit,quomodo teſtamentum per teſtes probari poſſit. & ad hæc uide etiam Ana.in conſi.57.Ancha.& alios in c.1.de teſta.Bal. l.fi.C.famil.erciſcun.& quæ habentur in l.ſi is qui.ff.de teſta.Aret.in §.ex eo autem, inſt.quibus mod.teſtam.infirm.& omnino Dec.in conſ.159.& in c.1.de fide inſtrum. & Alexan. in d.l.hu
5 conſultiſsima. Item teſtamentum † ad pias cauſas,& fortaſſe etiam inter liberos ualet, quando teſtator coram tribus teſtibus dixiſſet, ſe teſtari ſecundum ſcripturam eius manu confectam Alex.in conſi.iiij.in 7.uol. Accedat ad præcedentia, teſtamentum conditum inter liberos non tolli per ſecundum, in quo inſtituti eſſent extranei, ſi ſit factum cum ſolenni numero teſtium. hoc tamen fallit quando etiam hoc ſecundum factum eſſet inter liberos. Dec.in d.conſi.631. Quod autem prædictum eſt de teſtamento ad pias cauſas, ut ualeat ſine ſolenni teſtium numero,aduerte hoc propterea non militare in teſtamento,in quo inſtitutus eſt clericus, quia in eo requiritur ſolennitas à ſtatuto requiſita.Feli.in c.eccleſia Sanctæ Mariæ.num.101.cum ſeq.de
6 conſtitu. Et an & quando † teſtamentum imperfectum ualeat quò ad pias cauſas, & alia complura ad rem facientia,uide omnino apud Dec.in d.cõſi.159. & Alex.in cõſi.103.in 4.uol.ubi tradit,quid ſi adſunt mulieres pro teſtibus? & nunquid ualeat quò ad legatarios laicos, & multa alia ſcitu digna. Adde etiam prædictis, ſi teſtator uolebat facere teſtamentum inter liberos, & præuentus morte illud publicare nõ potuit,ſi apparet eius manu ſcriptum fuiſſe,ualet & ne-

cet.

net. Alex. in consi. 4. col. pen. in 7. volu. citat Imol. in c. 2. de testa. id quod potest procedere si perfecta erat eius uoluntas, secus si nondum esset cõpleta, per ea quæ dixi supra ex mente Abb.
7 in consi. 105. in 2. vol. Item scias, testamentum † ad pias causas posse pendere ab arbitrio alieno, licèt communiter secus sit. Bar. in l. qui in potestate. ff. de testam. Et an & quando ex testamento irrito debeantur legata? vide tex. & ibi Bar. in l. fi. ff. de reb. eor. qui sub tutel. Item scias legata pia in testamẽto imperfecto non deberi, ut ait Bal. in l. ex ea. ff. de testa. & Firma. in tract. de episcopo in 4. par. quarti libri, quæst. 3. ubi tradit etiam quæ sint legata pia.

Summarium in d. l. fideicommissa. §. cum esset. ff. de leg. iij.

1 *Ablatiui absoluti non solum conditionem, sed etiam dispositionem inducunt.*

Bar. in d. l. fideicommissa. §. cum esset. ff. de leg. iij.

1 Bart. in ead. l. §. cum esset, ita inquit in summa. Ablatiui † absoluti non solùm conditionem, sed etiam dispositionem inducunt, quando referuntur ad eos, qui grauari possunt à testatore. Et istum tex. notatu dignũ esse ad hoc, ut ablatiui absoluti conditionem inducant, ait Io. Campegius in tract. de dote, in 25. quæst. 5. par. ubi multa alia quoque adducit ad hoc.

Summarium in d. l. fideicommissa. §. si sic. ff. de leg. iij.

1 *Moriendo aliquis an uideatur uelle.*

Bar. in d. l. fideicommissa. §. si sic. ff. de leg. iij.

1 Bart. in ead. l. §. si sic. versi. duæ sunt solutiones, agit, an moriendo † aliquis uelle uideatur? & distinguit à contractibus ultimas uoluntates, ut in his uelle uideatur, in contractibus nõ. De hac re uide Bar. in l. post dotem, in 5. lectura, uersi. quinto modo legitur. ff. sol. matr. ubi Iaf. in 3. col. & ibi ponit de eo, quod etiam dicit Bar. ibi, scilicèt, ut quemadmodum in ultimis uoluntatibus aliquis decedendo uelle dicitur, ita idem sit etiam in dote. subiungit postea Bar. differẽtiam, quæ est inter uocem, si, & uocem, cum. De istis & similibus an & quando liberam uoluntatem importent, & quando arbitrium boni uiri, uide latè apud Feli. in c. 1. col. 17. cum seq. de const. & an & quando, & in quibus differant istæ duæ uoces, vide Bart. in l. quodcunque. §. non solùm. ff. de uerb. obliga. ubi Alex. & Aret. & Bart. in l. si cum moriar. ff. de condi. indeb. & in l. qui promisit, eod. tit.

Summarium in d. l. fideicommissa. §. si cui. ff. de leg. iij.

An & quando aliquid fieri possit per æquipollens.

Si statuto cautum est, ut offendens ciuem, aliqua pœna puniatur, non habet locum, nisi in eo, qui uerè est ciuis, alioqui uerò si esset ciuis per priuilegium.

Bar. in d. l. fideicommissa. §. si cui. ff. de leg. iij.

Bart. in ead. l. §. si cui, agit an & quando aliquid fieri † possit per æquipollens. vide Iaf. latè in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. & omnino Abb. in quæstione incip. Episcopus. ubi tradit an & quando mors ciuilis naturali æquiparetur. & quoniam hic opp. Bar. de l. fi. C. de his, qui uen. ætat. impetr. ubi non sufficit, ut aliquid ex æquipollentibus fiat; & soluit, in isto tex. agi de actibus repręsentantibus eundem effectum, ibi autem non. vide pro intellectu illius. l. fi. Alex. in consi. 221. in libro primi & secundi vol. in uersi. tertiò pro hoc facit. l. fi. & in uersi. non obst. l. fi. C. de his qui uen. æta. & omninò in hac re uide memorabilem decisionem Bal. in l. iij. §. hæc uerba. ff. de negoc. gest. ubi ait, si statuto cautum est, ut offendens † ciuem aliqua pœna puniatur; hoc non habere locum nisi in eo, qui uerè est ciuis, alioqui uerò si esset ciuis per priuilegium. & hanc decisionem refert & sequitur Alex. in consi. 99. in 6. volu. sed contra. d. l. fi. uidetur tex. expressus in l. cum ex oratione. ff. de excusat. tut. & Soci. in consi. 1. in 1. vol. vide in hac materia Alex. in consi. 2. in 1. vol. Feli. in c. super eo, colu. 3. versi. alius est testis, de testi. Barb. in cons. 10. col. 15. in 2. vol. & in cõs. 30. col. 1. & seq. & col. 7. eod. vol. Anch. in c. canonum statuta, col. 84. de const. & Bal. in cons. 54. in 5. vol.

Summarium in d. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. iij.

1 *Alienatio facta ex necessitate ualet.*

Bar.

Bar.in d.l.fideicommissa.§.si rem.ff.de leg.iij.

1 BART. in ead.l.§.si rem,agit de alienatione † facta ex necessitate,ut indicat illud uerbum, exigere,quod in tex.positum est. vide Bar.in l.hoc uere.ff.de solut.ubi per istum tex. infert ad pulchram quæst.& Soc.in l.iij.ff.sol.matr.

Summarium in d.l.fideicommissa.§.interdum.ff.de leg.iij.

1 *Idem est dicere, facio pro Titio, quod est nomine Titij.*

Bar.in d.l.fideicommissa.§.interdum.ff.de leg.iij.

1 BART. in ead.l.§.interdum,ait idem esse dicere,facio † pro Titio,quod est, nomine Titij. uide Feli.in c.cum.M.Ferrarien.in 1.notab.de const.& quid significet ista uox, pro, uide Dec. in cons.46.& in cons.314.

Summarium in d.l.fideicommissa.§.si in opere.ff.de leg.iij.

1 *In indiuiduis quilibet hæredum tenetur in solidum.*

Bar.in d.l.fideicommissa.§.si in opere.ff.de leg.iij.

1 BART. in ead.l.§.si in opere,sic ait in summa. In indiuiduis † quilibet hæredum tenetur in solidum. Per istum tex.sing. infertur, unum ex socijs seruitutem posse constituere quando alij socij sunt in mora,ut per Alex.in l.ij.§.ex his.col.2.ff.de uerb.obligat.uersi.item adde,ubi Ias.in pen.colu.& Soc. vide etiam Aret.in §.Cato,colu.5.de uerb.obligat.& dum Barto.hic opp.de l. mortuo.§.fi. & soluit. Tu de ista oppos.de solutione Bartoli uide Ias.in d.l.ij.§.& harum,colu.2. & ibi Alex.in 1.col.

Summarium in l.si iure.ff.de leg.iij.

1 *Si primum testamentum est ualidum, & secundum inualidum ex causa præteritionis, uel exhæredationis, an legata in primo sint nulla.*

Bar.in l.si iure.ff.de leg.iij.

1 BART. in d.l.si iure,uersi.pro declaratione,quærit,si primum † testamentum est ualidum, & secundum est inualidum ex causa præteritionis,uel exhæredationis,unde legata remanêt firma per auth.ex causa,utrum legata in primo sint nulla. uide Ang.in cons.86.incip.Berta habet uirum. & Alex.in d.auth.ex causa,in fi.C.de liber.præter.

Summarium in l.si tibi legatum.ff.de leg.iij.

1 *Non potest peti legatum, nisi caueatur de modo implendi.*

Bar.in l.si tibi legatum.ff.de leg.iij.

1 BART. in d.l.si tibi legatum, ita inquit, non potest † peti legatum nisi caueatur de modo implendi. Limita hoc non procedere quando modus respicit fauorem legatarij secundũ Imol. in l.Titio centum,in princ.ff.de cond.& demonst.& Alex. in l. filiusfamilias.§.diui.ff. de leg.

Summarium in l.si quis in princ.ff.de leg.iij.

1 *Si prima uoluntas est derogatoria ultimæ, prima ualet.*

2 *Testamentum secundum, primo derogat, in quo est apposita clausula derogatoria, quando constat de mente testatoris, ut stetur ultimæ uoluntati.*

3 *Actus sequens contrarius protestationi, non tollit ipsam protestationem.*

4 *Clausula illa derogatoria, etiam si talia forent, de quibus fieri debeat specialis mentio, an sufficiat ad quæ specialem exigunt derogationem.*

5 *Testator si dicat, si aliquod testamentum fecero nolo ualere, an ualeat.*

6 *Testator si dixit, se nolle mutare testamentum, nunquid postea possit aliud condere.*

Bar.in l.si quis in principio.ff.de leg.iij.

1 BAR. in d.l.si quis in principio,sic ait in summa. si prima uoluntas †est derogatoria ultimæ, prima ualet. Amplia istam regulam,ut procedat etiam in contractibus,in quibus prima uoluntas derogatoria sequentibus derogat.l.pacta nouissima,ubi Bar. & Ias. C. de pact. Bar.in l.non solùm.§.morte,colu.3. & 4.ff.de oper.nou.nunc. & bene est animaduertendum quoniam res hæc est explicatu difficilis,ut per doct.in prædictis locis,maximè.Bar.in d.§.morte, in 3. col. & Alexan. in d.l.pacta nouissima,ubi reprobat Bart.& limitat singulariter regulam huius text. Et eam

eam intelligé quando clauſula derogatoria refertur expreſsè ad tempus futurum; alioqui uerò ſi ſimpliciter refertur ad tempus futurum; quia tunc non derogat ſequentibus, immo cenſetur
2 uoluntas mutata, ut ibi per eos. Et ſcias ſecundum † teſtamentum primo derogare, in quo eſt appoſita clauſula derogatoria, quando conſtat de mente teſtatoris, ut ſtetur ultimæ uoluntati. & ex quibus appareat de huiuſmodi uoluntate conſtare, Soc. in conſi. 2. col. 2. in 3. vol. & in cõſ. 163. per totum in 1. vol. & de hac re uide plenè apud Alex. in conſi. 6. in 4. vol. & quid ſi ſecundum teſtamentum ſolis teſtibus probaretur? vide Alexand. in conſi. 103. in 4. vol. & quæ poſui ad Barto. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. Item adduci ſolet iſte tex. ut etiam in actibus, qui
3 pendent ex uoluntate, actus ſequens † contrarius proteſtationi non tollit ipſam proteſtationē. Iaſ. in l. qui in aliena. §. fi. col. 78. verſi. tertiò principaliter. ff. de acq. hæred. ubi inſiſtit circa iſtũ tex. cum declaratione. Et attende in hac materia quoniam ardor liciti amoris uim habet reuocationis clauſulæ derogatoriæ poſitæ in primo teſtamento, ut per Iaſ. in l. exigendi, col. 2. verſi. ſecundò. C. de procur. & multa ad clauſulam derogatoriam, & ad eius reuocationem pertinentia docuit Soc. in conſi. 163. & quid poſsit clauſula derogatoria omnium etiam ſi ſpecialis mention exigeretur, vide Dec. in conſi. 161. Et an † clauſula illa derogatoria, etiam ſi talia forent, de
4 quibus fieri debeat ſpecialis mentio, ſufficiat ad ea, quæ ſpecialem exigunt derogationem? vide Dec. in conſi. 165. & utrũ iſta clauſula, operetur in aliquo priuilegio immunitatis, quæ derogat quibuſcunque alijs, etiam de quibus ſpecifica mentio eſſet facienda? vide Feli. in c. accedentes. nu. 10. de præſcript. & dum Bar. in ead. l. col. 1. verſi. expeditis contrarijs, tradit quid ſi
5 præceſſerunt uerba derogatoria teſtamenti; ut puta ſi dicat † teſtator, ſi aliquod teſtamentum fecero, nolo ualere? ultra ea, quæ prædiximus, uide remiſsiuè Feli. in c. nonnulli, col. 6. in 3. amplia. de reſcrip. & multa per Soc. in conſi. 163. in 1. vol. & in conſi. 2. in 3. volu. col. fi. ubi multa ponit, quæ non ſunt prætermittenda. & omninò Paul. de Caſt. in conſi. 3. in 1. volu. & Alex. nor. in conſi. 25. in 3. vol. Poſtea Bar. in ead. l. col. 4. verſi. ſed quæro ſi eſſet ponere, tradit in caſu, in quo ſufficit derogatio generalis, ſi dicit, caſſans & irritans omne aliud teſtamentum, an ſufficiat? vide Soc. in d. conſi. 163. colu. 4. uerſi. ex quibus, & in conſi. 2. in 3. volu. colu. 2. & 4. & de hac re omninò uide Alex. in d. conſi. 25. in 3. vol. & quia Bar. hic decidit, hoc ſufficere, ſi unum
* tantum teſtamentum præcedit, dicas * communem opin. eſſe contra Bar. quoniam non refert an præcedat unum teſtamentum, an plura. Alex. in conſi. 172. in 7. volu. Item Bar. in ead. l. in
6 princ. col. fi. verſi. quæro quid ſi teſtator, diſputat, ſi teſtator † dixit ſe nolle mutare teſtamentũ, nunquid poſtea poſsit aliud condere? & decidit id fieri poſſe. vide Alex. in conſi. 160. in lib. primi & ſecundi vol. & hoc Bartoli documentum ſequitur in auth. ſacramenta puberum, colu. 17. in 3. limi. C. de impub. ubi circa hoc refert ſubtilem quæſtionem. & uide eundem. in l. duobus reis. §. fi. col. 1. ff. de iureiur. Et dum Bar. tenet, eum, qui mutat huiuſmodi teſtamentum, propterea non eſſe periurum. ad hoc accedit Iaſ. in §. ſi quis poſtulante. inſt. de action. in 15. colu. verſic. & tamen conſidero. ſic etiam dum Barto. ex mente Io. Andr. inquit, iuramentum in poſito caſu habere uim uerborum derogantium, ut ſecundum teſtamentum non ualeat, niſi primum tollatur, vide Iaſ. in l. Pantonius, colu. 1. in primo notab. & in prima limit. C. de pact. Denique ad materiam huius l. vide Alexand. in conſi. 134. in libro primi & ſecundi vol. & in conſi. 163. in 7. volum.

Summarium in l. Paulo. §. Pomponius. ff. de leg. iij.

1 *Verba generalia, referenda ſunt ad præterita, non ad futura.*

Bar. in l. Paulo. §. Pomponius. ff. de leg. iij.

1 Bart. in d. l. Paulo. §. Pomponius, ait, uerba † generalia referenda eſſe ad præterita, non ad futura, & dum opp. Bar. de l. qui Romæ. §. duo fratres. Tu dicas ibi fideicommiſſum eſſe reciprocum, & ideo facilius tolli, hic uerò non eſſe reciprocum, ſed factum uni ſoli, nimirum ſi non tollitur, ut declarat ibi Bar. in 5. col. in fi. verſi. tertius. & Aret. in 6. col. ubi ſubtiliter hunc tex. retorquet contra communem.

Summa-

Summarium in l.qui concubinam. §.uxori.ff.de leg.iij.

1 *Legatum factum alicui, quò ad cum filio morabitur, debetur semper, si per filium stat: sed si id casu euenit, debetur pro illo anno tantum, quo cœpit morari, non pro futuris.*

Bar.in l.qui concubinam.§.vxori.ff.de leg.iij.

1 BART. in d.l. qui concubinam.§. uxori inquit, legatum † factum alicui quò ad cum filio morabitur, deberi semper si per filium stat, sed si id casu euenit, deberi pro illo anno tantùm, quo cœpit morari, non pro futuris. De hac re uide Soc.in consi.68.& in consi.64.in 1.volu.& Paul.de Castr.in consi.167.in 1.volu.quid si testator instituit hæredem hoc pacto adiecto, ut cum eius filijs habitare debeat, an si filij nolunt secum habitare, deficiat institutio? vide Soc.in consi.21.in 3.volum.

Summarium in l.Sextilia.ff.de leg.iij.

1 *Prælegata non ueniunt in substitutione uulgari.*

Bar.in l.Sextiliam.ff.de leg.iij.

1 BART. in d.l.Sextiliam, inquit, prælegata † non uenire in substitutione uulgari. Attende quia & si communiter prælegata non ueniant in substitutione, tamen quando filius est substitutus deberent uenire fauore filij ex præsumpta mente testatoris. probatur in simili casu, nam in fideicommisso restituendæ hæreditatis communiter non ueniunt prælegata.l. si Titius, infra eod.tit. tamen quando filio fieri debet restitutio, ueniunt ex coniecturata uoluntate testatoris. l.liberto.§.filium.ff.de annu.lega.& ibi Bar.

Summarium in l.uxori.§.cum Seius.ff.de leg.iij.

1 *Ex uerbis prolatis in testamento declarari potest in testamento id, quod pendet à mera uoluntate testatoris.*

Bar. in l.vxori.§.cum Seius.ff.de leg.iij.

1 BART. in d.l.vxori.§.cum Seius, ait, ex uerbis † prolatis in testamento declarari posse in testamento id quod pendet à mera uoluntate testatoris. vide Alex.in consi.69.in 6.volu.ubi refert hoc Bartoli documentum. Et dum Bar.in fi.huius.§.inquit, perinde esse si dicitur, condo, ac si diceretur, dono, vide Alex.in l.ad eum.ff.de donat.& ibi Soc.qui limitat,& sublimat & Bar.in l.j.col.12.versi.quæro.ff.de uulg.& pupill.ubi Soc.& de hoc uerbo agit etiam Bar. d.l.ad eum, in princ.ff.de donat.sciasque hoc uerbum ex sua propria significatione non indere translationem dominij rei concessæ, sed ius quoddam singulare.ubi uerò translationem ris singularis operari non potest, tunc translationem totius iuris operatur. Abb.in c.pastoris in princ.de donat.& in c.cum uenerabilis, ubi etiam Feli.de except. Imol.in c.unic.de comm & est gl.solennis ubi Dominic.& alij, in c.1.de usur.in 6.quæ gl.concludit, hoc uerbum, cedo, esse generale & accipi secundum naturam contractus, cui adijcitur. vide etiam Alex. i si donatione.C.de collat.& Soc.in consi.93.col.2.& 10.in 1.vol.ubi tradit ēt de uerbo, assig

Summarium in l.nomen.§.filio.ff.de leg.iij.

1 *Per donationem omnium bonorum uel quasi totius patrimonij, an & quando fraus præsumatur.*

Bar.in l.nomen.§.filio.ff.de leg.iij.

1 BART. in d.l.nomen.§.filio, in fi.tradit an & quando † per donationem omnium bonorum uel quasi totius patrimonij, præsumatur fraus? & in apostill.quærit, quid si aliquis uendit omnes res particulares? vide Iaf.in §.item si quis in fraudem, instit.de action.colum.7.versic.quid autem si debitor.

Summarium in l.patronus.§.Sempronio.ff.de leg.iij.

1 *Dictio usque, in pœnalibus stat inclusiuè.*

Bar.in l.patronus.§.Sempronio.ff.de leg.iij.

1 BART. in d.l.patronus.§.Sempronio, agit de significatione huius uocis, usque. Tu dicas uocem hanc in pœnalibus stare inclusiuè, quia mitior interpretatio est facienda, secundum gl. in l.id est usque.ff.de dol.mal. Et an stet exclusiuè an inclusiue vide Abb.cū ibi addit. in c.cum dilecti,

dilecti de dol.& contum.& omnino Maria.Soc.iuni.in consi. 6.nu. 28. & quæ posui ad Bar.in l. meminimus.ff.de offic.proconsl.

Summarium in l.cum quis decedens.ff.de leg.iij.

1 *Confessio facta in iudicio, ac etiam extra iudicium, an uim habeat stipulationis.*

Bar.in l.cum quis decedens.ff.de leg.iij.

BAR. in d.l.cum quis decedens,in principio tradit,an confesio † facta in iudicio, ac etiam extra iudicium uim habeat stipulationis? De hac re vide latè Ias.in l.cùm proponas,col.fi. uers. nota etiam diligenter.C.de pact.& dum ibi in fi.quærit,si consentio testatori leganti rem meã, an iste consensus mandatum inducat? vide Ias.in l.j.col. 13.vers.sextò.ff.de leg.j.

Summarium in d.l.cum quis decedens.§.qui testamento.ff.de leg.iij.

1 *Promissio facta contemplatione certi emolumenti, ipso casso non tenet.*

2 *Stipulatio sit per uerba, & non per literas.*

Bar.in d.l.cum quis decedens.§.qui testamento.ff.de leg.iij.

BART. in ead.l.§.qui testamento,sic ait in summa. Promissio † facta contemplatione certi emolumenti, ipso casso non tenet. Attende quoniam hoc modo iste tex.probat, stipulationem regi ac moderari secundum naturam contractus, etiam quò ad pœnitentiam, atque ita non operatur firmitatem. cuius contrarium * communiter aiunt doct. in rubrica. ff. de uerb. oblig.& præcipuè Ias.col.5.& 17.ubi concludit,& respondet ad istum textum hoc esse fauore ultimæ uoluntatis, quæ est ambulatoria usque ad mortem, & contrarium pacto fieri non potest,nimirum si reuocatur. Ruinus autem ibi dicit rationem esse hic, quia cessat causa, cum stipulatio fuerit interposita super uoluntate testatoris, non autem quod non posset pœnitere, & ideo antequam testamentum reuocasset,legatarius à stipulatione recedere non potuisset, nec eum pœnitere. Tu uerò attende,quia nec in tex.nec in gl.nec apud Bar.fit ulla mentio stipulationis,neque apparet hic aliquam stipulationem interueniisse,quamuis doct. multùm hac in re laborarint,immo contrarium ex isto tex.colligitur,ibi,in uoce, literas. nam stipulatio † fit per uerba,& non per literas,ut traditum est in l.j.in principio.ff. de uerb. oblig. quinimmo ex quo literæ memorantur,absentia præsupponitur,igitur non est stipulatio. idem habetur in tex.quo quæsitum est,an Mæuius ex causa fideicommissi cõueniri posset? & sic non dicit ex causa stipulationis. Tamen Bar.hic,dum citat.l.fi.ff.de solut.ubi agitur de stipulatione, uidetur idem sentire,contra quem urgent prædicta. de confesione uerò facta per epistolam,quam uim habeat, vide apud Feli.in c.si cautio. nu.25. de fid.instr. Adde tu ad prædicta casum, in quo stipulatio resoluitur ex natura contractus præcedentis,ut per gl.in l.ij.ff.de sponsal.

Summarium in d.l.cum quis decedens.§.codicillis.ff.de leg.iij.

Confessio debiti facta in testamento, si testator iurauit uel se iurasse dicit, probationem inducit.

Confessio supra dicta, utrum probet in præiudicium legitimæ filiorum, ac etiam aliorum.

Legatum factum, quia testator confitetur se illud ei debere tanquam debitum ex aliqua causa, uel malè ablatum, non debetur ut debitum ex illa causa, sed ut legatum simplex.

Confessio facta pro exoneratione conscientiæ, non reuocatur quamuis testamentum irritum fiat uel reuocetur.

Bar.in d.l.cum quis decedens.§.codicillis.ff.de leg.iij.

BART. in ead.l.§.codicillis,sic ait in summa. Confesio debiti † facta in testamento, si testator iurauit, uel se iurasse dicit, probationem inducit. Attende circa intellectum huius tex. quoniam non uidetur procedere nisi quando nulla alia subesset probatio, quàm ista sola confesio,ibi,cum hanc solam & nullam aliam habeant probationem, quasi innuat tex. si alia adesset probatio,ex ea agi oportere,nisi respondeas,immo eo casu multò magis huiusmodi confessionem inducere probationem,cum ei alia quoque sit annexa probatio. Et dum Bar. in uersi. oppo.quòd ista uerba,inquit,dicen dum uideri,hæc uerba non facere probationem, sed fideicommissi petitionem inducere. vide Feli.in c.olim,col.3.in 7.fallen.de rescrip. & quod infert Alex.in consi.45.in 1.vol.& in hac materia uide Raph.Cuma.in consi.31.Testator. & Aret. in

conf.

2 consi.64.col.pen.Præterea Bar.prosequitur declarando,utrum huiusmodi confessio † probet in præiudicium legitimæ filiorum, ac etiam aliorum ? ut hic per eum. De hac re uide Alexan. in dicto consi.45. in primo volumine. ubi tradit etiam confessionem factam à marito uxori, censeri factam ex causa donationis,neque per testamentum subsequens reuocari. quod tamẽ limita quando confessio fieret capaci ex ultima uoluntate, sed si incapax esset per ultimam uoluntatem,sed capax ex contractu,tunc ex huiusmodi confessione facta in testamento nihil ei acquireretur,ut per Bar.in §.seq. Et quod confessio dotis receptæ facta in testamento mariti uidasit,neque reuocetur,esto quòd illud testamentum reuocaretur,docuit Alex.in l.& si peperit.§.si ita testatus.ff.de liber.& posthum.Soc.in consi.294.in 1.vol.& in consi.73.col.2.in 3.vol.ubi ait etiam confessionem factam in testamento parte præsente semper præiudicare.& de confessione dotis idem tenuit Ang.in consi.181.Illud quoque obliuioni non tradas, lega-
3 tum † factum quia testator confitetur se illud ei debere tanquam debitum ex aliqua causa, uel malè ablatum,non deberi ut debitum ex illa causa,sed ut legatum simplex,nisi aliter probetur, hoc esse debitum ex illa causa. ita Soc.in consi.103.in 3. vol. Attende tamen quia legatum factum pro exoneratione conscientiæ non retractatur etiam per natiuitatem posthumi,ut not. docuit Aret.in consi.92.col.1.citat Bal.& Imol.in l.filio præterito.ff.de iniust.testam. Imol.&
4 alios in l.Titius.ff.de liber.& posthu.ex quo rectè potest inferri, etiam confessionem † factam pro exoneratione conscientiæ non reuocari,quamuis testamentum irritum fiat, uel reuocetur. An & quando confessiones factæ in testamento ualeant & teneant ipso testamento reuocato, latè tradit Feli.in c.si cautio,nu.19.cum seq.de fid.instr.ubi agit de ui & potentia cuiuscunque confessionis. Et confessionem non probare in præiudicium legitimæ filiorum, quando pater confitetur alicui se debere aliquid,& de eo non constat,nisi per hanc confessionem,ait Alex.in d.consi.45.in fi.in 1.vol.& omnino uide eum in consi.168.Viso & considerato, in libro primi & secundi vol.& in consi.143.in 5.vol. idem tenuit Cæpoll. in cautel.36.vbi limitat nisi aliter constaret de actuali numeratione. De qua re uide Curtium in authen. præterea. C.und. uir.& vxor.colum.12.cum seq.& Iaſ.in l.nam & postea.§.sed & si quis.ff.de iureiur. ubi allegat multos
* concord.idem tenet ipse Iaſ.in l.j.ff.de eo per quem fact.erit. * communiter autẽ confessio facta à testatore absente parte non præiudicare dixit Raph.Cuma. in consi.37. & in consi.60. sed(ut dixi)uide in re proposita semper Fel.in d.c.si cautio,ubi latè hĩ tota materia cõfessionis.

Summarium in d.l.cum quis decedens.§.Titia.ff.de leg.iij.

1 *Si testator confitetur se debere non capaci,non operatur talis confessio.*

Bar.in d.l.cum quis decedens.§.Titia.ff.de leg.iij.

1 Bart. in ead.l.§.Titia,inquit,si testator † confitetur se debere non capaci, non operatur talis confessio. & ex hoc infert ad quæstionem: si testator habet secundam uxorem, cui plus uult relinquere quàm possit,secundum.l.hac edictali, & ideo confitetur se ab ea recepisse tale,ut huiusmodi confessio tanquàm facta incapaci nullius sit roboris & momenti: vide ad hoc Alex.& Iaſ.in l.si donationi.C.de collat.& Alex.in consi.105.in libro primi & secundi volu. an & quomodo euitari possit illa.l.hac edictali. C. de secund. nupt. cuius mentionem hic fa. Bar.uide Dec.in consi.246.ubi alia quoque scitu digna in re proposita attulit. & de illius.Lit. tellectu uide Io.de Ana.in cons.67.cum ibi addit.per Ludouic.Bolog. Et dum Bar.in quæstione sequenti subiungit de cõfessione facta cum iuramento à marito uxori,ut non ualeat, quia uxor est incapax donationis constante matrimonio,vide Alex.in d.consi.45.in 1.vol. & quæ latè dixi in rubrica supra de donat.int.uir.& uxor.

Bar.in l.pater.§.filiam.ff.de leg.iij.

Bart. in d.l.pater.§.filiam, agit de fideicommisso inducto in casu quo alienatio fiat in personas uetitas.de qua re quoniam latè egimus in l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.hic non insistam.

Summarium in l.pater.§.fundum.ff.de leg.iij.

1 *Alienatio prohibita ad tempus,censetur post tempus esse permissa.*

2 *Si quis prohibitus fuit alienare immobilia, utrum pariter & mobilium alienatio ei uetita sit, quando ratio est generalior dicto.*

3 *Prohibita alienatione, non inducitur fideicommissum, nisi secuta alienatione.*

Bar.in d.l.pater.§.fundum.ff.de leg.iij.

1 BART. in ead.l.§.fundum,ait,alienationem † prohibitam ad tempus, censeri post tempus esse permissam. vide Corn.in consi.22.in 2.volu. Quid si prohibitio alienationis fuit facta ad præfixum tempus,utrum elapso illo tempore alienari poterunt ea, quæ in eodem testamento fuerunt subiecta restitutioni? & dicas quòd non,ut per Mari.Soc.iuni.in consi.130. ubi plenè tradit quid hæc prohibitio operetur. & uide Alex.in consi.55.in 3.volu. & dum Bar.sequitur dicens,si uerba essent adiecta per modum causæ,ut puta hoc ideo feci,quia sic uolo, tunc inducere dispositionem. vide Soc.in consi.251.col.2.in 1.vol.ubi à fortiori adducit hoc Bartoli documentum.hoc idem sequitur in consi.249.col.20.& in consi.227.colu.3. ubi alia addit circa
2 materiam huius.§. & quid si prohibitus † fuit alienare immobilia, utrum pariter & mobilium alienatio uetita sit,quando ratio est generalior dicto? & si alter ex hæredibus prohibetur alienare,& in casu alienationis detur alicui licentia uendicandi, poterunt etiam filij huius in casu alienationis uendicare propter generalem rationem,ut per Paul. de Castr. in consi.338. incip. Videtur dicendum quod filij,in antiquis,& secundū nouam impressionem in 2.vol. vide Soci. in consi.48.col.1.& in consi.43.in 4.vol.sic etiam prohibitio facta filijs porrigitur ad nepotes quando generalitas rationis id exigit, secundum doct. in l. filiusfamiliàs.§. Diui. ff.de leg.1. &
3 prohibita† alienatione non inducitur fideicommissum nisi sequuta alienatione,secus uerò quā do ratio fuit adiecta ut bona cōseruentur in familia.Bar.in l.qui Romę.§.cohęredes.ff.de uerb. oblig.& Soc.in d.consi.277.& in consi.251.& in consi.108.in 7.articu.Paul. de Cast. in consi. 115.in 1.vol.De qua re vide quę plenius dixi in d.l.peto.§.fratre.Et ex prędictis infertur quòd etiam si uocati essent antiquiores de domo, quamuis uerborum inspecta proprietate de primis intelligatur,tamen ex ratione generali ipsius domus,etiam sequentes continebuntur. ita decidit Anch.in cons.66.Non seruato ordine.& ad rem faciunt trad.per Soc.in consi.43. & Anch. in cons.152.ubi bene loquitur.& Ias.in d.§.Diui.in 2.lectura.col.24.& seq.

Summarium in d.l.pater.§. Julius Aggrippa.ff.de leg.iij.

Nudum præceptum uel prohibitio alienationis, sine causa non impedit alienationem.

Bar.in d.l.pater.§.Iulius Agrippa.ff.de leg.iij.

BAR. in ead.l.§.Iulianus Agrippa,uel Iulius Agrippa, inquit,nudum † præceptum uel prohibitionem alienationis sine causa,non impedire alienationem. Attende quia ex gl.in uoce,factum,posita in hoc.§.colligi solet,bona prohibita alienari extra familiam,extraneo posse relinqui,quando is successurus esset ab intestato. & ita tenetur * communiter secundum Alexan. in cons.55.& in cons.59. col.4. in 3.vol. Tamen uide quæ ego dixi in l.peto.§.fratre.ff.de leg.2. ubi aliud sensi.

Summarium in d.l.pater.§.quindecim.ff.de leg.iij.

Si plures emphyteosim acceperunt, utrum possint sibi inuicem alienare.

Bar.in d.l.pater.§.quindecim.ff.de leg.iij.

BART. in ead.l.§.quindecim,quærit,si plures emphyteosim † acceperunt, utrum possint sibi inuicem alienare; & non soluit. Tu dicas obstare tex.in c.1.de eo qui sibi & hæred.mascul. in feudis. Postea Bar.hic in fi.quærit,si tres fratres fuerunt instituti,& inuicem grauati de restituendo,& unus decesit,cuius bona ad alios duos peruenerūt,demum decesit secundus, vtrū quod secundus habuit à primo iure fideicommissi contineatur in hoc fideicōmisso,cui est subiectus ille secundus? aitque hic uideri tex.ut debeatur,sed obst.illa uox,partem suam. Tu uerò an ista uox, suam, impediat ne in fideicommisso ueniant quæ grauatus fuit ab alio consecutus, videas Alex.in l.Marcellus.§.quidam col.2.& in l.ita tamen.§.qui suspectam,colu.3.& seq.ff.ad Trebell.ubi tenet, eam etiam partem in hoc fideicommisso contineri. & respondet ad istum tex.hic,ut ideo procedat, quoniam portio socijs ad grauatum non peruenerat ex dispositione testatoris,

testatoris. igitur illa portio sua intelligitur & refertur ad eam tantum, quam ipse habuit à testatore sed si ueniret ex iudicio testatoris, qui hoc grauamen iniunxisset, tunc comprehẽderetur. id quod est adnotandum pro limitatione huius tex.

Summarium in d.l.pater. §. Tusculanus. ff. de leg. iij.

1 *Legata ad pias causas si efficiuntur caduca utrum debeant remanere apud hæredem grauatum, an uerò in alios pios usus conuerti.*
2 *Cessantibus redditibus legati, cessat etiam legatum.*
3 *Legatum ad pias causas si non potest destinari ad usum expressum à testatore, utrum caducum efficiatur, an non.*
4 *Si voluntas testatoris, relinquentis legatum ad pios usus nondum est executa, commutatio fieri potest ab Episcopo.*
5 *Si redditus legati superabundant, utrum ad hæredem pertineant.*
6 *Quando aliquod delictum à pluribus committitur, quorum unus est clericus, omnes ratione huius veniunt clerici tanquam dignioris priuilegium sortiuntur, & à iudice ecclesiastico iudicantur.*

Bar. in d.l.pater. §. Tusculanus. ff. de leg. iij.

1 BART. in ead.l.§.Tusculanus, quærit, utrum legata † ad pias causas, si efficiuntur caduca, debeant remanere apud hæredem grauatum, an uerò in alios pios usus conuerti? Ang.in cons. 224.ait, si huiusmodi legatum inefficax est ob incapacitatem illius, cui relictum est, non debere in alium pium usum conuerti, sed penitus inutile esse. Quid si legatum est efficax, sed non sufficit ad usum destinatum, nunquid caducum efficiatur? Dicas quòd non, sed debere conuerti à superiore in alium pium usum uocatis uocandis. quod tamen limita & declara ut docet Abb.in consi.27.in 2.vol.doct.in c.nos, de testa. Bar.in l.legatum.ff. de usuf.leg. & Rochus de Curte in tract. de iure patronatus, in uoce, pro eo quod.nu. 33.ubi etiam multos retulit sententes, cessantibus † redditibus legati cessare etiam legatum. idem sensit Ias.in l.apud Iulianum, 2 constat.num.19.ff.de leg.1. Quid si legatum factum esset pro missis canendis, & missæ propter interdictum nequeant celebrari? Resp.legatum hoc in alium pium usum conuerti debere, secundum Bar.in d.l.legatum.ff. de usufr.leg. & in l.j.ff. de cond.inst. Bal.in l.ab eo, in fin.C. de decom. & Firma.in tract. de episcopo, in 4.par.quarti libri quæst.31.vers. vlterius quæro, quæ 3 de relictis pro missis canendis? Et ad quæstionem Bartoli hic, utrum legatum ad pias † causas si non potest destinari ad usum expressum à testatore, caducum efficiatur an non? vide Abbas d.c.nos quidem, in princ. de testa. & an & quando, & quomodo legatum ad pium usum commutari possit & debeat in alium pium usum? vide Petrum de Perusio in tract. de canonica portione episcopi. qui dicit, aut usus, ad quem destinatum est legatum, impleri potest de iure & de facto, & isto casu à solo Papa fieri poterit commutatio, ut habetur in d.c. nos quidẽ. de testa. & in clemen. quia contingit, de religi. domi. si uerò subest causa, ut quia legatum cum difficultate possit impleri, & tunc etiam ab episcopo commutari poterit. vide tamen Dec. in cons. 357.col.3.vbi citat Salic.in l.si testamentum. C. de testa. qui tradit aliud documentum, sumendo argumentum à contrario sensu in d.clem. quia contingit. Item adde, prædictam commutationem fieri posse ab episcopo, quando non est opus illo usu, ad quem destinata sunt legata. Rom.in sing.475.& latè de hac materia uide apud Feli.in c.cùm accessissent, nu.24. cum seq. 4 de const. Item scias, si uoluntas testatoris † relinquentis legatum ad pios usus nondum est executa, commutationem fieri posse ab episcopo. Feli.in c.super his, col.2. de accusat. Et prædicta, quæ diximus de facienda commutatione, locum habent, nisi testator expressè præcepisset, legatum ad hæredem pertinere ubicunque ob iurium deficientiam impleri non posset, nam tunc hæres lucrabitur, alioqui fauore piæ causæ semper commutatio fiet. ita Bar. in l.libero. §. Lucius. ff. de ann. lega. ubi ex hoc limitat omnes leges, quibus cautum est, commutationem fieri oportere. idem sensit Abb.in d.consi.27.& Ias.in l.si fundum. §. Stichum. in fi. ff. de leg.1. & ista conclusio confirmatur ex traditis per Bar. in l.codicillis. ff. de leg.2. ubi indistinctè ait, quãdo modus implendi legatum impossibilis est, semper commutationem fieri debere. Quod si

5 si redditus † huiusmodi legati superabundarent, vtrum ad hæredem pertineant? Bal. in l. si quis ad declinandum, col. 4. vers. sed iuxta hoc quæro. C. de episcop. & cleric. ait quòd non. Et dum Bar. in hoc. §. dicit, si legatum factum esset alicui collegio intuitu alterius priuatæ personæ, & non piæ causæ, tunc legatum effici caducum, & inter legata pia referri non debere. Quæro, quid si illud legatum factum esset illi collegio cum onere distribuendi fructus pro parte inter pauperes, & pro parte ad fauorem personæ priuatæ? Dicendum uideretur, ex quo sumus in separabilibus hoc legatum pro parte effici caducum, & pro parte non. Tamen cogita si dici posset, ex quo hoc est unum solum legatum, an ratione unionis debeat unum onus naturam alterius nanciscì, & totum uniforme censeri ex ijs, quæ subtiliter docuit Soci. licèt aliud agens in cons. 249. col. 5. vers. secundò principaliter, in 1. uol. cuius argumenta non refero, cum ibi uideri possint, atque ad rem propositam applicari, alioqui enim sequeretur, unum & idem legatum factum eidem collegio pro parte pium esse, & pro parte non, & pro parte caducum & pro alia non, contra id quod colligi potest ex text. & glo. in c. cognouimus. 12. quæst. 2. & in c. cum in tua, de decim. & ex glo. not. in c. 3. de præben. Proinde, si hoc legatum non deberet diuerso iure censeri, consequens esset, vt totum pium esse iudicetur, vt à sua digniori parte gubernetur. argumento capituli, quod in dubijs, de consecr. eccl. vel altar. & capituli, si duo, & ibi Gemin. de offic. delega. in 6. Hinc ad pulchram quæstionem infert Soci. in l. cùm senatus. ff.
6 de rebus dub. quando aliquod † delictum à pluribus committitur, quorum unus sit clericus, ut omnes ratione huius unionis, clerici tanquam dignioris priuilegium sortiantur, & à iudice ecclesiastico iudicentur. testaturque ibi Soc. hoc in facti contingentia fuisse obtentum. Hoc idem uoluit Mar. Soc. in c. 1. de foro compet. & Io. Crotus, quem uide omnino in l. j. nu. 19. ff. de uerbor. obligat. & ad hoc uide etiam Bar. in l. solent, cum apostilla ibi. ff. de alim. lega. Tamen cogita, vt dixi. quid si legata sunt quingenta, de quibus fieri debeat id, quod. N. frater sancti Francisci uoluerit, an hoc legatum dicatur factum ad pias causas, an non? vide Angel. in cons. 201. & quæ sint priuilegia piæ causæ uide apud Soci. in regula 82. vbi 62. priuilegia enarrauit.

Summarium in d. l. pater. §. mater. ff. de leg. iij.

1 *Non solum ex uerbis, sed etiam ex mente testatoris fideicommissum inducitur.*

Bar. in d. l. pater. §. mater. ff. de leg. iij.

1 BART. in ead. l. §. mater, inquit, non solùm † ex uerbis, sed etiam ex mente testatoris fideicommissum induci. Attende, si uerum est hoc, quare est quòd etiam uox, successores, non restringitur ad successores sanguinis, ut fideicommissum ex mente testatoris inducatur? quemadmodum similiter habetur in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell. & ita etiam capitur uox, familia, vt ad descendentes ipsius testatoris coangustetur: vt decidit Bar. in l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. & ibi posui. vide in hac re Soc. in consi. 250. col. 1. & sequ. in primo uol. & ad istum tex. uide omnino Soc. in cons. 249. eod. uol. Et dum Bar. subiungit hic, hæredes alienãdo posse grauare eos, quos eligunt, hoc uidetur contra id, quod deciditur in l. unum ex familia. §. 1. ff. de leg. ij. vbi uide quæ posui circa hanc inuestigationem.

Summarium in d. l. pater. §. ex parte. ff. de leg. iij.

1 *Verba institutionis trahuntur ad fideicommissum.*

Bar. in d. l. pater. §. ex parte. ff. de leg. iij.

1 BART. in eadem l. §. ex parte, ait, uerba institutionis † trahi ad fideicommissum. De materia huius. §. & eorum, quæ hic tradit Barto. uide Ias. in l. quoties, in fi. vers. secundò limita. C. de hæred. instit.

Summarium in l. Pamphilo. §. propositum. ff. de leg. iij.

1 *Verbum, uolo, prolatum à testatore dispositionem inducit.*

Bar. in l. Pamphilo. §. propositum. ff. de leg. iij.

1 BAR. in d. l. Pamphilo. §. propositum, inquit, uerbum, † uolo, prolatum à testatore dispositionem inducere. vide multa de huius uerbi significatione per Socin. in consi. 86. in 3. volu. &

Dec.in consi. 159.Bart.in l.j.ff.mand. & in l.j.in secunda opp.C. de summa Trinit. & quæ habentur in l.centesimis.ff.de uerb.oblig.& in l.serui electione,vbi Alex.& alij.ff.de lega.1.& aliquid traditur per Feli.in c.1.col.3.dist.1.& de ui huius uerbi vide Abb.in c.1. de iudic.& in c. cum uenissent,eod.tit.& in c.ex literis,de iureiur.& in c.super specula,ne cleri.uel monac.& in c.ex literis.j.de sponsal.& in c.gaudeamus,qui fil.sint legit.

Summarium in l.uxorem.§.legauerat.ff.de leg.iij.

1 *Appellatione ciuitatis,etiam suburbia continentur.*

2 *Pecunia,quomodo appellatione bonorum mobilium comprehendatur.*

Bar.in l.uxorem.§. legauerat.ff.de leg.iij.

1 BAR. in d.l.vxorem.§.legauerat, inquit, appellatione † ciuitatis etiam suburbia contineri. Amplia hoc habere locum etiam in materia odiosa.c.si ciuitas, de senten.excomm.in 6.quod intelligas uerum esse,quando prouisio suum non sortiretur effectum. Abb.in c.fi.de præbend. & Feli.in cap.Rodulphus,vers.limita dupliciter, de rescrip. & ibi tradit etiam quid sit ciuitas? quomodo,autem ciuitas,castrum, & uilla differant, vide Bart. in extrauag. qui sint rebelles,in uoce, Lombardiæ. Io.Andr.in d.c.si ciuitas,& Feli.remissiuè in c.licèt,de probat. Postea subjungit Bar.vtrum in hoc.§.pecunia in legato contineatur? vide ultimam apostill.ad Bartol.in l.

2 vxori.§.generali.ff.de usufr.lega.& quomodo pecunia † appellatione bonorũ mobilium comprehendatur,vide Alexan.in l.j.§.constante,col.2.ff.solu.matrim.& Iaſ.in consi.65.in 4.dubio. in primo uol.vbi ait,in legato mobilium & utensilium pecuniam non contineri.Et quid uenit appellatione mobilium in legato, vide Dec. in consi.472. Item scias legatum factum de pecunia,quæ inuestiri debet,dici esse legatum speciei. Soci.in consi.247.col.fi.in primo uol. Dum autem Bar.quærit,an pecunia contineatur in uenditione, quam fecit rusticus de omnibus possessionibus suis? aitque ultra montes terminatum fuisse,eam contineri,quia res mobiles possidentur.vide Iaſ.in l.iij.in princip.col.10.ff.de uerb.oblig.tamen concludit Bart. bona mobilia non dici possideri secundum communem usum loquendi, quamuis de iure secus sit. Tu uero dicas contra hoc Bar.documentum esse glo.in l.j.ff. vtrobi. quæ ait de iure mobilia propriè possideri,sed tantùm ex communi usu loquendi.

Summarium in d.l.uxorem.§.testamento.ff.de leg.iij.

1 *Si aliquis dat dotem pro muliere, & eam stipulatur alternatiuè sibi, aut mulieri, quomodo competat ista actio.*

Bar.in d.l.uxorem.§.testamento.ff.de leg.iij.

1 BAR. in ead.l.§.testamento,quærit,si aliquis dat † dotem pro muliere,& stipulatur eam alternatiuè sibi,aut mulieri, quomodo competat ista actio? & distinguit ut hic per eũ. vide Paul. de Castr.in cons.29.col.2.& Alex.& Iaſ.in l.eum qui ita.ff.de uerb.oblig.

Summarium in d.l.uxorem.§.hæres.ff.de leg.iij.

1 *Si testator legat uxori suæ uictum,& uestitum,iubens hæredem illum, qui eam molestauerit, esse priuandum hæreditate, nec dicit ad quem ista hæreditas peruenire debeat, an ad ipsam uxorem deuoluatur,an uerò ad cohæredes.*

2 *Quando testator aliquo casu priuat hæredem hæreditate,si contrauenerit dispositioni testatoris, & non disponit,cui sit applicanda,in dubio est applicanda substituto.*

3 *Molestia dicitur inferri,etiam quando quis in iudicio molestatur.*

Bar.in d.l.uxorem.§. hæres.ff.de leg.iij.

1 BART. in eadem l.§.hæres,quærit,si testator legat † uxori suæ uictum & uestimenta,iubens hæredem illum,qui eam molestauerit,esse priuandum hæreditate, nec dicit ad quem ista hæreditas peruenire debeat, an ad ipsam uxorem deuoluatur, an uerò ad cohæredes? Aduerte hic,quia testator iubere non posset,vt usuræ debeantur.l.ij.§.fin.ff.de annu.lega.Barto.in l.ij.ff. de his quæ pen.nomi.igitur dicendum uidetur, hoc legatũ subsistere non posse,cum ista pœna loco

loco usurarum,& in foro conscientiæ, & de iure canonico exigi non possit secundum Socin.in cons.133.col.2.& in cons.174.in 1.vol.& in consi.56.in 3.uol.vbi ait,si testator disposuit,hæredem, qui in aliqua solutione cessauerit, pœnæ esse subiectum, huiusmodi pœnam exigi non posse; quia est usura. citat Bar.in l.cùm stipulatus.ff.de uerb. obliga.de qua re uide Feli. in c.1. nu.52.cum sequ.de constit.& contra Bar.hic urget tex.in l.generaliter.§.illud. de calumni.sed dicta Bar.hic refert & sequitur Alex.in con.138. col.fi.in primo uol.Circa istam quæstionem, vide Angel.de Aret.in §.fi.inst.de lega.col.2.uers.decimò quæro quid si. vbi ponit etiam quomodo mulier dicatur molestari. Et an ista bona applicentur ipso iure an iure fideicommissi? vide Ias.in l.j.col.2.C. de his quib. vt indign. ex cuius dictis fieri posset illatio.d. bona ad uxorē
2 pertinere. Tamen Aret.in cons.67.inquit, quando testator † aliquo casu priuat hæredem hæreditate,si contrauenerit dispositioni testatoris,& non disponit cui sit applicanda,in dubio applicandam esse substituto. de qua re uide Bar.& Imol.in l.paterfamiliàs,in fi.ff.de hæred.instit. & cui debeat applicari, vide Ias.in l.fi.§.fi.in ultima col.vers.quid autem esset.ff.si cert.pet.& in l.si quis id quod.in fi.ff.de iurisd.omni.iudic.Et cui applicentur pœnæ impositæ à testatore, ac etiam conuentionales,vide apud Feli.in c.cæterùm,col.2.de rescript.& in rubr.de iudic.& Ias. in l.si quis maior,in 14.notab.C.de transact.Angel.de Aret.in §.fi.inst. de leg.col.2.uers.quæro quid si. Aret.in l.ij.§.item in facto.ff.de uerb.oblig.in fi.Et ad id,quod dictum est de molestia, vide Feli.in d.c.in præsentia, colu.2.de probat. vbi ait,eum,qui prohibetur inferre molestiam, intelligi prohibitum de facto tantùm,non autem de iure. hoc idem multis confirmat exemplis Corset.quem uideas omninò in singul.suis,in uoce,molestia,in singul.incip.Quis in contractu.
3 sed contrarium latè docuit Mari.Soci.iuni.in cons.113.nam molestia† dicitur inferri etiã quando quis in iudicio molestatur.l.j.& ibi Bal.C.de nundin.Soc.in cons.66.in 4.uol.& de hac re ui de Deci.in cons.613.& Feli.in c.causam, col.13.de rescrip.

Summarium in d.l.uxorem.§.agri plagam.ff.de leg.iij.

1 *Oblato pretio transit dominium.*
2 *Vtrum ad arbitrium boni uiri debeat tantum æstimari dimidia respectu dimidiæ, quantum totum respectu totius.*

Bar.in d.l.uxorem.§.agri plagam.ff.de leg.iij.

1 BAR. in ead.l.§.agri plagam,ait,oblato pretio † transire dominium,atque ita rei uendicationem competere. sed ista opinio Bartoli* communiter reprobatur,vt per Ias.in l.j.colu.13. vers.nec obst.ff.de leg.j. Et dum paulò post ait Bart. illud dici expressè legatum, quod colligitur ex natura uerborum. idem ait Ias.in l.j.in 8.col.ff.de leg.j. Et dum quærit postea Bart. an possit totum uendicari? vide in simili Ias.in l.stipulationes non diuiduntur,col.14.vers.sed pulchrum.ff.de uerb.oblig. Et dum ait, hoc haberi per ius accrescendi, dicas immo fortasse haberi per ius non decrescendi, cum sint coniuncti re & uerbis, secundum Bar. in l.re coniuncti,
2 col.8.quæst.3.infrà eodem titu. Posteà Bart. in fin. huius.§.quærit, an ad arbitrium † boni uiri debeat tantum æstimari dimidia respectu dimidiæ, quantum totum respectu totius? & respondet quòd non. Attende quia ista est solennis limitatio ad istum tex. de qua agit Ias.in d.l.stipulationes non diuiduntur, col.14.& in l.si mihi & Titio, col.2.ff.de uerbo. obliga. sed attenta hac ratione idem esset etiam pretio certo determinato, si tamen emptor uellet plus soluere, quàm importet dimidia respectu totius arbitrio boni uiri. De quo tamen est cogitandum. Et dum Bar.in eodem §.vers.potest responderi,ait in secunda solut.si mulier est obligata ad dotem,& pater eam dotet,censeri patrem gerere negocium filiæ. ex hoc Soci. in l.j.col.6.ff. solu. matr.limitat.l.fi.C.de dot. promis.

Summarium in l.si filiæ.ff. de leg.iij.

1 *Dos est constituenda arbitrio boni uiri inspecta dignitate, & facultate testatoris, & numero liberorũ.*

2 *Vtrum dos sit constituenda inspecto patrimonio patris, an mariti.*

3 *Dos filiæ non est in bonis paternis.*

4 *Fœminæ quando sunt dotatæ utrum possint aliquid habere.*

Bar. in l. si filiæ. ff. de leg. iij.

1 BAR. in d. l. si filiæ, inquit, dotem † esse constituendam arbitrio boni uiri inspecta dignitate, & facultate testatoris, & numero liberorum. & ex hoc infert ad statuta excludentia fœminas fauore masculorum, iubendo eas dotari debere. Circa hoc dicit Soc. in consi. 207. colu. 1. in 1. uol. dotem congruam non debere esse minorem legitima, sed maiorem esse posse. contrarium tamen uidetur sentire idem Soc. in cons. 288. col. 7. eod. uol. De qua re uide Alex. in cons. 82. in 4. vol. & omnino in cons. 88. in 6. uol. & in cons. 169. in 7. uol. Dec. in cõs. 276. la. in auth. res quæ, col. 8. uers. septimò. C. commu. de lega. Bal. nouel. in tracta. de dote, in 17. priuilegio, & Crauet. in consi. 11. & Curt. in cons. 73. nu. 31. vbi concludit, dotem non uideri esse competentem nisi ascendat usque ad legitimam, etiam si data esset à patre. Quinimmo si dos est arbitrio boni uiri constituenda, non solùm potest excedere legitimam, verùm etiam si mulier cõdigno uiro nubere non posset, nisi tota hæreditas patris ei traderet in dotem, uniuersa hæreditas aliis liberis non extantibus esset congrua dos, eiq; pro dote deberet constitui. ita Alex. in cons. 149.

2 visis, col. 2. in lib. primi & secundi uol. An autem ista dos † sit cõstituenda inspecto patrimonio patris, an mariti? item quid in auo? vide omnino Aret. in consi. 17. col. pe. & fi. Vtrum dos possit esse minor legitima, & dicatur congrua quando cõuenit patrimonio paterno, & marito? vide Mari. Soci. iuni. in cons. 128. nu. 217. Quæro extante statuto ut ait Bar. vtrum ista dos in primis deduci debeat tanquam æs alienum in cõputatione legitimæ fratris? an verò prius sit deducenda legitima ipsius fratris? vide Ang. in l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoffic. testa. Alex. in cons. 31. in 4. uol. Bar. in l. à filia. ff. ad Trebell. Soci. in cons. 76. col. fi. in 1. uol. vbi concludit, dotem hanc tanquam æs alienum esse detrahendam. & in cons. 213. col. pe. eod. uol. & dotem

3 † filiæ non esse in bonis paternis docuit Cæpoll. in cautel. 187. Quid si dos fuisset declarata patre pro matrimonio contrahendo, quod nõ est sequutum, an illa dos minui possit? Dec. dicit quòd non in consi. 35. cum sequ. Quid si ista filia dotata esset, sed non de bonis ipsius patris, utrum uigore statuti prædicti dotari debeat in bonis paternis? Respon. eam non dici dotatam ab aliquo, nisi dotata sit de bonis illius, ideo dotari debet. Dec. in cons. 589. vide Bal. in l. neque mater. C. de iur. dot. Paul. de Castr. in cons. 111. & Alex. in consi. 148. in 3. uol. & in consi. 169. in 3. uol. vbi etiam isto casu uult, dotem non minorem legitima debere constitui. Quinimmo si statutum simpliciter fœminas dotatas excluderet, intelligitur eas excludere solùm à successione illius, in cuius bonis dotatæ fuerunt. Bald. post glo. in l. j. C. de legit. hæred. Alex. in consi. 29. col. pe. in 1. uol. vbi plenè aperit hunc articulum. uide Dec. in consi. 346. Soc. in cons. 30. col. 7. & in consi. 84. in primo uol. & ad rem faciunt trad. per eundem Soci. in cons.

4 35. in 4. uolu. sed ubi sunt dotatæ fœminæ † an possint aliquid habere? an sit æquum? vide Bal. in l. si defunctus, col. 3. C. de suis & legit. & Paul. de Castr. in consi. 341. Quid si pater unam filiam dotauit in mille, an alia minorẽ dotem habere non debeat? videtur tex. pro filia in l. Thompus. ff. de dot. præleg. & ad rem facit. l. parentibus. C. de inoffic. testa.

Summarium in l. hoc legatum ff. de leg. iij.

1 *Si aliquis simpliciter formauit libellum, nunquid in dubio uideatur proposita actio generalis, an uerò specialis.*

Bar. in l. hoc legatum. ff. de leg. iij.

1 BAR. in d. l. hoc legatum, quærit, si aliquis simpliciter formauit † libellum, nunquid in dubio uideatur proposita actio generalis, an uerò specialis? dicitq; specialem intelligi esse intentam. vide Alex. in l. certi condictio, in princi. col. 1. vers. & aduerte, & colu. 3. ff. si cert. pet. & in rubr. ff. sol. matrim. col. 6. hoc tamen limita qñ genus magis cõueniret ei, vt accipiatur pro una specie, q̃ pro alia: tunc enim accipietur in ea specie, quæ magis ei profcua est. sed si cõueniret

æqualiter

æqualiter omnibus ſpeciebus,capietur in genere,& non in ſpecie.l.cum quis.ff.de teſta. & ibi Aret.qui uidetur de hoc dubitare.

Summarium in l.librorum.§. quod tamen Caſſius.ff.de leg.iij.

1 *Verba ambigua,in ſtatutis ſunt intelligenda ſecundum communem uſum loquendi.*

Bar.in l.librorum.§.quod tamen Caſsius.ff.de leg.iij.

1 BART. in l.librorum.§.quod tamen Caſsius,ait,in ſtatutis † verba ambigua ſecundum cõmunem uſum loquendi eſſe intelligenda. Et quoniam de hac re plenè egimus in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.non repetam,ſed ibi uideas.

Summarium in l.cum quæritur.§.prædijs.ff.de leg.iij.

1 *Quæ pertinent ad ornamentum, ſeu ad cuſtodiam fundi non pertinent ad culturam.*
2 *Caſtrum dicitur quaſi caſa arcta.*
3 *Si caſtrum ab hoſtibus capiatur, vtrum cuſtodes tam pro caſtro quàm pro alijs damnis teneantur.*
4 *In Bartoli documentis ueritas inueniri ſolet.*
5 *Proprium hominis eſt errare.*
6 *Concilia,ad quæ multi docti & ſancti patres undecunque confluunt,quandoque errarunt.*

Bar.in l.cum quæritur.§.prædijs.ff.de leg.iij.

1 BAR. in d.l.cum quæritur.§.prædijs, ait ea, quæ pertinent † ad ornamentum ſeu ad cuſtodiam fundi non pertinere ad culturam. vide Rapha.Cuma.in conſi.19.in fin. & Dec.in conſi. 420.vbi dicit iſtum tex.eſſe ſing. & dum Bar.decidit,expenſas factas cauſa caſtri cuſtodiendi, non debere compenſari cum fructibus: attende quoniam Roma.in ſing.332.incip.Malæfidei poſſeſſor, dicit Bartolum hic uehementer erraſſe,& mirandum eſſe, quòd tantus uir loquutus fuerit contra caſum legis expreſſum, in l.ſi à domino.§. fi. ff. de fund. inſtru. conſideretur hoc multo magis militare in caſtro, quàm in fundo, cum caſtrum aliter conſeruari non poſsit. &
2 ideo caſtrum † dicitur quaſi caſa arcta, quia non debet eſſe ſpacioſum,ut paucis cuſtodibus indigeat, vt declarat Io.Andr.in c.ſi ciuitas, de ſent. excommun. in ſexto. quem refert Abb.in c. tuæ fraternitatis. de cleric.non reſid.cuſtodes enim uſque adeò tenentur ad conſeruandum caſtrum, vt ſi alteri cuſtodiam commiſiſſent, & caſtrum capiatur, ipſi teneantur; quia præſumitur captum culpa illius, niſi contrarium probetur. Oldr. in conſi. 93. vbi etiam aliam deciſionem memorabilem tradidit dicens,cuſtodes alicuius caſtri, quamuis excommunicati eſſent à delegatis Papæ, niſi caſtrum eccleſiæ reſtituant,non incurrere propterea in excommunicationem; quia,ſi illud non redderent domino ſuo, magna ignominia & infamia notarentur. Quin
3 immo quæri ſolet, ſi caſtrum † ab hoſtibus capitur, vtrum cuſtodes tam pro caſtro, quàm pro alijs damnis teneantur? vt per Oldr.in conſ.94.Io.Andr. in addit. ad Specul.in rubric.de locato.& Roma.quem uideas omnino in conſi.395. Immo huiuſmodi cuſtodes tenentur etiam de culpa leuiſsima.l.mercedem.& in l.ſi merces.§.qui columnam.ff.locat.& tradit Ange.de Periglijs in tract.ſocietatum. nu. 17. vide quanti ſit cuſtodia caſtri apud leges, & legum interpretes. ideo hoc documentum Bartoli tanquam à tramite ueritatis aberrans ſuſtineri non poſſet, maximè in caſtro. nam cuſtodia, eſt ipſa (ut ita dixerim) cultura caſtri, cum alia cultura non egeat,ut indiget fundus.miratur igitur Rom.in d.ſing.ac ſtupet,quod tantus uir tam uehemẽ-
4 ter errauit. & fortè non ſine cauſa, nam in Bartoli † documentis ueritas inueniri ſolet, ut ipſe idem Roma.ait in conſ.469.Quò ad primum,in fi.fuitque ſupremus iuris interpres ſecundum Bald.in l. rationes.C.de probat. & lucerna iuris appellatur ab Angel.in l.j.C.de iudic. eumque fuiſſe iuris illuminatorem inquit Panor.in c.non minus,de immunit.eccleſ.multaque de ipſius laudibus & præcellenti doctrina tradit idem Panor.in c.cùm bonis, uerſic. quid ergo dicemus in tanta uarietate,de præſcript.& in conſi.73.in 2.vol. & Curtius eleg. in repet.l. admonendi. col.1.ff.de iureiur.Barb.in conſi.52.colum.14.inter conſilia Alexand.in 4.volum.Iaſ.in l.j.ff.ſi cert.pet.& Maria.Soci.in conſi.94.nume.41.vbi eum eſſe omnium aurigam teſtatur. Tamen
5 non eſt propterea mirandum, ſi humanum iudicium decipitur, cùm proprium hominum † ſit errare. omnis enim homo mendax, & factus eſt ſimilis uanitati, ut relatum eſt,in §.fi.de pœnit.

distinct.2. Hinc traditum est doctori,etiam maximæ authoritatis nõ esse credendum,nisi quatenus iura & rationes adducit. ita Archid.in c.nolite,2.in fi.2.quæst.3. Card.Zab.in consi.78. Ias.in l.illam.C.de collat.& ideo B.Hieronymus in epist.8.& habetur in c.ego solis.9.distin.sic ait: Ego solis eis scriptorum,qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque referre, vt nullum eorum scribendo errasse audeam credere, alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate,quantaue doctrina polleant, non ideo uerum putem, quia ipsi ita senserunt,sed quia mihi per alios authores, vel canonicas uel probabiles rationes persuadere potuerunt.
6 hæc ibi. Nil mirum igitur si Bar.errauit.nam etiam concilia † ipsa, ad quæ multi docti ac sancti patres undecunque confluunt, quandoque errarunt, non tamen in ijs, quæ sunt fidei.& propterea.B.Hieronymus diuinæ legis authoritate motus contra concilium affirmauit,raptam & raptorem uinculo matrimonij posse coniungi,vt uidere est in c.tria. & in c.placuit.36.quæst. 2.& concilia quandoque errasse, (casum fidei semper excipio) retulit Card.Alex.in c.Anastasius,in fi.19.dist.quantò magis igitur potuit unus Bar.errare?

Summarium in l.in repetendis.ff.de leg.iij.

1 *Vbi personarum, vel rerum identitas est, dictio item, inducit repetitionem præcedentis qualitatis.*

Bar.in l.in repetendis.ff.de leg.iij.

1 Bart. in d.l.in repetendis,sic ait in summa. Vbi personarum † uel rerum identitas est,dictio,item,inducit repetitionem præcedentis qualitatis. De significatione huius uocis, item, quæ est continuatiua, vide glo.mag. in §.item si lapilli, instit.de rer.diuis.est enim hæc uox tis naturæ,vt præcedentia repetat, quando posita est in oratione imperfecta, alioqui uerò si oratio esset perfecta,vt docuit Alex.in consi.117.in 1.uol.& in consi.153. viso ac ut oportet,in libro primi & secundi uol.& in consi.66.in primo uol.Soc.in cons.10.& in cõs.92.in primo uolu.& in consi.22.in 3.vol.& Paul.de Castr.in consi.275.in 1.vol.& de hac materia uide eundẽ Alex.in consi.158.in sexto uol.Dec.in cons.317.col.2.& 3.& Feli.in cap.cum totum,de offic. deleg. De ijs uerò,quæ in hac l.tractantur, uide omnino Aret.subtiliter. in consi.1.& in consi. 67.col.1.& 2.vbi limitat,& Paul.de Castr.in cons.88.in 1.uol. & Raph.Cuma.in cons.22.

Summarium in l. qui filium.ff. de leg.iij.

1 *Calendarium quid sit.*

Bar.in l.qui filium.ff.de leg.iij.

1 Bar. in d.l.qui filium,tradit,quid sit calendarium, † vide tex. iuncta glo. & ibi Ias.in Leges qui in prouincia.ff.si cert.pet.

Summarium in l.legatis.ff.de leg.iij.

1 *Mercator pannorum utrum dici possit is, qui semel tantum pannos uendidit.*

Bar.in l.legatis.ff.de leg.iij.

1 Bart. in d.l.legatis,in princip.vers.tertiò quæro, tractat an mercator † pannorũ dici possit is,qui semel tantùm pannos uendidit? vide Ias.in l.de pupillo.§.si qui ipsi prætori, colu.7. 6.quæst.ff.de oper.nou.nunc.

Summarium in d.l.legatis.§.si ex officio.ff.de leg.iij.

1 *Virum propter augmentum dignitatis fiat mutatio personæ.*

2 *Si aliquis promisit dare scachum matum cum pedona, demum dedit cum pedona facta regina, an uideatur seruasse promissionem propter augmentum dignitatis.*

Bar.in d.l.legatis.§.si ex officio.ff.de leg.iij.

1 Bart. in ead.l.§.si ex officio,in fi.tradit, an propter † augmentum dignitatis fiat mutatio personæ? vide Feli.in c.quoniam abbas,de offic. deleg. vbi multa dicit aduersus eos,qui postquam sunt cõstituti in dignitate,quasi alij efficiuntur. Tamen hoc puto locum hre in personis, quæ sunt uilis animi; nã dignitates augẽt, & illustrãt graues & constantes aios,qui perinde ac aura inspirante ad honesta concitantur opera;eos.n.non tanq̃ recepta mercede,sed quasi dato pignore

pignore ne gloriam deſerant, uerecundia continet, pudetque, in proprijs ſe geſtis extollant. hæc habentur apud Plutarchum, in uita Coriolani. Sed quod attinet ad quæſtionem propoſi-
2 tam per Bar.hic, de ludo ſcachorum, † ſi aliquis promiſit dare ſcachum matum cum pedona, demum dedit cum pedona facta regina, an is uideatur ſeruaſſe promiſsionē propter augmentum dignitatis, ita ut uideatur mutatus ſtatus? vide eundem Bar. in l. pen. ff. de ſenat. & quæ ibi poſui. Cyn. in l. ij. ff. de ſuſpec. tut. & latiſsimè Imol. in l. demonſtratio. §. 1. ff. de cond. & demonſtra. & Bal. in l. quiſquis, in fi. C. de epiſc. & cler. vbi ait, ſcriptorem, qui promiſit ſcribere librum alicui, ſi factus eſt rector medicorum, excuſari propter ſuperuenientem dignitatem.

Summarium in d.l. legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. iij.

1 *Appellatione artificum, ueniunt etiam ſcholares in beneficijs, in quibus ſit lata interpretatio.*

Bar. in d.l. legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. iij.

1 Bar. in ead. l. §. ornatricibus, inquit, appellatione artificum † uenire etiam ſcholares in beneficijs, in quibus ſit lata interpretatio, ſecus in priuilegijs. Aduerte tu quoniam huiuſmodi priuilegia ratione publicæ utilitatis conceduntur, ſecundum glo. in l. j. in uoce, iſta. C. de excuſat. artific. lib. 10. & ideo debent extendi. l. hoc modo. ff. de cond. & demonſtr. & ita in ſimili priuilegia conceſſa doctoribus propter publicam utilitatē ad ſcholares porriguntur. Iaſ. in l. j. col. pen. ff. ſol. matr. & Abb. in c. fi. de iudic. & quando priuilegia ſint latè uel ſtrictè intelligenda, uide Feli. in c. cauſam quæ. nu. 44. cum ſeq. de reſcrip.

Summarium in l. Julianus. ff. de leg. iij.

1 *Qui omne dicit, nihil excludit.*

Bar. in l. Iulianus. ff. de leg. iij.

1 Bart. in d.l. Iulianus, in princip. ſic ait in ſumma. Qui omne † dicit, nihil excludit. De hac re & de intellectu huius tex. uide Alex. in conſi. 47. in 3. volu. & quæ poſui ad Bart. in l. ſerui electione. §. 1. ff. de leg. 1. nam in iſto tex. ilie, qui habebat partem fundi pleno iure, & in alia tātum habebat ius pignoris, ſi legat fundum cum hac uoce, omnem, uel totum, importat ut nō ſolùm pars, quæ eſt tota ſua, uerùm etiam ius pignoris, quod habet in alia parte, cōtinetur. ſi uerò ſimpliciter legaſſet fundum, illa ſola pars, quæ ſua eſt pleno iure, in legato comprehenderetur.

Summarium in d.l. Julianus. §. ſeruos. ff. de leg. iij.

1 *Hæc conditio, ſi meus erit, debet intelligi in ſolidum.*

2 *Furnarius, qui ex contractu ad coquendum panem ſe alicui familiæ aſtringit, tenetur etiam ſi in dies familia augeatur.*

3 *Ex cauſa ſuperueniente, licet à quacunque diſpoſitione recedere.*

Bar. in d.l. Iulianus. §. ſeruos. ff. de leg. iij.

1 Bar. in ead. l. §. ſeruos, ait, conditionem † hanc, ſi meus erit, intelligi debere in ſolidum. ſed ex tex. colligitur, tunc legatum ad poſtea etiam acquiſita porrigendum eſſe, cum id expreſsè ſenſit teſtator. vide circa hoc, & de intellectu & materia huius tex. Alex. omnino in conſi. 323. In occurrenti, in lib. primi & ſecundi uol. vbi plenè agit an & quādo diſpoſitio aliqua ad poſtea quæſita & aucta porrigatur? de qua re uide etiam Innoc. & Abb. in c. quanto, de cenſi. vbi aiūt, eum, qui ex pacto, in quo res aliqua intercedit, teneretur procurare fratres alicuius eccleſiæ, obligatum eſſe etiam ſi fratrum numerus magnum poſtea reciperet incrementum. Vide quoque Cæpol. in tract. de ſeruitutibus urban. prædio. in c. de furno. vbi multis docuit argumentis
2 furnarium † qui ex contractu ſe ad coquendum panem alicui familiæ aſtringit, teneri etiam ſi familia in dies augeatur. de qua re agit etiam Iaſ. in l. ſuggeſtioni. C. de uerb. ſignifica. Sed hæc poſſent procedere ubicunque de uoluntate conſtaret, vt dicitur in iſto text. ſed ſi ab initio de hoc incremento ueriſimiliter non fuiſſet cogitatum, & damnum inopinatum emergeret, ita ut diſpoſitio redderetur iniqua, non deberet ad aucta dilatari, vt docuit Anchara. in conſi. 84. ad
3 quem acceſsit Dec. in conſ. 335. in quibus locis habetur, ex cauſa† ſuperueniente licere à quacunque diſpoſitione recedere. pro qua opinione uidetur optimus text. in l. in lege fundi. ff. de

contrahen.empt. vbi uenditor fundi lapidicinas exceperat, postea lapidicinæ fuerunt nouiter inuentæ, dubitatum fuit, an illæ quoque lapidicinæ sub illa exceptione continerentur? eorumque sententia potior fuit, qui dixerunt, eas non contineri, sed illas tantùm, quæ exceptionis tempore apparebant. & hoc argumentum à fortiori concludit, quoniam si ista decisio fit in proposito casu ubi lapidicinæ erant in fundo, quamuis non apparerent, quantò magis debet procedere in ijs, quæ nullo modo extabant tẽpore dispositionis, sed postea augentur? & propterea rectè in isto.§. in fin. decidit iurisconsultus etiam ea, quæ postea accesserunt, in legato comprehendi, si modo testator hoc sensit expresse. & hoc est, de quo circa istum tex. agit Alex. in d. cons. 323. in lib. primi & secundi uol.

Summarium in l. cum suæ. ff. de leg. iij.

1 *Serui communes, continentur appellatione seruorum.*

Bar. in l. cum suæ. ff. de leg. iij.

1 BAR. in d.l. cum suæ, inquit, seruos † communes contineri appellatione seruorum, sed obstat tex. in l. hoc legatum, hoc eod. tit. & in l. legati uxoris. ff. de leg. ij. & in l. Quintus. ff. de aur. & arg. lega. vbi aliqua posui ad Bar.

Summarium in l. nummis. ff. de leg. iij.

1 *In legato nummorum, consuetudo regionis est inspicienda.*

Bar. in l. nummis. ff. de leg. iij.

1 BAR. in d.l. nummis, quærit, quia in tex. dicitur, in legato † nummorum consuetudinem regionis esse inspiciendam; de qua regione intelligatur? dicitque de regione unde ipse fuit. sed immo uidetur inspiciendam esse consuetudinẽ regionis, in qua uersatus est, vt per Soc. in cons. 247. col. 4. & seq. vers. circa secundum. Limita istum tex. non habere locum, nisi in nummis legatis, alioqui uerò in alijs quantitatibus, vt puta uini, & olei, & similiũ, quia tunc electio est hæredis. l. cum certum. ff. de trit. uin. & ole. lega. quem tex. extollit Rom. in sing. 206.

Summarium in l. quæsitum. ff. de leg. iij.

1 *Qui causa studiorum abest, abesse non uidetur.*

Bar. in l. quæsitum. ff. de leg. iij.

1 BAR. in d.l. quæsitum, in princip. ait, eum, qui causa studiorum † abest, abesse non uideri. idem Ias. in l. cùm filius, in 1. notab. ff. si cert. pet. & Soc. in cons. 35. col. pen. in primo uol.

Summarium in d.l. quæsitum. §. Mæuij. ff. de leg. iij.

1 *Genus positum in medio ex præcedentibus, & sequentibus restringitur.*

Bar. in d.l. quæsitum. §. Mæuij. ff. de leg. iij.

1 BAR. in ead.l. §. Mæuij, inquit, genus † in medio positum ex præcedentibus & sequentibus restringi. vide Dec. in c. sedes, col. 6. vers. postremò, de rescript. vbi ait, adiectionem loci in una positam, pariformiter restringere omnia præcedentia. faciunt ad rem trad. per Ias. in l. j. col. vers. & adde, de liber. præte. & per Feli. in d.c. sedes, col. 4. & Dec. in cons. 92. col. 2. & quæ pnam ad Bar. in l. fi. §. cui dulcia. ff. de trit. uin. oleoque leg. & omnino in proposita re uide Soc. cons. 260. col. antepe. in 1. uol. & Crauet. in cons. 86. nu. 5.

Summarium in d.l. quæsitum. §. illud. ff. de leg. iij.

1 *Appellatione materiæ non continetur materiatum, quod ad sui materiam reuerti non potest.*

Bar. in d.l. quæsitum. §. illud. ff. de leg. iij.

1 BAR. in ead.l. §. illud, inquit, appellatione † materiæ non contineri materiatum, quod ad sui materiam reuerti non potest. & ex hoc infert ad statutum disponens, frumentum extra ciuitatem portari non posse, vtrum locum habeat in eo, qui extrahit farinam? Istũ tex. citat Bar. in l. quod te, col. j. ff. si cert. pet. & ibi Alex. col. 2. uers. iuxta, & Ias. col. 7. & farinam contineri appellatione frumenti, ut cõcludit Bar. hic, docuit Io. Bertachinus in tract. de gabellis, in 3. membro octauæ par. princip. nu. 14. cum seq.

Summarium in l. reconiuncti. ff. de leg. iij.

1 *Facilius fit nouatio, in eadem persona, quàm in diuersis.*

1 Si pater

2 *Si pater deceſſit relictis duobus filijs ex una uxore, & duobus ex alia, ſi unus repudiat, utrum in iure accreſcendi præferatur frater utrinque coniunctus.*

Bar.in l.re coniuncti.ff.de leg.iij.

BART. in d.l.re coniuncti,tradit latè materiam coniunctorum, & latiſsimè Iaſ. propterea non erit elaborandum niſi circa pauca quædam. & in primis Iaſ.circa ſecundam oppoſitio-
* nem Bar.poſt numerum 31.inſtat contra differentiam,quam tradit Bar.& * communiter alij,
1 ut ſcilicèt facilius in eadem † perſona fiat nouatio,quàm in diuerſis. & dicit ibi in uerſi.contra iſtam differẽtiam,huic differentiæ communiter traditæ reluctari tex. in l.tranſlatio.ff.de adim. leg.inducendo ut ibi per eum. ſed aduerte quoniam.d.l. tranſlatio, non æquiparat tranſlationem,quæ fit de una perſona ad aliam,& eam,quæ fit in eadem perſona,ut Iaſ.præſupponit, ſed declarat quot modis fiat tranſlatio, ut conſtat ex lectura ipſius tex. & ita aliud agens ſuperius tenet ipſe idem Iaſ.qui dicit.d.l. tranſlatio, nihil decidere. ſic etiam.l. quod alij, quam contra communem affert Iaſ.magis confirmat quàm deſtruit opinionem Bar.nã in l.non ad ea, quando fit tranſlatio in eadem perſona cum commemoratione primi legati,ſemper inducitur mutatio abſolutè,& non diſtinguitur,ut ſentit Iaſ.an incontinenti, an ex interuallo: quia illa diſtinctio fit ſolum quando non eſt facta commemoratio primi,ſed in d.l.quod ſi alij, ubi cum primi commemoratione fit tranſlatio de una perſona ad aliam,dum ibi dicitur quod alij,& ita refert aliud legatum. attende quia fit abſolutè ademptio,neque nouatio fit niſi eueniat cõditio, quæ tamen fit immediatè in d.l.nõ ad ea,cum uideatur ſtatim eſſe receſſum à primo legato, & ideo conſequens eſt,ut facilius in una perſona quàm in diuerſis nouatio inducatur, ut communiter traditum eſt. Præterea dum Bar.in col.pen.uerſi.tertiò quæro iuxta hoc,quærit ſi pater deceſſit relictis duobus filijs † ex una uxore,& duobus ex alia, ſi unus repudiat, utrum in iure accreſcendi præferatur frater utrinque coniunctus an non? vide Soc.in conſ.249.col.14.verſ.quintò.& col.19.uerſi.ex qua,in 1.vol.

Summarium in l.prædijs.§.qui domum.ff.de leg.iij.

1 *Utrum legata domo,etiam hortus contineatur.*

Bar.in l.prædijs.§.qui domum.ff.de leg.iij.

BART. in d.l. prædijs.§. qui domum, tradit, an legata † domo etiam hortus contineatur? De hac re uide gl.& doct.in c.Raynutius.de teſta.ubi Abb.poſt alios concludit, hortum non cõtineri,niſi exprimatur. quod intellige niſi cohæreat ipſi domui.vide gl.& Arch.in c.fi.12.q.2.ubi citat.l.ſi quãdo.C.de bon.vacan.lib.10.qua cautum eſt,ut qui dat domum, uideatur etiã ei annexa dediſſe. Ad rem benefacit tex.in l.Iulianus.§.ędibus,cum.l.ſeq.ff.de action.emp.Ad hæc accedant trad.per Anch.in c.Abbate ſanè,col.4.de re iudic.& per Cæpol.in tract. de horto.& Bal.Ang.& Flor.in l.fi.ff.de ſeruit.urb.prædi.& Iaſ.in l.fi.ff.de conſt.princip.col.2.& omnino Dec.in conſi.109.

Summarium in l.Lucius.§.quæſitum.ff.de leg.iij.

1 *Appellatione fratrum,qui nam intelligantur.*
2 *Appellatione fratrum,utrum ueniant conſobrini.*
3 *Sententia arbitri,propria ſententia dici non poteſt.*

Bar.in l.Lucius.§.quæſitum.ff.de leg.iij.

1 BART. in d.l.Lucius.§.quæſitum,tradit,appellatione fratrum † qui nam intelligantur, an primi conſanguinei tantum,an uerò etiam uterini? de hac re uide latè Iaſ.in l. tres fratres, col.2.& 3.ff.de pact.& an uterini propriè fratres nuncupari poſsint? vide Soc.in conſi.1. & in cõſ. ultimo in 1.vol.Ang.in conſi.119.& quomodo ſuccedat frater uterinus,tradit Mari. Soc.iuni. in conſi.12.& in conſi.23.nu.32.Et dicas, fratrem uterinum præferri fratri utrinque coniuncto in bonis matris,conſanguineum uerò prę ferri uterino in bonis paternis,ſecundum Matthę ſill.in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.nu.18.& nu.20.in 3.articulo principali. An autem appellatio-
2 ne fratrum ueniant conſobrini? vide Alex.in conſ.239. in libro primi & ſecundi vol. & an appellatione fratris ueniat ſoror? ut hic tradit Bar.vide doct.in d.l.tres fratres,ubi aiunt,etiam ſo-

rorem

rorem contineri. quod tamen limita non procedere in fideicommisso, quia tunc propria uerborum significatio reluctatur. Fulg. in consi. 34. Et dum hic Bar. ait, fratres (exceptis primis) proprie fratres non appellari, nisi cum aliqua adiectione, ut frater patruelis, uel similes. Limita hoc dictum Bartoli scilicet quando aliquid profertur cum adiuncto, illud non dici propriè tale, ut non procedat, quando eadem ratio militat in eo, quod profertur cum adiuncto, quæ militat etiam in eo, quod profertur sine adiectione, ut tradit Paul. de Cast. in l. serui electione. §. Labeo. ff. de leg. 1. idem sequitur Curt. in l. j. ff. si cer. pet. Sed intellige aliter hoc dictum Bartoli, hoc est non quòd omne, quod profertur cum adiuncto non dicatur propriè tale, quia hoc non sentit Bar. sed quando aliquid simpliciter prolatum non uenit ex proprietate sermonis, contineri tamen poterit si cum aliqua adiectione proferatur. & exemplum ponit in fratre patruele, qui alioqui appellatione fratris simpliciter non contineretur. sed quando etiam sine adiuncto aliquid propriè cõtineretur, tunc quamuis aliquod apponatur adiunctum ad indicandam aliquã differentiam, propter hoc non dicitur esse tale impropriè. Accipe exemplum: actionis appellatione, uenit etiam actio personalis, sed si adiungitur ista qualitas personalis, ad denotandum quoddam discrimen, non propterea illud sequitur, ut ratione huius adiuncti impropriè actio tũ cupetur. l. actio in personam. ff. de actio. & oblig. vide Soc. in consi. 1. col. 2. Attende tamen laſ. in l. j. col. 2. versi. nam quando aliquid. ff. de re iud. ubi ex hoc Bartoli documento infert, sententiam arbitri, † propriè sententiam dici non posse; quia profertur cum illa adiectione, arbitri. 3 eandem limitationem siue declarationẽ ad hoc dictum Bar. uidetur uelle Bal. quem refert laſ. in l. j. C. de successor. edict. vide Alex. in d. l. j. colum. pen. ff. si cert. pet. quatenus uerò hic decidit Bar. appellatione fratrum intelligendum esse de primis. ad hoc facit, quia ita etiam appellatione patrui uenit patruus tantùm, non autem patruus maior, ut latè habetur per Iaſ. in l. j. C. de successor. edict. & ibi in 2. col. ponit aliqua quæ huic obstant documento. ut si statuto cautum est, filijs masculis extantibus fœminas excludi, comprehendi etiam nepotes, quamuis non sint in primo gradu; sed illud est propter identitatis rationem.

Summarium in l. quisquis. ff. de leg. iij.

1 *Clausula præcedens est maioris efficaciæ ad terminationem sequentium, quàm præcedentium.*

Bar. in l. quisquis. ff. de leg. iij.

1 BART. in d. l. quisquis, ait clausulam † præcedentem esse maioris efficaciæ ad determinationem sequentium, quàm præcedentium. idẽ sequitur Iaſ. in l. j. C. de liber. præter. & in l. si quis ex argentarijs. §. initium. ff. de eden. sed obst. trad. per Dec. in c. inquisitioni. in fi. de appel. tamẽ ipsemet Dec. in cons. 500. sequitur hoc Bartoli documentum.

Summarium in l. si Titius. ff. de leg. iij.

1 *Appellatione hæreditatis non continentur legata & fideicommissa.*

Bar. in l. si Titius. ff. de leg. iij.

1 BART. in d. l. si Titius, inquit, appellatione † hæreditatis non contineri legata, & fideicommissa. Attende rationem huius decisionis allatam in tex. eam esse, quoniam hæreditatis appellatione non ueniunt legata & fideicommissa. sed alia uidetur esse ratio fortior, quia quando præcedit grauamen de restituendo, nunquam legata & fideicommissa in grauamine comprehenduntur. ista est communis distinctio posita in l. Titia. ff. ad leg. falcid. & in l. Marcellus. §. quidam. ff. ad Trebell. ubi Soc. per istum tex. conatur eam euertere, dicens, si uera esset hæc ratio, poneretur hic pro ratione. id quod non fit. sed hic præcedit grauamen, ut patet, igitur &c.

Summarium in l. his uerbis. §. item testator. ff. de leg. iij.

1 *Collecta, & tributum spectant ad legatarium.*

Bar. in l. his uerbis. §. idem testator. ff. de leg. iij.

1 BART. in d. l. his uerbis. §. idem testator, inquit, collectam † & tributum spectare ad legatarium. vide Soc. in cons. 236. col. fi. & in cons. 247. col. 3. in 1. vol.

Summa-

Summarium in l.si legatum.ff.de annu.leg.

1 *Legatum annua, bima, trima die, debet præstari per annuas præstationes æquales.*
2 *Pluralis numerus uerificatur in duobus, & de pluribus non debet intelligi.*

Bar.in l.si legatum.ff.de annu.leg.

1 BART. in d.l.si legatum, hoc ait in summa, Legatum † annua, bima, trima die, debet præstari per annuas præstationes æquales, nisi alia mẽs testatoris appareat. vide clarius de illorum uerborum significatione apud Iaſ.in l.ij. in princ.ff.ſol.matr. Et dum subiungit Bar.si promitto tibi in illis terminis, quos Titius declarabit, hoc debere intelligi, ut de uno tantùm termino non declaret. sequitur Iaſ.in l.Gallus.§.quod si is,col.10.ff.de liber. &
2 posthu.in 1.& 2.lectura. Adde quod numerus † pluralis uerificatur in duobus, & de pluribus non debet intelligi. Bar.in l.si gemina.ff.de arb. furt. cæsar. Feli. in c.plerunque, de reſcript.& omnino in c.omnes.1.diſt.nu. 8.& propterea ſecundum hoc dicendum eſſet, ſicut is non poſſet declarare de uno termino, ita nec de pluribus, ſed de duobus tantùm.cogita ſuper hoc. Aduerte in hac materia, quia pluralis ſermo uerificatur etiam in uno, ubi plures non extant.Mari.Soc. iun.in conſ.139.nu.33.immo in multis caſibus ſtrictè intelligendis,& ubi etiam uerificari poſſet in pluribus, uerificatur in uno ut docuit Iaſ.in conſi.145.col.fi.in 1.uol.

Summarium in l.a nobis.ff.de annu.leg.

1 *Sufficit ultimum diem esse cœptum, ut legatum annuum pro illo anno transmittatur.*

Bart.in l.a uobis.ff. de ann.leg.

1 BAR. in d.l.a uobis, inquit, ſufficere † ultimum annum eſſe cęptum, ut legatum annuum pro illo anno tranſmittatur.ad iſtam.l.uide Iaſ.in l.diuortio,in 2.notab.ff.ſolu.matri.& diſpoſitio illius.l.uidetur huic eſſe contraria. & ibi Iaſ.num.7.tradit, an & quando annus incœptus habeatur pro completo. de qua re uide Fima.in tract.de epiſcopo,in 31.q.primæ par. ſecundi libri. Feli.in c.cum uigeſimum, de offic.deleg.& Dec. in c.cùm in cunctis, de elect.& dum ex dicto tex.colligitur, legatum annuum debere præſtari in principio anni: adde Soc.in conſi.10.colù. 3.in 1.vol.& in conſi.ſeq.Quid ſi facta eſſet promiſsio de præſtando aliquid annuatim, tunc debet præſtari in principio anni; alioqui uerò ſi dictum eſſet quolibet anno. Abb. in c.peruenit. de arbitr.

Summarium in l.in singulos.ff.de annu.leg.

Legatum in singulos annos, est simile legato usufructus.

Bar.in l.in ſingulos.ff. de annu.lega.

BART. in d.l.in ſingulos, ait, legatum † in ſingulos annos eſſe ſimili legato uſusfructus, exceptis tribus, quæ in hac.l.continentur. Adde tu etiam alium caſum, in quo non eſt ſimilitudo, ut ſi legatur uſusfructus uniuerſitati, huiuſmodi legatum annis centum extinguitur, ſecus in legato annuo, ſecundum quorundam opinionem, ut habetur in l.uſusfructus municipibus. & ibi Bar.ubi pono.ff.de uſufr.lega.

Summarium in l.fundus quem.ff.de annu.leg.

Si testator legat centum annua super aliquo fundo, fundus ille expresse obligatus est.

Bar.in l.fundus quem.ff.de annu.lega.

BART. in d.l.fundus quem, inquit, ſi teſtator † legat centum annua ſuper illo fundo, illum fundum expreſsè obligatum eſſe. vide Roma.in conſ.378.& in conſ.508.& latè iſtam quæſtionem examinat Io.Fabr. in §.item Seruiana, col.pe.& fi.inſt.de actio.

Summarium in l.Seio.ff.de annuis legatis.

1 *Legatum relictum ob causam, determinatur secundum causam sibi annexam.*

Bar.in l.Seio.ff.annu.leg.

BART. in d.l.Seio, ait, legatum † relictum ob cauſam, determinari ſecundum cauſam ſibi annexam. vide Soc.in conſi.69.in 1.vol.& attende uerba huius.l.ibi, quia labor & tempus diuiſionem

uisionem recipiunt. faciunt enim ad multa, ut nunquid mortuo Potestate, debeatur salarium pro toto anno? & quid in successore Potestatis? & ad alia, de quibus plenè agit Bar. in l. j. §. diuus. ff. uarij. & extraordin. cognit. & Ias. in l. diem functo, colu. 7. uersi. pro ista parte. ff. de offic. assesso. & Bar. in simili in l. diuisione. in fin. ff. solut. matr. & Alex. in d. l. diuortio in 2. notab. solut. matr. & ad id quod Bar. quærit de famulo, uide Ias. in l. quominùs. quæst. 23. ff. de flumi.

Summarium in d. l. Seio. §. medico. ff. de annu. leg.

1 *Procurator, ea facere potest, quæ dominus solitus est ordinariè facere.*

Bar. in d. l. Seio. §. medico. ff. de annu. leg.

1 BART. in ead. l. §. medico, ait, procuratorem † ea posse facere, quæ dominus solitus est facere ordinariè, non autem extraordinariè. Ad hoc facit, quia ita etiam beneficia principum, si conceduntur insolita, nõ debent latissimè interpretari. Ias. in l. fi. col. 6. in 4. limit. de const. princip. & hanc limitationem Bartoli sequitur Ias. in l. certi condictio. §. si nummos, colu. 5. versi. secundò. ff. si cert. pet. & Feli. in c. cùm. M. col. 4. versi. secundò. de const. ubi etiã Dec. in 5. notab. ad rem facit quia etiam tutor non potest ponere pecuniam pupillarem ad aliquod exercitium, quod non fuerit usitatum à patre. Soc. in cons. 24. col. pe. in 1. vol.

Summarium in l. Mæuia. ff. de annu. leg.

1 *Assessor si culpa sua remouetur ab officio in medio ipsius officij, debet habere mercedem pro tempore, quo non fuit in culpa.*

Bar. in l. Mæuia. ff. de annu. leg.

1 BART. in d. l. Mæuia, inquit, si assessor † culpa sua remouetur ab officio, in medio ipsius officij, eum debere habere mercedem pro tempore, quo non fuit in culpa. & dum opponit de l. etiam si partem. ff. de leg. j. uide Ias. in l. diem functo. colu. fin. versic. Decimò in contrarium. ff. de offic. assess. & pro decisione Bar. hic, facit, quia gesta ab eo, qui est dignitate priuandus, ualida sunt, donec deponatur. Felin. in c. qualiter & quando. 2. §. ad corrigendos, nume. 22. & 23. de accusat.

Summarium in d. l. Mæuia. §. uxoris. ff. de annu. leg.

1 *Si alicui fiat legatum sub conditione, ut cum alio morari debeat, sed uxor sua non uult, ut stet cum eo, an legatum debeatur.*

Bar. in d. l. Mæuia. §. uxore. ff. de annu. leg.

1 BAR. in ead. l. §. vxore, quærit, si alicui fiat legatum † sub conditione, ut cum alio morari debeat, sed uxor sua non uult, ut stet cum eo, an legatum debeatur? vide Paul. de Cast. in cons. 167. in 1. vol. & quia in præcedentibus egi de huiusmodi legato, longius non progrediar. Præterea subiungit Bar. an aduocatus teneatur sequi forum, si alibi causa mutata est? Item dicit Deles imperij non teneri sequi Imperatorem, si fructus feudi non sufficiunt. Dicas opinionem ✱ hanc Bartoli esse * uotis frequentioribus approbatã, ut per Alex. in l. recusare. §. si. ff. ad Trebel.

Summarium in l. legatum ita est. ff. de annu. leg.

1 *Legatum donec nubat, est annuum.*

Bar. in l. legatum ita est. ff. de annu. leg.

1 BART. in d. l. legatum, inquit, legatum † donec nubat, esse annuum. Adde hoc esse speciale in dote: nam communiter contrarium est uerum, ut Iaco. de Rau. & Petr. dicebant in scholis, teste Baptista à sancto Blasio in tract. de priuilegijs dotalibus, in priuilegio 218.

Summarium in l. annua. ff. de annu. leg.

1 *Relictum sacerdoti uel ministris ecclesiæ, uidetur relictum ipsi ecclesiæ.*

Bar. in l. annua. ff. de annu. leg.

1 BART. in d. l. annua. §. à Titia, dicit, relictum sacerdoti † uel ministris ecclesiæ, uideri esse relictum ipsi ecclesiæ. vide Abb. in c. quoniam Abbas, col. 3. de offic. deleg. & ibi Dec. colu. 3. & de materia huius. §. vide Soci. in l. ciuibus. ff. de reb. dub.

Summarium in l. liberto. §. filium ex dodrante. ff. de annu. leg.

1 *In restitutione fideicommissi, utrum ueniat portio, quam habuit ex legato, uel fideicommisso.*

Bar.

Bar.in l.liberto.§.filium ex dodrante.ff.de annu.leg.

1 BART. in d.l.liberto.§.filium ex dodrante,disputat,utrum in restitutione † fideicommissi ueniat portio quam habuit ex legato uel fideicommisso? & dum respondit ad l.si Titius. ff.de leg.3.ait,hic subesse præsumptam uoluntatem defuncti,qui rogabat nouercam de restituendo filio: unde uox,hæreditas,fauore filij intelligitur de tota,& reliqua ut hic per Bar. Istam solutionem & limitationem Bartoli sequuntur doct. * communiter ut per Soc.in l.Marcellus.§.quidã. ff.ad Trebell.ubi etiam alia dicit in proposita re,quæ ibi uideantur. Adde quòd ista solutio uidetur esse diuinatio quædam.quia in hoc tex.non dubitatur, utrum nouerca fideicommissum restituere teneatur, immo hoc ponitur pro constanti,sed quæritur quomodo restitutio,& detractio fiat; & ideo cum hoc ponatur pro constanti,neque alibi aliquid dicatur,multùm dubito. Et quòd non consideretur fauor filij,patet,quoniam quod deduxit iure falcidiæ in restitutione computatur. Et quòd bona matris non intelligantur relicta fauore filij, uidere est, quia filius erat institutus in dodrante,& sic in nouem uncijs,& tamen nouerca non tenetur restituere nisi dimidiam computato eo quod detraxerat iure falcidiæ; atque ita filius tunc non habet nisi semissem: igitur constat huiusmodi fideicommissum filio præiudicasse. item si bona fuissent relicta fauore filij fortasse trebellianicam non detraxisset. Et fauorem filij non debere considerari,videtur persuaderi etiam per tex.in l.Sextiliam.ff.de leg.iij.ubi prælegata non ueniunt in substitutione quamuis filius sit substitutus. ad idem accedit tex. in l. sequens quæstio.ff.de leg.2.ubi fauore filij, donatio morte confirmata,non uenit in fideicommisso.

Summarium in l.cum quidam.ff.de annu.leg.

Si testator legat pictantiam fratribus minoribus in festo sancti Francisci,utrum debeatur quotannis.

Bar.in l.cum quidam.ff.de annu.leg.

1 BART. in d.l.cum quidam,quærit,si testator legat † pictantiam fratribus minoribus in festo sancti Francisci,utrum debeatur quotannis,an semel tantùm? decidítque semel tantùm deberi.vide Soc.in cons.48.in 3.vol.& Alex.in cons.15.in 4.vol. & de hac materia uideas Ias.in l. diuortio.§.quod in anno.ff.sol.matr.& latè Feli.in c.2.de tregu.& pac.

Summarium in l.j.ff.de usufr.leg.

Seruitus seruitutis non datur.

Bar.in l.j.ff.de usufr.leg.

BART. in d.l.j.adnotat illa uerba posita in tex.quia seruitus † seruitutis non datur. Dicas tu idem esse in fictione fictionis, secundum Bar.in l.si is qui pro emptore,col.26. uersi.10.quæro.ff.de usucap.

Summarium in l. si mihi ususfructus.ff.de usufr.leg.

In obligationibus faciendis, quando desijt posse fieri, peti non potest interesse.

Si aliquis est electus Potestas pro sex mensibus incipiendis à proximis calendis, & per commune stat, quo minus officium exerceat, per hoc non potest petere officium pro alijs sex mensibus, sed debet petere interesse.

Quando à summo Pontifice concessa est indulgentia, quæ primo die dominico immediatè sequenti postquam ad notitiam ordinarij peruenerit publicari debeat, utrum hoc tempus à Papa præfixum possit ab ipso ordinario differri.

Tempus est de forma.

Ubicunque lex præcipit aliquid fieri debere, semper illud dicitur de substantia.

Bar.in l.si mihi ususfructus.ff.de usufr.leg.

BART. in d.l.si mihi,colligit ex tex.in obligationibus † faciendis,quando desijt posse fieri,peti posse interesse.Item ista lex benefacit,quòd is qui tenetur ad usufructum, tenetur etiam ad factum; quia succedit obligatio ad interesse. id quod non esset,si ad dandum teneretur, ut per Alex.in l.ij.§.1.col.3.ff.de uerb.oblig.ubi etiam Ias.in 8.col. Et dum Bar.in uersi.sed in ultimis,

mis,ait,adita hæreditate constitutum esse usumfructum,& solam obligationem esse ad præstan
2 dam parientiam. vide Ias.in d.l.ij.colu.8. subiungit postea Bar.si aliquis est † electus Potestas
pro sex mensibus incipiendis à proximis Calendis, & per commune stat quominùs ille officiũ
exerceat,propterea eum non posse petere officium pro alijs sex mensibus; quia est quid diuer
sum à primo officio,sed debere petere interesse. vide Bar. in l. si prius.col.fi. in 10.quæst.ff.de
oper.nou.nunci.Attende hoc documentum Bar.quo deciditur illud quod fit post tempus præ
fixum & limitatum,esse quid diuersum ab eo,quod fieri debebat infra statutũ tempus. ex quo
3 potest inferri ad decisionẽ quæstionis,de qua fui hodie interrogatus. Concessa † fuit à summo
Pontifice indulgentia, quæ primo die Dominico immediatè sequenti postquam ad notitiam
peruenerit ordinarij publicari debeat,quæsitum est nunquid hoc tempus à Papa præfixũ pos
sit ex solo ipsius ordinarij arbitrio & authoritate differri? ita ut indulgentia in aliud tempus di
lata eundem producat effectum? ego dixi hoc fieri non posse, quoniam in huiusmodi conces
sionibus diligenter ipsius bullæ tenor est attendendus,& ideo cum Papa præfixerit tempus pu
blicationis in primo die dominico immediatè sequenti à tempore notitiæ, illud sequi,ut quic
quid fit extra hoc tempus, censeatur esse quid diuersum ab indulgentia, quæ hac lege à sede
4 Apostolica emanauit,ut hic dicit Bar. Tempus † enim est de forma,ut inquit Bald.in auth. quæ
supplicatio.C.de preci.imper.offeren.& Feli.in c.cum dilecta.nu. 32.de rescrip.& ideo si aſta
tuto requiritur tempus,ad unguem hoc tempus debet seruari secundum Bal. in l.omnes popu
li,col.pen ff.de iustit.& iur.Card.in clem.1.in 1.quæst.de iur.patron. & Innoc. in c.2. de cons
suet.ubi habetur,formam seruari debere in faciendo, & exprimi in dicendo, ad quem accedit
Oldr.in consi.130.Omissa facti prolixitate. & Arch.in c.quorundam.23. dist. ubi tenuit uni
5 cunque lex † præcipit aliquid fieri debere, semper illud dici de substantia, & substantiam eius
esse naturæ,& quicquid sit ea omissa nullius sit roboris & momenti.l.j.§.1.ff.de uerb.obliga.ti
pulchrè dixit Ant.de Butr.in c.fi.col.pen.de resti. spoli. formam debere seruari etiam si appo
non debuisset, proinde inquit, si Papa mandat uniuersitatem absolui debere, si eius syndicus
proiecerit lapidem,huiusmodi formam seruari debere, alioqui absolutionem esse inualidam.
Præterea,si tempus est de forma,si præceptum Papæ est de substãtia,ut suprà, fuit iure conclu
sum,consequens est ut non possit impleri per æquipollens,per ea,quę posui in l.si ita.ff.de cõd
& demonstr.ubi uide omnino. Neque ullo pacto credendum est, in huiusmodi indulgentijs
rectam accipientis intentionem sufficere, quando legitimè & seruata formatradita non ani
piuntur, ut docuit Oldr.in consi.76. Quæritur.& Dec. in consi.277. & Feli. in sermone de in
dulgentia,in quibus locis hĩ non satis esse habere bonam intentionẽ,nisi legitimè concedan

Summarium in l.si ususfructus.ff.de usufr.leg.

1 *Ususfructus legatus uniuersitati qui centum annis extinguitur, an idem sit in legato annuo.*

Bar.in l.si usufructus.ff.de usufr.leg.

1 Bart. in d.l.si usufructus,agit de legato † ususfructus facto uniuersitati,quod centum an
nis extinguitur,& an idem sit in legato annuo? vide ad hæc Ias.in l.2.in princ.ff.sol.matr.& di
subiungit Bar.quid de ecclesia,vide Alex.in cons.60.in 1.vol.

Summarium in l.legatum ciuitati.ff.de usufr.leg.

1 *Legatum factum pro missis canendis, si propter interdictum dictæ missæ nequeant celebrari, debet legi
tum in alium pium usum conuerti.*

Bar.in l.legatum ciuitati.ff.de usufr.leg.

1 Bart. in d.l.legatum,tradit,si legatum † est factum pro missis canendis, quæ propter in
terdictum nequeant celebrari,debere in alium pium usum conuerti.de qua re egi in l.patet.§.
Tusculanus.ff.de leg.3.ideo ea non repeto,quæ ibi uideri possunt.

Summarium in l.si alij.ff.de usufr.leg.

1 *In dubio standum est scripturæ.*
2 *Si uni legatur fundus alteri ususfructus illius fundi, ambo concurrere debent in usumfructũ illius fundi.*
3 *Hæreditas est tantum iuris.*

Bar.

Bar.in l.si alij.ff.de usufr.lega.

1 BART. in d.l.si alij,sic ait in summa. In dubio standum † esse scripturæ,etiam si aliud actũ sit,dummodo de illo non constet. sed huic collectioni opponit Barto.de l.j.C. plus ualer.quod agi,& ideo discutit an & quando uoluntas præualeat scripturę.vide in hac re Ias.in l.cum quid. ff.si cert.pet.in 2.lectura,col. 5.& in l.quicquid astringendæ,col.2.ff.de uerb. oblig. & Alex. in 2 l.iij.C. de liber. præter. Postea Bar. in uersi. quandoque legatur, colligit ex tex.si uni † legatur fundus,& alteri ususfructus illius fundi,utrunque concurrere in usufructu,ne apud legatarium fundi remaneat nuda proprietas. Attende quia contra istam decisionem uidetur esse tex.in §. 1.instit.de usufruct.ubi si unus instituitur hæres,& alteri legatur ususfructus, hæres nudam habet proprietatem,& usufructuarius integrum usumfructum. solue,aliud esse in fundo, ut hic, aliud in hæreditate, ut ibi. nam in casu isto nisi ususfructus communis efficeretur, legatarius 3 fundi non diceretur habere fundum, alioqui autem est in hæreditate, † quæ est tantùm iuris: ita Paul. de Montepico in repet.l.Titia cum testamento. §. Titia cum nuberet. ff. de legat. 2. Item declara istam. l. ut procedat solùm quando utrunque legatum erat speciale, nam tunc æquum est,ut ususfructus communiter,ne alioqui alterum legatum reddatur inutile, secus uerò quando legatum ususfructus esset generale: quia eo casu non haberet partem aliquam in fundo alteri specialiter legato. idque quoniam remanet firmum & utile legatum eius usufructu aliorum prædiorum. ita Salic.in l.quoties.col.fi.C. famil. erciscun. cuius documentum sequitur & comprobat Maria.Soc.iuni.in consi.115.nu.9.Ad prædictam autem decisionem huius tex.vide eundem Bar.in l.Sempronio,infrà hoc eod.tit.& de hac re tradit Alex.in consi.56. in 3.vol.Paul.de Castr.in consi.131.in 1.volu.& in consi.223.in 2.volum.Ias.in l.reconiuncti. nu.68.ff.de leg.3.

Summarium in l.uxori.ff.de usufr.leg.

Usufructuarius utrum faciat fructus suos ante præstitam satisdationem.

Bar.in l.vxori.ff.de usufr.leg.

BART. in d.l.vxori,quærit, an usufructuarius † faciat fructus suos ante præstitam satisdationem ? De hac re latissimè agit Paul.de Montepico in repet.l. Titia cum testamento.§. Titia cum nuberet.ff.de leg.2.in quæst.52.

Summarium in l.quæro.ff.de usufr.leg.

Usufructuarius tenetur ad soluendas collectas,& alias præstationes.

Bar.in l.quæro.ff.de usufr.leg.

BART. in d.l.quæro,inquit,usufructuarium † teneri ad soluendas collectas & alias præstationes. vide eundem Bar.in l.Lucius.§.idem respondit.ff.de municip.Alex.in consi.4.in 5.vol. Soc.in consi.236.col.fi.& in consi.247.col.1.& in consi.243.in 1.vol.& Aret.in consi.36. Doct. in l.apud Iulianum.§.hæres.ff.de leg.1.ubi ampliant hoc idem procedere etiam in tributis,& limitant prædicta locum habere pro tempore futuro,non autem pro præterito,quia hæres tenetur. ad quod uide omnino quæ posui in l.hæres absens.ff.de iudic.& ad l.hanc uideas Dec. in consi.156.Limita istam.l.non habere locum quando collectarum solutio tanta esset,ut usum fructum consumeret: quia eo casu proprietarius teneretur.gl.in l.concubinam.§.qui hortos.ff. de leg.3.& Roma.in singul.156.incip.Tu scis quòd usufruct.Item ex isto tex. & gl. colligitur, in imponendis collectis magis inspiciendos esse fructus quàm ipsius rei ualorem. ita Imol. in d.§.hæres.de qua re latissimè egi in d.l.hæres absens,ideo ibi uide omninò.

Summarium in l.qui ususfructus.ff.de usufr.leg.

Si aliquis emit fundum à duobus,cum pacto de retrouendendo infra mensem,& horum alter reemere uelit,& alter non,utrum ad partem illius retrouendendam cogi possit.

Bar.in l.qui usufructus.ff.de usufr.leg.

BART. in d.l.qui usufructus,in uersi. ultimò facit, quærit, si aliquis † emit fundum à duobus hoc pacto,ut eis fundum retrouendere teneatur infra mensem,si reemere uoluerint,& horum alter uelit reemere, & alter non, utrum ad partem illius retrouendendam cogi possit ? &

decidit

decidit quòd non. vide Iaſ.in l.ſtipulationes,non diuiduntur.col.13.verſ.expedit.ff.de uerbo. oblig.Aretinus uerò in conſ.6.ad aliud affert hoc Bartoli documentum,ſcilicèt, an pactum de retrouendendo contineat rem tradi? ut per Bar.hic.ubi ſubtiliter loquitur.

Summarium in l.generali.§.uxori.ff.de uſufr.leg.

1 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*
2 *Caſus exceptus non excludit alios caſus ſimiles.*
3 *Vox uniuerſalis non recipit limitationem.*

Bar.in l.generali.§.uxori.ff.de uſuf.leg.

1 BAR. in d.l.generali.§.uxori,inquit, exceptionem † firmare regulam in caſibus non exceptis, ſed eam non dilatare,ut ſub ea contineantur quæ aliàs non comprehenduntur. circa hoc primum dictum Bartoli ſcilicèt regulam à caſibus exceptis firmari,vide.l.quæſitum.§.denique cum concord.adduct.per glo.ff.de fund.inſtruc.& ibi doct.& in l.in his.ff.de legi.& Felin.in c.
2 quoniam frequenter,ut lit.non conteſt.Dicas tamen caſum † exceptum non excludere alios caſus ſimiles,ut not.docuit Alex.in conſi.128.col.3.in 4.vol.citat gl.ſing.in l.j.C.de cond.indeb. Circa ſecundum uerò dictum Bartoli hoc eſt, exceptionem non uſque adeò operari,ut faciat ſub regula contineri id,quod alioqui non contineretur, adde Dec.in c.cùm dilecta,in quarto notabili de confirm.util.eccl.uel inutil.& in conſi.44.& in conſi.55.Soc.in conſi.47.colu.1.in 1.vol.Imol.in conſi.74.Hoc tamen limita procedere niſi alioqui illa exceptio ſuperflua redderetur: nam tunc regula dilatatur:ut per Aret.in conſi.30.col.5.& Dec.in d. c.cùm dilecta,ubi melius quàm alij hæc declarat,& Feli.in c.ſunt & alij,poſt numerum 43.verſ.non obſtat,de reſcript.Et dum Bar.agit de uoce uniuerſali, quænon recipit limitationem: uide Feli.in c.ſedes, 3 col.5.de reſcrip.& aduerte quia etiam ubi apponitur uox uniuerſalis,illa clauſula dicitur generalis.c.qui ad agendum,de procurat.in 6.Poſtea ſubiungit Bar.illationem, ſi teſtator ſimpliciter reliquiſſet uſumfructum omnium rerum ſuarum,ut omnia cedant tam uenalia quàm non. Pro declaratione eorum, quæ hic dicit Bar.uide Alex.in l.ſi conſtante.colum.11.uerſi.item quantum.ff.ſol.matr.& dum Bar.in fi.agit de legato facto de ijs, quæ in domo ſunt, ut uenalia non comprehendantur,niſi appoſitum eſſet ſignum aliquod uniuerſale, ut quæ quoquomodo ſunt in domo,uide Iaſ.in l.ij.§.ſi prætor,col.2.ff.qui ſatiſd.cog.& in l.j.§.nũciat.col.4.ff. de operis nou.nunc.Alex.in conſi.117.in 1.vol.& Dec.in conſi.70.

Summarium in l.codicillis.ff.de uſufr.leg.

1 *Fideicommiſſum relictum poſt mortem omnium,uidetur eſſe relictum ab ultimo decedente.*

Bar.in l.codicillis.ff.de uſufr.leg.

1 BART. in d.l.codicillis, ſic ait in ſumma. Fideicommiſſum † relictum poſt mortem omnium, ab ultimo decedente uidetur eſſe relictum. Pro intellectu huius tex.vide Alex.in conſi.51.proſpectis his,in 4.vol.& de hac re infinita propè tradidit Soc. in conſi.249.colu.5.& in verſi.circa primam,in 1.vol.& in cõſi.73.col.fi.in 4.vol. Alex.in l.ſi pater impuberes.ff.de uſu. & pupil.col.2.& quoniam iſta eſt materia.l. Titia.§.Seia libertis.ff.de leg.2.uide omnino ibi poſui. Et dum Bart. hic. in uerſi.item hæc.l.uidetur facere,tangit ea,quæ dixit in l.fin.ff. leg.3.dicitq; ideo ibi fideicommiſſum relictum uideri ab hæredibus inſtitutis, quoniam aliter ualere non poterat, hic uerò fideicommiſſum ualidum eſſe ſiue ſit relictum à primo ſiue à ſecundo. Adde hoc idem eundem Bar.uoluiſſe in l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uulg.& pup. ubi ſic.
* in pe.col.inquit contrariam ſententiam magis * communiter placuiſſe.

Summarium in l.uxori uſumfructum uillæ.ff.de uſufr.leg.

1 *Expectanda eſt dies, quæ ſupereſt, quamuis conditio extiterit.*

Bar.in l.vxori uſufructum uillæ.ff.de uſufr.leg.

1 BART. in d.l.vxori,colligit ex tex.expectandam eſſe diem, quæ ſupereſt,quamuis conditio extiterit.vide multa ad rem hanc facientia, quæ poſui in l. non omnis.ff.ſi cert.pet. Quidſi legatum

legatum usufructus factum est alicui usque ad decem annos Sempronij, & Sempronius moritur ante illam ætatem? dicas legatum usque ad illam ætatem deberi. ita Roma.in singul.244. incip. Lego Titio.

Summarium in l.uxori meæ.ff.de usufruc.leg.

1 *Legatum ususfructus omnium bonorum, intelligitur de mobilibus, & immobilibus.*

Bar.in l.vxori meæ.ff.de usufruc.lega.

1 BAR. in d.l.vxori meæ, ita inquit in summa. Legatum † usufructus omnium bonorum intelligitur de mobilibus & immobilibus. vide omnino pro intellectu huius.l.Bart. in consi.50. incip. Filius Petri de Florentia. vbi tradit etiam, vtrum in huiusmodi legato nomina debitorũ contineantur? Et quid de utilitate, quæ percipitur ex scripturis, si defunctus erat notarius? & hoc dicit non comprehendi, quoniam in fructu non dicitur esse illud, quod semel tantùm percipitur, & nõ nascitur, & renascitur. & de his omnibus uide plenè apud Paulum de Montepico in repet.l. Titia cum testamento.§. Titia cum nuberet.ff.de leg.2.

Summarium in l.fi.ff.de usufruc.leg.

1 *Usufructuarius quotæ hæreditatis tenetur ad onera hẽditaria, & ad satisfaciendum æs alienũ pro rata.*

2 *Usufructuarius omnium bonorum an teneatur ad solutionem æris alieni.*

3 *Legata annua soluenda sunt ab usufructuario omnium bonorum.*

Bar.in l.fi.ff. de usufruc.lega.

1 BART. in d.l.fi.inquit, usufructuarium † quotæ hæreditatis teneri ad onera hæreditaria, & ad satisfaciendum æs alienum pro rata, secus si esset usufructuarius rerum particularium. attẽde hic, quia non puto uerum quòd usufructuarius quotæ hæreditatis teneatur ad debita, ad quæ non tenetur usufructuarius uniuersalis, vt statim dicam, sed ad hæredem pertinent. Tamẽ an teneatur pro rata an non, modicum interest, quia in omni casu soluendum est æs alienum de rebus hæreditarijs; & propterea etiam usufructuarius patietur pro rata sui usufructus, vt dicam paulòpost. Quatenus igitur subiungit Bar. usufructuarium † omnium bonorum teneri ad 2
* solutionem æris alieni: attẽde quoniam ista decisio Bar.* communiter reprobatur, vt ait Dec. in consi.536.nu.13.& in cons.590.Paul.de Montepico in repet.l. Titia cum testamento.§. Titia cum nuberet, nu.130.ff.de leg.2.Mari. Soc.iuni.in consi.115.nu.10.nam ista onera ad hæredem pertinent, & ab eo sunt exigenda, quæ tamen soluenda sunt de bonis hæreditarijs, & detrahenda est legitima, atque ita his detractis tanto minorem habebit usumfructũ. Dec.in cons. 485. Paul.de Castr.in l.si quis seruum, §.fi.ff.de lega.2.Paul.de Montepico in loco prædicto.
3 Aduerte tamen quia legata annua † soluenda sunt ab usufructuario omnium bonorum secun-
* dum * comm.opin. vt per Mari.Soci.iuni. in d.cons. 115. nu.10. & ad prædicta uide Ias.in l.j.in princ.ff.ad Trebell.& de illa æquiparatione, quam hic facit Bar. vt idem sit dicẽdum de legato ususfructus quotæ bonorũ, quod de legato proprietatis, vide Corn. in cõs.195.col.2.in 4.uol.

Summarium in l.j.ff.de seruit.legat.

Si legatur uel uenditur fundus, uel ususfructus utrum ei debeatur seruitus, quæ leganti uel alienanti debebatur.

Bar.in l.j.ff.de seruit.lega.

BART. in d.l.j.quærit, si legatur † uel uenditur fundus uel ususfructus, vtrum ei debeatur seruitus, quæ leganti uel alienanti debebatur? & declarat ut ibi per eum. vide Cæpol.in tract.de seruitutibus urba.prædi.c.38. de seruitute uiæ uel itineris.

Summarium in l.pater.ff.de ser.lega.

1 *Concessio an & quando censeatur realis, aut personalis, quando non fit à principe.*

Bar.in l.pater.ff.de seruit. lega.

1 BART. in d.l.pater, an & quando concessio † censeatur realis, aut personalis, quando non

fit à Principe. De hac re uide latius Cæpol.in tracta.de ſeruit.urba. prædi.c.2.col.2.3.& 4.vbi uide oīno. & vide quæ poſui in l.pe.ff. de ſeruit.ruſtic. prædi.ubi Bar.repetit hoc documentū.

Summarium in l. ſi ſocer.ff.de dot.præleg.

1 *Quis poteſt pati ſe conueniri actione, quæ ſemel fuit nata, licèt nunc extincta, ſecus ſi non nata.*

Bar. in l.ſi ſocer.ff.de dot.præleg.

1 BART. in d.l.ſi ſocer,in uerſ.ſol.quædam eſt actio,inquit, aliquem † poſſe pati ſe conueniri actione, quæ ſemel fuit nata, licèt nunc ſit extincta; alioqui uerò ſi nunquam fuit nata. vide Iaſ.in l.ſi Titius.ff.de uerb.oblig.& hoc Bartoli documentum refert & ſequitur Matthæſi.in ſingul.7.incip.Nota de conſenſu.cum ibi addit.& Ang.de Aret.in §.quędam, col.2.inſt.de action.

Summarium in l.cum ita.ff.de dot.præleg.

1 *Si teſtator legat centum ſupra dotem, an uideatur etiam dos legata.*

Bar.in l.cum ita.ff.de dot.præleg.

1 BART. in d.l.cum ita, quærit, ſi teſtator † legat centum ſupra dotem, an uideatur etiam dos legata? dicitque uideri eſſe legatum: quia hæc uox,ſupra,& uox,hoc amplius, idem ſignificant. vide Iaſ.in l.diuortio,in 6.notab.ff.ſol.matr.& quid operetur hæc uox,hoc amplius,vide apud Ang.in conſi.236.& Bar.in l.ſi tibi purè.ff.de leg.3.& in l.libertis.ff.de condit.& demonſtr.& dum hoc in loco agit Bar.etiam de ſignificatione huius uocis,præter,an ſtet inclusiuè,vide Barto. in l.Seio.§.vxori.ff.de annu.lega.& in l.actione.C.de tranſact.& in l. fundo.ff.de adm.lega. Abb.in c.dudum,poſt.nu.16.de elect.ubi diſtinguit,& omnino uide Mari. Soc.iun. in conſi.36.nu.12.

Summarium in l.pater.ff.de dot.præleg.

1 *Qui promittit de identitate, cogitur iudicium ſuſcipere.*

Bar.in l.pater.ff.de dot.prælega.

1 BAR. in d.l.pater,dicit,eum,qui promittit † de identitate,cogi iudicium ſuſcipere. attende tamen quia talis promiſſor non teneretur de ijs,quæ contingunt facto & culpa illius, cui eſt facta promiſsio. Soci.in conſi.70.in 3.vol.Alex.in conſi.115.in 3.uol.ad rem faciunt trad.per Raph.Cuma.in conſi.185.col.2.vbi ait,regulam.l.qui hominem.§. ſi nullo ff. de ſol.qua cauſa eſt, caſus fortuitos non liberare debitorem generis,limitari,vt non procedat quando illi caſus culpa ipſius creditoris eueniunt.

Summarium in l.vir uxori.ff.de dot.præleg.

1 *Mortuis mancipijs, utrum æſtimatio debeatur.*

Bar.in l.vir uxori.ff.de dot.præleg.

1 BAR. in d.l.vir uxori,tradit, an mortuis † mancipijs æſtimatio debeatur? vide Alexan.in l. quod te,col.2.& Iaſ.ibi in 6.col.ff. ſi cert.pet.

Summarium in l.Theopompus.ff.de dot.præleg.

1 *Si teſtator nupta prima filia, & dote data, eam, & aliam minorem filiam, ac nubilem, & fratrem æqualibus portionibus hæredem inſtituit, & codicillis cauit, vt Pollianus ſciens mentem ſuam filiæ nubili prouideret: demum Pollianus iure iurando affirmauit, patrem uoluiſſe, ut tantam dotem filia nubilis haberet quantum habuerat prima filia nupta. iſtis inſtantibus, utrum iſta filia de communibus bonis dotem habere debeat, ex reſiduo poſtea tertiam hæreditatis conſequi.*

2 *Ex uerbis narratiuis facti non colligitur deciſio, neque argumentum.*

3 *Utrum partes debeant eſſe præſentes, quando ſtandum eſt dicto alicuius.*

Bar.in l.Theopompus.ff.de dot.præleg.

BART. in d.l.Theopompus, inquit in hac.l.poni caſum notatu dignum. Sed multos eſſe, qui credunt eam intelligere, & tamen ignorant. nihilominus opinor eam ita poſſe intelligi.

1 nupta prima filia,† & dote data,teſtator eam & aliam filiam minorē ac nubilem,& fratrē equis portionibus hæredes inſtituit,& codicillis cauit, vt Pollianus ſciens mentē ſuā filiæ nubili prouideret.

uideret, demum Pollianus iureiurando affirmauit patrem uoluisse, vt tantã dotem hæc filia nubilis consequeretur, quantam habuerat prima filia nupta. Isto casu ita posito ac præfixo, quærit in tex. vtrum ista filia de communibus bonis dotem habere debeat: & postea ex residuo hæreditatis tertiam partem consequi pro ut testator mandauit? dicendum uidebatur quòd non, ex quo sunt æquis partibus instituti; tamen contrarium deciditur eamet ratione, quia testator hæredes æqualiter instituerat, uoluitque hanc filiam tantum habere, quantum prima acceperat. sed prima dotem habuerat, & postea etiam tertiam partem hæreditatis consequitur, igitur pariter ista quoque debet utrunque beneficium consequi, ne alioqui inæqualitas euidenter appareat. sed tunc obstat, quia hoc modo masculus minus consequeretur quàm fœminæ, & tamẽ ipse quoque est æqualiter institutus. neque dici potest filias teneri ad conferendam dotem fratri, quoniam de iure fforum. ex testamento non fiebat collatio. auth. ex testamẽto. C. de collat. Sed hoc fortasse est propter expressam mentem testatoris, quæ colligitur, ibi, inæqualibus portionibus in quibus & sorori eius tradidi. de quibus aperit testator se uelle ut omnino æqualitas potissimùm inter sorores esse debeat. Præterea circa intellectum huius tex. animaduerte, quoniam allegari solet ad probandum posse pacto fieri, vt dicto vnius stari debeat. sed ex isto tex. hoc non colligitur: nam iste Pollianus nil noui dixit, sed id, quod codicillis cautum erat, vt etiam uidetur Bar. considerare in quæstionibus suis. Item iste Pollianus non erat merus & simplex testis, vt colligitur ex tex. in fi. ibi, æstimaturum, vt hic sentit Barto. Item attende quia iste tex. solet adduci, quòd ubi standum est dicto alicuius, subintelligatur, iuramento interueniente. Sed re uera tex. hoc non probat, narrando enim cõtingentiam facti, dicitur, iuratus scripsit, non autem hæc uerba dispositiuè in tex. posita sunt. sed sic est, quòd ex uerbis † narratiuis facti non colligitur decisio neque argumentum, secundum glo. in l. unic. C. quand. non petent. p ir. igitur &c. De hac autem re uide Aret. in l. j. §. fi. col. 3. ff. de uerb. oblig. & ibi etiam Alex. & Ias. in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. Et à Papa uel Imperatore statui non posse vt dicto unius credatur, docuit Roma. in singu. 707. incip. An Papa, vbi multa hoc idem probantia cumulat Castil. in additionibus suis. Dum autem postea subiungit hic Bar. vtrum partes † debeant esse præsentes, quando standum est dicto alicuius, attende quoniam ex dictis Bar. hic. Ias. in l. j. §. fi. col. 3. vers. circa prædicta. ff. de uerb. obliga. reprobat ibi Bartolum cum quo cæteri simpliciter transeunt. & ad ea, quæ hic in re proposita prosequitur Bar. vide Ias. in l. si quis arbitratu, colu. 10. vers. quartò. ff. de uerb. oblig. & Feli. in c. 2. col. 4. in 9. limit. de testi. & omnino Alex. in consil. 130. in primo uol. vbi agit de illo, cuius dicto cum iuramento standum erat, utrum parte citata debeat uoluntatem suam declarare? de qua re uide glo. in l. Lucius. §. fi. in ultima glo. ff. de lega. 1. & Antonium de Canario in tract. de insinuationibus, in 4. quæst.

Summarium in l. j. ff. de opt. lega.

Quando legatur optio in plurali, non poterit quis unum eligere, & ei dare omnia.

Bart. in l. j. ff. de opt. lega.

BART. in d. l. j. inquit, quando legatur † optio in plurali, ut si testator iubet, bona sua inter pauperes eligendos per talem esse distribuenda, non poterit ille unum eligere, & ei dare omnia. De hac re uide Raph. Cuma. & Paul. de Castr. in l. vnum ex familia. §. si fundum. ff. de leg. 2. & contra Bar. consuluit Paul. de Cast. in cõs. 144. vide ad hoc quod decidit Bal. in l. iubemus. §. pen. ff. ad Trebel. declarando ut per Alex. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de liber. & posthu. vbi Ias. simpliciter refert & sequitur istam opinionem in 2. col. & uide eundem in l. singularia, col. 4. vers. sextò. ff. si cert. pet. & quando numerus pluralis uerificetur in singulari, vide Alex. in l. qui quartam. §. fi. ff. de leg. j.

Summarium in l. quoties. §. data. ff. de opti. legat.

Si quis ignoranter fecit electionem inualidam, iterum potest eligere, alioqui uerò si scienter id fecit.

Potestas alicui data non expirat, nisi effectus sequatur.

De optione legata.

Bar.in l.quoties.§.data.ff.de opt.legat.

BAR. in d.l.quoties.§.data igitur.verſ.ſecundò pro declaratione, dicit, ſi quis ignoranter
1 † fecit electionem inualidam,iterum poſſe eligere ; alioqui uerò ſi ſcienter id fecit. De hac re an electio inualida impediat ne iterum fieri poſsit electio, vide tex.in c.ſi compromiſſarius, de elect.in ſexto.& Iaſ.in l.qui per ſalutem.ff.de iureiur.& quæ hic habentur in apoſtill.in princip.
2 huius.l.& Dec.in c.literis,de offic.deleg.col.3.vbi ait, poteſtatem † alicui datam non expirare niſi effectus ſequatur.vide Bal.in l.inuitis.in fi.C.de procurat. Dec.in conſi.77.col.4. & omino in conſi.562. Iaſ.in l.cùm ſeruus.§.ſi quis alicui.ff. de lega.1. Et dum Bar.hic in fin.quærit, ſi priores habentes arbitrium fecerunt unum ſtatutum, an ſucceſſores poſsint illud reuocare? & diſtinguit ; aut illud fecerunt tanquam priores, & reuocari poſſe : aut illud fecerunt nomine ſuæ uniuerſitatis, & tunc ſine eius authoritate non poſſe reuocari. vide Feli.in c.cum acceſſiſſent,col.4.verſ.quarta declaratio.de conſtit.

Summarium in l.ſciphi.ff.de opt.lega.

1 *Ante exhibitionem rerum non tenet electio,niſi legatarius fuerit ſciens.*

Bar.in l.ſciphi.ff. de opt.lega.

1 BART. in d.l.ſciphi, ſic ait in ſumma. ante exhibitionem † rerum non tenet electio niſi legatarius fuerit ſciens. Limita ſingul.iſtam regulam non procedere in legatis alternatiuis,quia tunc uendicans unum,cum non ſciat aliud ſibi eſſe legatum, & ſic ſibi competere electionem, non poteſt tamen ex ſcientia mutare.l.ſi is cui,vbi Bar.ff.de leg.2.& ibi uide quæ poſui ad Bar.

Summarium in l.mancipiorum.ff.de opt.lega.

1 *Legatario optionis terminus eligendi eſt ſtatuendus, quo elapſo eligere non poteſt.*

Bar.in l.mancipiorum.ff.de opt.lega.

1 BART. in d.l.mancipiorum, dicit, legatario † optionis terminum eligendi eſſe ſtatuendū, quo elapſo eligere non poteſt. De hac re uide Bar. in l.j.colu.3. verſ.quæro, de lega.2.& in l. eum qui certarum.§.fi.ff.de uerb.oblig.vbi Aret.col.1.& ſequ.& tex.in c.qui abſenti,de præb. in ſexto.Ang.de malef.col.47.ver.quæro,in uerbo,nec non ad querelam. & quæ pono ad Bar. in d.l.eum qui certarum.§.fi.

Summarium in l.ſi Pamphilus.ff.de opt.leg.

1 *Legatum optionis eſt conditionale.*

Bar.in l.ſi Pamphilo.ff.de opt.lega.

1 BAR. in d.l.ſi Pamphilo,ait,legatum † optionis eſſe conditionale. Dicas tu immo propriè non eſſe conditionale. Bar.in l.Mæuius.§.duobus.ff.de leg.2.col.6.in quarta oppoſ.& in l.ij.§.1.col.fi.ff.de uerb.oblig.& ibi Aret.& Iaſ.

Summarium in l.ſi hæres.ff.de opti.lega.

1 *De legato facto ſeruo alij legato ad legatarium optionis nihil pertinet.*

Bar.in l.ſi hæres.ff.de opt.lega.

1 BAR. in d.l.ſi hæres,inquit, de legato † facto ſeruo alij legato ad legatariū optionis nil pertinere. De materia huius.l.vide Dec.in c.quoniam, de reſcrip.

Summarium in l.homine.ff.de opti.lega.

1 *Conditio eſt in legato optionis.*

Bar.in l.homine.ff.de opt.lega.

BAR. in d.l.homine,reſpondendo ad l.ſi unus.§.ſi generaliter.ff.de pact.dicit,cōditionem
1 † eſſe in legato optionis. ſed dicas non eſſe propriè conditionem, ſed impropriè,vt per Bar.in l.Mæuius.§.duobus,col.1.in 4.opp.ff.de leg.2.& in l.ij.§.1.col.fi.ff.de uerb.oblig. vbi Aret.& Iaſ.& dum ſubiungit Bar.conditionem poteſtatiuam, ſi uoluit legatarius, non impedire repudiationem,dicas ſecus eſſe, quando huiuſmodi conditio poteſtatiua requirit aliquod factum præambulum ; quia tunc impedit repudiationem, ut hic per Bar.& per Aret.in l.is qui hæres, in princ.ff.de acquir.hæred.& ibi Iaſ.in glo.in uoce, arbitrium.

Summa-

Summarium in l.apud Aufidium.ff.de opt.lega.

1 *Electio quando trahit secum executionem, non admittitur uariatio.*

Bar.in l.apud Aufidium.ff.de opt.lega.

1 BART. in d.l.apud Aufidium, dicit ex tex.colligi,quando electio † trahit secum executionem, non admitti uariationem. sed istam rationem ait esse subtilem, non autem generalem. pro ueritate istius rationis uide Ias. in l.serui electione,colu. 3. & 4.ff.de lega. 1. vbi tradit quænam sit ratio uera.

Summarium in l.quidam hæredem.ff.de uin.triti.& ole.lega.

1 *Verbum indefinitum, refertur ad omnia.*

Bar.in l.quidam hæredem.ff.de uin.trit.& ole.leg.

1 BART. in d.l.cum quidam, sic ait. Vides hic quòd uerbum † indefinitum refertur ad omnia. sed oppo.dicens, huiusmodi legatum non ualere. vide Ias.in l.ita stipulatus, col.6.ff.de uerb.oblig.

Summarium in l.fi.§.cui dulcia.ff.de uin.triti.& ole.lega.

1 *Adiectiua indefinita generaliter, neutraliter posita, referuntur ad omnes res, ad quas adaptari possunt ratione adiuncti.*

Bar.in l.fi.§.cui dulcia.ff.de uin.trit.& ole.lega.

1 BAR. in d.l.fi.§.cui dulcia,sic ait in summa, Adiectiua † indefinita generaliter, neutraliter posita referuntur ad omnes res, ad quas adaptari possunt ratione adiuncti, cuius significatio restringitur. Quæro hic nunquid uinum non dulce contineatur? & sic an aliæ species enarratæ si non sunt dulces comprehendantur? videtur dicendum quòd nō per tex.in l.quæsitum. §.1.ff.de leg.3.& in l.nam quòd liquidæ.§.fi.ff.de pen. lega. sumendo argumentum à qualitate loci ad qualitatem rei: nam ibi locus positus in una specie restringit præcedentes, ne ueniant nisi extent in loco illo,igitur etiam hic debent contineri solùm ea,quæ habent dulcedinem. ad rem faciunt trad.per Ias.in l.j.col.2.de liber.præteri. Et dum in fi.hic quærit Bart.vtrum ueniat aliud uinum, quàm genus à testatore expressum? & decidit quòd non, vide ad hoc tex.in l.j.§. pen.ff.de aur.& arg.lega. Bar.in l.Mæuius.§.1.ff.de leg.2.& Bar.in d.l.quæsitum.§.pen.colu.5. & uide ad prædicta Feli.in c.sedes,col.6. in tertia declaratione,de rescrip.

Summarium in l.si cui fundum.ff.de fun.instruc.

1 *Longa est differentia an dicantur testes corrupti falsum dixisse, an eos corruptos fuisse.*

Bar.in l.j.si cui fundum.ff.de fund.instruc.

1 BART. in d.l.si cui fundum, propè fi.inquit, longam esse differentiam, an dicam testes † corruptos falsum dixisse, an eos corruptos fuisse: nam in primo casu teneor probare utrumque,in secundo autem unum tantum. huius contrarij meminit Ias.in l.diuus,col. 18.ff.de re iudic.vbi aliqua dicit facientia ad dicta hic per Bar.

Summarium in l.quæsitum.§.denique.ff.de fun.instruc.

1 *Regula confirmatur ab exceptione.*

Bar.in l.quæsitum.§.denique.ff.de fund.instruc.

1 BAR. in d.l.quæsitum.§.denique, ait, ab exceptione † regulam confirmari. de hac re uide latissimè Dec.in c.cùm dilecti,in 4.notab.de confirm.vtil. uel inutil.& omnino quæ posui in l. generali.§.vxori, suprà de usufru.lega.

Summarium in d.l.quæsitum.§.si quis.ff.de fun.instruc.

1 *Generi per speciem derogari in totum.*

Bar.in d.l.quæsitum.§.si quis.ff.de fund.instruc.

induceretur correctio legum & ſtatutorũ, id quod taxatiua facere non poteſt, ut hic ſentit Bar. & ita eum intelligit & ſequitur Iaſ. in l. j. col. 2. verſ. limita. ff. ſi quis iusdicen. non obtemp. & in l. ſi conſtante, col. 19. in 5. & ultima quæſt. glo. verſ. vltimò in quantum. ff. ſol. matr. quãuis multa in contrarium adducat. uide eundem in l. j. col. 3. in 3. notab. C. de bonor. poſſeſſ. contratab. poſt Alex. ibi. & Aret. in conſi. 27. col. fi. Item dictio taxatiua non tollit ſimilem interpretationẽ ex alio ſtatuto. Mari. Soc. iuni. in conſi. 137. neque excludit caſum habentem ſimilem rationẽ, vt per eundem in conſ. 138. de qua re uide Alex. in conſi. 128. col. 3. in 4. uol. citat glo. ſingu. in l. j. C. de cond. indeb.

Summarium in d.l. ſi quis. § non ſolum. ff. de adim. lega.

Legata & fideicommiſſa reuocantur nuda uoluntate uel tacita, & grauiſſimis inimicitijs.

An per confeſſionem peccatorum, cenſeatur odium remiſſum.

Bar. in d.l. ſiquis. §. non ſolùm. ff. de adim. leg.

BART. in ead. l. §. non ſolùm, ait, legata † & fideicommiſſa reuocari nuda uoluntate, uel tacita, & grauiſsimis inimicitijs. vide Soc. in conſ. 163. col. 5. Declara tamen hoc, quod dicitur de inimicitia ſuperueniente, procedere quando talis inimicitia culpa & defectu ipſius legatarij contigiſſet, alioqui non. tex. eſt ſing. in l. cum tabulis. §. 1. ff. de his, quib. vt indign. Rom. in ſing. 196. incip. Tu habes. vide Bar. in l. à filio. §. Seio. infrà eod. tit. Aret. in conſ. 92. col. 4. & in conſ. ultimo. col. pen. Et dum Bar. hic in fi. ait, ſi filius fuit à patre ex iuſta cauſa exhæredatus, & poſtea ſe cum illo recõciliauit, illam exhæredationem uideri ademptam. iſtam deciſionem ſequitur Iaſ. in auth. non licet. C. de liber. præter. & in l. fratri, col. 4. in fi. C. de pact. de cuius documẽti ueritate uide omnino eundem Iaſ. in l. filio quem pater, col. 1. uerſ. confirmatur, & uerſic. ad aliud. ff. de liber. & poſthu. faciunt in ſimili caſu trad. per Abb. in c. plerunque, de donat. inter uir. & uxor. Nunquid autem per confeſsionem † peccatorum cenſeatur odium eſſe remiſſum? vide Alex. in conſ. 91. in 7. uolu. & iniuriam cenſeri eſſe remiſſam quando iniuriam paſſus moriens nihil dixit, trad. Dec. in conſi. 206. Et ad materiam huius. §. ſcilicet an & quando inimicitia ſuperueniens reuocationem operetur, vide tex. in l. pater, §. cum à patre. ff. de teſta. tut & in l. in confirmando, cum legib. ſequen. ff. de confir. tutor.

Summarium in l. legata inutiliter. ff. de adim. lega.

Ad diminutionem quæ inducuntur, non operatur augmentum.

Exceptionem, qui opponit contra aduerſarium, dicitur prorogaſſe iuriſdictionem iudicis.

Bar. in l. legata inutiliter. ff. de adim. leg.

BAR. in d.l. legata iuutiliter, ait, ea, quæ inducuntur † ad diminutionem, non operari augmentum. Limita iſtam. l. procedere, quando nulla præcedit diſpoſitio alicuius rei conceſsiua, ſecus uerò ſi præcedit, quoniam inducta ad diminutionem operantur augmentum, vt eſt text. in l. Proculus. ff. de uſufruc. iunctis ijs, quæ ibi poſui. Limita etiam non procedere, quando alioqui diſpoſitio nihil operari poſſet, & inanis ac ſuperflua redderetur: nãm tunc operantur augmentum. tex. eſt not. vbi hoc tradunt doct. in l. denique. §. interdum. ff. de pecul. lega. facit ad rem. d.l. Proculus, & trad. per Iaſ. in l. Centurio. nu. 57. verſ. tertiò, quòd teſtator. ff. de uulga. & pupill. & ad hæc uide Bar. in l. poſthumo. C. de bonor. poſſ. contratabu. & ibi Iaſ. col. 12. videtamen eundem Iaſ. in hac re in l. naturaliter. §. nihil commune, col. 4. in 4. notab. ff. de acquiren. poſſeſ. item qui opponit exceptionem † contra aduerſarium, dicitur prorogaſſe iuriſdictionem iudicis, quamuis exceptio oppoſita ad alium finem dirigatur. Dec. in cap. 1. col. 21. de iudic. uide Bar. in l. ſi is qui pro emptore, col. 19. uerſ. ſed contra. ff. de uſucap. dum limitat iſtam l. per d. l. Proculus, & ibi Ange. per tex. in l. fi. ff. de uſufruc. rer. quæ uſu conſum. Et dum Bar. ſubiungit, an ex inſtrumento emphyteotico probetur dominium, vide Soci. in conſi. 266. col. 3. verſ. circa tertium, in primo uol.

Summarium in l. rem legatam. ff. de adim. lega.

Nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtit.

2 *Donatio inualida an extinguat legatum.*

3 *Donatio facta uxori propter pignus non reuocatur.*

Bar. in l.rem legatam.ff.de adim.lega.

1 BART. in d.l.rem legatam,colligit ex tex.illam regulam,neminem † in neceſsitatibus libe
ralem exiſtere. Tamen aduerte,quoniam aliquis faciendo id, ad quod tenebatur,lucrum con-
ſequitur; nam qui manumittit ex neceſsitate fideicommiſsi, ſi prætereatur à liberto, ita habet
contratab. ſicut ſi eum ſponte manumiſiſſet.l.ſi plus. ff. de fideicommiſſ.libert.l.cum excauſa.
C.de boni.libert.l.j.C.contratab.liber. & materiam huius.l.bene tractat Bal. in l.iij.C. de lega.
ubi multas quæſtiones in hac re proponit. Et dum hic fit mentio de alienatione neceſſaria, in-
telligitur de neceſſaria facto hominis propter res familiares, alioqui uerò ſi facto legis, vt do-
2 tando filias: ita Iaſ.in l.ſi filia,col. 1.C.de lega. Quid in donatione † inualida,an extinguat lega
tum? vide l.legatum.§. 1.ff.de adminiſtra.lega. vbi Bar. & Bar.in l.quæſitum.§.penul.in fi.ff.de
fund.inſtruct. Cui autem incumbat onus probandi an ex neceſsitate, an ex uoluntate? vide
Alex.in conſi. 31.in fi.in 3.uol.& Angel.in §.ſi rem.inſt.de lega. Et ad ea quæ hic tradit Bar. ui-
de Bald.& Raph.Cuma.in l.fideicommiſſa.§.ſi rem.ff.de leg. 3. vbi dicunt neceſsitatem debe-
re eſſe rei familiaris,& non aliam. ſed ſi teſtator haberet alia bona, & tamen uendit rem lega-
tam pro ſoluendo ære alieno, illa res dici non poteſt alienata propter neceſsitatem, cum aliàs
alienare potuiſſet. cogita. Et dum Bar.ſubiungit de ſpecie legata quæ alienatur, vide omnino
3 Dec.in c.quoniam abbas,col. 3.de offic.deleg.Poſtea Bar.agit de donatione † facta uxori, quæ
propter pignus nõ reuocatur.& nunquid hoc locum habeat in obligatione generali, ſi aliquis
donat aliquid uxori & poſtea obligat omnia bona ſua? vide Iaſ.in l.j.colu.3.C. de lega.& ad ea
quæ hic in fi.tradit Bar.uide doct.in l.ſi rem.inſt.de lega.& Iaſ.in d.l.j.col. 3.C.de lega.

Summarium in l.etſi non transferam.ff.de adim.lega.

1 *Inutilis translatio perimit legatum.*

Bar.in l.et ſi non transferam.ff.de adim.lega.

1 BAR. in l.etſi non transferam, ita inquit in ſumma. Inutilis † translatio perimit legatum
vide Soci.in conſ.172.col.pen.vbi tradit quid in actu inter uiuos,aitque iſtam l.extendi etiam
ad mandatum.& in conſ.112.in primo uol.col.pen.

Summarium in l.legatum.ff.de adim.lega.

1 *Legatum uidetur transferri cum conditionibus ſuis, niſi conditio perſonæ cohæreat.*

Bar.in l.legatum.ff.de adim.lega.

1 BAR. in l.legatum,ſic ait in ſumma. Legatum † uidetur transferri cum conditionibus ſuis
niſi conditio perſonæ cohæreat. Limita ut per Soc.in conſi.236.col. 1.in 1.uol.

Summarium in d.l.legatum. §.pater.ff. de adim.lega.

1 *Per donationem inutilem inducitur ademptio legati.*

Bar.in d.l.legatum.§.pater.ff. de adim.lega.

1 BAR. in ead.l.§.pater,ait per donationem †inutilem induci ademptionem legati.vide S
in conſ.172.col.pen.verſ.ſecundò,in primo uol. vbi ponit de actu inter uiuos.

Summarium in l. filia. §.matri.ff.de adim. lega.

1 *Fideicommiſſum, ſi eſt ademptum ex diſpoſitione teſtatoris expreſſa, legatũ non remanet penes grauat.*

Bar.in l.filio.§.matri.ff.de adim.lega.

1 BAR. in d.l.filio.§.matri, ait, ſi fideicommiſſum † eſt ademptum ex diſpoſitione teſtatoris
expreſſa,legatum non remanere penès grauatum, ſed uideri ademptum. Huic collectioni re-
luctatur tex.in l.ſi ita ſcriptum.§.regula.ff.de liber.& poſth.iunctis ibi tradit.per Iaſ.col.ſi.

Summarium in l.j.ff.de rebus dub.

1 *Si in aliqua parte alternatiuæ eſt aliqua res dubia, declaratur addito reſpectu ad aliam partem alternatiuæ.*

2 *Verbum alienare quando eſt iunctum cum uerbo uendere, refertur ad ſolam alienationem inter uiuos,*

Bar.

Bart.in l.j.ff.de reb. dub.

BART. in d.l.j.ita inquit in summa. Si in aliqua parte † alternatiuæ est aliqua res dubia, declaratur habito respectu ad aliam partem alternatiuæ. vide Soci.in consi.47. colu.2.vers.præterea cum in expresione, in primo uol. vbi ex hoc Bart.documento decidit,si in expresione rerum uenditarum dicitur de rebus,quæ posidentur pro diuiso,quãuis in expresione pertinentiarum hoc non declaretur, tamẽ id recipere declarationem ab alia parte,vt similiter pro indiuiso intelligantur:ita quoque per hanc l.idem. Soci.in cons.13.col.fi. in 3.uol.decidit,verbum alienare † quando est iunctum cum uerbo, uendere, referendum esse ad solam alienationem inter uiuos ratione illius uerbi, uendere. idem ait Soci.hic.& Roma.in cons.231.Præmissorum doctorum.quem in terminis refert & sequitur Mari.Soc. iuni.in cons. 112.nu.14.quamuis nullam faciat mentionem Soc.in d.cons.13. & dum Bar.hic in fi.infert ad quæstionem de qua egit in l.si ita.ff.de aur.& arg.lega.vide quæ ibi posui in lucubrat. meis.

Summarium in l.in ambiguo.ff.de reb.dub.

Lex habens uarios intellectus, non debet allegari.

Bar.in l.in ambiguo.ff. de reb.dub.

BAR. in d.l.in ambiguo, colligit ex text.legem † habentem uarios intellectus non debere allegari. ad hoc benefacit, nam etiam sententia quamuis contra legem prolata sit nullius roboris & momenti.l.ij.C.quan.prouoc.non est necess. tamen secus est quando illa lex uarios intellectus pateretur.l.cum prolatis.ff.de re iud.& ibi Alex.& Ias.

Summarium in l.quidam.ff.de reb.dub.

Incertitudo,quæ uenit declaranda, an & quando uitiet legatum.

Bar.in l.quidam.ff.de reb.dub.

BAR. in d.l.quidam,in princip.tradit an & quando † incertitudo,quæ uenit declaranda uitiet legatum ? vide Bar.in l.illa institutio,in fi.ff.de hæredi.institu.& Paul.de Castr.in l.vtrum.§. cum quidam,infrà eodem titu. Et dum subiungit Bar. in col.seq. quid de executoribus ultimarum uoluntatum utrum incertitudo uitiet ? vide Abb.& Dec.in c.ad hæc,de rescrip.& ad prædicta Ant.de Butr.in c.ex parte,de cens.Angel.in §.incertis.inst. de lega. & quæ posui in l.duo sunt Titij.ff.de testa.tutel.

Summarium in d.l.quidam.§.si tibi,& posthumo.ff.de reb.dub.

Posthumus alienus instituí non potest.

Bar.in d.l.quidam.§.si tibi & posthumo.ff.de reb.dub.

BAR. in ead.l.§.si tibi & posthumo,opponendo ait,dicendum uideri posthumum† alienum institui non posse. soluitq; illud esse secundum legem antiquam. vide l.Titius.§.Lucius.ff.de liber.& posthu.Et dum Bar.iterum opponit dicens, omnes posthumos debere admitti ad unam portionem,quia sunt uocati nomine collectiuo,soluitq; illud procedere in iam natis,hoc uerò quod hic dicitur procedere in nascituris; quia nõ est ueriſimile fuisse cogitatum à testatore ut tot posthumi nascerentur. Istam solutionem * communiter sequuntur doct.ut retulit Ias.in l.fi. col.3.ver.secundò.C.de probat.verũtamen cogita quid si testator dixisset,instituo posthumos & Titium,ita quòd,ex hoc numero plurali præsumatur eum de pluribus cogitasse: quid eo casu dicendum sit ? Potest etiam alia solutio afferri,& dici,uocem hanc,posthumi, non esse collectiuam, sed particularem. de qua re uide Ias.in l.si pater,col.2.vers.secundò.ff.de uulg.& pupil.

Summarium in l. qui duos.ff.de reb.dub.

Hæres minoris an possit restitui aduersus non aditam hæreditatem.

Hæreditas,an & quando transmittatur maximè infantis,& quæ requirantur ut transferatur.

Sicut aliquis potest tacitè repudiare patiendo labi tempus, ita potest expresse repudiare.

Bar.in l.qui duos.ff.de reb.dub.

BART. in d.l.qui duos, col.2.tradit, an hæres † minoris possit restitui aduersus non aditã hæreditatem ? vide Ias.in l.si infanti. in fi.C.de iur.deliber. & latè Socin.in cons.15.per totum.

& in conſ.207. col.3. & ſequ.uerſ. quintò,in primo uol.item dum Bart.hic in uerſ.Tamen pro declaratione,ſentit,ſi delata eſt hæreditas ignorãti, qui tranſmittere non poteſt, eius hæredi concedendum eſſe bñficium reſtitutionis in integrum.de qua re dubitat Iaſ.in l.cum antiquio
2 ribus,col.2.uerſi.ſecundò. C. de iur.delib. Et an & quando hæreditas † tranſmittatur maximè infantis,& quæ requirantur ut tranſmittatur? vide Raph.Cuma.in conſil.110.& Fulg.in cõſ. 64.& in hac re nolo prætermittere,quòd ſi hæreditas eſſet delata ignoranti, quamuis poſt 30. annos peti non poſsit,tamen cautelam eſſe ut elapſo dicto tempore petat bonorum poſſeſsionem. Cæpol.in cautel.168.

3 Bar.in ead.l.in princ.col.fi.ſic colligit argumentum.Sicut † aliquis poteſt tacitè repudiare patiendo labi tempus,ita poteſt expreſsè repudiare. Attende quoniam iſta conſequentia eſt falſa,ut docuit Iaſ.in l.j.col.2.uerſi.nota.C.qui admit.& ibi Dec.nu.5. multos caſus enumerat, in quibus tacitum potentius operatur quàm expreſſum,& omnino uide Iaſ. in l. ſi conſtante.nu. 9.cum ſeq.ff.ſol.matr.ubi hoc idem confirmat.& de hac re,ut is qui permittit labi tempus,cenſeatur tacitè renunciare, eſt gl.not.in l.ſi ego.ff.de negoc.geſt. vbi uide omnino Bal.& quid ex hoc infert Soc.in conſ.63.col.3.in 1.uol.& in conſ.16.in 4.uol.

Bar.in l.ſi is qui ducenta.§.utrum.ff.de reb.dub.

Bar. in d.l.ſi is qui ducenta.§.vtrum, colu.2.in 5.oppoſ.agit de ſolutione.l.Quintus ff.de aur.& arg.lega.vide Iaſ.in l.in prouinciali,§.1.col.2.uerſ.ſecundò.ff. de oper.nou. nunci.& dũ ſubiungit oppoſitionem.l.ſi quis ita.ff.de aur.& argen. lega. ad rem facit.l.ſi ita,& ibi Bar.ff.de iniuſt.rup.teſta.poſtea in colu.pen. agit de duabus orationibus, quæ copulantur reſpectiuè,& de his quæ copulantur per ſe principaliter,vide Feli.in c.2.de reſcrip.

Summarium in l.ſi quis.ff.de reb.dub.

1 *Correus poteſt teſtimonium dicere pro correo, & fideiuſſor pro fideiuſſore.*

Bar.in l.ſi quis.ff.de reb.dub.

1 Bart. in d.l.ſi quis,ait,correum † poſſe teſtimonium dicere pro correo, & fideiuſſorem pro fideiuſſore; quia principaliter in cauſa ſua teſtimonium non dicunt. De hac re uide Iaſ. l.ſi quis nec cauſam,col.2.uerſ.nonò.ff.ſi cert.pet.& de multis ſimilibus uide Feli.in c.in litteris de teſti.vbi tradit an familiaris poſsit eſſe teſtis pro domino? cliens pro eo, qui eum protegit frater pro fratre? vxor pro marito? compater pro compatre? ſubditus pro domino? & contra multaque alia his ſimilia memorauit,vt ibi uidere eſt.

Summarium in l.quædam.ff.de reb.dub.

1 *Super re quæ non eſt, fingi non poteſt.*

Bar.in l.quædam.ff.de reb.dub.

1 Bart. in d.l.quædam,inquit, ſuper re,† quæ non eſt, fingi non poſſe. vide Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore,col.43.verſ.ſecundò.ff.de uſucap. & omnino Soc.in conſi.117.col.pe.in 3.uol.

Summarium in l.ſi cognatis.ff.de reb. dub.

1 *Qui legat cognatis, uidetur legare his qui ſunt cognati tempore teſtamenti.*

2 *Legatum factum familiæ uel cognationi cuiuſdam Titij qui erat defunctus, ualidum eſt.*

Bar.in l.ſi cognatis.ff.de reb.dub.

1 Bart. in d.l.ſi cognatis, ita inquit in ſumma, Qui legat † cognatis uidetur legare his, qui ſunt cognati tempore teſtamenti. De hac re uide Alex.in conſi.26.in 3.vol.hinc dicitur, ſubſtitutionem factam filijs intelligendam eſſe de filijs qui extant tempore teſtamenti uel mortis. Alex.in conſi.329. viſo themate,in lib.primi & ſecundi vol.Dec.in conſ.95.col.pen.& Soc.in conſ.152. Poſtea dum Bar.agit, de illo qui poſtea cognatus efficitur facto ipſius teſtatoris, vt de omnino Ruin.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,col.13.uerſ.octauò.ff.de libe.& poſth. Quærit deinde Bar.quo ordine iſti cognati admittantur? vide Soci.in conſi.249.col.13. uerſ.ſecundò
2 in 1.uol.Poſtremò tractat Bar. nunquid legatum† factum familiæ uel cognationi cuiuſdã Titij qui erat defunctus,ualidũ ſit? vide Alex.in l.j.§.1.col.2.verſ.pro hac.ff.de oper.nou.nũc.Poſtea Bar.

Bar.tenendo ualiditatem legati, ait eo caſu iſtos uocatos per nomen collectiuum non cenſeri uocatos ordine ſucceſsiuo,ſed omnes æqualiter; quia ceſſat ratio coniunctionis. Attende iſtã deciſionem memoratu dignam, ad limitanda iura, quibus cautum eſt, legatum uel fideicommiſſum relictum aliquibus per nomen collectiuum,deberi eis ordine ſucceſsiuo, vt locum habeant ſolùm in coniunctis, alioqui uerò in extraneis ratione prædicta; nam tunc uocantur æqualiter ut hic. & hanc limitationem ſequitur Iaſ.in d.l.Gallus.§. quidam rectè, in prima lectu. col.7.verſ.tenendo,& in ſecunda lectura.col.3.

Summarium in l.fi.ff.de reb.dub.

Clauſula in fine poſita, an & quando referatur ad præcedentia.

Bar.in l.fi.ff.de reb. dub.

BAR. in d.l.fi.tradit an & quando clauſula †in fine poſita, referatur ad præcedentia? vide Bar.in l.j.iuncta.l.doli,de ſeru.corrup. Alex.in conſi.48.in primo uol.& omnino in conſi.226. in ſexto uol.vbi ponit quatuor uel quinque caſus in quibus non refertur ad omnia præcedentia. Feli.latè in c.cauſam quæ,nu.15.cum ſeq.de reſcrip.Soc.in conſi.21.colu.3.in 3.uolu.& in conſ.ſeq.& in conſi.188.col.3.& in conſ.200.in 1.uol.Dec.in conſ.92. & in c.ſecundò requiris,col.1.de appellat.& Mari.Soc.iun.in conſ.128. cum ſubſcrip.ſeq.nu.243.

Summarium in l.j.ff.de his quæ pœn.cau.relin.

Si præcedit diſpoſitio illicita, & reprobata, relictum nomine pœnæ non ualet.

Legatum ſi relictum eſt pro dote filiæ cum hoc quòd non poſſit nubere ſine conſenſu Titij, alioqui cadat à legato, non ualet.

Matrimonia debent eſſe libera & ſpontanea.

Bar.in l.j.ff.de his quæ pœn.cau.relin.

BAR. in d.l.j.ſic ait in ſumma,ſi præcedit † diſpoſitio illicita & reprobata,relictum nomine pœnæ non ualet. quæro hic an eo ipſo quòd aliquis dicit, & ſi non feceris,uel ſe ceris,dicatur hoc eſſe appoſitum nomine pœnæ,an uerò expreſſa pœnæ mentio requiratur? vide Iaſ.in l.§. Cato.col.3.in 1.notab.ff.de uerb. obliga. & aliquem pœnæ nomine poſſe priuari hæreditate,docuit Alex.in conſ.138.col.fi.in 1.vol.Et dum ſubiungit Bar.legatum, † ſi relictum eſt pro dote filiæ cum hoc quòd non poſsit nubere ſine conſenſu Titij, alioqui cadat à legato,non ualere, vide Abb. in conſ.12. in primo uol. dicas idem eſſe etiam ſi limitatum eſſet tempus,puta,ultra 15.annos, vt non poſsit nubere ſine conſenſu matris. Aret.in conſi.67. col.1.Tamen uide Ana.in conſ.15.cum ibi addit.per Bologn.vbi habetur,teſtatorem poſſe iubere,vt filia nubat ad arbitrium Titij. & de hac re uide omnino Abb.in conſi.65. in 2.vol. vbi tradit etiam an parentes poſsint filias collocare in matrimonium,& eas cogere ad conſentiendum? vide etiam Curt.in conſ.27.vbi ait, à ſtatuto ipſo libertatem matrimonij coangustari nõ poſſe. Attende tamen,quia etſi quando aliquis iuſſus eſt non contrahere ſine conſenſu alterius ſub pœna priuationis,dicta pœna non ualeat,tamen ſecus eſt ſi diceretur ſine cõſilio eius, quia tenet pœna iſto caſu,vt per Crauet.in conſ.1.Et in hac re ſcias,† matrimonia debere eſſe libera & ſpontanea,non autem inuita uel coacta: quoniam hæc raro bonum exitum habent. text.eſt in c.requiſiuit,de ſponſal.& in c.1.31.q.2.Et dum Bar. hic ſubiungit de ſtatutis præcipiẽtibus aliquid fieri debere à clericis,alioqui eorum conſanguinei teneantur ad pœnam:vt non ualeãt, vide Feli.in c.eccleſia.S.M.col.41.quæſt.15.de conſt.

Summarium in l.pœnam.ff.de his quæ pœn.cau.relin.

Pater ſi reliquit filiæ ſuæ mille ſi nupſerit, & ſi monaſterium ingrediatur ducenta; an iſta detractio ualeat, ſiue ſit facta nomine pœnæ, ſiue nomine cauſæ.

Teſtator an poſſit indicere uſuras in teſtamento, vt ſi hæres non ſoluerit infra menſem, ſoluat tantum nomine uſurarum.

De his quæ pœnæ causa relinquuntur.

Bart.in l.pœnam.ff.de his quæ pœn.cau.relinq.

1 BAR. in d.l.pœnam, quærit, si pater † reliquit filiæ suæ mille si nupserit, & si monasterium ingrediatur.cc. an ista detractio ualeat siue sit facta nomine pœnæ, siue sit facta nomine causæ? vide Ias.in auth.si qua mulier.col.2.uersi.iuxta hoc. C.de sacrosan.eccl.vbi ait huiusmodi detractionem non ualere,licèt alleget Bal. dicentem de consuetudine contrarium seruari. vide Soc. in cons.241.col.5.uersi.sed posito.& in cons. 249.col.1.in 1.uol.Dec.in cons.674.& Ambro. * de Vignate in repet.l.filiusfamiliàs.§.Diui.ff.de leg.1.& istam esse magis * communem opinionem,ut consequi possit illa mille,testatur Soc.in d.consi.269.quamuis contrarium dicat Dec. in c.in præsentia,de probat.de qua re uide omnino Feli.in d.c.in præsentia, vbi not.hanc difficultatem aperire conatur. Et qua cautela utendum sit,vt huiusmodi detractio ualeat,vide Tho
2 mam Ferrat.in cautel.9.Et dum Bar.hic in fi.subiungit,vtrum testator † posit indicere usuras in testamento,vt si hæres non soluerit infra mensem,soluat tantum nomine usurarum? De hac re uide latè Ias.in l.j.col.14.vers.secundò quæro.C.de summ.Trini. & in repet.colu.8.vers.primus est.& Paul.de Castr.not.in cons.101.in primo uolu. vbi tradit, quid si non dicat expresse nomine usurarum? vbi distinguit inter tempus uitæ testatoris,& post mortē.Et huiusmodi pœnam simpliciter appositam à testatore,si hæres cessauerit soluere,non ualere, & exigi non posse,quia est usura,quamuis non exprimatur,docuit Soc.in consi.56. in 3.uol. & Ambros.de Vi- * gnate in tract.de usuris,nu.91.cum seq. ubi testatur * communem opinionem esse Canonistarum & Legistarum,ut pœna adiecta dationi quantitatis non teneat. vide doct. in l.cum allegas. C. de usur.

Summarium in l.j.ff.de reg.Cato.

1 *Si legatum deficit mixta consideratione legantis & legatarij,habet locum ista regula.*

Bar.in l.j.ff.de regu. Caton.

1 BART. in d.l.j.col.4.uers.venio ad quartum,inquit,si legatum † deficit mixta consideratione legantis & legatarij,habere locum hanc regulam.vide Alex. in cons.40.col.2. in 1.uol.

Summarium in l.si in metallum.ff. de his quæ pro non scrip.

1 *Quilibet est capax legati alimentorum.*

2 *Id quod relictum est penitus incapaci, non acquiritur fisco.*

Bar.in l.si in metallum.ff.de his quę pro non scrip.

1 BART. in d.l.si in metallum,ait,quemlibet † esse capacem legati alimentorum. Amplia ut hic habetur in apostill.& quia iste tex.& tex.in l.legatum.ff. de capit.diminut.videtur sentire pro talibus alimentis actionem etiam seruis competere, quamuis alioquin iure ciuili uel gentium non cognoscatur.quod fallit in legato alimentorum.tamen uide tex l.seruos.ff. de alim.lega.ubi habetur legatum alimentorum factum seruo deberi officio iudicis atque ita uidetur colligi posse,actionem non competere, sed officium iudicis tantùm. de qua re uide Ias.in l.si uictum,col.19.in 3.par.glo.ff.de re iud.& Raph.Cuma.in consi.30.col.1.&
2 & quia Bar.hic colligit ex tex.id quod † relictum est penitus incapaci,non acquiri fisco, declarat aliud esse si legatum ab aliquo tanquam ab indigno auferatur. tu declara hoc quod dicitur de indigno,ut locum habeat quãdo is culpa sua est indignus: nam tunc succedit fiscus, alioquin uerò ubi esset indignus culpa alterius,quia tũc succederet substitutus,uel proximior. ita Alex. in consi.202.in 6.uol. De hac autem re ut scilicet penitus incapaci non quæratur fisco, idem uoluit Bar.in l.fi.in 2.& 3.col.ff.de his quib.ut indign.& in l.j.C. de hæred.instit. & in l.hæreditas,ubi etiam Ias.col.2.de his quib.ut indign.

Summarium in l.quod quis.ff.de his quæ pro non scrip.

1 *Legatum si testeram duobus testibus alicui,& eum grauauit restituere ecclesiæ,uel pauperibus, quò ad*

pro-

. pias cauſas ualet coram duobus teſtibus, alioqui uerò quò ad eum, cui relictum eſt.

2 *Si legatur mihi cum onere reſtituendi piæ cauſæ, non ſolum hoc fideicommiſſum, ſed etiam legatum mihi factum cenſetur ad pias cauſas.*

3 *Si coram duobus teſtibus factum eſt fideicommiſſum, per hæc uerba, pono animam meam in manibus hæredis, utrum dicatur factum ad piam cauſam.*

Bar.in l.quod quis.ff.de his quæ pro non ſcrip.

1 BART. in d.l.quod quis, tractat, ſi legatum † fit coram duobus teſtibus alicui, & eum grauauit reſtituere eccleſiæ uel pauperibus, quo caſu quatenus ad piam cauſam pertinet, ualet coram duobus teſtibus, alioqui uerò quo ad eum, cui relictum eſt, quid dicendum ſit? aitque legatum hoc eſſe pro non ſcriptum, ſed remanere apud hæredem cum onere ſuo. vide omnino Soc.in cõſ.78.in 1.vol.& contra dicta hic per Bar.urget uehementer ſing.deciſio Bal.in l.auia. 2 §.Titio.ff. de cond. & demonſtr. ubi per illum tex. ait quòd ſi legatur † mihi cum onere reſtituendi piæ cauſæ, non ſolùm hoc fideicommiſſum ſed etiam legatum mihi factum cenſetur ad pias cauſas.& pro hac opin.eſt tex.in l.cùm dotem.ff.ad leg. falc.quem dicit eſſe meliorem de iure Rom.in auth.ſimiliter.C.eod.tit.& ita decidit Soc.in conſi.49.colu.2.in 4.volu.ubi refert Bal. & multos alios præcellentes uiros ita ſæpe conſuluiſſe. & hoc idem confirmatur ex trad. per Iaſ.in l.Marcellus,col.8.uerſi.amplia.nu.34.ff.ad Trebell. ita ut hoc Bartoli documentum uidetur ueritate carere. Quæro hic ſi coram duobus † teſtibus factum eſt fideicommiſſum per 3 hæc uerba: Pono animam meam in manibus hæredis, utrum dicatur factum ad piam cauſam, & conſequenter ualeat an non? illudque dici factum eſſe ad piam cauſam, tenuerunt Innoc. & Abb.antiquus in c.cum tibi,de teſta.Bal.in margarita in uoce, teſtator, in princ. & Firman.in tract.de epiſcopo in 4.par.quarti libri quæſt.3.in fi.

Summarium in l.j.ff.de his quib.ut indig.

1 *Ad probandum teſtem eſſe inimicum, ſufficit offenſam eius factam inter eos, licèt aliter ignoret.*

Bar.in l.j.ff.de his quib.ut indign.

BART. in d.l.j.in fi.ait, ad probandum † teſtem eſſe inimicum, ſufficere, offenſam eius factam inter eos, licèt alter ignoret.hoc idem ſequitur Iaſ.in l.apertiſsimi.col.2.verſ. hoc præmiſſo.C.de iudic.ſed iſta eſt rigoroſa deciſio, nec uidetur colligi ex iſto tex. nam legatum, quod conſiſtit in mera uoluntate, reuocatur ex præſumpta mente teſtatoris, ſed aliud eſt in teſte, qui non poteſt ex ſuperueniente cauſa teſtimonium reuocare.

Summarium in l.poſt legatum.ff.de his quib.ut indig.

An ſicut ille qui accepit legatum, poteſt dicere teſtamentum falſum, & non iure factum, ita ille qui produxit inſtrumentum in iudicio poſſit dicere illud inſtrumentum non ualere.

An aliquis poſſit fundamentum facere ſuper eo, quod negauit.

An ille, qui dixit inſtrumentum eſſe falſum, poſſit poſtea dicere illum eſſe uerum.

Poſitionem, qui negauit, ſuper ea ſe amplius fundare non poteſt.

Bar.in l.poſt legatum.ff.de his quib.ut indig.

1 BART. in d.l.poſt legatum,col.2.uerſi.quæro uidetis hic, tradit an † ſicut ille, qui accepit legatum, poteſt dicere teſtamentum falſum, & non iure factum, ita ille, qui produxit inſtrumẽtum in iudicio, poſsit dicere illud inſtrumentum non ualere? Aduerte quia omnia iſta dicta Bartoli clarius & latius reaſſumit Abb.in c.cùm uenerabilis,colu.8.verſi.expediam, de except. 2 & Dec.ibi in 12.col.cum ſeq. & dum Bar. hic in col.ſeq. tangit, an aliquis poſsit † fundamentum facere ſuper eo, quod negauit? vide latiſsimè Feli.in c.examinata,col.3.de iudic. Aret. in l.j.§.ſi quis ſimpliciter,col.fi.ff.de uerb.obligat.ubi multa ad rem facientia poſuit, & Iaſ.in rep. l.admonendi,col.51.in 3.limit.ff.de iureiur.Bar.in l.non utique.ff.de except.Abb.in c.licet cauſam.col.13.uerſi.ultimò,de probat.ubi inquit,ſi iudex uidet hoc pro parte facere admittendũ eſſe,quamuis prius oppugnauerit.uide etiam Dec.in d.c.cum uenerabilis,colu.8.verſi. & hoc modo,

modo,& in 26.col.ubi tradit de eo,qui se fundat super eo,quod falsum dixit & obtinuit.&Dec. in c.gratum,col. 2.in 3.limit.de offic.deleg.& aliquid per eum uide in c.super literis, colu.10. reg. 8.de rescrip. Et quid de negante appellationem interpositam,an ex ea iuuamen consequi possit? vide Feli.in c.ex parte,col. 3.de rescrip.Et regulam hanc,scilicèt neminem posse se fundare super eo,quod oppugnauit,latissimè tradit Feli.in c. capitulum, de rescrip.num.22.cum seq.ubi octo attulit limitationes. uide omnino. Et dum Bar.hic subijcit, quamuis aliquis non possit se fundare,tamen iudicem ex officio posse illi prodesse. hoc sequitur Ias.in l.naturaliter. §.nihil commune,col. 18.vers.tertia conclusio.ff.de acquir.poss.& uide Feli.in d.c. capitulum.
3 col. 10,in 3.limit.de rescript.Et dum Bar.hic in uersi.procedo ulterius, agit an ille, † qui dixit instrumentum esse falsum,possit postea dicere illud esse uerum? attende in hac re, *quando aliquis scienter instrumentum falsum produxit,quamuis pars illud tanquam falsum reprobauit,* poterit tamen eo uti in odium producentis falsa instrumenta. Dec.in d. c. cum uenerabilis, , col. 16.vers.sextò,de except.& ad dicta hic per Bar.uide Feli.in d.c.capitulum,col.9.in 2.limitatione,de rescrip.& Alex.in l.qui Romæ.§.Seia,in primo notab.ff.de uerb. oblig. Postea Bar. in uersi.quæro quid si,loquitur de illo,qui non oppugnauit testamentum, sed tantùm negauit illud fuisse factum, uel contractum fuisse celebratum. Ad hæc uide Ias. in l.naturaliter.§.nihil commune,col. 17.uersi.interdum.ff.de acquir.poss.& Feli.in d. c.capitulum, col. 15.in 7.vel
4 8.limit.Subiungit deinde Bar. in uersi.quæro aduersarius, de eo, qui negauit positionem, † ut super ea se amplius fundare non possit. idem ait Raph. Cuma. in consi. 9.& Fulg.in consi.99. circa medium,tradunt doct.in l.ij.§.quod obseruari.C.de iura.calum.Amplia istam conclusionem procedere non solùm quando is positionem illam negauit, sed etiam si ei noluit respondere; quia is huiusmodi positioni amplius inniti non potest. Alex.in d.§. nihil commune,col. 17.versi.illud,& uide Feli.in d.c.capitulum,in 4.limitatione. Et quia Bar.subijcit cautelam,ut ille qui negauit positionem,illam negationem reuocet,quia ei tunc non reluctabitur sua negatio, vide Alex.in d.§. nihil commune, col. 17.versi. intelligatis.& vide omninò quæ in re proposita ibidem Aret.ait in 6.col.versi.secundò,& in l.j.§.si quis simpliciter,col.fi.ff.de uerb. obligat.& Alex.in consi. 151.in 5.vol. Postremò Bar. limitat præcedentia, ut locum habeant solùm quando aliquis uellet uti positione negata, alioqui uerò si uellet uti testibus & probationibus,quibus fuit illa positio comprobata.& hoc idem sequitur Ias.in l.iij.ff.de acq.poss.

Summarium in d.l.post legatum.§.amittere.ff.de his quib.ut indig.

1 *Legatum qui agnouit in testamento, à tutela se excusare non potest.*

Bar.in d.l.post legatum.§.amittere.ff.de his quib.ut indig.

1 BART. in ead.l.§.amittere,ait,eum,qui agnouit † legatum in testamento,à tutela se excusare non posse. Limita hoc esse uerum,nisi agnouisset legatum ignorans se tutorem uel curatorem dari.l.fi.ubi gl.ff.de confirm.tutor.Paul.de Cast.in l.j.col. 2.& ibi Alex.in 1.colu.ff.de leg. 2.nam tunc potest restituere legatum,quod acceperat.

Summarium in l.cum tabulis.§.quoniam.ff.de his quib.ut indig.

1 *Inimicitiæ inter legatũ, & testatorem prouenientes absque culpa ipsius legatarij,eum legato non priuãt.*

Bar.in l.cum tabulis.§.quoniam.ff.de his,quib.ut indig.

1 BART. in d.l.cum tabulis.§.quoniam,sic ait in summa. Inimicitiæ † inter legatarium & testatorem prouenientes absque culpa ipsius legatarij,eum legato non priuant.Istum textum ad hoc esse singul.ait Rom.in singul.196.vide Bar.in l.à filio.§.Seio.ff.de adim.lega.& quæ ibi posui.& Aret.in consi.92.col.4.& in cons.ultimo col.pe.& dum Bar.subiungit,libertam delinquere,si patrono nõ consentit in concubinatu,vide Ias.in l.hæreditas,col.1.C.de his quib.ut indig. ubi conatur confutare hoc Bartoli documentum.

Summarium in l.tutorem.ff.de his quib.ut indig.

1 *Ille qui ex necessitate officij testamentum accusat,non repellitur ab eo,quod proprio nomine meruit.*

2 *Vtrum habens duas uoces in electione aliqua,unam scilicèt nomine proprio,& aliam ut alterius procurator,possit unum proprio nomine eligere,& alium tanquam alterius procurator.*

Bar.

Bar. in l. tutorem. ff. de his quib. ut indign.

1 BART. in d. l. tutorem, colligit in summa, eum, qui ex necessitatè † officij testamentum accusat, non repelli ab eo, quod proprio nomine meruit. Ad rem facit, quoniam recta fieri solet illatio à duabus personis ad unam, quando militat eadem ratio. l. singularia. ff. si cer. pet. ubi Ias. in 3. col. uersi. nota etiam. Et ad hoc uide etiam Soc. in consi. 87. in 1. vol. ubi tradit quando aliquis possit gerere uices duorum. Quæro hic, quando unus sustinet uices duorum, ut quia potest aliquid agere nomine proprio, ac etiam nomine alieno tanquam uices gerẽs alicuius, utrũ is poterit difformiter definire, pro ut duæ personæ diuersæ facere possent? Respondeo hoc fieri non posse, quia is debet duci eadem conscientia secundum Abb. in c. quàmuis, de offi. de-
2 leg. Vtrum habens † duas uoces in electione aliqua, unam scilicèt nomine proprio, & aliam ut alterius procurator, possit unum proprio nomine eligere, & alium tanquàm alterius procurator? casus est unicus in mundo quòd nõ, in c. si quis inst. de lect. in 6. ita Rom. in sing. 76. incip. Scholaris, cum ibi addit. per Cast. uide Abb. in c. cum olim, de re iudic. & in c. constitutus. 2. de appellat. vtrum unus tanquam multorum procurator possit in consilio ciuitatis ponere plura suffragia? vide Fulg. in cons. 118.

Summarium in l. si gener. ff. de his quib. ut indig.

1 *Spurius, quis sit, & utrum pater possit ei relinquere.*
2 *Nati ex coitu non damnato an possint à patre capere,*
3 *Spurius an succedat matri.*
4 *Legitimatio spurij an ualeat si non sit expressa mentio spurietatis.*
5 *Spurijs alimenta debentur de iure canonico.*
6 *Spurius an capere possit ex donatione causa mortis.*
7 *Multa requiruntur ut quis dicatur esse naturalis tantum.*

Bar. in l. si gener. ff. de his quib. ut indign.

BART. in d. l. si gener, uers. hoc præmisso. tradit quis † sit spurius, & utrũm pater possit ei relinquere? & an ipse possit patri succedere? De ijs omnibus uide omnino quæ latè posui in lucubrationibus meis in l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. Et attende hic quoniam ex dictis Bartoli elicitur, nato ex coitu meretricis uel concubinæ cum plures haberet, à patre nihil posse relinqui, & per consequens etiam dicendum uideri, eum ab intestato ipsi patri succedere non posse, citat ad hoc auth. ex complexu. C. de incest. nupt. & auth. licet. C. de natural. libe. sed animaduerte quia in d. iuribus agitur de natis ex damnato coitu, & in illis nulla uidetur difficultas, sed coitus meretricis secundum ista iura non est damnatus, igitur contrariũ est uel facilè concedendum. & ita sentit Salic. in d. auth. ex complexu, quamuis eorum, quæ hic dicit Bar. non meminerit. & eum ab intestato non succedere tenet hic Bar. ut prædictum est, & expressè Io. de Platea, & Christ. Porc. in §. nouissimè, inst. ad orfici. sed ista opinio lege aliqua non probatur, omnes enim de coitu damnato disponunt, uerum est tamen in aliquibus legibus agi de uulgo quæsito, ut patri non succedat tanquam incertus, sed ubi esset certus, uel pater eũ de suo educasset, quin succedere debeat, non uideo. & ista, opinio confirmatur, nam in huiusmodi filijs ita est odium contra matrem, sicut contra patrem, & tamen matri succedunt, ut hic per Bar. igitur etiam patri. & Sali. in d. auth. ex complexu, tenet uulgo quæsitum non succedere
2 propter incertitudinem, ut dixi. Sed quid ex testamento, an tales nati † ex coitu non damnato possint à patre capere? Bar. hic sentit quòd non. sed hoc non probatur. posset fortè dici, eos, qua ratione ab intestato reijciuntur, posse etiam excludi ex testamento. sed tunc refragatur, quia uulgo quæsitus ab intestato non succedit propter incertitudinem, & tñ secus est ex testamento, ideo cogita. & in hac re uide Oldr. in cons. 196. in tit. qui fil. sint legit. ubi tenet eis relinqui non posse. ad rem facit. d. auth. licèt. qua cautum est, ad hoc ut hi possint succedere, necesse esse ut nati sint ex concubina retenta in domo. quare alioqui uidetur esse dicendum in alijs, in quibus istæ qualitates non concurrunt. & ratio quare tot qualitates exiguntur in concubinatu, ea est, ut certitudo habeatur, secundum Bal. in cons. 129. in 2. vol. ubi dicit, hoc modo

3 do natos propriè naturales appellari. Et dum Bar. ſubiungit an ſpurius † ſuccedat matri? vide Dec. in conſi. 361. & qui dicantur coitus damnati, & qui accuſari poſsint, uide Caccialu. in repe. l. ſi qua illuſtris. C. ad orffic. col. 5. & 6. & ibi col. 17. tradit, an de iure canonico naturalis tantùm ſuccedat? & de quacunque ſpecie illiciti coitus, & de pœna cuiuſlibet eorum uide Paulum Grillandum in tract. de pœnis multifariam coitus. An autem legitimatio † ſpurij ualeat ſi
4 non fit expreſſa mentio ſpurietatis? vide per Feli. in c. poſtulaſti, col. 5. in 5. declar. de reſcri. & Iaſ. in l. ij. verſi. circa quæſtionem. ff. de uerb. oblig. Et quia Bar. ait, id, quod dictum eſt de filijs ſpurijs in ſucceſsione parentum, procedere etiã quãdo ipſi parentes uellent ſuccedere ſpurijs, hoc idem ſequitur Iaſ. in §. pœnalis, col. 13. inſt. de action. Quærit deinde Bar. an ſit dare modũ quo pater poſsit relinquere ſpurio? & tradit, ut hic per eum, cui addere potes, patrem poſſe ſpurium inſtituere & eum grauare de reſtituendo regi uel imperatori, qui uerisimiliter huiuſmodi fideicommiſſum non eſſent petituri. Alexand. in l. cogi. § hi qui in ſolidum. ff. ad Trebell. ubi tradit etiam, quid ſi grauatus eſſet reſtituere perſonis incertis, nunquid in fraudem uidetur inſtitutus & grauatus? vide Alex. in conſi. 72. in 5. vol. & latè Iaſ. in l. ij. C. de hæred. inſt. & de iſtis cautelis, quibus pater poſsit relinquere ſpurijs uide Feli. in c. multorum, de iudic. & in c. 1. col. 4. de præſcript. & Antonium Corſet. in ſingularibus ſuis in uoce ſpurius. & Barb. in rubrica de fid. inſtr. in fi. & omnino Cæpol. in cautel. 38. & quæ ego poſui in l. item in poteſtate.
5 ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. Et dum Bar. hic paulò poſt agit de alimentis † relinquendis ſpurio, quæ ei debentur de canonica æquitate, adde Soc. in l. Marcellus. §. res quæ, col. penul. ff. ad Trebell. Caccialup. in repet. d. l. ſi qua illuſtris, col. antepen. & Paul. de Caſt. in conſi. 5. col. 2. in 1. vol. ubi ait, ſi ſimpliciter legatus fuit fundus uel alimenta, hoc totum mortuo filio redire ad hæredes legantis, & dotem mortua huiuſmodi filia ad hæredes patris. Bald. nouel. in tract. de dote, in 6. quæſt. principali in 15. priuilegio. ubi ſublimitat niſi maritus uigore ſtatuti dotem
6 acquireret. Et an ſpurius † capere poſsit ex donatione cauſa mortis? vide Marti. Lauden. in tract. de legitim. col. 24. & omnino recurre in hac materia ad ea, quæ poſui in d. l. item in poteſtate. Præterea uides filio naturali quandoque totam ſubſtantiam, quãdoque duas uncias poſſe relinqui, ſpurio autem alimenta tantùm. ſed an in dubio quando dubitatur ſit ne ſpurius an naturalis, utrum eo caſu ſuccurratur ſpurijs? vide Alex. in l. iij. ff. de liber. præter. tamen rectè intuenti illa deciſio non deſeruit, cum ibi Alex. non decidat quid in dubio, & aliud agit. item ad rem faciunt quæ docuit Ludouicus de Sardis in tract. de legitimatione, col. 4. item quia mul-
7 ta † requiruntur ut quis dicatur eſſe naturalis tm̃, ſcilicèt, ut ſit natus ex cõcubina retenta in domo, affectione maritali, & reliqua, quæ cum ſint facti, in dubio non præſumuntur. & propterea dixit Bal. in conſ. 262. in 2. vol. paucos eſſe naturales, Itẽ ſi præſumimus eos eſſe ſpurios, ſaltm̃ vĩ minus delictum ſaltẽ de iure canonico, quia in naturalibus exigitur concubinam eſſe retentã in domo, atque ita ex multiplicitate actuum ſucceſsiuorum maius peccatum prouenire ſolet, quàm cognoſcere ſemel uel bis aliquam, ex qua ſpurius naſcatur. Conſidera etiam in propoſito caſu, nunquid nominatio patris uocantis eum filium naturalem quicquã operetur? id quod non videtur, cum in ſua non ſit poſitum poteſtate diſponere ad ſpuriorum vtilitatem. ex qua infertur patri credendum non eſſe quamnis eum dicat eſſe filium naturalem. l. ſi fortè, ubi Bar. ff. de caſtren. pecul. In contrarium facit, quoniam minus delictum, immo nullum de iure ciuili eſt tenere concubinam, & ideo uidetur pro minori delicto eſſe præſumendum. argumento. l. merito. cum ibi trad. ff. pro ſoc. Præterea de iure naturali omnes ſunt naturales, iccirco qui contrarium aſſerit, probet. Tamen adhuc dici poteſt multos eſſe, ut nati ex meretice, uel ex coniugato & ſoluta, qui ſuccedere poſſunt ab inteſtato, & ideo multò magis ex teſtamento, cum iura prohibentia ſentiant de illis tantùm, qui ex damnato coitu naſcuntur, ut in præcedentibus dictum eſt. & ad prædicta omnia uide, ut dixi, quæ poſui in d. l. item in poteſtate.

Summarium in l. j. ff. de condi. & demonſtra.

1 *An & quando dictio, cum, & dictio, ſi, conditionem faciant.* Bar.

Bar.in l.j.ff.de cond.& demonſtr.

1 BART. in d.l.j.col.2.& 3.tradit an & quando uox,cum, † & uox, ſi,conditionem faciãt, & quomodo differant. de qua re agit idem Barto. in l.quodcunque.§.non ſolùm.ff.de uerb.obli.ubi Alex.& Aret.idem Bar.in l.ſi cum moriar.ff.de condit.indeb.& in l. qui promiſit, eod.tit.& in l.extraneum.C.de hæred.inſtit.& in l.j.§.ſi plures.ff.de exercit.& an iſta uox,cum,faciens conditionem indicet principaliter tempus? tradit Bar.& ibi doct.in l. ita ſtipulatus,in 11.oppoſ.primæ par.ff.de uerb.oblig.& de hac uoce,cum,quæ facit conditionem, agit Dec.in conſi.401.& de uoce,ſi,an principaliter faciat conditionem,tradit Barto.in l.cum ſtipulatus ſim mihi,ff.de uerb.oblig.ubi Alex.in l.ſi ita quis promiſit,& ibi Aret. eod.tit.& in l. fideiuſſor obligari.§.fi.ff.de fideiuſſ.& in l.iij.& ibi doct.ff.de leg.1.& in quo differunt uox, ſi, & vox,cum,uide Bar.in l. Titię textores.§.1.ff.de leg.1.& dum Bar.hic in 3.col.uerſi.tertia differentia,diſtinguit circa uocem,ſi,inter contractus & ultimas uoluntates, dicens in contractibus ſi appoſita eſt conditio per hanc uocem, ſi,circa executionem,& reſolutionem obligationis,& eo caſu obligationem eſſe puram, ſed reſoluendam per conditionem. l.ij. cum ibi trad. ff.de in diem adiect.ſi uerò apponitur obligationi,tunc obligationem eſſe conditionalem. de qua re vide latius Alex.in conſi.90.col.3.in 4.vol.& Dec.in conſi.331.ubi egregiè decidit pulchrum caſum circa beneficium abſtinendi. & in hac re vide Paul.de Caſt. in l.quibus diebus. §.quidam Titio, infrà eod.tit. & ideo hæc obliuioni non tradas quando uox, ſi,indicet conditionem,& non. Et dum Bar.ſubijcit hic de uoce,cum,quando adijcitur futuro euentui collato in certum tempus,puta,certæ ætatis,ut eo caſu faciat conditionem, quia præceſſit diſpoſitio pura,& ideo iſta adiectio temporis conditionem indicat. cogita an hoc procedat tantum in ultimis uoluntatibus, ſecus in contractibus: quia in eis non eſſet conditionalis hæc uox. id quod ſuaderi uidetur ex legibus hic adductis. item quia uox, ſi, non reddit contractum conditionalem,ut prædictum eſt,igitur nec uox,cum,hoc deberet operari. & ita ex his tollerentur ea quæ huic documento reluctantur, de quibus agam Deo dante in l. Seius Saturninus, infra ad Trebell. Et de uoce,ſi,ac etiam de voce,niſi,de qua hic ſubiungit Bar.ut faciat,actum purũ, ſed reſoluendum per conditionis euentum,declara ut per Ang.in conſi.238.& Bar.& alios, in l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut. Poſtea Bar.hic,in colu.6.agit de uoce, quo ad,& quòd dicatur habere diem certum,uide Bar.in l.ita ſtipulatus,in 2.quæſt.ff.de uerb.oblig. ubi Aret. col.fi.uerſi.item adde. & de hac uoce,agit Bar.in l.ij.§.quòd ſi quis.ff.de ſuſpect. tutor. Nicol. de Neap.in l.Titius.eod.tit.Bar.in l.legatũ.ff.de annu.leg.& in l.Caio.§.Imperator.ff. de adim. lega.& de uoce,donec,quòd faciat conditionem,tradit Soc.in conſi.68.in 1.vol. An autem relatiua accidentis faciant conditionẽ? de qua re tractat Bar.hic in pen.col.dicas ea ſi ſunt iuncta uerbo futuri temporis,facere conditionem,ut per doct.quos retulit Iaſ.in l.Stichum qui meus erit,col.4.in 3.ampliat.ff.de leg.1.ubi ipſe adducit Bar.cuius alij nullam mentionem faciebãt.

Summarium in l.conditionum.ff.de cond.& demonſtr.

Quantum ad obligationem acquirendam non ſufficit aliquid fieri facto, immo oportere probari factum eſſe per contrahentem.

Bar.in l.conditionum.ff.de cond.& demonſtr.

BART. in d.l.conditionum,ait, quantum ad obligationem † acquirendam non ſufficere, aliquid fieri fato,immo oportere probari factum eſſe per contrahentem. vide Bar.in l. ſi quis in graui.§.utrum.ff.ad Syllan. ubi ex hoc infert ad quæſt. & in l. ſi is qui.§. quòd ſi ſeruus. ff. de acquir.rer.domin.& Feli.in c.quæ in eccleſiarum. col.2.verſi. ſeptimus, de conſtit. Quid contra,ſi conditio adiecta legato deficit fato & caſu, & non culpa legatarij, an ei legatum debeatur? vide Ang.in conſ.150.

Summarium in l. ſi hũ.§.ſi ità.ff.de cond.& demonſtr.

Si conditio deficit ante diem, expectanda nihilominus eſt dies.

Bar.

De cond. & demonstr.

Bar. in l. si his. §. ita. ff. de cond. & demonstr.

1 BART. in d.l. si his, §. si ita, inquit, si †conditio deficit ante diem, expectandam nihilominus esse diem propter uocem, tunc, quæ significat extremitatem temporis. De significatione huius uocis, tunc, vide Abb. in c. pastoralis. in 3. notab. de except. Aret. in l. Gallus, in princ. ff. de liber. & posth. & omnino Dec. in consi. 63. & in cons. 89. ubi egregiè loquitur de hac uoce, quantum sit præcisa, & Mari. Soc. iuni. in cons. 106. nu. 6. & nu. 29. & 30. & de uoce, tunc & eo casu, vide Dec. in cons. 314. & in consi. 315. & in consi. 332.

Summarium in l. conditionibus. ff. de cond. & demonstr.

1 *An res minoris obligari possint pro dote.*
2 *Conditio potestativa facit aliquem de necessario uoluntarium, quando expresse fuit apposita, secus si tacitè.*
3 *Pupillus se principaliter obligare non potest sine tutore, alioqui verò accessoriè, & in consequentiam.*

Bar. in l. conditionibus. ff. de cond. & demonstr.

1 BART. in d.l. conditionibus, quærit an †res minoris obligari possint pro dote? vide Ias. in l. si constante, in 32. col. uersi. in 9. quæst. ff. sol. matr. Et dum Bar. hic in fi. inquit, conditionem
2 †potestatiuam facere aliquem de necessario uoluntarium, quando expressè fuit apposita, secus si tacitè. circa hanc opinionem Bartoli, per quam declaratur ratio istius tex. vide Ias. in l. more. in 7. notab. col. 88. versi. quintò limita. ff. de acquir. hæred. & Alex. in l. bonorum. C. qui admit. & ibi Ias. in l. ij. col. 4. versi. Limita secundo modo. quatenus autem hic tradit Bar. de conditione, si Capitolium ascenderit, ut non faciat de necessario uoluntarium; quia ista conditio tacita apposita est in uoluntate ipsius, hoc idem ait magis expressè Bar. in l. si filius qui patri, col. 3. uersi. sed quid si eum instituit. ff. de uulg. & pupill. Attende quoniam hoc modo falsum
3 est id, quod dicunt aliqui per istam l. & maximè Barto. hic, pupillum †se principaliter obligare non posse sine tutore, alioqui verò accessoriè & in consequentiam, ut uult Bar. hic referens id minorem, an possit pro dote obligari; quia non est ratione accessorij, sed quia non desinit esse necessarius per hanc tacitam conditionem, sed durat hæres necessarius non obstante ista conditione, sed hæres necessarius adit sine tutore, ut est tex. in d.l. more. ideo hoc non est, quia in consequentiam obligatur, sed quia permanet hæres necessarius. Et de hac differentia, an conditio fiat expressè uel tacitè, vide in simili casu Ias. in l. captatorias. C. de testam. milit. colum. 2. versi. in 3. par. glo.

Summarium in l. mulcta. ff. de cond. & demonstr.

1 *Quantum ad pœnæ commissionem etiam in ultimis uoluntatibus à pœna non receditur.*
2 *Si per unum statutum imponitur una pœna, & alia per aliud statutum, alia non intelligitur repetita.*

Bar. in l. mulcta. ff. de cond. & demonstr.

1 BART. in d.l. mulcta, sic ait in summa, quantum ad pœnæ †commissionem etiam in ultimis uoluntatibus à pœna non receditur. & quia opp. de l. fi. §. & si quis. C. commun. de legat. uit Bar. dicens recedi posse à persona quantum ad dispositionem, ut grauatus facere teneatur non autem quantum ad pœnæ commissionem. de hoc est casus in l. in testamento ita quidam infrà eod. tit. iuncta gl. ibi, ubi grauatus facere monumentum tali exemplo, si non extat, tenetur facere arbitrio boni uiri, tamen propterea non incurrit in pœnam. quod attende pro limitatione istius. l. quia omnimodo teneretur facere arbitrio boni uiri, quamuis gl. fin. hic contrarium
2 sentiat. & idem est in dispositione statutaria, si per unum †statutum imponitur una pœna, & alia per aliud statutum, alia non intelligitur repetita, ut per Dec. in consi. 90. col. 2. Postea dicit Bar. si hæres iussus est aliquid facere arbitrio executoris, & si non fecit, punitur aliqua pœnâ, si executores nolunt arbitrari, pp quod ad eam deuenitur, si hæres non uult parere eo, ei non incidere in pœnam. vide Ias. in l. si eum. §. qui iniuriarum. col. 4. versi. limita. ff. si quis caut.

Summarium in l. Mutianæ. ff. de cond. & demonstr.

1 *In omnibus conditionibus de non faciendo, quæ non possunt impleri ante ultimum uitæ spiritum sine expectatione tristis euentus cautio de non faciendo pro implemento habetur.*

Bar.

Bar.in l.Mutianæ.ff.de cond.& demonstr.

1 BART. in d.l.Mutianæ,sic ait, In omnibus conditionibus † de non faciendo, quæ nõ possunt impleri ante ultimum uitæ spiritum sine expectatione tristis euentus cautio de non faciendo pro implemento habetur. De materia huius Mutianæ cautionis,uide doct.glo.in l.j. in glo. magn.in fi.C.de pact.item adde hanc conditionem habere locum quando est apposita in persona honorati,secus si in persona grauati. Bar.in l.ita stipulatus, colu.9.in 1.oppos.primæ par. ff.de uerb.oblig. & ibi Aret.in 14.colu. Item limita istam cautionem habere locum in ultimis uoluntatibus tantùm,alioqui uerò in contractibus. Iaſ.in l.quæ de legato.ff.de leg.1. & in l.siue apud acta.C.de transact.quod tantum declara ut ibi habetur. & nunquid locum habeat in donatione causa mortis? vide ibidem.

Summarium in l.cum fuerit.ff.de cond.& demonstr.

1 *Conditio nuptiarum impletur cum nuptiæ consensũ contrahuntur.*

2 *Si consensus in matrimonio ab utraque parte est præstitus de præsenti, sed in eo inest conditio suspensiua, ut puta contraho tecum, si mille dederis mihi, an ualeat.*

3 *Si in nuptijs cõtrahendis non interuenit cõsensus mulieris sed promissio patris, et affiniũ, an hoc sufficiat.*

Bar.in l.cum fuerit.ff.de cond.& demonstr.

1 BART. in d.l.cum fuerit,ita colligit in summa. Conditio † nuptiarum impletur, cum nuptiæ consensu contrahuntur. De hac re uide Abb.in consi.1.in 1.vol. & quantum tempus habeat conditio nuptiarum,uide per Bart.in l.iij.§.fin. C.quand. & quib.quar.pars debet,lib.10. Quid si mulier consensit hodie,postea elapsis aliquibus diebus consensit uir? Respondeo, matrimonium contrahi,& ideo conditionem impleri,gl.not.in l.consensu.ff.de action.& oblig.& in l.j.ff.de contrah.empt.Host.& Io.And.in c.ex literis,& in c. dilectus, de sponsal. & est tex. & ibi Abb.in c.cum inter canonicos,de elect.Quid si iste consensus † ab utraque parte præstitus est de præsenti,sed in eo inest conditio suspensiua; ut puta,contraho tecum si mihi mille dederis? Resp.matrimonium non contrahi nisi existente conditione; quia consensus, à quo matrimonium essentiam suscipit,non est purus & absolutus. gl.Innoc.Io.Andr.& Abb.in c. de illis, de cond.appos.& Ant.de Butr.in c.super eo,eod.tit. Quid si in nuptijs † contrahendis non interuenit consensus mulieris,sed promissio patris & affinium,an hoc sufficiat? vide Abb.in cõs. 49.& in hoc puncto aduerte quia si filia non uult cõtrahere matrimonium cum eo,quem elegit pater quando est dignus,potest exhæredari,ut not.in l.sed ea quæ,in princ.ff.de sponsal.vide tamen ibi Bal.& Salic.Quid si iste consensus haberetur in carcere, utrum conditio dicatur impleta? vide Abb.in c.cum locum,in fi.de sponsal.

Summarium in l.demonstratio.ff.de cond.& demonstr.

Quomodo cognoscatur, an aliquid positum sit demonstratiuè, an taxatiuè.

Ad demonstrandum personam perfectè, exprimendum esse nomen suum cum duobus alijs accidentibus uel indicijs.

Confinia non esse adeò necessaria ut eorum omissio uitiet.

Bar.in l.demonstratio.ff.de cond.& demonstr.

BART. in d.l.demonstratio, inquit in principio huius.l. agi de demonstratione adiecta in re legata per relatiuum. De materia huius.l. vide latè Feli.in c.significante. de rescrip. Et quomodo † cognoscatur an aliquid positum sit demonstratiuè,an taxatiuè? vide eundem Feli.in c. super literis, col.2.versi.nota, de rescrip.Et dum Bar. tractat an & quando falsa demonstratio uitiet,uide Iaſ.in l.Stichum qui meus erit,colu.2. in tertio notabili. ff.de leg.1. & Dec.in consi. 46.& an falsa demonstratio uitiet rescriptum? vide Dec.in c.constitutus,in glo.1. de rescript. & Feli.in d.c.significãte,& ibi Abb.qui ponit quædam scitu digna in proposita re. Quid in iudicijs? vide Ang.de maleficijs,colum.84.& seq.in uoce,Caium Sempronij. Et dum in septima quæst.ait,ad demonstrandam † personam perfectè exprimendum esse nomen suum cum duobus alijs accidentibus uel indicijs, vide Alex.in consi.299. Nigrosolus,in libro primi & secundi vol.& Feli.in c.cùm Ioannes,col.4.uersi.sed dictum,de fid.instru. Ad demonstrandum uerò

fundum,

fundum,dicit ibi Bar.exprimendum esse nomen loci cum duobus confinibus. De hac re uide omnino Alex.in consi.73.in 3.vol.vbi ex mente Paul. de Cast. inquit hoc Bartoli documentũ posse procedere,quando essent expresè tres demonstrationes, & duæ conuenirent, alioqui verò si quatuor aut plures exprimerentur,quarum duæ tantùm conuenirent: nam eo casu res esset dubia,& una præsumptio ab alia elideretur.hoc idem confirmat ipse Alex. in consi.38.in 5.vol.propè fi.Præterea limita hanc Bartoli decisionem quando contra aliquem ageretur, ut incideret in pœnam, quia tunc necesse est ut omnia confinia uerificentur, ut de hoc est tex. not.in l.in testamento.j.infrà eod.tit.& ita inquit Alex.in consi.35.in 5.vol.Scias tamen confi-
3 nia † non esse usque adeò necessaria, ut eorum omissio uitiet in hac materia, dummodo constet de corpore ipsius rei,de qua agitur,ut sentit Bar.hic & Fulg.in consi.183.& ideo *in penul.* colum.subijcit Bar.si aliquis accusatur de maleficio commisso in palatio potestatis *Perusij*, nõ oportere ut confinia interantur; quia ille locus satis est demonstratus. ad quod uideas Feli. in c.3.de testib.cogen. Et dum in fi.huius principij tradit Bar.quid fieri debeat quando mutatum est nomen personæ,uel mutata sunt cõfinia,vide Paul.de Cast.in l.ij.C.fin.regun.ubi idẽ tenet.

Summarium in d.l.demonstratio.§.cum autem.ff.de cond.& demonstr.

1 *Falsa causa non uitiat legatum, nisi conditionaliter sit expressum.*

Bar.in d.l.demonstratio.§.cum autem.ff.de cond. & demonstr.

1 Bart. in ead.l.§.cum autem,ait fallam † causam non uitiare legatum nisi conditionaliter sit expressum. vide an & quando falsa causa uitiet legatum,apud Alex.in consi. 81. in 6. volu. Dec.in consi.46.An falsa causa expressa in sententia reddat eam inanem? Dic quòd non.sed hoc fallit in nonnullis casibus,ut per Feli.in c.sicut.nu.30. cum seq. de re iudic. An falsa causa expressa in decreto,in quo iudicis officium imploratur,illud irritum faciat? vide Bar. in l.qui testamento.ff.de excusat.tutor.Ant.de Butr.in c.diuersis fallacijs,de cleric. coniug. & Alex.in consi.160.nu.4.in 7.vol.

Summarium in l.in conditionibus.§.hæc scriptura.ff.de cond.& demonstr.

1 *Conditio, quæ tacitè inest; si exprimatur, legatum conditionalem non facit.*

Bar.in l.in conditionibus.§.hæc scriptura.ff.de cond.& demonstr.

1 Bart. in d.l.in conditionibus.§.hæc scriptura,inquit,conditionem, † quæ tacitè inest, si exprimatur, legatum conditionale non facere. De materia huius.§. ac nouum intellectum, vide per Io. Sado. in repet.l. hæc uerba.nu.9.ff. de leg.1. Et conditionem subintellectam tam facere dispositionem conditionalem,docuit Abb.in c.quemadmodum, de iureiur. Abb.in 2.de sponsal.in princ.

Summarium in l.multum.ff.de cond.& demonstr.

1 *Hæreditas ad hoc ut adiri possit, requiritur quòd conditio existat, & eam extitisse hæres sciat.*

Bar.in l.multum.ff.de cond.& demonstr.

1 Bart. in d.l.multum,sic ait in summa. ad hoc ut posit† adiri hæreditas,requiritur quod conditio existat,& eam extitisse hæres sciat. Posteà ex hoc Bar.infert ad iudicem,qui procedit contra aliquem tanquam contra contumacem, cum re uera esset contumax, sed ipse eius contumaciam ignorabat,ut processus non ualeat. Limita hoc non procedere,ubi periculum esset in mora,quia eo casu iudex condemnare poterit, & dicere illum esse contumacem, etiam nuncij relatione non uisa. Ias.in l.j in principio.col.19.ff.de offic.eius.& de ista decisione Bartoli uide omnino Feli.in c.2.de offic. deleg.& in c.ecclesia sanctæ Mariæ, col.7. versic. decimò ad idem,de constit.& latè hic per Socin.Et limitationem de periculo in mora traditam Alex.in l. de uno quoque, [illegible] 2.uersi.item limita.ff.de re iudic.ubi etiam amplius uoluit,quando periculum est in mora,ut nec citatio nec expectatio sit necessaria. & de hac re uide Ias. in l. iudices,in primo norabili.C.de iudic.ubi idem esse ait si sententia fuisset prolata in tam breui tempore,ut iudex acta uerisimiliter uidere non potuerit. Ad prædicta accedant trad.per eundem Ias.in l.properandum.§.& quidem,colum.3.in nono notabili. C. de iudic. & Alexand. in l.si finita.§.Iulianus. colum.13. ff. de damn. infect.ubi aperit, quid si relatio facta fuit notario tantùm,

tantùm, quamuis hoc ipsi iudici aliter innotescat? & in re proposita loquitur etiam Dec. in c. quoniam contra,col. 11.de probat.& in c.prudentiam,de offi.deleg.in fi. & latissimè uide Feli.in c.sciscitatus. col.antep.& seq.de rescrip. vbi propè infinita ad rem facientia cumulauit, & Perus.in c.cum parati,col.pen.& fi.de appella.

Summarium in l.filiæ.§.Titia.ff.de cond. & demonstr.

1 *Vna species loco alterius succedit ex uoluntate defuncti.*

Bar.in l.filiæ.§.Titia.ff.de cond.& demonstr.

1 Bart. in d.l.filiæ.§.Titia,ita colligit,una species † loco alterius succedit ex uoluntate defuncti.vide Dec.in c.quoniam Abbas.col.2.& seq.de offic.deleg.

Summarium in l.hæc conditio.ff.de cond.& demon.

1 *Conditio potestatiua debet facilius impleri statim cum potest.*

Bar.in l.hæc conditio.ff.de cond.& demonst.

1 Bart. in d.l.hæc conditio, inquit, conditionem † potestatiuam debere facilius impleri, statim cum potest. Quæ sit ratio quòd implementum conditionis affirmatiuæ fieri debeat incontinenti cum potest,& secus sit in negatiua,posuit Aret.in l.ita stipulatus,col.13.v ersi. ad l.ff.de uerb.obligat.

Summarium in l.in testamento.ff.de cond.& demon.

1 *Si deficit exemplar, deficit etiam exemplandum.*

Bar.in l.in testamento.ff.de cond.& demonstr.

1 Bart. in d.l.in testamento, inquit, si deficit exemplar † deficere etiam exemplandum. Attende istum tex.qui,ut dixi in l.demonstratio,suprà eod.tit.est singul.ad probandam aliquã rem duo confinia uera non sufficere,quando agitur contra aliquem, ut incidat in pœnam. Et dum Bar.hic in fi.ait,quæro quid voluerit dicere.l.ij.de inst.& subst.quando dicit,extraordinario iure,vide Ias.in l.cum filius,in 2.notab.ff.si cert.pet.

Summarium in l.nominatim.ff.de cond.& dem.

Demonstratio licèt sit falsa, tamen si constat de quo sensit testator, nominatim dicitur esse relictum.

Bar.in l.nominatim.ff.de cond.& demon.

Bart. in d.l.nominatim, colligit ex tex. quamuis demonstratio † sit falsa,si tamen constat de quo sensit testator,nominatim dici esse relictum. ex quo infert ad indictionem, cuius omissio irritum facit instrumentum, tamen corruptè apposita non. De hac re uide Abb.in c.inter dilectos,col.9.vers.secundo.de fide instrum.ita etiam in simili casu uidemus,quamuis actus nullus nihil soleat operari, tamen uoluntatem agentis indicat. glo.not.in c.cùm plures, in glo.fin. de offic.deleg.Ias.in l.quæ dotis,nu.38.ff.sol.matr.Dec.in c.ex tenore, nu.6.& 7. & ibi Feli.nu. 20.de rescrip.vbi citat tex.& Bar.in l.fi.ff.de rebus eor. qui sub tutel.& Dec.in l.mandatum.ff. de offic.eius.vbi ait,actum nullum non solùm agentis intentionem declarare,sed etiam consuetudinem inducere posse.

Summarium in l.si ita.ff.de cond.& demonstra.

Si testator iussit dari omne id quod scriptum est in cedula, quam reliquit apud Guardianum, utrum ualeat tale relictum.

Relictum in testamento nuncupatiuo debet audiri à testibus.

Bar.in l.si ita.ff.de cond.& demonstr.

1 Bart. in d.l.si ita,infert ad quæstionem, si testator † iussit dari omne id, quod scriptũ est in cedula,quam reliquit apud Guardianum,vtrũ ualeat tale relictum? & concludit ualere,dum modo constet cedulam fuisse scriptam manu testatoris. Limita hoc nõ procedere,quando esset de forma ut nominatim aliquid exprimatur,quia tunc non sufficit illud fieri per relationem ad aliud, vt dixi in l.asse toto.ff.de hæred.inst.vide Ruin.in l.Gallus.§.& quid si tantùm,col.34. vers.secundò limita.& declara & limita ut per Paul.de Castr.in consi.39.in 1.uol. sed reluctantur ea,quæ tradit Ias.in l.certum.ff.si cert.pet.Et de materia huius.l. vide Alex.in l.ait prætor.§. si iudex.col.1.& ibi Ias.in primo notab.ff.de re iudic. vbi tradit an hoc, quod hic ait Bart.in le-

* gato, locum habeat in institutione? & ibi testatur Ias. hoc Bar. documentum esse communiter
2 approbatum. Tamen animaduerte, quoniam relictum † in testamento nuncupatiuo debet audiri à testibus. & hoc uidetur pro forma constitutum fuisse, quo casu paria non sunt aliquid fieri nominatim, vel per relationem ad aliud, vt prædixi. & hanc limitationem attulit etiam Ias. in d. §. si iudex, in 1. notab. col. 32. & ita opponit idem Ias. in l. certum. ff. si cert. pet. Hoc tamen, q forma per æquipollens impleri non possit, limitat Dec. in l. si mater. C. de inst. & subst. non procedere, quando forma respicit certum effectum; quia tunc potest impleri per æquipollens, & exemplum sumit à l. iubemus. C. de testam. vbi pro forma exigitur ut nomen hæredis exprimatur, tamen quia hoc fit ad habendam certitudinem, sufficit ut etiam aliter effectus huius certitudinis habeatur. Cæterum si rectè consideretur, ista limitatio uidetur totam hanc regulam euertere; quia forma in quacunque dispositione ad certum aliquem finem est instituta, & ideo, dummodo sequatur idem effectus, semper impleri posset per æquipollens. nihilominus constantissimè traditum est, formam, vt prædictum est, non posse impleri per relationem ad aliud, vt per Feli. in c. quoniam contra, nu. 42. de probat. & per æquipollens non debere uerificari. Socin. in cons. 24. col. 7. & in cons. 33. col. 3. in 1. uol. Alex. in cons. 212. in 6. uol. Feli. in cap. cum dilecta, nu. 41. 58. & nu. 73. de rescrip. & omnino in c. 1. §. significantibus, de libel. obla. & ad materiam huius l. uide Abb. in rubr. de cõsuet. & q̃ pono ad Bart. in l. qui heredi. infrà eo. tit. vbi uide oĩno.

Summarium in l. quæ conditio. §. cum ita testamento. ff. de cond. & demon.

1 *Legatum factum ecclesiæ si testator aliud non expressit, de qua ecclesia in dubio sit intelligendum.*
2 *Sepulchrum maiorum suorum, quod dicatur.*

Bar. in l. quæ conditio. §. cum ita testamento. ff. de cond. & demon.

1 BART. in d. l. quæ conditio. §. cum ita testamento, agit de legato † facto ecclesiæ, si testator aliud non expressit, de qua ecclesia in dubio sit intelligendum? deciditque de ea, cuius est parrochianus. Ex hoc inferri potest etiam in qua ecclesia mortuus sepeliri debeat, quando sepulchrum non elegit; quilibet enim hanc habet eligendi potestatem, ut est tex. in c. 1. de sepult. dicit Abb. in c. apostolicæ, de donat. in dubio autem ubi nulla sit facta electio, dicendum uidetur secundum Bar. hic eum debere sepeliri in ecclesia, cuius est parrochianus. sed immo uidetur eum condi debere in sepulchro maiorum suorum, idq; exemplo Patriarcharum sanctorũ, vt habetur in d. c. 1. cum glo. vbi Abb. inquit, Abraham, Isaac, & Iacob etiam in longinquis regionibus existentes, cum maioribus suis quiescere uoluisse. ad idem est tex. in c. is qui, de sepult. mil.
2 quod † nam autem dicatur sepulchrum maiorum suorum, vide Oldra. in cons. 25. Thema tale est. & Feli. in c. super eo, de testi. vel si essent Episcopi, vel Cardinales, aut prælati, dicendum uideretur, eos in ecclesijs eorum curæ commissis esse tumulandos, vt per Card. in clem. dudum §. huiusmodi, de sepult. & Abb. in d. cap. Apostolicæ. Quid autem si plures haberent ecclesias? Archid. in c. cùm quis, de sepulc. in 6. dixit, eam, in qua moriuntur, esse præferendam. sed quæ si alibi quàm in suis ecclesijs morerentur? fortè dici posset uiciniorem ecclesiam esse potiorem argumento c. fi. de sepult. Tamen Firmani sententia est in re proposita eos in ea ecclesia, in qua frequentius & diuina officia audire, & sacramenta recipere consueuerunt, sepeliri debere, ipse in tract. de Episcopo, in 4. par. quarti libri quæst. 13. in fi. Quæ omnia sunt adnotãda ad decisionem quæst. hic propositæ per Bar.

Summarium in l. quibus. ff. de cond. & demonst.

1 *Dies impedimenti non computatur in termino.*
2 *Impeditum dici eum non posse, qui facilè remouere potest impedimentum.*

Bar. in l. quibus. ff. de cond. & demonstr.

1 BART. in d. l. quibus, ait, diem † impedimenti non computari in termino. vide Alex. in l. recusare. §. si quis ab alio. ff. ad Trebel. & Aret. in cons. 16. tamen subiungit Bar. hoc non procedere quando contra impedimentum potuit reclamare, & non fecit. De hac re uide Abb. in c. plerunque, de rescrip. vbi ait, eum, qui dicit se fuisse impeditum aliquid agere infra tps statutũ, teneri probare non modò impedimentum, sed ẽt illud fuisse in causa, vt id agere non potuerit, id quod

id quod probari ait, si probatur diligentia tempore impedimenti. hoc idem confirmatur ex tradit. per Feli. in c. ex transmissa, de præscrip. vbi ait, impeditum non excusari, nisi alleget impedimentum, & probet se fuisse conatum, vt id facere posset. Ad hæc faciunt quæ tradit Bald. in l. sed etsi per prætorem. §. 1. vers. sed nec ad eos. ff. ex quib. caus. maio. vbi inquit, impeditum dici eum non posse, qui facile remouere potest impedimentum. & hoc Bartoli documentum sequitur Ias. in l. qui in aliena. §. fi. col. 79. vers. in glo. 2. ff. de acquir. hæredi. & pro declaratione huius rei uide Aret. in d. consi. 16. & Alexand. in d. l. recusare. §. si quis ab alio. & ad prædicta * uide Bar. Ang. & alios in l. ij. §. & quod diximus. ff. si quis caut. vbi est * communis opinio, impeditum teneri probare omnem diligentiam ut remoueret impedimentum. Limita istam conclusionem ut non procedat, quando notorium esset, frustratoriam fuisse omnem diligentiam, quia eo casu sufficit probare impedimentum absque eo quòd diligentia probetur: ita Paul. de Castr. in consi. 286. & in consi. 290. & Feli. in d. c. ex transmissa, in vers. quæ omnia & similia, nu. 4. Et an & quando impeditus teneatur protestari coram honestis personis, uide Feli. in c. sciscitatus, de rescrip. & in re proposita uide ibi Abb.

Summarium in d. l. quibus. §. quidam. 2. ff. de cond. & dem.

In contractibus, si conditio apponitur in ipsa dispositione contractum esse conditionalem, si uerò ex post facto, tunc contractum esse purum, sed resoluendum sub conditione.

Dies certus si est appositus præstationi, tunc non efficitur conditionalis.

Quando in eadem oratione in qua fit legatum, in eadem etiam ponitur dies, tunc semper illa dies uidetur apposita substantiæ legati, & non præstationi.

Bar. in d. l. quibus. §. quidam. 2. ff. de cond. & demonst.

BART. in ead. l. §. quidam, 2. ait, in contractibus, † si conditio apponitur in ipsa dispositione, contractum esse conditionalem, si uerò ex post facto, tunc contractum esse purum, sed resoluendum sub conditione. l. ij. cum glo. ff. de in diem adiect. vide Bar in l j. suprà eodem tit. in 4. col. & clarius Alexan. in consi. 90. colu. 3. in 4. uolumi. & pulcherrimam decisionem Decij. in consi. 331. circa beneficium abstinendi, per d. l. secundam. de in die. adiect. & ad dicta per Bar. hic uide Ias. in l. lecta, colu. 16. vers. in ea glo. ff. si cert. pet. hæc, quæ prædiximus, procedunt in contractibus, quid uerò sit in ipsis legatis nunc uideamus: sic igitur distinguas licet. Aut ei fuit appositа dies certa, aut incerta. si certa, aut fuit apposita substantiæ, & tunc erit conditionale. l. si cui legetur. ff. de lega. 1. fallit ratione consanguinitatis. l. Seius Saturninus. ff. ad Trebel. Bald. in l. ex his. C. quand. dic. leg. ced. Soci. in consi. 92. col. 6. in primo uol. & de hac re uide Io. Crotum in repet. l. primæ. ff. de leg. primo. inter numerum 25. & 26. Aut dies certus † appositus est præstationi, & tunc non efficitur conditionale. si uerò apponitur dies incertus, tunc siue substantiæ legati, siue præstationi apponatur, semper efficitur conditionale secundum * cõmun. opin. vt per Ias. in d. l. si cui legetur. §. hoc autem. ff. de lega. 1. & de hoc ultimo, est tex. in hoc. §. tradit Capr. in cons. 79. & Salic. in l. unic. §. sin autem sub conditione. C. de caduc. tollen. & in l. ex his. C. quando dic. leg. ced. vbi habetur, quando tempus incertum est appositum in persona tertiæ personæ, semper legatum esse conditionale, & non transmissibile, id quod etiam sequitur Alexand. in cons. 199. viso titulo, col. 1. in lib. primi & secundi uolumi. & ista est commun. opin. vt per Alexan. in d. l. Seius Saturninus. & ad prædicta uide omnino Alexand. in consi. 197. viso, in lib. primi & secundi uol. Scias etiam quando † in eadem oratione, in qua fit legatum, in eadem etiam ponitur dies, tunc semper illa dies uidetur apposita substantiæ legati, & non præstationi, & consequenter legatum facit esse conditionale, vt docuit Bal. in d. l. si cui legetur. §. hoc autem, in fi. argumento. l. quidam testamento, in princip. ff. de leg. 1. & l. Paulo Callimacho. §. fi. ff. de lega. 3. ad rem faciunt trad. per Bart. in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obligat. vbi ad cognoscendum an locus adiectus legato fuerit adiectus substantiæ legati, an præstationi, distinguitur, an in eadem uel in alia fuerit positus oratione. & idem trad. Paul. de Castr. in consi. 338. Quia exceptiones, colu. 3. in primo uol. & Dec. in cons. 334. con-

soluit, nec obst. prædictæ principali conclusioni trad. per Franciscum Cremens. in singul. 111.
* vbi contrarium sentit, quia diuersa sententia * communiter approbatur.

Summarium in d.l. quibus. §. Termilius. ff. de cond. & dem.

1 *Legatum sub modo non potest effectualiter peti, nisi præstita cautione de modo implendo.*
2 *Vbicunque uerba possunt importare modum, aut conditionem, semper referuntur ad modum.*

Bar. in d.l. quib. §. Termilius. ff. de cond. & demonst.

1 BART. in ead. l. §. Termilius, sic ait in summa. legatum † sub modo non potest effectualiter peti nisi præstita cautione de modo implendo. sed quæro nunquid requiratur interpellatio, vt legatarius modum impleat, an uerò ipso iure interpelletur? vide Aret. in l. ita stipulatus, col. 5. vers. ex quo. ff. de uerb. obliga. & dum Bar. subiungit, modum hic strictè accipi pro onere appositio in tempus dispositionis perfectæ, vide Paul. de Castr. in consi. 5. col. 1. in 1. uol. & vbi-
2 cunque uerba † possunt importare modum aut conditionem, semper referuntur ad modum, Alex. in consi. 102. col. 1. in primo uolu. & dum Bar. hic in secunda col. dicit hæc uerba testatoris, lego tibi centum ea conditione ut aliquid facias, facere modum. hoc idem sequitur Ias. post alios, quos ibi commemorat. in l. debitori tuo si hæres. C. de pact. colu. 1. vers. hinc dicit Bart. Alex. in consi. 102. & in consi. 119. in 1. uol. Aret. in cons. 92. col. fi. & Paul. de Castr. in consi. 5. in 1. uol. Demum Bar. in col. fi. tradit, an & quando legatarius, qui modum non impleuit, legatum consequi possit, & inter cætera uult, cum illud consequi posse, quando per eum non stetit. Quid si non stetit per legatarium una uice, an postea possit eum hæres cogere ad implendum? vide Alex. in d. consi. 102. col. 3.

Summarium in l. qui hæredi. ff. de condi. & demonstr.

1 *Qui iussus est dare seruo causa conditionis implendæ sub nomine proprio, uel sub nomine hæredis, dando domino conditionem non implet.*
2 *Conditio debet impleri in forma specifica.*
3 *Conditio uoluntaria potest impleri per æquipollens.*
4 *Iuramentum debet impleri in forma specifica.*

Bar. in l. qui hæredi. ff. de cond. & demonst.

1 BART. in d.l. qui hæredi, ita inquit in summa. Qui iussus † est dare seruo causa conditionis implendæ sub nomine proprio, uel sub nomine hæredis, dando domino conditionem non implet, item iussus dare domino non implet conditionem dando seruo. vide Ias. in l. si quis filium. §. fi. ff. de acquiren. hæred. col. 84. in primo notab. vbi citat multa iura, quibus cautum est, eum qui iussus est dare hæredi, conditionem implere si dat hæredi ipsius hæredis, & circa regulam
2 quæ ex isto tex. colligitur, scilicèt, conditionem † debere impleri in forma specifica, dicas intentionem esse; quia conditio est de forma, & formam inducit. Bal. in auth. matri & auiæ, colu. 1. C. quand. muli. tut. tradunt doct. in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de uerb. obliga. forma uerò debet impleri in forma specifica. & ideo Soci. in cons. 207. col. 2. vers. præterea statutum, in primo colu. ait, statutum excludens filiam propter masculos sub conditione si est dotata, per istam debere intelligi de dotata re ipsa, non autem per assignationem dotis, vt latè posui ad Bar. in l. ita, suprà eodem titu. vbi uide. Limita istam regulam ut procedat tantùm in conditione uoluntaria, alioqui verò in necessaria ad actum; quia potest impleri per æquipollens: quoniam creditur, testatorem de solo effectu cogitare uoluisse: in uoluntaria uerò de sola forma, non autem de effectu. ita eleg. limitat Bar. in l. Gallus, §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posthum. ad
* quem alij * communiter accesserunt. quamuis ibi Ias. in prima lectura, colu. 6. uers. secundò in
3 quantum, alleget multa iura ad probandum conditionē † uoluntariam impleri posse per æquipollens, licèt conetur rñdere. & postea regulā hanc declarat siue limitat duob. modis. & uide q contra regulā istam ait Ias. in l. ij. col. 11. vers. postremò. ff. de uulg. & pup. & in l. j. col. 6. ver. substitutio uniuersalis. ff. eod. tit. Attende ēt quia quemadmodū conditio debet impleri in forma
4 specifica, ita & iuramentū. † Panor. in c. ad nostram, de iureiur. vbi latè Feli. & Bar. in l. amplius non

non peti,col.fi.ff.rem rat.hab. Item animaduerte,quia ille, qui plenius adimplet,dicitur in forma specifica adimplere. Ias.in l.j.§.si stipu.in 4.notab.ff.de uerb.oblig.& conditio, si probaueris, intelligitur propriè non autem iuramento interueniente. Ias.in repet.l.admonendi, colu. 100.vers.uigesimus nonus casus.ff.de iureiur. Postremò circa istã regulam uide omnino Dec. in rubrica de probat.col.antepen.vbi tenet conclusionem,quòd conditio uoluntaria possit impleri per æquipollens. & retorquet subtiliter istum tex. pro se, quamuis ab omnibus pro hac regula adducatur.

Summarium in d.l.qui hæredi.§.cum hæreditas.ff.de cond.& dem.

1 *Conditio de dando hæredi in ipsius personam impletur non in personam fideicommissarij.*

Bar.in d.l.qui hæredi.§.cum hæreditas.ff.de cond.& dem.

1 BART. in eadem l.§.cum hæreditas,inquit, conditionem † de dando hæredi in ipsius personam impleri,non in personam fideicommissarij. & reliqua. contra quæ opponitur hic in apostill. de l.is qui,§.fin.ff.de lega. præstan. cui obiectioni duæ dantur solutiones, quas redarguit Ruin.in l.Gallus.§.& quid si tantùm.col.9.vers.circa secundum.

Summarium in l.Julianus.ff.de condi.& demonstr.

1 *Dare,& remittere non est idem propriè.*

Bar.in l.Iulianus.ff. de cond.& demonstr.

1 BAR. in d.l.Iulianus,ait, dare † & remittere, non esse idem proprie. De hac re uide Feli. in c.veniens,nu.3.de testi. & Dec.in l.si quis obligatione liberatus.ff.de regul.iur. & remissionem iurium dici esse donationem,docuit Alex.in consi.22.in 1.uol.

Summarium in l.si in diem.§.seruo.ff.de condi.& demonstr.

1 *Conditio expressa si nihil operatur in principali,nec in eo operatur, ad quod per repetitionem porrigitur.*

Bar.in l.si in diem.§.seruo.ff.de cond.& demonstr.

1 BART. in d.l.si in diem.§.seruo, inquit, si conditio † expressa nihil operatur in principali, nec in eo operari, ad quod per repetitionem porrigitur. Attende diligenter hunc tex.qui mirabilis est ad probandum,quòd qualitas in uno capitulo adiecta,non censetur in alio repetita, quando in primo capitulo tacitè inerat: ita Rom.in sing.234.& in consi.134. & Aret.in cons. 1.in quibus locis pulcher casus deciditur,vt ibi uidere est. & ad hoc faciunt quæ tradit Io.Sad. in repet.l.hæc uerba.ff.de leg.1.

Summarium in l.sub diuersis.§.hæredi.ff.de cond.& demon.

Conditio in hærede, an & quando impleri possit.

Hæres hæredis propriè dicitur hæres ipsius testatoris.

Bar.in l.sub diuersis.§.hæredi.ff.de cond.& demonst.

BART. in d.l.sub diuersis.§.hæredi,tradit an & quando † conditio in hærede posit impleri. aitque si primò ponitur nomen appellatiuum & postea proprium, posse impleri in hærede; si uerò contra,tunc secus: & ita limitat.l.cum ita,infrà eod.hoc idem sequitur Ias.in l.si quis filiumfamiliàs.col.84.ff.de vulg.& pupil.& ibi tradit,conditionem, si hæredi dederis, uerificari in hæredis hærede. & ibi multa ad rem facientia attulit. Proinde infert,hæredem † hæredis propriè dici hæredem ipsius testatoris. hoc etiam uult idem Ias.in l.fi.col.2. vers.tertiò pro alia.C. de hæred.inst.& in l.pen.ff.de uulg.& pupil.immo hæres hæredis dicitur esse hæres testatoris, etiam si esset eius successor uniuersalis alio titulo quàm hæreditario, secundum Rom.in singul. 683.vbi citat.l.primam.ff.de castrens.pecul.uide etiam Alex.in l.paterfamiliàs.ff. de uulgar.& pup.& in d.l.fi.C.de hæred.instit.

Summarium in l.si quis seruum.ff.de cond.& demon.

Adempto onere in uim conditionis apposito emolumentum non uidetur ademptum.

Bar.in l.si quis seruum.ff.de cond.& demonstr.

BAR. in d.l.si quis seruum,ita inquit in summa.Adempto † onere in uim conditionis appositio,emolumentum non uidetur ademptum.vide Ias.in l.j.in 1.notab.C.de pact.

Summarium in l. Mœuius. ff. de cond. & demonstr.

1 *Conditio designat nudum ministerium facti.*

Bar. in l. Mœuius. ff. de cond. & demonstr.

1 BAR. in d. l. Mœuius, inquit, conditionem designare † nudum ministerium facti, & debere impleri in forma specifica. vide quæ posui in l. qui hæredi, suprà eod. tit.

Summarium in l. intercidit. ff. de cond. & demonstr.

1 *Legatario mortuo uel libertate priuato conditione pendente legatũ extinguitũ, secus si sola ciuitate priuet.*

Bar. in l. intercidit. ff. de condit. & demonstr.

1 BART. in d. l. intercidit, sic ait in summa. Legatario † mortuo, uel libertate priuato conditione pendente legatum extinguitur, secus si sola ciuitate priuetur. vide Alex. in l. ex facto. §. ex facto, col. 2. ff. ad Trebell. & ista ratio quia restitui potest, posset esse ratio, ad l. cum pater, in §. hæreditatem. ff. de lega. 2. & in l. Statius. §. Cornelio Fœlici. ff. de iur. fisc. & in l. ex ea parte. §. insulam. ff. eod. tit. quòd ibi mortis appellatione non ueniat ciuilis, quia non operatur eundem effectum, quem naturalis; quia restitui potest. Et dum Bar. opponit, dicens deportatum haberi pro mortuo, vide Ruin. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posth.

Summarium in l. sed si hæc. §. cuidam. ff. de condi. & demon.

1 *Aliquis uidetur tantum capere, quantum sibi remanet deducto ære alieno.*

Bar. in l. sed si hæc. §. cuidam. ff. de cond. & demonst.

1 BART. in d. l. sed si hæc. §. cuidam ait, aliquem † uideri tantum capere, quantum sibi remanet deducto ære alieno. vide Iaſ. in l. fructus. ff. sol. matr. col. fi. nam fructus intelliguntur deductis expensis. & ex hoc infertur ad notabiles quæstiones, vt per Feli. in c. ad nostram, nu. 3. de iureiur. & de hac re uide latè Io. Campegium, in tract. de dote in 12. quæst. secundæ par.

Summarium in l. Titio centum. ff. de condi. & demonstr.

1 *Modus respiciens utilitatem legatarij, intelligitur impulsiuus, si uerò tertiæ personæ utilitatem respiat, dicitur esse finalis.*

Bar. in l. Titio centum. ff. de cond. & dem.

1 BAR. in d. l. Titio centum, ita colligit in summa. Modus † respiciens utilitatem legatarij intelligitur impulsiuus, si uerò tertiæ personæ utilitatem respicit, dicitur esse finalis. Per istum tex. decidit Bald. in l. fi. C. de pact. si legantur centum ecclesiæ ut fundum emat, ecclesiam iudum illum alienare non posse. & hanc decisionem sequitur Iaſ. in l. filius familiàs. §. Diui, in prima lectura, col. 5. vers. pro ea solutione. ff. de leg. 1. & dum Bar. opponit hic, caueri non debere, cum istud præceptum sit nudum. Circa hoc difficile contrarium uide Iaſ. post Bar. in d. §. Diui in 1. lectura, col. 5. vers. in ea gl. & in 2. lectura, col. 7. vers. in ea gl. ff. de leg. 1.

Summarium in d. l. Titio centum. §. Titio centum. 2. ff. de cond. & demon.

1 *Conditio, vel modus per quem libertas infringitur, non seruatur præterquàm in libertis.*

Bar. in d. l. Titio centum. §. Titio centum. 2. ff. de cond. & dem.

1 BAR. in eadem l. §. Titio centum, 2. ait, conditionem † vel modum, per quem libertas infringitur, non seruari præterquàm in libertis. Iste. §. induci solet, quòd est quædam seruitus annexta, quæ debetur à persona rei, puta à seruo ut præstet monumentum. Adde alium casum quando aliquis esset destinatus ad perpetuam carcerem, id quod fieri potest de iure canonico. cap. quamuis, de pœn. in 6. l. incredibile. C. de pœn. scias tamen pœnam gabiæ, vt uulgò dicitur, quã imponunt prælati, nullo pacto licitam esse, secundum Feli. in c. qualiter & quando. §. ad contendos, nu. 10. de accusat. sic etiam abstinendum esse à pœna triremium, quantum fieri potest, tradit Crauet. in consi. 18. nu. 18.

Summarium in d. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon.

1 *Si statuto cautum est, filiam dotatam ab intestato succedere non debere extantibus masculis, utrum intelligatur dotata esse illa, quæ nondum est nupta, sed ei fuit designata dos à patre.*

2 *Dos à patre declarata, minui non potest ab eo, neque ab eius hæredibus.*

3 Dos

3 *Dos an succedat loco legitimæ.*

4 *Mater tenetur relinquere legitimam filiæ, & tamen non tenetur dotare eam.*

5 *Legitima potest in totum auferri à statuto.*

6 *Filia à statuto excluſa ab intestato, ſi fuit incompetenter dotata, petere non potest ſupplementum legitimæ, neque dicere contra tabulas.*

7 *Legatum pro dote est conditionale, & ideo filia decedente ante nuptum, non transmitti, quando à statuto excluditur.*

8 *Legatum quando ſit purè, & ſubijcitur modus, vt mulier dotetur, tunc pecuniam peti poſſe, & fructus percipi præſtita cautione de dote reſtituenda, ſi nuptiæ non ſequantur.*

9 *Pater legans filiæ dotem an poſſit eam grauare per fideicommiſſum, maximè ſi deceſſerit ſine filijs.*

10 *Filia excluſa à ſucceſſione patris, potest petere alimenta à fratre, qui eam excludit, donec ei dos exhibeatur.*

11 *Filia ſi est nubilis, & propter pudorem uirginalem non audet petere, vt nubat, & pater est negligens ad eam nubendam, & ad dandam ei dotem, eo caſu iudicem etiam filia non petente poſſe cogere patrem ad conſtituendam ei dotem congruam, & nubendam.*

Bar.in d.l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de cond.& demonſtr.

1 BART. in ead.l.§.Titio genero, quærit, ſi ſtatuto † cautum est, filiam dotatam ab inteſtato ſuccedere non debere extantibus maſculis, vtrum intelligatur dotata eſſe illa, quæ nondum est nupta, ſed ei fuit deſignata dos à patre? deciditque eam ſatis dotatam intelligi; quia pater quantum in ſe est, in ea dotandi actum exercuit. quamuis Alexan. contrarium ſentiat in conſi. 13.in 3.volu. & in conſ.211.viſo themate, col.fi.in 7.volu.idem tenuit Socin.in conſi.92.& in conſi.207.col.2.in primo uolu. & de hac re uide Soci.in conſ.127.in 4.uolu. & omnino Alex.
2 in conſ.187.Viſo, in lib.primi & ſecundi uol.Attende etiam quia huiuſmodi dos † à patre declarata minui non potest ab eo, neque ab eius hæredibus. Dec. in conſi.35. cum ſubſeq. Quid ſi filiæ factum fuit legatum à patre non expreſſa aliqua cauſa, nunquid cenſeatur legatum ex cauſa dotis, ita quòd uigore prædicti ſtatuti à ſucceſsione ſit excludenda? ita præcisè eam excludi probat Franciſ.Cremens.in ſingul.3.incip. Statuto cauetur. vbi citat Bar.per illum tex.in l. quod autem.ff.de iure dot. idem ait Bal.nouel.in tracta.de dote, fol.119. Attende tamen huiuſmodi ſtatutum interpretandum eſſe de illa, quæ dotatur in bonis patris à cuius ſucceſsione excluditur, alioqui ſi ab alijs est dotata. Alex.in conſ.29.col.pen.in primo uol.& in conſi.169. in 7.uol.Soc.in conſ.30.col.6.& in conſ.84.in 1.uol.& in d.conſ.127.in 4.uolu. Dec.in conſi. 346.& in conſ.589.

3 Bar.in eodem §.in verſ.ſecundò est uidendum, quærit utrum dos † ſuccedat loco legitimæ. & quia hæc dicta ſæpe ad hoc allegari ſolent, aduerte quia huic poſitioni reluctatur: nam frater
* tenetur dotare ſororem conſobrinam.l.tutor.§.fi.ff.de adminiſtra.tut.tradunt* commu. doct. in l.j.ff.ſol.matrim. & tamen frater non tenetur ei relinquere legitimam. Item pater naturalis tenetur filiam dotare quæ aliunde non habet dotem. Bar.in l.ſi quis à liberis, §.vtrum.ff.de liber.agnoſc. & Alexand.in d.l.j.tamen non tenetur ad legitimam, cum ſit filia naturalis tantum. Item dos debetur uiuente patre, legitima uerò poſt mortem.l.j.§.ſed nec impuberi, de collat.
4 bono. Item mater † tenetur relinquere legitimam filiæ, & tamen non tenetur dotare eam.l.mater.C.de iure dot. & traditum est in d.l.j.ff. ſolu. matrim. ex quibus omnibus conſtat, poſitionem hanc ſtare non poſſe, niſi intelligamus quando filia dotem habuit intuitu ipſius legitimæ: vide etiam quid ex iſta regula inferat Alexan. in conſi.131. in primo uolu. Præterea ex prædictis infert Bar.ad quæſtionem, vtrum filia excluſa à ſtatuto à ſucceſsione ab inteſtato ſi est dotata, dicatur excluſa à legitima, ita ut ſtatutum poſsit auferre legitimam in totum ſi uult.
5 & decidit Bar.in totum auferri † poſſe legitimam à ſtatuto. & iſta est uera* & communis ſen-
* tentia, ut probat Dec.in l.iura ſanguinis.ff.de regul.iur.& Mari.Socin.iuni.in conſilio 26.numero 26.eamque eſſe ſublatam ait Bart. quando filiam excludit ab inteſtato, à qua ſucceſsio-
* ne regi ſolet ac moderari legitima. quæ quidem opinio pariter est* communiter approbata,

ut testatur Soc.in suo eleg.consi.288.& in cons.92.& in consi.284. in 2.quæst.in 1.uol. & omnino in cons.127.in 4.uol.& in cons.76.in 3.vol.idem uolunt.Bal.Imol.& Alex. Aret. & alij.in l.Gallus.§.& quid si tantùm.ff.de liber.& posthu. quam opinionem similiter cõmunem esse ait idem Soc.in consi.35.in 4.vol.& Crauet.in cons.11.las.in l.quoniam in prioribus, in 4.fallen. C.de inoffi.testa.& in l.si pater.C.de inst.& subst.in 2.col.Paul. de Castr.in cons.59.in 1.uol.& in cons.73.hoc idem expresè uoluit Raph.Cuma.in consi.46.& in cons.124.& in cons.188. & de hac materia uide Dec.in consi.106.col.pen.& in cons.525.Anch.in cons.232.Alexan.in cons.197.in lib.primi & secundi uol.& Bal.nouel.in tract.de dote, & Io.Campegium in tracta.

6 de dote in 29.quæst.primæ par.vbi latè ex prædicta communi opinione infertur filiam † à statuto excluſam ab intestato,si fuit incompetenter dotata, petere non posse supplementum legitimæ neque dicere contratab. vt per Dec.in cons.505.& Curtium in cons.80.col.pen.nam filia hoc modo excluſa reducitur ad instar extranei. Soc.in cons.36.col.pen.& in cons.297.in 1. uol.& non facit partem in legitima. Aret.in cons.19.& in cons.100. Dec. in cons.607.& uide

✱ Ang.in cons.300.& Alex.in consi.125.in 6.uol.& hanc esse * commun.opin. testatur.Curt.in cons.35.nu.33,licèt in cons.37.titubet. vide eundem.in consi. 39. sic etiam ex prædicta com-

7 muni concluſione decidunt doct.legatum † pro dote esse conditionale, & ideo ea decedente ante nuptum non transmitti quando à statuto excluditur, vt dixerunt multi ex eis, quos antea memoraui. & Roma.in sing.234.& in cons.134.& in re proposita uide Ang.in cons.349.vbi differentiam facit,an statuto cautum sit,filiam dotari debere,an uerò dotis faciat mentionem quia primo casu cum puella est nubilis si hæredem interpellat, constituit eum in mora, & ideo transmittit secundum eum. vide eundem Ange.in consi.362.& in cons.392.cum seq.& omno Bal.nouel.in tract.de dote,in 17.priuilegio,& Crauet.in consi.101.in quibus locis habetur legatum dotis esse conditionale,& ideo non secutis nuptijs deficere. Quando autem legatum

8 † fit purè, & subijcitur modus, ut mulier dotetur, & tunc illam pecuniam peti posse & fructus percipi præstita cautione de dote restituenda si nuptiæ non sequantur, vide (ut dixi) Bal.nouel.in 70.priuilegio.Ang.in d.cons.392.& Crauet. in d.consi.101. Ex prædictis inferri posse

✱ ad decisionem quæstionis, ex quo dos non subrogatur loco legitimæ secundum * communem

9 sententiam,utrum pater † legans filiæ dotem possit eam grauare per fideicommissum,maxime si decesserit sine filijs ? de qua re agit Bal.nouel. in d.tracta. de dote in 62.priuilegio, vbi citat not.in l.Lucius.§.maritus.ff.ad Trebell.& in l.fi.§.si filiæ.& ibi Bar.ff.de lega.2. & in l.j.§.uide-

10 mus.C.de rei uxor.act. Attende tamen circa prædicta, quòd filia † excluſa à succesione patris potest petere alimenta à fratre,qui eam excludit,donec ei dos exhibeatur. Bar.per illum text. in l.qui filium.ff.vbi pupil.educ.debe.id quod adnotandum esse ait Soc.in cons.57.col.7.in 4. lu.idem ait Salic.in l.sancimus.C.de nupt.& Soc.in consi.150.in 1.uolu.præterea quærit Bar. hic,an tempus petendi dotem sit dies nuptiarum, an tempus nubilis ætatis ? vide Alex.in con-

11 silio 162.in lib.primi & secundi uol. & dicas, si filia † iam est nubilis & propter pudorem virginalem non audet petere ut nubat, & pater est negligens ad eam nubendam,& ad dandam dotem,eo casu iudicem etiam filia non petente posse cogere patrem ad constituendam ei dotem congruam,& nubendam,per tex.in l.v.ff.de iure dot.quem ad hoc citat Bal.nouel.in tract. de dote,in 18.priuilegio. Quid si ista filia excesit xxv.annos,& nupsit sine consensu patris? eam esse dotandam à patre.Salic.in l.qui liberos.ff. de rit.nupt. Quid autem si nupsit indigno vide latè Io.Campegium in suo trac.de dote,in 15.seu 13.quæst.primæ partis. Ad ea uerò quæ hic in fi.subiungit Bar.vide Paul.de Castr.in cons.125.in 1.uol.vbi tradit,quid si testator iussit pecuniam legati esse deponendam ad alendam filiam,an si quid supereſt ultra hæc alimẽta, ad ipsam spectet an ad hæredem, & in hac re uide etiam Soc.in cons.241.col.2. in uers.his tamen, in primo uolu.

Summarium in l.Titio fundus.ff.de cond.& demonstra.

1 *Dictum uiri probi & legalis inducit iustam causam credendi.* Bar.

Bar.in l.Titio fundus.ff.de cond.& demonst.

BART. in d.l.Titio fundus,tradit,ut hic apud eum uidere est. sed ex gl. colligitur, ut hic
1 in apostill.ponitur, dictum uiri † probi & legalis inducere iustam causam credendi. hanc gl. citat Bal.in l.indicia.C.de rei uend.& Alex.in consi.28.in 1.vol.& uide istam regulam cum fallentijs apud Fel.in c.cum contingat.nu.8.cum seq.de rescrip.& omnino in c.de quarta, nu.26. de præscrip.& Mari.Soc.iuni.in consi.69.nu.20.

Summarium in l.mulieri.ff.de cond.& demonstr.

1 *Qui admittitur ad legatum de iure speciali contra uoluntatem defuncti non habet ius accrescendi.*
2 *Conditio apposita post nominationem omnium uidetur adiecta omnibus.*

Bar.in l.mulieri.ff.de cond.& demonstr.

1 BART in d.l.mulieri, sic ait in summa. Qui admittitur † ad legatum de iure speciali contra uoluntatem defuncti,non habet ius accrescendi. collige tu in casu isto mulierem, quia uenit de iure speciali,non habere hypothecariam contra res testatoris, secundum Angel. in l.j.§.
* lex falcidia. ff. ad leg. falcid. ubi reprobat * communem opinionem. & licèt ibi Alex. contrarium sentiat,tamen pro opinione Ang.facit ratio,quia inuenta fuit hypothecaria, ut uoluntati
2 testatoris omnino satisfiat. quæ ratio cessat hic. Et dum Bar.subijcit, conditionem † appositam post nominationem omnium, uideri adiectam omnibus, vide quid ex hoc & per istum tex.decidit Bar.in l.centurio,col.6.vbi Ias.col.21.in fi.& seq.ff.de uulg. & pupill. Postea Bart. hic in 2.col.inquit,quamuis ius accrescendi locum non habeat in legato,tamen locum habere in hæreditate,ne pro parte decedat testatus,& pro parte intestatus. ad hoc accedit Bal. relatus per Ias.in l.j.in primo notabili.col.63.ff.de acquir.hæred.& hæc est materia. l. re coniuncti.ff.de legat.tertio.

Summarium in l.quia.ff.de cond.& demonst.

1 *Conditio apposita in institutione, intelligitur repetita in legato eidem facto.*

Bar.in l.quia.ff.de cond.& demonstr.

1 BART. in d.l.quia,dicit,conditionem † appositam in institutione intelligi repetitam in legato eidem facto. Limita hoc non procedere quando illa conditio tacitè inerat, quia non intelligitur repetita.l.si in diem.§.1.suprà eod.tit.iunctis ijs,quæ ibi posui.

Summarium in l.cum pupillus.ff.de cond.& demonstr.

1 *Pupillus potest impedire conditionem impleri.*

Bar.in l.cum pupillus.ff.de cond.& demonstr.

1 BART. in d.l.cum pupillus,ait,pupillum † posse impedire conditionem impleri, Dicas tamen eum restitui aduersus conditionem non impletam. Aret.in consi.67.col.3.

Summarium in l.cum seruus.ff.de cond.& demonst.

1 *Ille qui tenetur rationem reddere administrationis, tenetur etiam reddere instrumenta.*
2 *Si administrator in reddenda ratione negaret se aliquid recepisse, quod postea receptum esse probaretur, dicitur prædo.*

Bar.in l.cum seruus ff.de cond.& demonstr.

1 BART. in d.l.cum seruus,colligit ex tex.eum,qui tenetur † rationem reddere administrationis,teneri etiam reddere instrumenta. & ideo attende quoniam non sufficit offerre se paratum ad reddendam rationem,ut conditio impleatur,sed necesse est re ipsa & liberos & scripturas producere. Alex.in consi.102.col.2.in 1.vol.& Soc.in consi.24. colu.11.in 1.volu.ubi ait administratorem debere libros ostendere,& quomodo fieri debeat,docuit idem Soc.in consi. 46.eod.vol.& Dec.in consi.464.sed an sufficiat producere libros & scripturas in sacco? Rom. in singul.310.incip.Hæsitatum fuit,arguit ad utranque partem,& demum decidit,aut productio huiusmodi fuit facta simpliciter,& eo casu eam esse ualidam; aut fuit facta cum protestatione,quòd non intendebat producere nisi ea,quæ faciunt pro se,& tunc inualidam esse, aitq; hæc esse addenda ad hoc Bartoli documentum. Sed tu aduerte protestationem & decisionem Romani sumptam ab ea posse procedere in actis iudicialibus, ut erat ille casus, qui contigit

Romæ,

Romæ,de quo agit Rom.sed quomodo ista protestatio applicari possit ad administratorem non uideo : quia is tenetur ostendere librum rationum,in quo sigillatim omnia sunt describen da,non auten: in genere,ut docuit Soc.in consi.149.in 1.vol.& si huiusmodi librum non conficeret,posset in litem cõtra eum iurari,ut tradit Soc. in consi.73. eod.vol. immo si in redden-
2 da † ratione negaret se aliquid recepisse,quod postea receptum esse probaretur, dicitur prædo . Soc.in d.consi.46.cum itaque sigillatim omnia tam pro se quàm contra se facientia ostendere teneantur,ista protestatio repugnantiam quandam implicaret,quæ huic negocio ullo pacto conuenire non posset. Adde ad hoc Bartoli documentum, non sufficere si libri & instrumenta producantur , sed oportere ista omnia facere in loco in quo administratio gesta est. Soc.in cons.30.in fi.in 1.vol.

Summarium in l.Lucius.ff.de cond.& demonstr.

1 *Filiatio non potest plenè probari .*

2 *Paria sunt conditionem non esse potestatiuam,uel difficilem .*

Bar.in l.Lucius.ff.de cond.& demonstr.

1 Bart. in d.l.Lucius,ait,filiationem † non posse plenè probari . ex ista.l. colligunt doct. ex quo hic filiatio fuit posita in conditione, & conditio debet impleri uerè & in forma specifica, ut diximus in l.Mæuius,suprà eod.id quod contingere non potest in filiatione, quæ nisi præsumptiuè probari non potest,propterea institutionem in hoc tex. irritam esse . Tu uerò attende hoc non esse uerum simpliciter & indistinctè ; nam ubi conditio impleri non potest probatione uera,& præsumptiua,& eo casu uera est prædicta conclusio, scilicèt necesse esse eam plena & uera probatione debere impleri . sed ubi subiecta materia,ut est ista filiationis, eiusmodi est naturæ ut præsumptiuè tantum probari possit,& tunc conditio impletur legitimè quando eo modo fit,quo fieri potest . neque ista.l. reluctatur,nam ideo ista conditio facit testamentum inane ; quia est difficilis probationis,ut hic sentit gl. & ad nullitatem institutionis factę de filio
2 paria sunt conditionem † non esse potestatiuam uel difficilem.l.suus quoque.§.puto, & ibi & Bar.ff.de hæred.instit.hæc Feli.in rubrica de prob.col.2.in fi.cum seq.ubi ait hæc esse diligenter adnotanda,quia alibi non ita bene explicantur . Quomodo autem filiatio probari possit de quæ latè posui in l.filium.ff.de his qui sunt sui uel ali.iur.

Summarium in l.conditiones.ff.de cond.& demonstr.

1 *An & quando conditio tacita impediat transmissionem .*

Bar.in l.conditiones.ff.de cond.& demonstr.

1 Bart. in d.l.conditiones, agit an & quando † conditio tacita impediat transmissionem. de hac re uide gl.& Bar.in l.item quia.§.1.ff.de pact.& ibi omninò Ias.& Bar. in l.ij.§.1.in fi. ff.de uerb.oblig.ubi Aret.& Ias.reprehendunt Rom.ex ijs quæ hic tradita sunt.& dum Bar. declarat quandoque tacitam conditionem uenire extra testamentum uel ex rei legatæ natura uel ex legis dispositione , & istam tacitam conditionem non impedire: Adde tu hoc mo solui.l.cum illud aut illud.§.fi.ff.quand.di.leg.ced.Posteà subijcit Bar.conditionem,quæ appo nitur per relatiuum,quis,uel qui,impedire . hoc idem sequitur Ias.in l.Stichum qui meus est col.6.ff.de leg.1.

Summarium in l.pater Seuerinam..ff.de cond.& demonstr.

1 *Eum non dici nolle,qui non potest uelle .*

Bar.in l.pater Seuerinam.ff.de cond.& demonstr.

1 Bart. in d.l.pater Seuerinam,in princ.ait,eum non dici † nolle,qui non potest uellé. posteà inquit,conditionem, si uoluerit, non uerificari per euentum si non potuerit . vide ad hæc Ias.in l.j.colu.5.uersi.secundò limita.ff.de uulg.& pupill.& dum Bart.hic in fin.dicit, hic factam fuisse substitutionem in pœnam,animaduerte quoniam hoc dictum uidetur ueritate carere; nã immo hic pœna dici nõ potest,ex quo omnino legatum debet remanere apud hæredem, quia conditio est defecta,sub qua legatum erat filiæ si nuberet Elio.l.in testamento.suprà cod.atque ita

ita etiam si substitutio non habet locum, ipsa filia consequi non potest legatum, igitur non est pœna filiæ,ut ait Bar.

Summarium in d.l.pater Seuerinam.§.conditionum.ff.de cond.& demon.

1 *Verba usque ad tempus posse stare in propria significatione, & post tempus transire ad impropriam.*

Bar.in d.l.pater Seuerinam.§.conditionum.ff.de cond.& demonstr.

1 BAR. in ead.l.§.conditionum,inquit,uerba † usque ad tempus posse stare in propria significatione, & post tempus transire ad impropriam. circa istum tex. vide Ias.in l.j.§.si quis ita, col.5.versi.secundò.ff.de uerb.oblig.quo ad hoc,quòd uox,tutor, exponatur pro curatore. & Aret.in consi.66.col.1.ubi limitat, & postea inquit secus esse in curatore, qui non exponitur pro tutore. Et dum Bar.subijcit,casum huius.l.multùm facere ad materiam substitutionis cõpendiosæ,uide Bar.in l.Centurio,colum.7.versi.arguamus.ff.de uulgar.& pupill. & in l. precibus,col.3.C.de impuber.

Summarium in l.cum auus.ff.de cond.& demonstr.

1 *In fideicommisso uniuersali relicto à filio tacita subintelligitur conditio, si decesserit sine filijs.*

2 *Iura magis fauent piæ causæ quàm filijs excepta legitima.*

3 *Testator, si dixit, si filius meus decesserit sine filijs masculis, & si habuerit filias restituat tantum, quid si decessit cum filijs & filiabus?*

Bar.in l.cum auus.ff.de cond.& demonstr.

1 BART. in d.l.cum auus,ait,in fideicommisso † uniuersali relicto à filio,tacitam subintelligi conditionem,si decesserit sine filijs. Ad idem est tex.& ibi doct.omnes, in l. cum acutissimi.C. de fideicomm.Et an & quando locum habeat coniectura huius.l.vide apud Dec.in consi.391. Soc.in consi.23.in 1.volu. ubi uoluit.l. hanc procedere etiam in filijs iam̃ natis; quia erga eos maior habetur affectio, quàm erga nascituros. sed ista non est ratio huius.l. ea enim denique est,quia de nascituris creditur testatorem non cogitasse. id quod non ita facilè conijciendum est de iam natis. & ideo Soc.in consi.192.eod.vol.contrarium docuit. de qua re uide Dec. in cons.581. Item ista coniectura cessat,ubi in aliqua testamenti parte facta esset mentio filiorum. ita Mari. Soc. iuni. in consi.128. cum subscriptionibus ibi seq. Rursus coniectura huius.l.non militat,ubicunque substituta est causa pia; quoniam iura † magis fauent piæ causæ quàm filijs excepta legitima. ita Alex.in consi.92.col.3.in 3.volum.citat Anch. & ad hoc accedit Dec.in consi.529.An autem ista coniectura ita militet in legatis particularibus,sicut in hæreditate, ut si testator de filijs cogitasset,ea legata ueri simi liter non reliquisset? vide Bar.in l. filio præterito.ff.de iniust.testa.Aret.in consi.92.uel 93.col.4.citat tex.sing.in l.generaliter.in fi.C.de inst. & subst.ubi probatur secundum eum.l.hanc;& l.cum acutissimi,locum habere etiam in legatis particularibus. vide Dec.in consi.581.reliqua ad materiam huius. l. facientia, uide hic per Soc.& per doct.in d.l.cum acutissimi, ac etiam alibi multoties de hac re agi solet,& nos quandoque scripsimus in præcedentibus lucubrationibus,& maximè in l.Lucius.2.ff.de hære. inst. Et dum Bar.hic in fi.subiungit,si testator † dixit,si filius meus decesserit sine filijs masculis,& si habuerit filias restituat tantum, quid si decesit cum filijs & filiabus? De hac quæst. quomodo procedat,uide Ias.in l.ij.col.3.versi.successiuè,& colu.fin.ff.de uerb.oblig. ubi ait Bartolum haberi communiter corruptum.

Summarium in l.hoc genus.ff.de cond.& demonstr.

Conditio, quæ potest impleri uiuo legatario, an eius mors expectari debeat.

Bar.in l.hoc genus.ff.de cond.& demonstr.

1 BART. in d.l.hoc genus, tradit de conditione, † quæ potest impleri uiuo legatario, & an eius mors expectari debeat? & reliqua. ad quæ uide tu Ias.in l.diuortio.§.quod in anno, colu. fin.ff.solut.matrim.

Summarium in l.à testatore.ff.de cond.& demonstr.

1 *Ablatiui absoluti an & quando faciant conditionem.*

2 *Ablatiui absoluti disponunt, quando verba executiua significata per ablatiuos referuntur in eum, qui*

uult

vult agere ex illa dispositione.

3 *Ablatiui absoluti quandoque nihil operantur.*

Bar.in l.à testatore.ff.de cond.& demonstr.

1 BART. in d.l.à testatore,tradit an & quando ablatiui † absoluti faciant conditionem. Tu verò in re proposita dicas,ablatiuos absolutos prolatos ab habente authoritatem, disponere, & fideicommissum inducere.l.fideicommissa.§.cum esset.ff.de leg.3.& ita per illum tex.consuluit Ludouic.Bologni.in suo consi.62.incip.Viso igitur puncto,col.5.versic. uel secundò dicamus. quem sequitur Mari.Soc.iuni.in cons.4.nu.7.cum seq.& Ias.in l.ab emptione.C.de pact.

2 Item huiusmodi ablatiui † disponunt,quando uerba executiua significata per ablatiuos referuntur in eum,qui uult agere ex illa dispositione. Bal.in rubrica.C.de inst.& subst.in fi.Alexand.in consi.343.Viso præstanti consilio,in libro primi & secundi vol.Scias etiam hos ablatiuos,quãdo cadunt super eo,quod certum est,nullam facere conditionẽ,ut declarat Decius in c.translato,in 2.lectura,de const.An autem hi ablatiui in contractibus conditionem, an dispositiõ. significent? vide Barb.in c.examinata.col.18.de iudic.& Bar.& Ias.plenè in d.l.ab emptione. C.de pact.& uidetur dicendum in contractibus eos non disponere,sed resoluere quoniam agi non potest. ita Bar.Bald.& alij.in l.j.C.quand.lit.ab empt.disced.facit.l.euictis agris.ff.de uſu. hoc idem esset etiam in ultimis uoluntatibus,nisi(ut prædictum est) referantur ad eum,qui gra-

3 uari potest. Attende etiam ablatiuos † absolutos quandoque nihil operari,ut colligitur expresse in l.j.§.posthumis,uersi.sed si extraneum,in uoce filio precedente,iuncta gl.ibi.& iuncta.l.adoptare.ff.de adopt. ex quibus simul coniunctis elici potest limitatio ad regulam huius.l.& dici eam non procedere,quando hi ablatiui gratia frequentioris usus exprimerentur; quia tunc nihil operaretur. Tamen huic limitationi videtur reluctari rubrica.ff.sol.matr.iuncta.l.si conuenerit,eod.tit.nam frequentius solet repeti dos soluto matimonio quàm constante,ut fatetur ibi in d.rubrica in 2.oppos.igitur &c. Et in hac materia ablatiuorum, dicas eos facere conditionem expressam secundum Bar.in l.j.col.fi.suprà hoc eod.tit. quandoque etiam huiusmodi ablatiui modum designant.l.ex facto.§.rescripto.& ibi Alber.ff. ad Trebell.uide ad hoc quæ bentur in l.unic.C.quand.non peten.par.

Summarium in l.j.ff.ad leg.falc.

1 *Si statutum disponit illud quod prius dispositum erat à iure communi,an sit statutum,an lex.*

2 *Statutum nihil noui addens toleratur,ne aliquis damnum indebitè patiatur, si aliquid adderet iuri.*

Bar.in l.j.ff.ad leg.falcid.

1 BART. in d.l.j.quærit, si statutum † disponit illud, quod prius dispositum erat à cõi, an sit statutum, an lex? pro prima opinione quam hic ponit Bar.ut scilicet statutum isto casu sit lex, benefacit quia ubi conditio iuris exprimitur ab homine, non dicitur esse conditio hominis,sed ipsius legis; & ideo transmissio non impeditur.l.iij.ff. leg.1.ubi Ias.not.loquitur,in pen. col.in 3.notab.Et statutum disponens idem quod ius commune,rectè statutum nuncupari non posse,uide apud Feli.in c.1.de rescrip.col.13.uers.statuto.& Ias.in d.l.iij.& ad rem facit.l.absente, in uoce, uetus est ius. C. de accusat. & omnino propositа uide quæ posui in l.ius ciuile.ff.de iust.& iur.& Feli. in addit.suis ad Abb.in cap.

2 dist.Et in hac materia scias,statutum nihil † noui addens tolerari,ne aliquis damnum indebitè patiatur,si aliquid adderet iuri communi. ita Barto.& Paul.de Castr.post glo.in l.fin.§.in summa putatione.C.de iur.delib. & Alexand. in l. properandum.§. sin autem alterutra.C. de iudic.Et quòd statutum huiusmodi dicatur satis addere iuri communi, quia addit uinculum uinculo, cum agi possit condictione ex statuto,ut ait Bar.hic,& Soc. in consi.38.col.3. in 1.volu. dicas hoc esse ineptum,ut hoc modo uitetur superfluitas.ita Aret.in consi.105.col.fi.

Bar.in d.l.j.§.item si ita.ff.ad l.falcid.

BART. in cod.§. versic. sed contra istud oppo. fortiter, agit de intellectu.l.si penum.ff.de pen.lega.uide Bar.in d.l.si penum.

Summa-

Summarium in d.l.j.§.si ususfructus.ff.ad l. falci.

1 *Seruitutes omnes sunt indiuiduæ excepto usufructu.*

Bar.in d.l.j.§.si ususfructus.ff.ad leg.falcid.

1 BART. in ead.l.§.si ususfructus,inquit,omnes † seruitutes esse indiuiduas excepto usufructu. de ista ratione quare ususfructus & non aliæ seruitutes,diuidatur,uide Bar.in l. stipulationes non diuiduntur.col.10.uersi.vttum,& ibi Ias.in 19.col.vers.quartò quærit.ff.de uerb.obl.

Summarium in l.uerbis.ff.ad leg.falci.

1 *Res non redditur irrita, si uenit ad eum casum, à quo incipere non potuit, quando casus superueniens tendit ad eundem effectum cum primo.*

Bar.in l.verbis.ff.ad leg.falcid.

1 BART. in d.l.verbis,inquit,rem non † reddi irritam,si uenit ad eum casum, à quo incipere non potuit,quando casus superueniens tendit ad eundem effectum cum primo. Adde quod per istam regulam decidit Bar. in l.si constante, col.fi.in 9. quæst. ultimæ quæst. princ.ff. solut. matr.ubi uult,si solutio dotis fit uxori à marito constante matrimonio propter inopiam,& postea maritus efficitur locuples,eum tamen propterea ab uxore dotem repetere non posse,quoniam casus diuitiarum superueniens, à quo ille actus incipere non posset,cum mulier non possit agere ad dotem contra maritum diuitem; quia tendit ad eundem effectum,ut mulier sit secura,non uitiat actum.& ibi latius Ias.col.34.& seq.ubi aperit intellectum huius text. & multa affert ad rem facientia. & circa prædicta uide omnino quæ posui in l. patre furioso.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur.

Summarium in l.in ratione.§.quod uulgo.ff.ad l.falci.

Hæres non conficiens inuentarium, an teneatur ad solita legata, & priuetur falcidia.

Trebellianica an propter non confectionem inuentarij amittatur.

Bar.in l.in ratione.§.quod uulgo.ff.ad leg.falc.

BART. in d.l.in ratione.§.quod uulgo,agit de hærede † non conficiente inuentarium, an teneatur ad solida legata,& priuetur falcidia? De hac re scilicèt, an hæres eo casu ultra uires hæreditarias teneatur? vide Abb.in c.1.de sol.ubi tradit etiam an teneatur in foro conscientiæ? & in c.fi. de sepult.& Feli.in c.cùm.M.nu.54. de constit. & an possit detrahere falcidiam? Bal.in l.j.C.de sacrosanct.eccles.& Abb.in c.Raynaldus.de testa.& quia constitui plura dicere in l. Paulus,infrà eod.tit.hic non insistam,sed ibi uide omnino. hoc autem in loco nolo præterire, an trebellianica † propter non confectionem inuentarij amittatur? Alex.in consi.64. in 4.vol. tenuit quòd non. Contrarium dixit Corset.in tract.de trebellianica.§.4.uide omnino Cravet. in consi.17.ubi not.loquitur. & dum Bar.hic propè fin.tradit,si hæres non fecit inuentarium, nunquid fideicommissarius uniuersalis possit illud ex sua persona conficere? Dicas hoc Bartoli documentum esse * uotis frequentioribus approbatum, ut per Ias. in l.j. §. si is qui cccc. ff. ad Trebelli.

Summarium in l.quod de bonis.§.quod auus.ff.ad l.falcid.

Filij primi gradus non computant fructus in trebellianicam.

Bar.in l.quod de bonis.§.quod auus.ff.ad leg. falcid.

BART. in d.l.quod de bonis.§.quod auus,ait,filios † primi gradus non computare fructus in trebellianicam. adde Imol. in consi.63. Aret.in consi.156. Soc. in consi.82. colu. antepen. in 4.vol.& an & quando fructus in trebellianicam debeant computari? vide Cravet. in consi. 16.& ad rem faciunt trad.per Ang.in consi.331.& ista est materia.l.iubemus.C.ad Trebell.in qua Dec.in cons.480.ait illam.l.locum habere solum,quando est detrahenda una tantum quarta,secus uerò si duæ detraherentur,tamen contrarium docuit Ang. in cons.124. col.fi. de qua re & de intellectu.d.l.iubemus,vide omninò Mari.Soc.iuni. in cons.131. & in cons. seq. Ias.in consi.43.col.pen.& fi.in 3.vol.& Imol.in consi.63.

Summarium in l.si post missionem.ff.ad leg.falci.

Legata relicta in militia cũ legatis contribuuntur quantũ ad diminutionẽ propter defectum patrimonij.

Bar.

Ad legem Falcidiam.

Bar.in l.si post missionem.ff.ad leg.falcid.

1 BART. in d.l.si post,ita inquit in summa, legata † relicta in militia cum legatis contribuun
tur quantum ad diminutionem propter defectum patrimonij. & reliqua ut hic per eum. ex
ista.l.colligitur. de legatis ad pias causas fieri diminutionem pro rata,quando uires hæredita-
tis non sufficiunt. vide Imol.in consi.50.& Ias.in l.si quis testō.§.apud Iulianum.ff.de leg.1.

Summarium in l.si pupillus.ff.ad l.falcid.

1 *In concursu duarum causarum,illa debet inspici quæ falcidiam minuit.*

Bar.in l.si pupillus.ff.ad leg.falcid.

1 BART. in d.l.si pupillus,inquit,in concursu † duarum causarum, illam debere inspici, quæ
falcidiam minuit. & ex hoc infert ad decisionem quæstionis, si statuto cautum est, quòd ex
quolibet contractu,ex quo alicui acquiritur ius solui debeat gabella, præterquam de instrumē
to solutionis. modò eram tibi obligatus ad uendendum fundum iam antea,& nunc uendo,nū-
quid gabella solui an detrahi debeat? deciditque minuendam esse gabellam, ut hic per eum,
& hoc simpliciter sequitur Aret.in l.ij.in principio.colum.3.versic.circa primum.ff.de uerbo.
oblig.ubi adde tex.in simili casu in l.ij.§.fi.ff.ad leg.aquil.& ista est propriè materia, quæ ponī-
tur in d.l.ij.de uerb.oblig.cui simplicium casus mixtus debeat applicari.

Summarium in l.Paulus.ff.ad leg.falcid.

1 *Ille caret beneficio inuentarij,qui scienter in eo omisit rem aliqua ponere.*
2 *Argumentum à contrario sensu ualidum est.*
3 *Ratio quando est generalior dicto,illud ampliatur.*
4 *Argumentum ualidum est de uno ad aliud.*
5 *Inuentarium quare conficiatur.*
6 *Ille non debet legis auxilio perfrui,qui eam contemnit.*
7 *Inuentarium propriè dictum est ad res inueniendas.*
8 *Idem est iudicium de ipso fine,quod est de his quæ ad finem ipsum præordinantur.*
9 *Hæres nullum inuentarium conficiens,nihilominus ultra uires hæreditarias non tenetur.*
10 *Contrariorum eadem est disciplina.*
11 *Crucis omissio an faciat inuentarium nullius esse roboris, & momenti.*
12 *Legum correctio,quantum fieri potest est uitanda.*
13 *Quod in odium delinquentis statutum est,non debet ullo modo ad fauorem ipsius colligi argumen.*
14 *Ius constituendum est non ex multitudine autorum,sed ex ratione.*

Bar.in l.Paulus.ff.ad leg.falcid.

1 BART. in d.l.Paulus,decidit,eum † carere beneficio inuentarij, qui scienter in eo omi
rem aliquam ponere. & quia in re proposita patres ac maiores nostri uaria ac dissidentia se
rarum memoriæ prodiderunt,iccirco decreui in huius difficultatis inuestigatione paulùm in
morari; nam ueritas exagitata clarius elucere solet. Dico igitur prima fronte dicendum uide
ri,inuentarium ob id irritum non fieri, sed hæredem ad restitutionem dupli obligatum es
per tex.in l.fi.§.illo.C.de iur.deliberan.& ibi doct. tradiderunt, maximè Salic. ubi se ita in fi
* contingentia respondisse testatur, & Ias. ibi in hanc sententiam * communiter itum esse co
firmat. eaque uidetur esse ratio huius decisionis,quia ex quo hæres ad dupli restitutionem d
demnatur,ut in d.§.illo,frustra deinceps quæreretur, an creditoribus hæreditarijs in solidum
teneatur: quoniam eo casu pœna dupli inanis & elusoria redderetur, ut latius ibi tradi
est. Ego uerò,pace dixerim tantorum patrum,puto ueritatem esse in contrarium, & opinio
nem hanc iuribus,rationibus, & authoritatibus esse subnixam. & ante omnia pro ea adduco
tex.in d.l.fi.§.& si præfatam.C.de iur.delib.ubi postea quàm legislator solennitates omnes in
uentarij conficiendi tradidit,inter quas & rerum hæreditariarum descriptio potissimùm con
tinetur,subiungit,hæredes,qui præfatam obseruationem solidauerint, hoc est, in solidum om
nia adimpleuerint, secundum expositionem gl. ibi approbatæ, inuentarij beneficio gaudere.
2 sentiens à contrario † sensu, (quod argumentum ualidissimum est.l.j.§. huius rei.ff. de officio
eius,)

eius,) aliter esse,si omnia ibi tradita non obseruantur. Et ita illum tex.ad defectum alterius solennitatis attulit Bal.in consi.383.in 1.vol.& in consi.221.in 4.vol.inquiens per illum tex. tantummodo inuentaria solennia hæredibus prodesse. Secundo hoc confirmatur per tex. in d.l. fi.§.sin uerò postquam,in ratione decidendi. ibi enim cautum est,hæredem, qui infra tempus ab illa lege statutum inuentarium non confecit, omnimodo hæredem esse, & creditoribus in solidum teneri,non alia ratione,nisi quòd inuentarium secundum formam ab illa constitutione traditam,non est confectum,ibi,ex eo ipso,quòd inuentarium secundum formam præsentis constitutionis &c.& eadem ibi geminat tex.in fi.ubi hæc sunt uerba. Nec legis nostræ beneficium perfruatur,quam contemnendam esse censuerunt. Nam ratio hæc formæ neglectæ ita casum nostrum decidit, sicut & casum effluxi temporis ibi memoratum: quia quando ratio
3 † est generalior dicto,illud ampliatur,per not.per Bar.quem alij sequuntur, in l. regula.§. licèt. ff.de iur.&fact.igno.Quinimmo,maior ratio uiget in proposito casu,cùm maior sit omissio rei, quàm si reliquæ solennitates omnes omitterentur; quæ ad hunc tantum finem fuerunt institutæ,quo res inuenirentur,ut paulò post declarabo. nam finis est nobilior agente,& ideo est potissimùm attendendus.l.si non sint.§.perueniamus.ff.de aur.& arg.leg.l.si id quod.ff.de acqui. rer.dom. c.Moyses.22.quæst.2.Præterea,cum ille tex. casum proponat in omissa solennitate temporis,consequens est, ut idem etiam in omittenda solennitate rei sit concedendum, cum
4 de uno † ad aliud ualidum sit argumentum.l. miles ita.§. & quia diximus.ff.de mili.test. maximè cum in utroque casu eodem,& in hoc maior etiam ratio sit. Rursus animaduerto tex.illum à fortiori.Nam si ibi dicto beneficio caret,qui in inuentarij solẽnitate omittendo deliquit;igi-
* tur magis debet carere is,qui committendo in eius confectione deliquit: secundum gl.*cõm. approb.in l.si mora.ff.sol.matr.sed in proposito casu,cum ab hærede res hæreditatis occultentur,erratum est committendo,ergo &c. Tertiò ista conclusio comprobatur per tex. in §.sancimus,in auth.de hære.& falcid. ibi enim ex lectura illius.§.dicitur, rationem quare inuentarium
5 † conficiatur,esse,quia suspicatur lex,ne alioqui res hæreditariæ ab hæredibus surripiantur: idque ferè omnes consentiunt ibi,& in auth.sed cum testator.C.ad leg.falc.& in d.l.fin. & Feli. in c.cum contingat,col.2.de offic.deleg.tum sic.si sola suspitio operatur, ut hæres in solidum teneatur; longè magis id concedendum est,ubi constat hæredem scienter res aliquas occultasse: quia plus debet operari ueritas quàm suspicio,quo habet se ad esse,& ad non esse. Pro hac eadem sententia urget tex.in d.§.sancimus.versi.si uerò non fecerit. ubi habetur ideo hæredem in solidum teneri, quia leges transcendit, non agens cautè omnia ab illis requisita. Et sic eandem rationem adducit,quam adduxerat tex. in d.l.fin.§. si uero postquam. Ista opinio quæ tot iuribus munita est,optimis quoque rationibus confirmatur. Primò igitur stringit ratio nuper
6 rimè memorata,uidelicet,eum non † debere legis auxilio perfrui, qui eam contemnit: quam attulit tex.in d.l.fi.§.sin uerò postquam,& in d.§.si uerò non fecerit. Secunda ratio sit, nam forma dat esse rei.l.si is qui quadraginta.§.quædam.ff.ad leg.falcid.igitur ea non obseruata, perinde est ac si nullum inuentarium conficeretur: alioqui diceretur aliquid esse & non esse:contra. l.ubi repugnantia.ff.de reg.iur. Tertia ratio est,nam aliæ solennitates omnes inuentarij ad res inueniendas constitutæ sunt, ne creditores decipiantur, ut habetur.in d.l.fi.& in d.§.sancimus.
7 Et propriè inuentarium † ad res inueniendas dictum est,teste Bal.in consi.383. in 1.volu. tum sic. Propter quod est unumquodque tale, & illud magis, auth. multò magis. C.de episcop.& cler. sed aliarum solennitatum defectus inuentarium prorsus irritum reddit & inane, ut in d.l. fi.§.si uerò postquam,& in d.§.sancimus,uersi. si uerò non fecerit, ideo multo magis defectus rerum scienter omissarum id operari debet: cum ad hunc finem omnes aliæ solennitates fuerint institutæ,ut bona quæcunque hæreditaria inueniantur nam præsumendum non est,legem ipsam uoluisse,eum,qui leuiorem solennitatem omisit,dicto beneficio carere: & eum, qui res occultando grauius deliquit,tantummodo ad duplum teneri: quia hoc modo sæpissimè contingere posset, eum, qui minus deliquit, grauius quàm magis delinquentem puniri: contra.c. sicut dignum, de homic. Vel saltem dicendum est, eadem ratione defectum hunc reddere in-

uentarium

uentarium inutile, ſicut & aliarum ſolennitatum, quæ ad iſtum finem præordinantur, omiſsio
8 operatur: quoniam explorati iuris eſt, idem eſſe iudicium † de ipſo fine, quod eſt de ijs, quæ
ad finem ipſum præordinantur. l. Oratio. ff. de ſponſal. cum concord. Prætereà ſi alioqui dice-
remus, hoc modo etiam uia fraudibus aperiretur: contra. l. conuenire. ff. de pactis dot. quò fit,
ut lex, non ſit eo modo intelligenda, quo poſsit à ſapiente reprehendi. l. Saluius Ariſto. ff. de leg.
præſt. Quartò facit ſing. deciſio Bal. in l. filium quem habentem, col. antepen. C. famil. erciſcun.
& Paul. de Caſt. in l. ratione. §. quod uulgo. ff. ad leg. falc. Alex. & Iaſ. & alij per Iaſ. relati in d. l. ſi.
9 §. & ſi præfatam. C. de iur. delib. Aiunt enim hæredem † ullum inuentarium non conficientem,
nihilominus ultra uires hæreditarias non teneri, quando creditores, & legatarij confiterentur,
nulla alia bona eſſe hæreditaria, præter ea, quæ ipſe teſtatur. Et ratio ſecũdum eos illa eſt, quòd
inuentarium omittens, cenſetur res hæreditarias occultare: meritò cum per confeſsionem
patris huiuſmodi præſumptio elidatur, non debet ille dicto beneficio carere: legis enim uolun-
tati ſatisfecit. Tum ſic, quemadmodum ibi ille, qui nullum inuentarium confecit, tamen dicto
beneficio fruitur, quia adimpleuit omne id ad quod talis ſolennitas à iure eſt ordinata, ergo &
contra in propoſito caſu, quamuis hæres inuentarium confecerit, ſi tamen conſtat, hunc in eo
ad quod talis ſolennitas deſtinata eſt, defeciſſe, ac mentem legis defraudaſſe, debet omino
10 eius beneficio carere, ut contrariorum † eadem ratio ſit. l. j. ff. de his qui ſunt ſui, uel alie. iur. l.
ſciendum. §. fi. ff. qui ſatisdare cog. not. Bal. in l. ab emptore. ff. de pact. idem enim operari ſolet
oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito. l. fi. in fi. ubi Bar. ff. de leg. 3. Barto in l.
inter ſtipulantem. §. ſacram, de uerb. obligat. Accedant poſtremò nonnullæ aliæ rationes quæ
in præcedentibus adductæ fuerunt. Huic demum concluſioni, quæ & legibus & rationibus
eſt ſubnixa, illuſtrium quoque uirorum authoritates non defuere. & mirandum eſt tot ac tan-
tos patres, qui in contrariam ſententiam adducuntur, multas ex his authoritatibus uel non di-
diſſe, uel prætermiſiſſe. Primò enim eam tenuit Bar. quem in hoc alij non redarguunt in d. l.
§. cum igitur. C. de iur. delib. ubi formam inuentarij conficiendi poſuit, & inter cætera ait, bo-
omnia uideri debere. demum ſubiungit, hæc eſt forma inuentarij, in qua ſi aliquid deficeret
inuentarium non ualeret. & in terminis eſt gl. not. quæ caſum hunc decidit. in §. ſi uerò non
cerit, in uerb. lucrari, in auth. de hær. & falcid quã, caſum noſtrum præciſe dicẽdo ſequitur Bar.
ubi ſe ita in facti contingentia reſpondiſſe ait. Idem uoluit in l. beneficio. ff. eod. titu. & in l. re-
ſcriptum. ff. de his quib. ut indig. dicens idem Iac. de Belu. & Dyn. tenuiſſe. eiuſdem ſententiæ
conſtantiſsimè fuit idem Bar. in l. in ratione. §. quòd uulgò. ff. ad leg. falcid. ubi ſe retulit ad tra-
dita per eundem in hac. l. Paulus. Illam quoque gl. extulit Alb. de Roſ. in hac eadem l. & huius
opinionis fuit etiam Bal. in d. l. fin. §. 1. & in conſi. 219. in 1. volu. & Guid. Pap. in tract. de forma
inuentarij. nu. 5. & ſecundum eam audacter conſuluit Abb. Panor. in conſi. 73. nu. 8. in 2. uol.
11 accedant not. per ſcrib. in d. l. fi. §. 1. diſputant enim an † crucis omiſsio faciat inuentarium ma-
* lius eſſe roboris & momenti? & * comm. traditum eſt quòd non ea ratione, quòd præiudicium
non affert: aliter ſi præiudicium ferret, ſentiẽtes, ſed rerum omiſsionem grauiſsimi præiu-
eſſe, nemini dubium eſt, ergo &c. Nec obſt. ſi rerum ignorantia ab hæredibus adduceretur,
regulam, is qui in ius alterius, in ſexto quia ubi aliquis factum alienum ratione facti pro
indagare tenetur, illud ſcire præſumitur, ut eſt tex. not. iũcta gl. in c. innotuit, de elect. ſed in
uentario conficiendo tenetur hæres omnia bona defuncti perquirere, iccirco ea omnia ſcire
ſe cenſetur, ut in terminis ait Abb. in d. conſ. 73. pro quo facit documentum Bar. in d. l. Paulus
in fin. Aliæ quoque coniecturæ traditæ ſunt, per Guid. Pap. in d. tractatu de forma, inuentarij
nu. 6. ex quibus conijcitur, quando hæres ſcienter res hæreditarias omittere cenſeatur, quæ bi
ut breuior fiam, uideri poterunt. Nunc ſupereſt ut adducta ſuperius in contrarium confi-
tentur. & primò non obſt. tex. in d. l. fi. §. illo, à quo mouentur ij, qui in contrariam ſententiam
adducuntur. Ibi enim cautum eſt, hæredem bona aliqua ſurripientem, celantemve, ad dupli
reſtitutionem cogi poſſe. ex quo uidetur inferri, eum ob id inuentarij beneficio non carere,
cum alioqui dicta pœna dupli redderetur inanis, ſi omnino hæres creditoribus, & legatarijs in
ſolidum

iolidum teneretur: nam ad illum tex.primò reſponderi poſſet,quòd in hoc eſt correctus per §. ſancimus.in auth.de hære.& falc.vt expreſsè inquit glo.ibi in uerbo lucrari, ad quam Bar.Alb.
12 Abb. & alij,quos ſuprà citauimus,acceſſerunt. Verùm quia legum † correctio, quantum fieri poteſt, uitanda eſt.l. præcipimus. C. de appella. iccirco conſiderabam aliter fortaſſe ad illum tex.reſponderi poſſe. & illud in primis animaduertendum eſſe, ibi non colligi, ob pœnam dupli hæredem legis beneficio gaudere,immo nec præſumendum eſt,tex.illum tale quid ullo pacto ſenſiſſe; tum quia ſuperius præceperat bona omnia deſcribenda eſſe,& deinde mandauerat hæredem omnia prædicta non obſeruantem beneficio carere; quò fit ut facilè credendum non ſit,eandem legem ſe ſtatim corrigere uoluiſſe.l.non ad ea.ff.de condit. & demonſtr. Tum etiam quia ualde abſonum uideretur, aliarum ſolennitatum omiſsionem inuentarij beneficio priuare hæredem,ut prædictum eſt: eumque in propoſito caſu, in quo hæres grauius utique deliquiſſet.d.beneficio perfrui. Nec dicendum eſt ob dictam pœnam dupli ceſſare beneficiũ inuentarij: quia dico pœnam imponi ultra id, quod lex illa iam diſpoſuerat, uidelicet, hæredem formam non obſeruantem legis auxilio non potiri. & hoc iure merito conſtitutum eſt: nam is non ſolùm legem contemplit,non obſeruando formam à lege traditam,ſed etiam ulterius progrediendo res hæreditarias celauit,ſurripuitque; quapropter ob formam neglectam, beneficio inuentarij carebit: ob ſurreptionem uerò ipſarum rerum,ad duplum condemnabi-
13 tur. Iſta eſt mens (ni fallor).§.illo, in quo ab impoſitione pœnæ, quæ in odium † delinquentis ſtatuta eſt, non debet quoquomodo ad fauorem ipſius colligi argumentum.l.legata inutiliter. ff.de adimen.leg. nec obſt. quòd hoc modo pœna illa ſuperflua uideretur, ſi hæres in ſolidum teneretur; quia reſpondeo, immo pœnam illam multùm operari poſſe: cùm multæ actiones ſint,quæ nullo confecto inuentario non dantur contra hæredes, niſi pro uiribus hæreditarijs; vt habetur,in l.j.& ibi Bar.ff.de priu.delict.& in l.j.C.ne ex delict.defunc.& alibi. proinde cum in hæreditatibus actiones, quæ huiuſmodi ſint naturæ, reperiri poſsint, d.pœna dupli operari poterit; quia tunc uires hæreditatis hoc in caſu pinguiores efficientur. quo circa ille tex. ita diſcuſſus & intellectus hanc concluſionem comprobabit, quãdo non teneamus eum eſſe correctum,vt d.glo.& memorati patres tradiderunt. Non obſtat in contrarium communem uideri eſſe ſententiam, vt Iaſ.ait in d.§. licentia. quia reſpondeo hoc haud facilè concedendum eſſe, cum pro iſta parte adſint glo. Bar.in fortaſſe quatuor locis, Iac. de Beluiſ. Dyn.Albe.qui. d.glo.ualde extulit, Bal. Guid. Pap. & Abb.Panorm.& ſi pro contraria parte, Salic.reſpondit in facto, & pro hac in facti contingentia conſuluit Bar.vt per eum in d.l.Paulus. præterea eſto, etiam,quòd in contrarium eſſet communis ſententia, tamen cum pro iſta parte,& iura,quæ ui
14 dentur expreſſa,& rationes urgentes adducantur,vt prædiximus, non ex multitudine † authorum,ſed ex ratione ius conſtituendum eſt.l.j.§.ſed neque.C.de uet.iur.enucl. & habetur Exod. 23. In iudicio non acquieſces plurimorum ſententiæ, vt à ueritate deuies. Verùm nos arbitramur concluſionem noſtram frequentioribus uotis confirmari, vt uidere eſt, ſi prædicta diligenter aduertantur.

Summarium in l.lineam margaritarum. §. quæſitum eſt.ff.ad l.falci.

Legatum factum, ut fiant picturæ ſanctorum, dr legatum ad pias cauſas, & ideo falcidia deduci nõ põt.

Bar.in l.lineam margaritarum.§.quæſitum.ff.ad leg.falci.

BART. in d.l.lineam margaritarum.§.quæſitum eſt, ait, legatum † factum ut fiant picturæ ſanctorum,dici legatum ad pias cauſas: & ideo falcidiam deduci non poſſe. hoc idem ſequitur Aret.relatus per Iaſ.in l.precibus,col.5.verſ.& poſſet.C.de impuber. & de iſtis imaginibus ſanctorum,& earum uenceratione,vide latè in lucubrationibus, quas poſui in l.ſi quis id.§.ſerui quoque.ff.de iuriſd.omni.iudic.

Summarium in l.Seius, & Augerius.ff.ad l.falcid.

Quod non ualet per modum diſpoſitionis, reijci debet.

Judex quando poſſit promulgare ſententiam tempore noctis.

Bar.in l.Seius & Augerius.ff. ad leg.falcid.

1 BART. in d.l.Seius & Augerius, ait, quod non ualet † per modum diſpoſitionis, reijci debere. De materia huius l.vide Alex.in conſi.174. Opportunè conſiderato, in lib.primi & ſecundi uol.& dum tangit Bar.an ſtatutum poſsit diſponere vt ſpurius ſuccedat? vide in lucubrationibus,quas poſui in l.filium.ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. Et dum poſtea Bar. ſubiungit, iudicem ex officio ſuo poſſe proferre ſententiam,ſi uidet inſtantiam perire: attende hoc documentum,quod memoratu dignum eſſe ait Iaſ.in l.properandum,in princip.in 4.col.verſ.octauò nota.C.de iudic. & in ead.l.§.j.colu.1. in 3.fallen. adde etiam ſi breui tempore inſtantia eſt peritura,ita ut iudex informationes ſumere non poſsit, item ſi omnia in iudicium ſunt producta,iudicem poſſe ita pronunciare; abſoluo,uel condemno prout de iure debeo facere, *ita Iaſ.* in d.l.properandum,in princ.vlt.colu.verſ.nota. vide Dec.in c.conſultationibus. verſ.ſecundò,
2 de offic.deleg. & iſto caſu poteſt iudex † etiam tempore noctis promulgare ſententiam, alioqui non,vt per Feli.in c.conſuluit,col.antepe.de offic.deleg. & in col.2.vbi multa dicit ad rem facientia. & in huiuſmodi caſu ne inſtantia pereat, iudex poſt peremptorium, uſque ad aliam diem expectare non poteſt,immo inſtantia conſenſu partium prorogari non poteſt, neque iuramento firmari,vt per Iaſ.in d.l.properandum,in princip.in 7.col.

Summarium in l.in ratione.§.diligenter.ff.ad l.falcid.

1 *Caſus non liberat debitorem generis generaliſſimi ſed liberat debitorem ſpeciei.*

Bar.in l.in ratione.§.diligenter.ff.ad leg.falcid.

1 BART. in d.l.in ratione,§.diligenter, ſic ait in ſumma. Caſus † non liberat debitorem generis generaliſsimi, ſed liberat debitorem ſpeciei, uel generis ſubalterni. Attende quia Bar. dum loquitur de genere generaliſsimo, dubito an bene ſentiat, per ea quæ poſui in l.j.ff.de ri ſdict. omn.iudic. vbi uide omnino. præterea ex hoc.§.colligi ſolet, genus perire non poſſ ſed huic dicto refragantur quæ dicit Bal.in l.ſi quis argentum,in princip. iuncto.§.1.ff.de l nat. vbi ait,ſi legatum eſt factum de x.ſalmis uini quolibet anno,poſſe dari fundum,ex quo ri ſimiliter tot redditus colligi poſsint. & ad regulam hanc,hoc eſt, genus perire non poſſe, ſolennem quæſtionem Bar.in l.quod te, in 1.col.uerſ.iuxta.ff.ſi cert.pet.vbi Alex.col.2.& Ia col.7.& de hac eadem regula agitur etiam in l.qui hominem.§.ſi nullo.ff. de ſolut. Limitamen eam non procedere quando caſus fortuitus culpa ipſius creditoris contingeret: quia tũc debitor generis liberaretur,vt ait Raph.Cuma.in conſi.185.

Summarium in l.pœnales.§.ſi Titio.ff.ad l.falcid.

1 *Pars legata eatenus minuitur legatario, quatenus ſibi diminutum eſt legatum.*

Bar. in l.pœnales.§.ſi Titio.ff.ad leg.falc.

1 BAR. in d.l.pœnales,§.ſi Titio,ita inquit in ſumma, pars † legata eatenus minuitur legatario, quatenus ſibi diminutum eſt legatum,ſecus ſi in totum rogatus ſit reſtituere. Adde quia ſi hæres feciſſet gratiam legatario, quia noluiſſet quartam deducere, legatarius eam detrahere poſſet; quoniam perinde eſt ac ſi ab ipſo hærede fuiſſet detracta,& poſtea ei donata. Bar. j.§.denique in fi.ff.ad trebel.

Summarium in l. pater filium.ff.ad l. falcid.

1 *Fideicommiſſum debitum à defuncto hæredibus, vt æs alienum, eſt detrahendum.*

Bar.in l. pater filium.ff.ad leg.falcid.

1 BART. in d.l.pater filium, inquit fideicommiſſum debitum † à defuncto hæredibus ut æs alienum eſſe detrahendum. Ad iſtam l.uide omnino Soci.in conſ.114.in 3.uol. vbi plenè declarat hanc materiam, & glo. Bar.& quæ ego ibi poſui in lucubrationibus meis in l.vnum ex familia.§.1.ff.de leg.2.& Alex.hic,qui clarè aperit intellectum huius.l.

Summarium in l.beneficio.ff.ad l.falcid.

1 *Qui agit ut legatum intercidat, priuatur falcidia.*

Bar.

Bar.in l.beneficio.ff.ad leg.falcid.

1 BART. in d.l.beneficio,dicit,eum,qui agit ut legatum † intercidat,priuari falcidia. postea quærit an priuetur falcidia in totum, an verò pro illa re tantum? Tu dicas eum hodie uideri esse puniendum in duplum.l.fi.§.licentia.C.de iur.delib. vbi Bar.in fi. decidit per istum tex. & ad rem facit.l.pen.C.de lega.vbi traditum est, si legatarius uel fideicommissarius testamentum abscondit,eum,quamuis postea illud offerat,legato priuari debere. vide omnino quæ posui in l.Paulus,suprà hoc eod.tit.vbi multa in re proposita habebuntur.

Summarium in l. precia rerum.ff.ad l.falcid.

1 *Res debet æstimari communi æstimatione, non autem ex affectione.*
2 *Substitutio compendiosa facta per uerbum commune, ualet infra pupillarem ætatem iure directo.*
3 *Rei ualor solet quandoque probari per librum æstimi.*

Bar.in l.pretia rerum.ff. ad leg.falcid.

1 BART. in d.l.pretia rerum,ait,rem debere æstimari † communi æstimatione, non autem ex affectione. De hac re uide aliquid per Soc. in cons.8.in 1.volu.& Feli.in c.cùm Ioannes,nu. 5.de fide instrum.vbi loquitur etiam in materia. §. nonnullam: hic positi. & dum in hoc.§.habetur,id,quod regitur cursu temporis,uariari secundum ipsius temporis uarietatem: hoc facit ad quæstionem Bart.in l.Centurio,col.7.ff.de vulg.& pupil.& in l.pupillus, col.3.C. de impu-
2 ber.An scilicet substitutio † compendiosa facta per uerbum commune ualeat infra pupillarem ætatem iure directo, & postea iure fideicommissi, vt ibi per eum. Et de ualore rerum uide Bar.in l.vnic.col.fi.vers.aduerte.C.de sentent. quæ pro eo quod inter.profer.& Ias.in l.j.§.hæres percepto.ff.ad Trebel.vbi aliqua tradit, ex quibus rerum pretia diminuuntur,ut est,si uenditor esset implicitus,vel quia malos habet uicinos, uel quia habent annexum pactum de retro uendendo; nam ratione oneris iniuncti res dicitur minus ualere, secundum Abb.in d.c.cùm Ioannes, & melius fortè quàm alibi de hac re uide Salic. in l.ij.C.de rescind. uend.solet etiam
3 † rei ualor quandoque probari per librum æstimi secundum Soci. in consi.205.col.3.in 1.uol. & quod sit uerum & iustum pretium, vide Bar.in l.si quis uxori.§.fi.ff.de fur. & in l.& si quo.ff. de leg.1.& in l.non solùm.§.fi.ff.de lega.3.& eundem Bar.in l.si seruus.ff.de cond. furt. & Feli. in c.cùm causam,col.21.in glo.2.de test.& quomodo pretium & ualor rei debeat æstimari,docuit Bar.& Bal.in fi. C.de administr.tutor. Bar.in l.filiusfamiliàs,§. si quis.ff.de leg.1.Flor. post Bar.in l.si seruum.ff. ad leg.Aquil. & omnino uide Abb. in d.c.cùm causa, vbi tradit coniecturas, ex quibus pretia eliciuntur, vt est locus, tempus uenditionis, & si res producit fructus, & quanti uenduntur fructus in loco illo, & huiusmodi genus alia,vt ibi etiam per Felin.& per Io. Andr.in c.cùm causa,de empt.& uend.

Bar.in l.hæreditatum.ff.ad leg.falcid.

BART. in d.l.hæreditatum, ait.l.hanc esse singularem. & ideo dicit Ias.in l.cum quis ita.§. qui ita.1.col.6.uers.tu dic.ff.de uerb.oblig. huiusmodi æstimationem non fieri nisi in casu isto.

Summarium in l.Titia.ff. ad l.falcid.

1 *Falcidia secundum iura.fforum deducitur contra uoluntatem testatoris.*

Bar.in l.Titia.ff.ad leg.falcid.

BAR. in d.l.Titia, inquit.l.hanc esse singularem. Attende hic nam doct. colligunt ex isto
1 tex. falcidiam † secundum iura.fforum deduci contra uoluntatem testatoris,& idem est in trebellianica, vt declarat Abb. in c.Raynaldus, de testam. proinde si hæres testamentum approbaret, ex quo approbat uoluntatem testatoris, quæ est, vt trebellianica non detrahatur, quia contra eius tacitam mentem deducitur, vt prædictum est, aiunt eum in proposito casu trebellianicam detrahere non posse. ita consuluit Anchar.in cons.152. Tamen contra id,quod communiter ex isto tex.colligitur,vide Io.Annibalem in repet.l.nemo potest,nu.346.ff.de lega.1. vbi conatur ostendere, immo in ista.l.probari, falcidiam etiam secundum iura fforum contra

mentem teſtatoris non detrahi, & reſpondet ad d.cap.Raynaldus, vt ibi per eum. vide in hac materia Curtium in conſi.75. nu.6.

Summarium in l.in quartam.ff.ad l.falcid.

1 *An & quando id quod capitur à cohærede in trebellianicam debeat imputari.*
2 *Id quod uenit iure hæreditario in quartam imputatur.*
3 *Vbi hæreditas eſt ad tempus reſtituenda, filius poteſt detrahere legitimam & trebellianicam.*
4 *An falcidia & trebellianica poſſit detrahi in una re.*
5 *In legitima an debeant imputari donata propter merita.*
6 *Legitima an poſſit peti in quibuscunque rebus, quas uoluerit filius.*

Bar.in l.in quartam.ff. ad leg.falcid.

1 BART. in d.l.in quartam,col. 3.verſ.vt ergo iſta materia, tradit an & quando † id, quod capitur à cohærede in trebellianicam debeat imputari? vide Iaſ. in l.filium quem habentem. C. famil.erciſcun. & dum ſubijcit Bar.quæ ſit differentia,quòd in falcidia uenit ſolùm id,quod uenit iure hæreditario, alioqui uerò in trebellianica: adde tu hanc eſſe rationem quare fructus computantur in trebellianica & non in falcidia,vt per Alex.in l.in fideicommiſſo, colu.6.ff.ad
2 Trebell. Et circa id quod hic ſubiungit Bar.ſcilicet, id, quod † uenit iure hæreditario, in quartam imputari: attende quoniam hoc non uidetur procedere niſi quando uenit eodem tempore,quo locum habet quarta,alioqui uerò ſi aliquid iure hæreditario prius haberetur, & poſtea hæreditas ſit reſtituenda ad tempus,vel ſub cõditione,& ſic detrahenda quarta; nam id, quod prius habitum eſt, non debet computari. Iſta limitatio ſic probari poteſt; nam ubi hæreditas ſtatim eſt à filio reſtituenda,detrahi non poteſt,niſi una tantùm quarta,quæ cõtineat legitimã, quæ uenit iure hæreditario,trebellianicam autem petere non poteſt,quoniam huiuſmodi legitima in trebellianicam imputatur. hæc ratio affertur à Iaſ.in d.l.filium quem habentem, col.
3 in 1.notab.& tamen doct.uolunt,vbi hæreditas † eſt ad tempus reſtituenda,filium poſſe detrahere legitimam & trebellianicam; id quod fieri non poſſet,ſi legitima in trebellianicam imputaretur. ideo autem non imputatur, quia uno tempore capitur legitima, quæ uenit iure hæreditario,& alio tempore trebellianica,atque ita legitima non imputatur in trebellianicam,quæ non poſſet deduci niſi una tantùm quarta. Poſtea Bar.in 4.colu.verſ.quartò quæro, tradit an
4 falcidia † & trebellianica poſsit detrahi in una re. vide Alex. in l.Marcellus,§. res quæ, colu.ſ. uerſ.in ea glo.ff.ad trebell.& dum Bar.in ead.col.ver.venio ad quartam,agit de ijs,quæ imputari debeant in legitimam,vide Iaſ.in d.l.filium quem habentem, col.9. uerſ. tu verò attende, an quod habet filius primi matrimonij per l.hac edictali.C.de ſecund.nupt.debeat confundi cum legitima, an uerò prius legitima ſit detrahenda, & poſtea ſit facienda diuiſio inter filios primi matrimonij,& ſecundum uirum? vide Soci.in conſ.35.in 4.uol.Raph.Cuma. omnino in conſ.
5 59.& Fulg.in conſ.97.vbi non imputatur in legitimam,& an in legitimam † debeant imputari donata propter merita uel aliam cauſam? vide Alexan. in d.conſi.285. Et nunquid in legitima computentur expenſæ factæ pro ſtudio & doctoratu ipſius filij? vide Alex.in conſi.102.vers. circa ultimum dubium,in 3.vol.An autem in legitima bona feudalia & emphyteotica imputari debeant? Alex.in conſi.27.in 5.uol. Et in legitimam imputari debent omnia quæ habentur à patre,niſi pater exprimat quo iure & titulo illa det,vt docuit Alex. in d.conſ.102. immo non ſolùm ea,quæ proueniunt ab ipſo patre, ſed etiam quæ ueniunt ab extraneo contemplatione
6 patris imputantur; ita Alexan.latè in conſ.179.in 5.vol.vtrum autem legitima † peti poſsit in quibuſcunque rebus,quas uoluerit filius,quemadmodum creditor qui habet hypothecata bona omnia debitoris poteſt hoc facere? vide Alexan.in conſi.154. in 7.uol. & Mari.Soc.iunior.in conſ.136. Dum uerò Bar.hic in col.pen.mouet quæſtionẽ de eo, quod datum eſt filio emancipato, vide omnino Paul.de Caſt.in conſ.29.in 1.uol.& ad illud,quod ſubijcit Bar.de filia decedente antequam pater,& reliqua,vt hic per eum,vide Paul.de Caſtr.in conſi.109.& in conſilio 145.in 1.uolu.

Summa-

Summarium in l.j. §. interdum. ff. ſi cui pluſquam per l. falcid.

1 *Filius grauatus de reſtituendo, an poſsit detrahere duas quartas.*

2 *Si teſtamentum natiuitate poſthumi præteriti rumperetur, & hæreditas eſſet reſtituenda uigore clauſulæ codicillaris eo caſu una tantum quarta detraheretur.*

3 *Vbi locus eſt detractioni legitimæ & trebellianicæ, vtrum trebellianica deduci poſſit quando legitima filiorum aſcendit ad dimidiam propter eorum numerum.*

Bar. in l.j. §. interdum. ff. ſi cui pluſquam per. l. falc.

1 BART. in d.l.j. §. interdum, agit, an filius † grauatus de reſtituendo, poſsit detrahere
* duas quartas? quo caſu* communis opinio eſt, ut eodem tempore una tantum quarta, diuerſis uerò temporibus duæ quartæ deduci queant, vt per doct. in c. Raynutius, & in c. Raynaldus, de teſtamen. & Soc. in conſ. 82. in 4. vol. ad quod faciunt ea, quæ dixi in
2 præcedenti lucubratione in l. in quartam. Ex hoc infertur, ſi teſtamentum † natiuitate poſthumi præteriti rumperetur, & hæreditas eſſet reſtituenda uigore clauſulæ codicillaris, eo caſu una tantum quarta detraheretur, vt declarat Alex. in conſ. 202. in 3. uol. & an & quando legitima & trebellianica deduci poſsint eodem tempore, vide Soc. in conſi. 33. col. fi. in primo uolu. & Alex. in conſi. 285. in lib. primi & ſecundi uolu. Hic pulchra ſuboritur difficultas, ubi locus
3 † eſt detractioni legitimæ & trebellianicæ, vtrum trebellianica deduci poſsit quando legitima filiorum aſcendit ad dimidiam propter eorum numerum? iſta eſt noua quæſtio, in qua Bal. in conſi. 94. Punctus quæſtionis, in 2. uol. uoluit, trebellianicam in caſu iſto detrahi non poſſe, ne plus habeat grauatus quàm honoratus. contra opinionem Baldi uidetur eſſe conſilium Oldra. in conſ. 171. in fi. tamen ad ſententiam Baldi uidetur accedere Alex. in conſi. 68. col. 1. verſ. ſed inſpecta, in 4. uol. & Dec. in conſi. 228. in fi. & Crauet. in conſ. 50. dicens hoc ſibi in facto contigiſſe, & opinionem hanc uiſam fuiſſe nouam, quæ tranſactionis fœdere fuit extincta. mihi tamẽ dubitabilis uidetur eſſe iſta Baldi ſententia, quia quòd legitima aſcendat ad dimidiam, non prodeſt filio grauato propter numerum filiorum, magis enim ei foret conſultum, ſi minor eſſet numerus filiorum, eiq; tertia pars pro ſua legitima deberetur, propterea uideretur in propoſito caſu magis fauendum eſſe filio grauato propter ſanguinis coniunctionem, quàm honoratis, tamen cogita. & circa præcedentia dicas, falcidiam nunquam concurrere cum legitima. ſecus eſt in trebellianica, quæ ſimul detrahi poſſunt. Mari. Soci. iuni. in conſ. 126.

Summarium in l.j. §. bonorum. ff. ad trebell.

Statuta diſponentia de hæredibus, habet locum etiam in bonorum poſſeſſore de iure prætorio.

Bar. in l.j. §. bonorum. ff. ad Trebel.

BART. in d.l.j. §. bonorum, ait, ſtatuta † diſponentia de hæredibus, habere locum etiam in bonorum poſſeſſore de iure prętorio. vide tu multas differentias inter bonorũ poſſeſsionem & hæreditatis petitionem apud Iaſ. in rubri. C. qui admit. col. fi. & ad rem facit tex. in l. ij. ff. de bonor. poſſ. & in l. ſi ita ſcriptum. §. ſi filio, eod. tit. & in §. diutina. inſtit. de uſucap. & in l. eum qui. §. in publiciana. ff. de public. Et utrum hæres & bonorum poſſeſſor differant, latiſsimè aperuit Iaſ. in l.j. col. 1. ff. de uulg. & pupil. qua in re uide tex. in l. plurium hæredũ. ff. de acquir. hære. qui tex. diſtinguit inter hæredem & bonorum poſſeſſorem. & unam ſimilitudinem tradit Iaſ. in l. iij. in princip. col. 65. ff. de acquir. hære. vbi habetur, quamdiu locus eſt inſtituto, ceſſare ſubſtitutum: & idem eſſe etiam in bonorum poſſeſſore. differunt autem in eo, quòd in aditione hæreditatis debet præcedere iuſſus patris, in agnitione uerò bonorũ poſſeſſionis ſufficit ratihabitio. l. qui in aliena, ubi Iaſ. in 69. col. in 3. notab. ff. de acqui. hæred. & uide Iaſ. in l. fi. col. 8. C. de edic. diu. Adri. toll. & ad ea, quæ hic ponit Bar. facit, quoniam ſicut ius patronatus eccleſiæ tranſit ad hæredes extraneos, ita pariter & ad bonorum poſſeſſores.

Summarium in d.l.j.§.fuit quæsitum.ff.ad trebell.

1 *Pupillus non potest restituere hæreditatem tutori ipso authore.*

Bar.in d.l.j.§.fuit quæsitum.ff.ad trebell.

1 BART. in ead.l.§.fuit quæsitum. sic ait in summa. Pupillus † non potest restituere hæreditatem tutori ipso authore. opponit Bar.extra glo.dicens,immo tutorem posse sibi ipsi restituere,soluitq; distinguendo inter restitutionem facti, & restitutionem iuris. & quamuis ista solu-
* tio *communiter approbetur,tamen eam reprobat Ias.in l.singularia,col.8.ff.si cert.pet.

Summarium in d.l.j.§.denique.ff.ad trebell.

1 *Qui non confecit inuentarium,tenetur ultra uires hæreditarias.*

Bar.in d.l.j.§.denique.ff.ad trebel.

1 BART. in ead.l.§.denique.in prima oppos.tradit,eum,qui non confecit † inuentarium,teneri ultra uires hæreditatis. vide Alex.in consi.64.in 4.uol. vbi tenuit,trebellianicam propter hoc non amitti. sed contrarium ait Anto.Corset. in suo tracta. de trebellianica. vide Cravet.in cons.17.& omnino quæ posui in l.Paulus, suprà ad leg.falcid. Et dum hic paulò post Barto.in uers.primo casu,distinguit,an legata & fideicommissa sint facta ab hærede,an à fideicommissario, vide tu quando dicantur fieri ab uno uel ab alio,& quid in dubio, apud glo.& ibi Paul.de Castr.in l.Marcellus,infrà hoc eod.tit. & ad ea, quæ hic subijcit Bar. vide Ias. in l.qui quadringenta,in 3.notab.infrà hoc eod. tit.

Summarium in l.Marcellus.ff.ad trebell.

1 *Trebellianica an detrahi possit de legatis ad pias causas.*

Bar.in l.Marcellus.ff. ad trebel.

1 BART. in d.l.Marcellus,col.3.vers.vltimo quod hic dicit, an † trebellianica detrahi possit
* de legatis ad pias causas,* communis opinio est, eam deduci non posse,secundum Ang.in consil.230.& hæc est materia auth.similiter.C.ad leg.falci. sed an detrahi possit quando restitutio fieri debet piæ causæ non immediate sed mediante aliqua persona grauata? vide Soc.in cons.78.col.5.& in consi.seq.in 1.uolu.& omnino Aret.qui subtiliter loquitur in cons.67.colu. & Soci.in cons.80.col.5.in 1.uolu.& in consi.144.in eodem uol. & ad rem uide Dec. in cons.299. Limita etiam prædicta procedere in legato seu fideicommisso, quod debetur piæ causæ pleno iure,vt eo casu tantum falcidia non detrahatur,vel trebellianica,alioqui secus. ita Rom. in d.auth.similiter,quoniam extollit Feli.in c.conquestus, nu.3.de for.compet.quid si legatum uel fideicommissum pro parte est factum piæ causæ, & pro parte non? vide Soci.in cons.8. col.pen.in 4.uol.Limita etiam prædicta non procedere,ubi eidem personæ factum est legatum non pium,quia tunc falcidia detraheretur,secundum Ange.in l.si seruus.ff.ad leg. falcid. & idem non est,in fi.& in l. quare ecclesiastica,in fi.principij,eod.tit.tradit Firma.in suo tract.de epo po,in 4.quæst.quarti libri,col.3.vers.quæro etiam an de legatis pijs,vbi alias quoque posset mitationes,quæ ad trebellianicam applicari possunt.

Summarium in d.l.Marcellus.§.quidam.ff.ad trebell.

1 *Nunquid in substitutione pupillari ueniat donatio inter uirum & uxorem, quæ morte confirmatur.*

Bar.in d.l.Marcellus.§.quidam.ff.ad trebell.

1 BART. in ead.l.§.quidam,quærit,nunquid in substitutione † pupillari ueniat donatio inter uirum & uxorem,quæ morte confirmatur? vide Bar.in l.sequens quæstio, & quæ ibi posui.ff. de leg.2.& quoniam Bar.hic propè finem, tradit, an in fideicommisso ueniant bona quæ quis ita reliquit,residuum bonorum meorum à dictis legatis & iudicijs deueniant in talem? attento quia Bar.hic necessariò præsupponit,his uerbis induci fideicommissum uniuersale. & idem uoluit Bar.in l.Centurio,in ultima quæst.quartæ q.princip.ff.de uulg.& pupil.Sed contrarium de uerbo ad uerbum dicit idem Bar.in l.cogi,in fi.principij, infrà hoc eod.tit. Postea subiungit Bar.quid si testator dixit,si decesserit sine liberis bona mea deueniant in talem? & distinguit, dixerit ne omnia bona an non. vide Paul.de Cast.in l.cum uirum.C.de fideicomm.

Summa-

Summarium in l.quia poterat.ff.ad trebell.

1 *An & quando aliquis dicit iudicem esse suspectum, debet causam inferere.*
2 *Judex, an & quando recusatur ut suspectus teneatur causam committere alteri non suspecto, uel eam remittere ad superiorem.*
3 *Si iudex recusatur ut suspectus, non obstante recusatione procedit, an processus sit ualidus.*
4 *Hæres qui repudiat hæreditatem, an perdat debita iure naturæ.*

Bar.in l.quia poterat.ff.ad trebell.

1 BART. in d.l.quia poterat, quærit simul cum glo. an quando † aliquis dicit iudicem esse suspectum, debeat causam inferere? vide Ias.in l.apertissimi, col. 1.vers.nunquid autem. C.de iudic.& ex quibus causis iudex recusari possit tanquam suspectus, vide Io.Monach.in tract.nuncupato, defensorium iuris, in §.contra iudices. & Innoc.in tracta.exceptionum, in tit.de exceptionibus contra iudices.& Abb.in c.accedens. 2. vt lit.non conte. Feli.in c.cum super.de off.
2 deleg.& in c.insinuante.& in c.cum.R.eod. tit. Et an & quando † iudex recusatur ut suspectus, teneatur causam committere alteri non suspecto, vel eam remittere ad superiorem? vide latè Abb.disting.in c.si quis contra, de for.compet. & suspecto iudici causam committi non posse, quia hoc non est naturale, trad.Dec.post Abb.in c.ad hæc, nu. 7.de rescrip.Et formæ in hac materia suspicionis traditæ à d.l.apertissime, renunciari non posse, docuit Feli.in c.si diligenti, col.
3 2.vers.quintum correlatiuum, de for.compet.Et dum Bar.subijcit, quid si iudex † recusatus ut suspectus non obstante recusatione procedit, an processus sit nullus, an uerò debeat irritari? vide ad rem hanc Feli. in c.suborta.nu.6.de re iudic.vbi ait, si arbiter efficitur inimicus partis, potest pars ipsa protestari ne arbitretur, & si spreta huiusmodi protestatione arbitrabitur, ei obstare exceptionem absque eo quòd aliquid probetur de iniquitate.

4 Bar.in eadem l.vers.quæro an ille, tradit † an hæres qui repudiat hæreditatem perdat debita iure naturæ? De hac re uide eundem Bar. in l.necessarijs, col. 3.ff. de acquiren.hæred.& in l.gerit, eodem tit.Alexand.in consi.75. Visis, in primo uol. Soci. latissimè in l.j.in ultima quæst. primi effectus.ff.de uulg.& pupill.& in consi.89.col.fi.in 4.uolu. Aret.in cons.160.Longa est, colu.17.vide etiam Angel.de Aret.in §. fin.colum.1.uers.quid autem si filius, instit.de hæredi. qual.& differ.

Summarium in l.sed & si alio.ff.ad trebell.

1 *Per hæc uerba, non puto mihi expedire hæreditatem, & similia prolata, post tempus datum ad deliberandum, inducunt dispositionem.*
2 *Utrum rogatus restituere sub conditione, possit sponte adire, & restituere.*

Bar.in l.sed et si alio.ff.ad trebell.

1 BART. in d.l.sed etsi alio, in l.seq. sic ait in summa, nota quòd per † hæc uerba, non puto mihi expedire hæreditatem, & similia prolata post tempus datum ad deliberandum inducunt dispositionem. Tu uerò uide doct.in l.serui electione.ff.de leg.1.& præcipuè Ias.colu.7.vers. tenendo,& in l.qui se patris, colu.12.C.und.liber.in quibus locis habetur, intellectum Bart.in
2 hoc tex.non probari. Et dum Bar.hic in fi.quærit, utrum † rogatus restituere sub conditione, possit sponte adire & restituere? & distinguit: aut est rogatus restituere pluribus, & restituendo uni, non transfert actiones neque ipse liberatur ante conditionis euentum, & reliqua. Dicas tu in proposito casu etiam consentientibus fideicommissarijs restitutionem fieri non posse.l.filiusfamiliàs.§.Diuus.& ibi Paul.de Castr.ponit regulam.ff. de leg.1. Tamen isto casu dicendum uideretur, huiusmodi restitutionem debere ualere in uim donationis usq; ad tempus euenientis conditionis, sicut quando uni tantum rogatus est restituere, ut infrà inquit Bar.cum citat l.post mortem.C.de fideicomm. Item animaduerte, quoniam ubi restitutio est facienda uni tantùm post mortem, ita ut illa conditio gratia ipsius hæredis uideatur apposita, pro ut, nisi aliud appareat, conijciendum est, vt habetur.in l.eum qui.ff.de annu.leg. tunc restitutionē fieri posse ante existentiam conditionis,& actiones transibunt ex trebelliano, cum restitutio secundum uoluntatem defuncti, qui posuit cōditionem gratia hæredis, facta esse uideatur, cui hæres

debet posse renunciare. sicut dicimus in legato ad diem, quæ posita sit gratia hæredis tantum. id quod in dubio præsumitur; nam ante diem præfixum potest soluere,& fauori suo renunciare. & dicitur adimplere uoluntatem defuncti.d.l. eum qui.vbi Bar.& in l.qui Romæ, in princi. ff.de uerb.oblig.vbi omnes.& isto casu, nescio qua ratione in tex. habeatur restitutionem non fieri secundum uoluntatem defuncti,propterea cogitandum est,quia in d.l.eũ qui, & in d.l.qui Romæ,distinguitur cuius gratia sit apposita dies,hic autem non. & ibi non consideratur dispositio.l.cùm pater.§.à filia.ff.de leg.2.vide ad prædicta Ias.post alios in d.l.post mortem.

Summarium in l.apud Iulianum.ff.ad trebel.

1 *Per dationem cohæredis extranei,tollitur existentia sui hæredis.*

Bar.in l.apud Iulianum.ff.ad trebell.

1 BART. in d.l.apud Iulianum.§.idem Iulianus,ait,per dationem † cohæredis,extranei, *tolli* existentiam sui hæredis. Tu autem aduerte, quia & si datio cohæredis extranei tollat suitatẽ, non tamen tollit necessitatem adeundi in seruo,l.eius qui in prouinciam,in princ.ff.si cert.pet. vbi Ias.in 2.col.vers.quartò pondera.

Summarium in l.ille à quo.§.si de testamento.ff.ad trebel.

1 *Hæres quando ante aditionem sed post coactionem decedit, fideicommissum non extinguitur, sed debetur ab eo,ad quem transit hæreditas.*

Bar.in l.ille à quo.§.si de testamento.ff.ad trebell.

1 BAR. in d.l.ille à quo.§.si de testamento, ait, quando † hæres ante aditionem sed post coactionem decedit, fideicommissum non extingui, sed deberi ab eo, ad quem transit hæreditas. Attende hic quoniam & si coactio transmissionem operetur,perinde ac si hæreditas fuisset restituta,tamen quò ad fructus secus est, quia post coactionem & ante restitutionem hæres facit fructus suos.l.ita tamen.§.1.infrà eod.tit.vbi Alex.

Summarium in l.cogi.ff.ad trebell.

1 *Verba obliqua adiecta certæ rei uel quantitati,ad uniuersitatem non porriguntur.*

Bar.in l.cogi.ff.ad trebell.

1 BART. in d.l.cogi. ait, verba † obliqua adiecta certæ rei, uel quantitati,ad uniuersitatem non porrigi. & exemplum ponit in uerbo,relinquo, atque ita Bar.præsupponit uerbum,relinquo,esse obliquum. & ita ex hoc tenuit Ange.relatus à Ias.in l.Centurio,col.34.vers.circa tertiam.ff.de vulg.& pupil. vbi tamen tenet hoc uerbum esse commune.de qua re ibi egimus.

Summarium in l.ex facto.§.siquis rogatus.j.ff.ad trebell.

1 *An,& quando filius naturalis substitutum excludat.*

Bar.in l.ex facto.§.si quis rogatus.j.ff. ad trebell.

1 BAR. in d.l.ex facto,§.si quis rogatus,tradit an † & quando filius naturalis substitutum excludat? vide Alex.in cons.94.in primo vol.& Dec.in c.in præsentia, de probat. vbi etiam fol. tradit an & quando filiorum appellatione ueniant naturales. & Angel.in cons.366. & in cons. 401. cum seq.& omnino uide Paul.de Montepico in repet.l. Titia cum testamento.§.Titia nuberet.ff.de leg.2.inter numerum 54.& 55.vbi nouiter & subtiliter distinguit.& ad rem bene uide Bar.Bal.& alios in l.iiij.§.fin.ff. de liber. & posthum.Fulg.in cons.152.& Angel.in cons. 30.Et in re proposita hic per Bar.vide Ias.in l.generaliter.§.cum autem.C.de'institu.& substit. in sexta colu.

Summarium in d.l.ex facto.§.siquis rogatus. 2.ff.ad trebel.

1 *Per deportationem non perditur ius eligendi fideicommissarium.*

2 *Iudex qui posuit confinia quòad ea reuocauerit, si est excommunicatus,an possit ea reuocare.*

Bar.in d.l.ex facto.§.si quis rogatus. 2.ff.ad trebell.

1 BAR. in ead.l.§.si quis rogatus,2.ait,per deportationem† non perdi ius eligendi fideicommissarium,alioqui uerò per dãnationem in metallum. ex hoc infert Bar.ad excõicatum, posse ne esse arbitrator an non? vide Bar.in l.si quis arbitratu,col.fi.ff.de uerb.obli.ibi, quæro quid
2 de excõicato,vbi Ias.col.14.& seq.Nũquid aũt iudex† qui posuit cõfinia,quòad ea reuocauerit, si est

si est excommunicatus posit ea reuocare? vide Bar.in l.centesimis.§.fi.col.fi.ff.de uerb.oblig· ubi per istum tex. tenet hoc fieri posse,licèt ibi reprobetur. Vtrum autem iste tex. procedat solùm in eo,qui prius erat habilis,& postea deportatur:an uerò etiam in deportatum & excommunicatum posit conferri ius eligendi? Et respondendum uidetur,textum hunc non procedere in hoc secundo casu,ut in simili ait Abb.in c.post cessionem,colum.fi.versi.sed quæro, de probat.sed contrarium uidetur innuere Alex.in d.l.si quis arbitratu, ubi in illa quæstione,an arbitrator posit esse is qui deportatus est? dicit eum esse non posse, quando postquàm factus est arbitrator deportaretur; quia dicit isto casu uideri esse reuocatum mandatum,igitur sentit hoc ualere,quando esset deportatus uel excommunicatus tempore quo fuit electus, ut ibi per eum,col.pen.uersi.limita.

Summarium in d.l.ex facto.§.si quis autem susceperit.ff.ad treb.

1 *Conditio si decesserit sine liberis, intelligitur superuenientibus.*

Bar.in d.l.ex facto.§.si quis autem susceperit.ff.ad trebell.

1 Bart. in ead.l.§.si quis autem sulceperit,sic ait in summa. Conditio,† si decesserit sine liberis,intelligitur superuenientibus. & ideo si liberi ante rogatum uel simul cum eo moriantur,non faciunt deficere conditionem fideicommissi. De hac re uide Dec. in consi.63. & in consi.218.ubi eruditè loquitur in hac materia,& in consi.287.& in consi.291.& in cons.511. & in consi.513.& in consi.585.Soc.in l.solemus.ff.de cond.& demonstr.& Io.Crot. in repetitione capituli Raynutius,de testa.filijs autem extantibus fideicommissum expirat, neque amplius reuiuiscit,quamuis ipsi postea sine filijs decederent. Dec. in consi.218. & in consi.287. & in consi.291.& in d.consi.511.& 513.Limita istum tex. non habere locum, quando filius superuixerit, qui omnino esset moriturus, & uiuere non posset; quia non facit deficere fideicommissum,cùm perinde sit,ac si nũquàm fuisset natus. Feli.in c.sicut ex tua,in fi.de homicid. sed an ista conditio comprehendat filium,qui liberos suscipere non potest? vide Soc.in consi. 35.col.pen.in 3.vol.

Summarium in d.l.ex facto.§.fi.ff.ad trebell.

Conditio fideicommissi iniuncta hæredi, si sine hærede decesserit, intelligenda est de descendentibus, & de liberis.

Raro contingit aliquem sine hærede decedere.

Conditio siue qualitas à lege requisita, specificè probari debet.

Testator si substituit aliquem, & eius hæredes, de quibus hæredibus est intelligendum.

Bar.in d.l.ex facto.§.fi.ff.ad trebell.

Bart. in ead.l.§.fi.inquit,conditionem † fideicommissi iniunctam hæredi si sine hærede decesserit,esse intelligendam de descendentibus,& de liberis. Hoc idem aiunt Bar. & alij in l. Gallus.§.etiam si.ff.de liber.& posth.Alex.in cons.15.in 1.volu. & Ang. quem uide omnino in consi.110.& in consi.206.incip.Carissime frater.Soc.in cons.19.in cons.249. & in cons.250. in 1.vol.& Dec.in consi.78.col.fi.Et huius documenti ratio est,quia conditio se habet ad esse, & ad non esse. cæterùm si hæc uox,hæredes,ad solos descendentes non restringeretur,sed simpliciter ad quemcunque hæredem porrigeretur, ista conditio non haberet se ad non esse. si quidem rarò contingit † aliquem sine aliquo hærede posse decedere, ut hic dicunt gl. & doct. Sed cui probandi onus incumbit aliquem sine liberis decessisse? vide Alex.in consi.171.in libro primi & secundi vol.& Soc.omnino in consi.89.col.3.in 1.vol. ubi ait præsumptionem esse pro substituto,in hoc articulo non est prætermittendus Io. Crot. in repet. capituli Raynutius,de testa.& ad rem optimè facit,quia si substitutus pupillaris dicit se admitti debere ex pupillari,neq; appareat an substitutus decesserit pupillus an adultus, præsumendum est pro substituto, ut tradit Soci. in d.consi.89.colu.3. & Ioan.Baptista Caccialupus in repet.l. precibus, col.pen.nu.56.C.de impuber.sed contra istam conclusionem urget uehementer, quòd conditio † siue qualitas à lege requisita specificè probari debet.l.ij.§. docere.ff. de ui bon. rapt.l.j. §.ait prætor,& ibi Bar.ff.ne quid in flum. publi.Alex.in consi.100.in 1.vol. & in consi.316. in

libro

libro primi & secundi vol.Soc.in consi.55.in 1.vol.Dec. in consi.13. & in consi.393. col. pen. & fi.& ideo in tali casu non sufficit probatio per præsumptionem,ut hic præsupponitur. ita Cæ-
4 pol.in consi.57.Quid si testator † substituit aliquem & eius hæredes, de quibus hæredibus sit intelligendum? vide Soc.in consi.12.& in consi.13.in 3.vol.Alex.omninò in cõs.36.in 3.vol. & in consi.173.in 5.vol.Ang.in cons.306.& Crauet.in cons.38.

Summarium in l.in fideicommissaria.ff.ad trebell.

1 *Fructus an & quando in trebellianicam imputentur.*

Bar.in l.in fideicommissaria.ff.ad trebell.

1 Bart. in d.l.in fideicommissaria,in princ.tradit an † & quando fructus in trebellianicam imputentur. De hac re egimus in l.in quartam,suprà ad leg.falcid.uide ibi.Et aduerte hic quoniam in directa substitutione, quæ fit per militem ueniũt fructus reperti in hæreditate.Bar.in l. Centurio,col.2.uersi.oppono quòd fructus.ff.de uulg. & pupill. per illum tex. Item quòd fructus percepti iudicio testatoris computentur in falcidia,est tex.in l.mulier.§.si hæres,infrà hoc eodem titu. sed ibi falcidia fortè sumitur pro trebellianica. Et dum Bar. subiungit de mora,& citat.l.ita tamen.§.si seruum,infrà eodem titu. uide ibi eundem Barto. ubi ponit, quid si fideicommissarius nesciuerit, uel hæres absens fuerit. Tu uerò cogita quid si interpellauerit, & ille credat iustè se non teneri, quo casu non erit in mora.l. quod te. ff. si cert. peta. quid iuris erit de fructibus? Et dum Bar. subijcit an fructus computentur in quartam debitam iure institutionis,nam falcidia dicitur esse debita iure institutionis, uide Paul.de Castr.in l.j.colum.2. suprà ad leg. falcid.

Summarium in l.mulier.§.cum præponeretur.ff.ad trebel.

1 *Filia potest res alienare in causam dotis, quamuis restitutioni subiaceant.*

2 *Pater non tenetur dotare filiam, quæ habet bona aliunde.*

Bar.in l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad trebell.

1 Bart. in d.l.mulier.§.cum proponeretur,inquit,filiam † posse res alienare in causam dotis quamuis restitutioni subiaceant. Attende tex.ibi,dotem decedere,ex quo colligitur, alita ex causa dotis,licèt sint subiecta restitutioni,tamen nunquam amplius debere restitui,ut p Ias.in auth. res quæ, ubi latè agitur de hac inuestigatione, quomodo res subiectæ restitutioni possint ex causa dotis alienari. Et quia hic Bar.ponit prædicta uera esse,nisi mulier tantum ex fructibus percepisset,ut doti sufficeret. opp. Bar. dicens immo fructus non debere in dotem computari,& soluit dicens,dotem non esse debitam iure obligationis, sed officio iudicis, qua-
2 æquitas cessat,quando mulier habet unde se alat aliunde. Ex hoc sentit Bar. patrem † non teneri ad dotandam filiam,quæ habet bona aliunde. ad hoc accedit Alex. in apostill. ad Bar.in fi.C.de dot.promiss.in prima apostill.in contrarium uidetur esse tex.in d.l.fi.cum gl. in uerbo intelligi,per quem ita tenuit Ias.in d.auth.res quæ,col.3.& col.4.& de huius rei ueritate Ias. * posuit Ias.in l.j.col.7. versi. secundò astringit.ff.solu.matr.ubi ait * communem opinionem esse contra Bar.hic,quamuis ipse cum eo intrepidè sentiat.

Summarium in l.ex asse.ff.ad trebell.

1 *Si Unus ex fideicommissarijs hæredem cogit adire, & restituere totum, fructus perceptos iudicio testatoris sui fideicommissario non restituit.*

Bar.in l.ex asse.ff.ad trebell.

1 Bart. in d.l.ex asse,sic ait in summa. Si unus † ex fideicommissarijs hæredem cogit adire & restituere totum, fructus præceptos, iudicio testatoris suo fideicommissario non restituit. posteà opp.Bar.de l.j.§.inde Neratius,suprà eod.tit.& soluit ut in gl.Tu verò pro intellectu illustriori uide Ias.in l.qui quadringenta,col.3.in tertio notabili.hoc eod.tit. Postea Bar. tradit, si cessionarius primus cedit secundo apud eum nihil remanere. De hac re vide Soc. in consi. 18.col.6.in 1.vol.ex hoc posset inferri in casu.l.mulier.§.ex asse.ff.de iur.dot.posse cedi secundo,qui intentare posset actionem directam nomine ipsius cedentis. aduerte tamen si uasallus alterum in feudo subrogaret,eũ habere quod clam utili ratione uasallitij. Curtius in tract.feud. col.

col.151.versi.secundò pro limitatione.Ias.in l.iij.§.ex contrario,colu.20.versi. his ita.ff.de acquir.poss.ubi etiam posuit,si emphyteota sibi aliquod ius uel annuũ redditum retineret, an id iudicari debeat,ut perdatur sicut emphyteosis. vide Soc.subtiliter in consi.216.in 1.vol.

Summarium in l.si legatus.ff.ad trebell.

1 *Quo iure quis cogatur adire, & restituere.*

Bar.in l.si legatus.ff.ad trebell.

1 Bart. in d.l. si legatus, quærit quo iure † quis cogatur adire & restituere. vide Ias.in l. certi condictio.in princ.col.fi.ff.si cert.pet.

Summarium in l.Balista.ff.ad trebell.

1 *Pactum nudum geminatum producit actionem,licèt alioqui sit,si non esset geminatum.*
2 *Geminatus actus enixam indicat uoluntatem,& multum operatur.*
3 *Geminatio contractus operatur,ut quis ab omni prorsus beneficio excludatur,neque possit quoquomodo error præsumi.*
4 *Verbum potest,indicat uoluntatem.*
5 *Licèt prohibita alienatione extra familiam possit hæres institui extraneus, qui esset successurus ab intestato,tamen hoc procedere non potest,quando uerba sunt geminata.*
6 *Concessa iurisdictione,intelligitur de simplici,non autem de mero,& mixto imperio.*
7 *In feudis licèt appellatione hæredum intelligatur de filijs,tamen secus est, ubi adsunt uerba geminata.*
8 *Mora geminata plus operatur quàm simplex.*

Bar.in l.Balista.ff.ad trebell.

Bart. in l.Balista, tradit effectum & uim geminationis. Qua in re scias pactum nudum
1 † geminatum producere actionem,licèt alioqui sit,si non esset geminatum. Ias.in l.iurisgentiũ. §.sed cum nullam.col.3.in 6.limit.ff.de pact.Item geminatio operatur, ut ea, quæ alioqui fieri deberent ex interuallo,uel per sententiam,fiant incontinenti & ipso iure. Feli.in c.1.colu.5.de rescrip.Soc.in consi.101.in 4.vol.vbi ait,uerba futuri temporis operari immediatè si gemina-
2 ta fuerunt. Item geminatus † actus enixam indicat uoluntatem, & multùm operatur. & ideo si aliquis bis ex interuallo se aliquid recepisse confiteretur,tollitur omnis exceptio. Dec.in cõs. 181.Soc.in consi.15.col.8.in 1.vol.& in consi.65.col.fi.& in consi.85.col.3.eod.volu. & in re proposita uide omnino eundem Soc.in consi.3.col.4.in 3.volu.ubi ait, si princeps bis aliquid concedit,concessionem huiusmodi motu proprio factam esse censeri,quamuis f cta esset precibus alicuius. & de hac re uide omnino Feli.in c.fin. in princ.de offic.deleg.& in c.si quando. nu.31.cum seq.de rescrip.Intellige tamen & limita quæ de ui actus geminati prædiximus,quã do geminatio fit ex interuallo,secus si incontinenti.Feli.in c.quoniam,& in d.c.fi.de offi.deleg. & Aretin. quem uide omnino in consi.2.& tex. in l.si mulier.C.ad uelleian.Rursus geminatio contractus operatur, ut quis ab omni prorsus beneficio excludatur,neque possit quoquomo do error præsumi. Abb.in consi.70.col.3. in 1.vol. Et quantum operetur geminatus contractus docuit Crauet.in consi.54.sic etiam confessio geminata multùm operatur si est facta diuersis temporibus,Ias.in l.si certis annis,col.2.versi.item per illam gl.C.de pact.Et quamuis in multis casibus geminatio uerborum facta eodem tempore multùm soleat operari, tamẽ secus est in geminatione actus.ita distinguendo concordat Ias.in l.si quis in conscribendo.in fi.C. de pact.ubi quasdam decisiones adducit,in quibus geminatio operatur. vide tamen tex.in l.is qui hæres,in princ.ibi,qualis qualis.ff.de acqui.hæred.ubi illa geminatio nihil facit,& ibi Ias. in vo-
4 ce,qualis qualis,similes tex.adducit in 94.col.Item & si uerbum, † potest,communiter indicet voluntatem,tamen si est geminatum,significat necessitatem. Ias.in l.j.col.2.in gl.in uerbo, potest.ff.de iurisd.omni.iudic.& complures alios effectus geminatio facit,ut per Ias.in l.j.§. nunciatio.col.4.ff.de oper.nou.nunc.& Feli.in c.si cupio.nu.30.cum seq. de fid.instru. quem semper uideas,& multos alios effectus posuit etiam Curtius in consi.300.& in cons.41.& in cons.
5 49.& Mari.Soc.iuni.in consi.133.nu.6.Item attende quamuis prohibita † alienatione extra familiam posit hæres institui extraneus,qui esset successurus ab intestato,tamen hoc procedere

non

non posse quando uerba sunt geminata, docuit Ias. in l. filius familiâs. §. Diui, in 2. lectura, colu. 21. versi. limita. ff. de leg. 1. sic ēt iudex potest suam interlocutoriam reuocare, secus autem si est geminata, & bis fuerit confirmata. Ias. in l. quod iussit, in primo notabili col. 47. in 4. limit. ff. de re iudic. item hæc uoces, cassum, & irritum, propter geminationem significant ipso iure, alio-
6 qui uerò non. Ias. in l. non dubium. col. 5. in 10. notab. C. de legi. Item concessa † iurisdictione intelligitur de simplici, non autem de mero & mixto imperio, secus si dicitur, omnimoda iurisdictionem, quia geminatio ista etiam merum & mixtum imperium continet, Ias. in l. Imperiū col. 5. uersi. secundò. ff. de iurisd. omni. iudic. Item rescriptum geminatum præsumitur concessum motu proprio, propter geminationem, alioqui non. Ias. in l. iij. in princ. colu. 1. ff. de quod quisque iur. & in l. nec damnosa, versi. illum tex. C. de precib. imperat. offer. ubi dicit etiam habere uim clausulæ ex certa scientia. Alium quoque effectum scitu dignum posuit Alexand. in l. Centurio. ff. de uulg. & pupill. & de hac re uide latissimè Corset. in tract. de uerbis geminatis,
7 vbi ponit 76. effectus, quos geminatio operatur. Item quamuis in feudis † appellatione hæredis intelligatur de filio, tamen secus est ubi adsunt uerba geminata, ut declarat Ias. in l. Gallus. §. etiam si, col. 4. in 2. fall. ff. de liber. & posth. & uide alios effectus apud Ias. in rubrica. ff. de uerb. oblig. col. 3. & in §. in personam, col. 10. inst. de action. Adde alium, quem tradit Aret. in l. j. col. 3. ff. de uerb. oblig. ubi Alex. col. 4. qui eum reprobat. Similiter quoque mora † geminata plus operatur quàm simplex. ut per Ias. in l. si insulā, col. 6. vers. tu responde. ff. de uerb. oblig. Et ad prædicta uide eundem Ias. in l. j. col. 4. ff. de oper. nou. nunci. & Feli. in c. nonnulli. col. 22. in 6. fallen. de rescrip. & in c. si quando. col. fi. eod. tit. & Soc. in consi. 242. col. 1. in 1. vol. Et postremò non est silentio prætereundum quamuis mulier, quæ confessa est se habuisse & recepisse dotem, possit opponere exceptionem non numeratæ dotis, tamen si fuit geminata cōfessio, huiusmodi cessat exceptio, & ita limitatur totus titulus. C. de dot. caut. nō numer. ut decidit Andr. in addit. ad Specul. in tit. de donat. int. uir. & uxor. & de hac materia geminationis uidē tè Roma. in l. si uero. §. de uiro. ff. sol. matr. vide etiam Soc. iuni. in consi. 31. nu. 5. & in consi. 71 nu. 107. & in consi. 78. nu. 7. & in consi. 98. Postremò attende quod dixit Io. Hannibal in rep l. nemo potest. nu. 87. ff. de leg. 1. vbi ait. l. prospexit. ff. qui & à quib. ex qua sumitur illa regula legem quamuis duram esse seruandam, non esse intellectam, quoniam illum effectum operatur geminatio illa posita in illa. l. ibi, omnes omnimodo.

Summarium in l. restituta. ff. ad trebell.

1 *Restitutio fit re, uel uerbis tradendo uel patiendo.*
2 *Fideicommissum ad hoc, ut ualeat, requiritur, ut aditione hæreditatis confirmetur.*

Bar. in l. restituta. ff. ad trebell.

1 BART. in d. l. restituta, inquit, restitutionem † fieri re uel verbis, tradendo uel patiendo, hoc adduci solet ad hoc, quòd dominium fideicommissi uniuersalis non transit in legatarium uel fideicommissarium uniuersalem nisi facta restitutione, tamen secus est in particularibus, à Titio. ff. de furt. tradit Ias. in l. fi. col. 3. C. de sacrof. eccl. ubi etiam posuit, quid sit in ecclesia. rationem huius discriminis affert idem Ias. in l. j. colu. fin. versi. ex secunda parte. C. commun. lega. & aliam ponit Bar. in l. j. col. 3. versi. tertia regula. ff. de leg. j. scilicet quia non sunt relicti principaliter sed in consequentiam. & ibi doct. uarias adducunt rationes, quibus tamen nō tol-
2 litur difficultas. Ideo dici posset, ad hoc ut fideicommissum † ualeat, requiritur ut aditione hæreditatis confirmetur, per quam iura omnia (ut ita dixerim) hæredis ossibus affiguntur, ita co ad ea euellenda ut in alium transferantur, opus est facto ipsius hæredis: in legato autem statim ab adita hæreditate dominium transfertur. istam rationem reprobatis alijs in d. l. j. tradit Lancelotus Galiau. Tu verò aduerte, quia ista ratio non subsistit, quoniam ut legatum ualeat, debet confirmari per aditionem, atque ita eadem ratione dicendum esset iura affigi ossibus hæredis, quæ sine facto suo, ab eo in alium transferri non possint. velle autem dicere legatum statim, & ipso iure transferri à principio quando est particulare, istud nihil est, quia ratio est eadem cum dicto. ideo cogita.

Summa-

Summarium in l.quia.§.restituta.ff.ad trebell.

1 *Jus patronatus ecclesiæ non transit in fideicommissarium, sed apud hæredem remanet.*

Bar.in l.quia.§.restituta.ff.ad trebell.

1 BART. in d.l.quia.§.restituta,inquit,iuspatronatust ecclesiæ non transire in fideicommissarium,sed apud hæredem remanere. idque sequitur Ias.in l.precibus,col.13.vers.secunda utilitas.C.de impub.ubi dicit esse idem in iure patronatus liberti. Adde quòd etiam non transit in filiam dotatam,quæ à statuto sit exclusa. Feder.de Sen.in consi.139.incip.quæritur an transeat. vide Feli.in c.quanto,col.2.de iudic.ubi tradit an publicatis bonis transeat in fiscum. de qua re agit etiam Abb.in c.nobis,de iur.patr.& ad prædicta uide omnino Abb.in c.cum seculum,de iur.patron.ubi multa dicit circa translationem iuris patronatus, vide eundem Abb. in c.consuluit, eod.tit.

Summarium in l.Seius Saturninus.ff.ad trebell.

1 *Tempus certæ ætatis ex præsumpta uoluntate defuncti propter charitatem personæ facit diem, non conditionem.*

2 *Si pater filium eximat de carceribus, qui ultimo supplicio erat puniẽdus, debeat liberari propter affectionem paternam.*

3 *Dictio cum, adiecta executioni, reddit actum conditionalem, quando habet diem incertum.*

4 *An & quando legatum, cui fuit apposita dies, sit conditionale.*

Bar.in l.Seius Saturninus.ff.ad trebell.

1 BART. in d.l.Seius,sic ait in summa. Tempus † certæ ætatis ex præsumpta uoluntate defuncti propter charitatem personæ facit diem non conditionem pro.huius.l. intellectu, vide Bar.& alios in l.si cui legetur.ff.de leg.1.& gl.& ibi Bal.in l.ex his.C.quand. di.leg.ced. & Soc. in consi.92.col.6.in 1.vol.uide etiam Io.Crot.in repet.l.primæ inter numerum 25.& 26.ff.de leg.1.ubi tenet hoc legatum esse conditionale, sed ideo non extingui, quia conditio ad fideicommissarij fauorem apposita est. sed ista opinio non uidetur ex mente huius tex.ideo non recedas ab opinione Bartoli & aliorum,scilicèt,hoc tempus adiectum non facere conditionem ratione consanguinitatis; nam relicta à testatore latius ratione coniunctionis sanguinis solent interpretari,ut ex multis docuit Dec.in cons.601.immo usque adeò uehemens est uis affectionis,ut si pater † filium eximat de carceribus,qui ultimo supplicio erat puniẽdus, debeat liberari propter affectionem paternam. ita Corsetus in tract.de potestate regia in 3.par. nu.34. ubi ait ita fuisse obtentum. & hac eadem ratione pater censetur magis uelle prouidere filio quàm eum grauare. Mari.Soc.iuni.in consi.103.nu.17.Attende gl.hic,ex qua colligitur,uocem † cũ, adiectam executioni reddere actum conditionalem,quando habet diem incertum, idq; timore cõtrarij.l.quibus diebus.§.quidam Titio.ff.de cond.& demonstr.& istam gl.sequitur Bar.in l.j.col.3.de cond.& demonstr.& Bar.& alij in d.l.si cui legetur.§.1.sed tenendo hoc uidetur destrui op.& sol.Bar.& * communis in l.centesimis.§.fi.col.1.versi.ex hoc,& in l.ita stipulatus, col.6.in 2.opp.ff.de uerb.obligat.ubi dispositio non redditur conditionalis, quamuis ista uox, cum adiecta esset executioni, & tempus erat incertum, cum uoluero. Quapropter cùm ista opinio fundamentum sumat ab illa.l.quibus diebus.§.quidam Titio,fortè non esset ab re dicere,etiam si sit tempus incertum, non tamen facere conditionem per illa Bartoli documenta, neque obst.tex.in d.§.quidam Titio,quia ibi conditio mortis erat expressa per uocem,si, propterea ibi sumus in claris.sed de uoce,cum,ibi nulla fit mentio. & propterea mirandum est,doctores hoc non animaduertere,cum ibi ita legatur expresè,ut prædixi.& hoc ibi sentit Pau.de Cast.& in specie Bar.in d.l.j.col.3.uersi.tertia,de cond.& demonstr.dum citat illum tex. & uide quæ ibi posui in lucubrationibus meis. Tamen si uis sequi vestigia doctorum in hac materia,& scire an & qñ † legatum,cui fuit apposita dies, sit cõditionale & non,distingue,aut ei fuit apposita dies certa,aut incerta. Si certa tunc subdistingue: aut fuit apposita substãtiæ legati,& erit conditionale. fallit ratione consanguinitatis, ut in hac.l. Seius Saturninus. aut dies certa fuit apposita præstationi, & tunc non efficitur conditionale. si uerò apponitur dies incertus,

tunc

tunc siue sit adiectus substantiæ legati,siue præstationi semper efficitur conditionale, secun-
* dum * comm.opin.ut per Ias.in d.l.si cui legetur.§.hoc autem.ff.de leg.1.& de hoc ultimo aiũt esse tex.in d.l.quibus diebus.§.2.& ad prædicta uide Capr. in consi.79. & Salic. in l.unic. §. sin autem sub conditione. C.de caduc. tollen. & in d.l. ex his. C.quand. die.leg.ced. ubi habetur, quando tempus incertum adiectum est tertiæ personæ, semper legatum reddi conditionale, & non transmitti. id quod sequitur etiam Alex.in consi.197.Viso titulo,in libro primi & secũdi vol.& hæc est communis doct.sententia,ut hic testatur Alex. adde etiam quando in eadem oratione,in qua fit legatum,apponitur dies,& non in alia oratione,semper illa dies uidetur apposita substantiæ legati,& non præstationi; & ideo legatum reddit conditionale. ita Bal.in d. l.si cui legetur.§.hoc autem,propè fi.argumento.l.quidam testamento,in princ.ff.de leg.1.&l. Paulo Callimacho.§.fi.ff.de leg.3.& ad rem faciunt trad.per Bar.in d.l. inter stipulantem.§. facram,col.3.ff.de uerb.oblig.ubi ad cognoscendum an locus censeatur adiectus substantiæ an præstationi, distinguitur, sit ne appositus in eadem oratione an non. & idem tradit Paul. de Cast.in consi.338.Quia exceptiones,col.3.in 1.vol.& Dec.in consi.324.Consuluit accuratè, Neque prædictæ principali conclusioni reluctari debent trad.per Franciscum Cremens.in suo singul.111.ubi contrarium uidetur tradidisse,motus authoritate Bal.in l.ambiguitatem.C.de usufruct.quoniam in contrariam (ut dixi) sententiam communiter itum est,ad quam ipse quoque Bal.accessit in locis præmemoratis.

Summarium in l. Imperator.ff.ad trebell.

1 *Pater qui dilapidat bona fideicommissi,cogitur illud restituere filio existenti in potestate.*

Bar.in l.Imperator.ff.ad trebell.

1 BART. in d.l.Imperator,ait,patrem † qui dilapidat bona fideicommissi,cogi illud restituere filio existenti in potestate. circa hoc, & quomodo pater, qui bona consumit, priuandus sit administratione per istam.l.vide Ias.in l.si constante,col.31. in 9.quæst. secundæ par. princip. ff.sol.matr.Aret.in consi.72.col.3.ubi etiam tradit,an perdat usumfructum, quamuis alius administret.Et quomodo prouidendum sit filijs quando pater malè administrat bona aduentitia filiorum,tradit Soc.in consi.34.in 1.vol.ubi latè agit de materia huius,l.uide omnino.

Summarium in l.Titius.ff.ad trebell.

1 *An senatusconsultum trebellianum locum habeat in fideicommisso relicto per ista uerba, quicquid ex hæreditate superfuerit.*

Bar.in l.si Titius.ff.ad trebell.

1 BART. in d.l.si Titius, quærit, an senatusconsultum † Trebellianum locum habeat in fideicommisso relicto per ista uerba,quicquid ex hæreditate superfuerit? vide omnino de hac re Paul.de Cast.in l.cogi,suprà eod.tit.

Summarium in l.si patroni.ff.ad trebell.

1 *Bona in emphyteosim accepta ab ecclesia,non ueniunt in restitutione fideicommissi.*

Bar.in l.si patroni.ff.ad trebell.

1 BART. in d.l.si patroni, in princ. inquit bona in † emphyteosim accepta ab ecclesia non uenire in restitutione fideicommissi. Limita hoc procedere solùm quando ille fideicommissarius erat extraneus,alioquì uerò si erat de descendentibus testatoris. ita Bal.in l. cùm uirum. C.de fideicomm.& clarè Alex.in consi.19.col.2.in 5.vol.ubi refert Io.And.Nicol.de Neap.&
* Paul.de Cast.& limitantes Bar.hic.in hæredibus uerò extraneis ista opinio Bartoli * communiter approbatur,& per Alex.in consi.11.col.8.in 3.vol.& in consi.101.col.8.in 4.vol. Attende gl.primam in hac.l.quæ est sing.secundum Ang.hic,& Alex.in consi.8.in 3.vol.ad probandum quòd ea,quæ alicui non competunt in hærede,non possunt ei imputari in legitimam,neque in trebellianicam,neque in falcidiam. contrarium uidetur velle Alex.in cons.27.in 5.vol. sed uide eundem Alex.in hac materia,in cons.29.in 5.vol.

Summarium in l. filiam.ff.ad trebell.

1 *Fideicommissarius an & quando sit legitimus contradictor,quo minus hæres mittatur in possessionem.*

Bar.

Bar.in l.filiam.ff.ad trebell.

1 BART. in d.l.filiam, tradit, an & quando † fideicommissarius sit legitimus contradictor, quominus hæres mittatur in possessionem. De hac re uide not. Dec. in consi.84. & in consi. 424.& in consi.467.

Summarium in l.hæredes mei. §.cum ita.ff.ad trebell.

1 *Fideicommissarium relictum à duobus cum expressione nominis collectiui, debetur etiam si in persona ultimi tantum conditio extiterit.*

2 *A proprietate uerborum non est recedendum.*

3 *Pluralitas an & quando resoluatur in singularitate.*

4 *Testator præsumitur uoluisse disponere & cogitare pro ut à statuto ciuitatis constitutum est.*

Bar.in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebell.

BART. in d.l.hæredes mei.§.cum ita,tradit illa subtilem materiam re & fama, de qua agi-
1 tur in hoc tex. qui hoc dicit in summa secundum eum, Fideicommissum † relictum à duobus cum expresione nominis collectiui,debetur etiam si in persona ultimi tantùm conditio extite rit,si persona nõ supereſt,quæ fideicommissarium ex præsumpta uoluntate defuncti excludat. cogita tu si fortè melius iste tex.ita colligi posset in summa. Fideicommissum de restituenda tota,hæreditate relictum sub conditione,si uterque hæredum decesserit sine liberis,si in primo conditio deficiat,& in secundo existat,non debetur inspecta uerborum proprietate,sed attenta uerisimili mente testatoris debetur quò ad portionem ultimi morientis. Et pro huius difficilis.§.intellectu illustriori,diuidi potest in tres partes,secunda ibi, defuncto altero. tertia ibi, sed cum in fideicommissis.in prima parte ponitur casus de testatore,qui duobus filijs hæredibus institutis ita disposuit; si eorum aliquis sine liberis prior decesserit, alter superstes in illius parte succedat: si uerò uterque sine liberis morietur,tota hæreditas ad Claudiam testatoris ne ptem deueniat. in secunda parte iurisconsultus ait in facto contigisse, primum relictis liberis mortuum esse,atque ita conditionem in eius persona defecisse: nouissimum uerò sine liberis obijsse. proinde quæritur an Claudia ad aliquam huius fideicommissi partem admittatur? dicendum uidebatur quòd non. ea ratione,quia non est recedendum † à proprietate uerborum. l.non aliter.ff.de leg.3.sed uox,uterque,exigit, ut conditio in quolibet eorum copulatiuè adim pleatur.l.si is qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub.sed in primo deficit,igitur est excludenda.sed contrarium in tertia parte deciditur, ea ratione; quia in proposito casu uoluntas testatoris prædominatur.l.in conditionibus primum locum.ff.de condit.& demonstr.cum concord. sed verisimile est testatorem,qui utroque moriente sine filijs Claudiam uocauit ad totam hæreditatem,uoluisse etiam altero tantum sine liberis decedente, eam ad illius portionem admitti. ijs hunc in modum explicatis,vide ad materiam huius.§.Alex.in consi.101.in 4. vol. & omninò in consi.175.in 5.vol.& Abb.in consi.58.in 2.vol.& dum Bar.hic subiungit, an & quando pluralitas † resoluatur in singularitatem, hoc est,ut perinde sit ac si separatim dispositum esset à testatore,ut declarat tex.in l.falsa demonstratio.§.fi.suprà de cond.& demonst. uide tu in hac re Alex.in consi.167.in 7.vol.Soc.in consi.43. & in consi.285. in 1.volu. & omnino Feli.in c. omnes leges.prima distinct.& circa hanc materiam uide multas quæst.per Bar.ibi in apostill. in l.ij.§.sed si unus.ff.de ui bon.rap. An autem statutum in pluribus locum habeat, in uno? vide Iaſ.& recentiores in l.singularia. col.3.versi.ex tex.ff.si cert.pet.& in l.Gallus.§.quòd si is.ff.de liber.& posthum.& quòd in uno uerificetur quando plures non sunt,tradit Maria.Soc.iuni. in consi.139.num.33. immo etiam in uno posse uerificari in multis casibus strictè intelligendis quamuis in pluribus uerificari posset,tradit Iaſ.in consi.145.col.fi.in 1.vol. Multa alia possem adducere non solùm in ista quæstione, sed etiam in alijs,quæ hic tanguntur per Barto. & alios doct.in amplissima materia huius. §. sed quia multi usque adeò elaborarunt circa eam,ut fastidium pariant,pertransibo,ne afflictio addatur afflictis lectoribus,pauca tamen quædam subijciam in eo,quod ait Bar.testatorem † præsumi uoluisse disponere & cogitare ut à statuto ciuita
4 tis constitutum est.uide Alex.in consi.14.in 4.vol.Soc.in consi.280.in fi.in 1.volum.Iaſ.in l.iij.

col.4.

col.4.versi.tu autem.ff.de leg.1.& ideo ex hoc inferri solet,appellatione filiorum,filias non cõtineri quando huiusmodi extat statutum,ut per Corn.in consi.197.in 1.vol.& per alios in infinitis propè alijs locis,qui breuitatis causa prætermittuntur.sed contra hoc uidetur facere,quia statutum disponit ab intestato,& nos loquimur ex testamento; igitur de uno ad aliud rectè nõ uidetur posse inferri. pro solutione vide Alex.in cõs.127.in 1.vol.Soc.in d.l.Gallus.§.quidam rectè,col.3.versi.ex hoc.& in consi.182.col.1.& 3.versi.ex præmissis, & ad aliud uide eundem Soc.in consi.249.col.15.versi.duodecimo,in 1.vol.

Bar.in l.deducta.§.acceptis.ff.ad trebel.

BART. in d.l.deducta.§.acceptis,in secunda oppos.dicit contra tertium dictum hic,quòd immo solùm pro parte hæreditatis cõputetur in quartam.vide Paulum Picum in rep.l.in quartam,col.24.versi.sed iuxta,suprà ad leg.falcid.

Summarium in l.facta.§.si hæres.ff.ad trebel.

1 Pactum,& transactio cedentis an noceat cessionario.

Bar.in l.facta.§.si hæres.ff.ad trebell.

1 BART. in d.l.facta.§.si hæres,quærit utrum pactum † & transactio cedentis noceat cessionario? Et hic in apostill. quæritur, si cedens liberat debitorem utrum noceat cessionario? De ista quæstione uide Ias.in §.item si quis in fraudem,col.28.versi.secunda conclusio.inst.de acti.& dum Bar.ait,cedentem qui habet utilem tantùm,præiudicare cessionario, sicut factum procuratoris reuocati præiudicat,si ad eius notitiam non peruenit. sed contrarium uoluit Sali. in l.j in quæst.12.C.de acti.& oblig.

Summarium in l.si eius.ff.ad trebell.

1 Naturales obligationes in totum transeunt in fideicommissarium.

Bar.in l.si eius.ff.ad trebell.

1 BART. in d.l.si eius,sic ait in summa. naturales † obligationes in totum transeunt in fideicommissarium. Ex hoc patet naturales facilius quàm ciuiles transferri.proinde Bar.in l.fine à fratre.col.7.in 3.quæst.ff.de cond.indeb.reprehendit gl.ibi.

Summarium in l.qui ita.§.etiam.ff.ad trebell.

1 Per liberam personam nobis actio non quæritur.

Bar.in l.qui ita.§.etiam.ff.ad trebell.

1 BART. in d.l.qui ita.§.etiam dum opponit,per liberam † personam nobis actionem non quæri,soluit hoc esse speciale in procuratore,ut per eum ipsi dominio quæratur. Ad hoc accedit Pau.de Cast.& Alex.in l.apud Iulianum.§.utrum,suprà eod.tit.

Summarium in l.hæres.ff.ad trebell.

1 Si hæredi restituenti fundus retentus euitatur actio ei de euictione datur.

Bar.in l.hæres.ff.ad trebell.

1 BART. in d.l.hæres,ita colligit in summa. si hæredi † restituenti fundus retentus euincatur,actio ei de euictione datur. Limita istum tex. quando fundus in totum erat alienus, secus si pignori datus; quia tunc non tenetur de euictione.l.j.si hæres,infrà eod.tit.ubi Ias.in fi.

Summarium in l.qui filium.ff.ad trebell.

1 Qui iubet aliquem non facere testamentum,uidetur rogare de hæreditate restituenda hæredibus uenientibus ab intestato.

Bar.in l.qui filium.ff.ad trebell.

1 BART. in d.l.qui filium,in principio ita inquit. qui iubet † aliquem non facere testamentum,uidetur rogare de hæreditate restituenda hæredibus uenientibus ab intestato. De hac re uide Ang.in consi.258.

Summarium in d.l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad trebel.

1 Si filius grauatur restituere post mortem,intelligitur si sine liberis decesserit.

Bar.in d.l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad trebel.

1 BART. in ead.l.§.Sabinus,inquit,si filius grauatur † restituere post mortem, intelligitur si sine

sine liberis decesserit.l.cum auus.ff.de cond. & demonstr. & l.cùm acutissimi, C.de fideicom. alioqui uerò si aliquis grauatur restituere cum filius decesserit; quoniam tunc non est illa conditio. Attende quia hoc Bartoli documentum intelligit Soci.in d.l.cùm auus, vt procedat solùm quando est institutus extraneus, sub ista conditione si discedens à testatore decesserit sine liberis, alioqui uerò si etiam ipse hæres institutus esset de descẽdentibus ipsius testatoris: quia tunc secundum eum subintelligitur conditio. d.l. cùm auus. sed contrarium tenet Curt.iunt.in consilio 33.

Summarium in l. hæredibus. §. Titius. ff. ad trebell.

1 *Conditio si hæres sine liberis decesserit, intelligenda est de illis, quos potest habere.*

Bar.in l.hæredibus.§.Titius.ff. ad trebell.

1 BART. in d.l.hæredibus.§. Titius, dicit, conditionem, † si hæres sine liberis decesserit, intelligendam esse de illis, quos potest habere. & ideo infert ad naturalem, ut tunc contineatur, quando posset succedere ab intestato. vide Alex. in l.ex facto.§. si quis rogatus, suprà eodem tit. & secundum hoc Bar. documentum, illud uidetur esse in primis considerandum, an filius naturalis esset successurus ab intestato an non. de qua re uide Paul. de Cast. in d.§. si quis rogatus, vbi sentit naturalem excludere substitutum, quamuis in totum ab intestato non succederet. Et de statuto admittente naturales ad successionem ab intestato, vide etiam Abb. & Dec.in c.in præsentia, de probat. Postea Bar.infert ad quæstionem de filio in sacris ordinibus constituto, cui fuit facta substitutio, si sine filijs decesserit, vt necessariò intelligatur de spurijs, cũ legitimos habere non posset; tamen ab hac opinione recedit, vt uidere est hic apud eũ. sed immo uidetur huiusmodi clericum etiam legitimos habere posse. Dec.in c.inter cæteras, in 2.notab. de rescrip. & ideo ista conditio ita potest intelligi de legitimis, sicut de naturalibus.

Summarium in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad trebell.

1 *Quomodo alicui dicatur molestia inferri.*

Bar.in l.Lucius.§.tres hæredes.ff.ad trebel.

1 BART. in d.l.Lucius.§.tres hæredes, quærit quomodo † alicui dicatur molestia inferri. & respondet cum glo. molestiam esse intelligendam siue de iure siue de facto inferatur. de hac re uide Feli. latè in c.causam quæ, col. 12. de rescrip. & in c.in præsentia, col. 2. de probat. vbi ait, eam esse molestiam, quæ fit de facto, non autem de iure. contrarium uoluit Bal.in l.j.C. de nundinis. Soc.in consi. 66. in 4.uol. & Mari.Soc. plenè in consi. 113.

Summarium in d.l. Lucius. §. Caio. ff. ad trebell.

1 *Si duo post eorum mortem rogantur restituere, uno mortuo statim pro parte competit petitio fideicõmissi.*

Bar.in d.l.Lucius.§.Caio.ff.ad trebel.

1 BART. in ead.l.§. Caio, sic ait in summa. si duo † post eorum mortem rogantur restituere, uno mortuo statim pro parte competit petitio fideicommissi. De materia huius.§. vide Alex.in cons. 38.in 1.uol.in consi. 101.in 4.vol.in consi. 167.& in cons. 175. in 5.vol. & omnino Abb.in cons. 58.in 2.uol.Paul.de Cast.in cons. 14.& Soc.in consi. 94. in 4.uol.

Summarium in d.l. Lucius. §. fi. ff. ad trebell.

1 *Deceptus ultra dimidiam iusti pretij non potest agere ad rescissionem transactionis.*

2 *Quomodo rei ualor testibus probetur.*

Bar.in d.l.Lucius.§.fi.ff.ad trebell.

1 BART. in ead.l.§.fi. inquit, deceptum † ultra dimidiam iusti pretij, non posse agere ad rescisionem transactionis. Hæc est materia.l.secundæ.C.de rescind. uend. vbi Bar.contrarium sensit, scilicèt remedium illius l.quæ disponit in uenditione, pariter locum habere in transactione. idem uoluit Soc.in cons. 85.in 1.uol.& Ias.in l.fratris tui.C.de transact. Dec.autem in cons. 479. pro utraque parte opiniones adducit. & sequendo Corn. distinguit, vt ibi per eum. quem * uideas etiam in consi. 551.nu. 6.& in cons. 597. vbi testatur * communem esse doctorum sententiam, vt procedat etiam in transactione. atque ita contra hoc Bar. documentum. & de hac

re uide Abb.in c.1.de transact.vbi ait hunc §.esse ualde not. Quæro nunquid remedium illius l.secundæ, locum habeat in laudo, quod iam ipse partes ratum habuerunt? vide Dec.in cons. 60.& Soc.in d.cons.85. Quid in locatione? dicas hoc remedium competere durante ipsa locatione,alioqui uerò ea finita. Dec.in cons. 583. nunquid locum habeat in contractu iurato? vide Alex.in cons.53.in 3.uol.Imol.in cons.14.Soc.in d.cons.85.& in cons.155. vbi concludit
* communem esse opinionem ut remedium.d.l.ij.iureiurando tollatur. An autem per duplicem consensum tollatur? Soc.in d.cons.85.ait, non tolli. Quid si minor huic remedio renunciasset iuramento interueniente? vtrum prætextu enormis læsionis contrauenire possit? vide Raph. Cuma.in cons.180.Quid si plures res in contractu continentur,& in una tantum est læsio excedens dimidiam iusti pretij,an in totum rescindatur contractus? Respon.contractum pro illa re tantùm rescindi,non autem in totum? Bal.in l.fi.§.pręterea,col.2.C.de iur.dot.quem sequitur Dec.in cons.421.Attende etiam in proposita re quia illam.l.ij.sing. limitauit Bar.in l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro soc.dicens eam non habere locum in uenditione facta à procuratore alicuius: quia etsi læsio dimidiam non excedat,immo sit de sexta parte,sufficiet rescisioni,si ista limitatio reprobatur,secundum Aretin.in cons.125.per tex.in l.si uoluntate.C.de rescind.
2 uend.Qũo † autem rei ualor testibus probetur? & an dictum eorum,dum aiunt rem tantum ualere,& plus,aliquid operetur in illa uoce plus? vide Alex.in cons.107.col.pen.in 4.volu.& Felin c.pastoralis,de rescrip.Scias autem hoc remedium non competere scienti ualorem. Dec.in cons.583. vbi habetur etiam quomodo probetur scientia. & ex quibus hoc remedium intelligatur esse sublatum,vide Alex.in cons.42.in 1.uol. & in consi.269. in lib. primi & secundi uol. & in cons.1.in 6.uol.& Soc.in cõsi.48.in 4.uol.item hoc remedium durat per annos 30.Imol. in consi.30.& in consi.99.in fi.

Summarium in l. Julius Phœbus.ff.ad trebell.

1 *Si testator duos filios masculos hæredes instituit uniuersales, filiam uerò in certa quantitate tantum, postea subiecit: si contingat eorum aliquẽ decedere sine liberis, eius portio deuenire debet in superstites: vtrum uno sine liberis decedente, etiam filia censeatur uocata ad fideicommissum.*

2 *Dictio superstites, uerificari potest in filijs primi instituti.*

Bar.in l.Iulius Phœbus.ff.ad trebell.

1 Bar. in d.l.Iulius Phœbus,quærit si testator † duos filios masculos hæredes uniuersales instituit,filiam uerò in certa quantitate tantùm,postea subiecit,si cõtingat eorum aliquem decedere sine liberis,eius portionem deuenire debere in superuiuentes: vtrum uno sine liberis decedente,ẽt filia censeatur uocata ad fideicommissum?& decidit ꝙ non,ea ratione; quia quẽad modum testator in institutione masculos prædilexit,ita ẽt in fideicõmisso eos prædilexisse censetur.De ista quæstione uide Alex.in l.qui cohæredi.§.qui discrete.ff.de uulg.& pup.Ias.remissiuè in.§.præiudiciales,col.7.uers.circa glo.ibi.& quia postea,inst.de action.& latè in l.Lucius, col.12.vers.adde circa quintum.ff.de uulg.& pupi.& quia in casu hic proposito per Bar.oritur difficultas propter illam uocem,in superstites,quæ cum sit pluralis deberet etiam ipsam filiam
2 continere. vide Raph.Cuma.in consi.13.vbi colligi potest ratio pro Bar.hic,quia uox,† superstites, uerificari potest secundum eum in filijs primi instituti. & ad istum casum uide in simili eundem Cuma.in cons.16.Et ex ista quæstione Bar.ad aliam pulchram infertur: si testator habens masculos & fœminas,ipsos masculos tantùm instituit,eisq; decedentibus sine filijs substituit,vtrum filiæ natæ ex his excludant fideicommissum? videtur dicendum ꝙ non, quia ex quo non instituit filias proprias simul cum filijs, non est credendum uoluisse magis diligere nepte quàm filiam.Dec.in l.j.ff.de regul.iur.Fulg.in cons.18.& in cons.38.Soc.in cons.6. in 1.vol.& de hac re latissimè agit Soc.in l.cùm auus,col.49.quæst.3.suprà de condi. & demonstra.& col. 50.& omnino vide Paul.de Castr.in cons.123.in 1.uol.vbi alium pulchrum casum posuit.Et in hac materia an & quando filia admittatur & non: vide memorabiles coniecturas apud Alex. in consi.48.& in cons.seq.in 4.uol.Curt.in consi.44. & in consi.51.& in consi.63.num.8.cum seq.& Corn.in consi.197.in 1.uol.

Summa-

Bar. in l. cum sine præfinitione, ff. quan. di. leg. ced.

BART. in d.l.cum sine, inquit, aut certum est in rerum natura conditionem casualem existere non posse, & tunc procedere. l. Neratius. ff. de manu. test. & reliqua, vt hic per Bar. sed hoc documentum reprobat Ias. in l. si is qui pro emptore, colu. 75. vers. item. ff. de usucap.

Bar. in l. si penum hæres. ff. quan. di. leg. ced.

BAR. in d.l. si penum, prope fi. sentit, legatum fundi purum ademptum fuisse sub contraria conditione: sed quia conditio est impleta, ideo transmittitur. Aduerte quia hoc modo uidetur Bar. præsupponere ante mortem legatarij, atque ita ante implementum conditionis non esse in obligatione & petitione. id quod ueritate non est subnixum. & huius contrarij timore ductus idem Bar. in l. j. item si ita, suprà ad leg. falcid. negat legatum censeri datum sub contraria conditione.

Summarium in l. si. ff. quando di. lega. ced.

1 *Hæreditas adiri potest ultimo uitæ spiritu.*

Bar. in l. si. ff. quand. di. leg. ced.

1 BART. in d.l. si. ait, hæreditatem † adiri posse ultimo uitæ spiritu. de hac re uide Soc. in con si. 177. col. 3. in 1. uolum.

Rubrica ut legat. nomi. cau.

CIRCA istam rubricam dicas, quòd & si ista cautio sit prætoria, tamen reperitur casus singul. in quo est, ciuilis, in l. inter omnes. ff. qui satisd. cog.

Summarium in l. sed & ipsis. ff. vt lega. nom. caue.

1 *Quæ sit differentia inter contraria, & diuersa.*

Bar. in l. sed & ipsis. ff. ut lega. nom. cau.

BART. in d.l. sed & ipsis. remittit se ad glo. circa differentiam † quæ est inter contraria, & diuersa. Dicas contraria dici esse illa tantùm, quæ omnino sunt incompatibilia. glo. est sing. in l. sed si. §. si pupillus. ff. de instit. & tradit Bar. in l. eos. ff. de fals.

Summarium in l. post quam hæres. §. Imperator. ff. ut lega. nom. caue.

1 *Missus in possessionem actione personali, efficitur possessor.*

Appellatione pendente nihil debet innouari.

Bar. in l. postquàm hæres. §. Imperator. ff. ut leg. nom. cau.

BAR. in d.l. postquàm hæres. §. Imperator Antoninus, explicat tex. ut quis efficiatur † possessor per rescriptum. Iste tex. est not. quòd in casu huius. §. missus in possessionem actione personali efficitur possessor. id quod sequitur Alex. in l. si finita. §. Iulianus, in 33. col. uersic. item limita. ff. de damn. infect. & in l. iij. §. fi. in 4. col. uersi. alius. ff. de acquir. pos. Postea subiungit Bar. ea, quæ possunt fieri pendente iudicio principali, non obstante litis pendentia, posse fieri etiam pendente appellatione. & quamuis de hoc uideatur esse tex. satis clarus hic, tamen uide gloss. sing. in l. creditor, in princip. in uerbo, posse. ff. mand. Et quomodo intelligatur illud, quòd appellatione pendente nihil debeat innouari, uide Felin. in c. dilectæ. colu. penul. & fin. de except. & Barb. in cap. super eo, de offic. deleg. Dominic. in cap. Romana. §. in alium, de appellat. libro 6. Ant. de Butr. in c. ut debitus, de appellat. Abb. in d.c. dilectę, de except. ubi limitat hanc regulam procedere respectu iudicis, non autem respectu partis. Item limita eam ut per Abba. in c. quia frustrà, de usur. ut procedat in eadem causa, alioqui uerò in diuersa.

Summarium in d.l. postquam hæres. §. si dies. ff. ut lega. nom. caue.

1 *An & quando faciens in libello mentionem de aliquo instrumento uel scriptura, teneatur facere copiam parti ante litem contestatam.*

Bar. in d.l. postquàm hæres. §. si dies. ff. ut leg. no. caue.

BART. in ead. l. §. si dies, tradit, an & qñ † faciens in libello mentionē de aliquo instrumēto

uel ſcriptura,teneatur facere copiam parti ante litem cõteſtatam . In re propoſita dicas ceſsionarium,qui in libello fecit mentionem ceſsionis , debere ante litem conteſtatam edere inſtrumentum ceſsionis.Bal.in l.qui ſtipendia.C.de procur.quem refert Iaſ.in rubr.C. de eden. verſ. ſecunda difficultas.& hoc idem documentum,quod hic tradit Bar. repetit in repet.l.edita,col. antepe.verſ.expedita materia.C.de eden.vbi Iaſ.in 11.col.ver.capio glo.in uerbo,prout.Et de hac re uide Alex. in conſi. 30. in 1.uol. & in d.l.edita. huic tamen concluſioni uidetur reluctari tex.in l.ij.ff.de eden.vbi illud ſolùm attenditur, an reus poſsit eſſe inſtructus an non, & an proponatur aſſertiuè,vel limitatiuè,& ita per illum tex.tenuit Abb.in c.1.de proba.col.10. quamuis Riminaldus in d.l.edita, conetur reſpondere. item quia non cogitur edere niſi ea, quibus
* eſt uſurus.l.j.§.edenda.ff.de eden.& ibi Bal.Angel.Paul.de Caſt.& Aret.dicit hanc eſſe * communem in d.c.1.de probat.col.pen. nec debet ſtari ſimplici aſſertioni ipſius partis.l.ſi quis inficiatus,vbi Bar.ff.depoſ.Bar.in l.quod te.ff.ſi cert.pet.col.fi.& tenendo iſtam opinionem, limita vt per Feli.in d.c.1.de proba.col.fi.& Riminal.in d.l.edita.& de hac re vide Alexan.in conſi 145. In cauſa & lite,in lib.primi & ſecundi uol.& pleniſsimè Dec.in d.c.1.de probat.

Summarium in l. ſi is à quo.ff.ut in poſſe.leg.

1 *In cauſis ſummarijs exceptio quæ requirit altiorem indaginem admittitur , ſi excipiens paratus eſt in continenti probare .*

Bar.in l.ſi is à quo.ff.ut in poſſ.legat.

1 BART. in d.l.ſi is à quo,inquit,in cauſis † ſummarijs exceptionem,quæ requirit altiorem indaginem,admitti,ſi excipiens paratus eſt incontinenti probare. De hac re, ſcilicet hodie conſtat , hodie agatur , vide tex.in l.j.cum glo. magn.ff. de oper. nou nunci.& ibi doct.

Summarium in d.l.ſi is à quo. §.qui ſemel.ff.ut in poſſ.lega.

1 *An mulier quæ accepit maritum pauperem poſſit contra eum agere ad reſtitutionem dotis.*

2 *Si creditor uult facere debitorem capere tanquam ſuſpectum uigore ſtatuti , id fieri non poteſt, ſi cauſa ſuſpitionis ſuberat tempore, quo contraxit cum eo .*

Bar.in d.l.ſi is à quo.§.qui ſemel.ff.vt in poſſ.legat.

1 BART. in ead.l.§.ſi ſemel, agit de illa quæſtione Dyn. An mulier † quæ accepit maritum pauperem poſsit contra eum agere ad reſtitutionem dotis , ſecundum l.ſi cõſtante.ff.ſol.matr. decidítque eam poſſe agere,ea ratione,de qua hic per eum. quem ſequitur Alex.in l.ij.col.7.ff. ſol.matr.vbi tradit etiam,nunquid in dubio ſcientia præſumatur. Et dum Bar.ſubiungit, ſi cre-
2 ditor † uult facere debitorem capere tanquam ſuſpectum uigore ſtatuti, id fieri nó poſſe,ſi cauſa ſuſpitionis ſuberat tempore,quo contraxit cum eo. vide in ſimili caſu Soc.in conſi.156.col. 4.in 1.uol.vbi ait,conductorẽ fundi nullam poſſe petere remiſsionem propter bellum, ſi tempore conductionis bellum uigebat. & ex hoc infert ad alias quæſtiones , quæ huic documento poterunt deſeruire .

Bar.in l.is cui legatorum.§.qui ſeruandorum.ff.vt in poſſ.lega.

BART. in d.l. is cui.§.qui ſeruandorum,ait,hunc eſſe bonum tex. ad quem uideas Paul.de Caſtr.in conſ. 54.in primo uol.

Summarium in l.in omnibus.ff.de bon.poſſ.

1 *Vtrum in bonorum poſſeſſione transferatur dominium directum .*

2 *An bonorum poſſeſſores, & hæredes differant .*

3 *Jus petendi hæreditatem delatum de iure prætorio perire ſpatio centum dierum uel anni.*

Bar.in l.in omnibus.ff.de bon.poſſ.

1 BART. in d.l.in omnibus, tradit, vtrum † in bonorum poſſeſsione transferatur dominium directum. De hac re an ſcilicèt dominium directum tranſire poſsit de una perſona in alia nõ

aliam? vide Iaſ.in l.j.in princip.col.4.C.ad trebell.Et dum Bar.in uerſ.item opp.ad l.ij. ait, bonorum poſſeſſores agere uices hæredum,non tamen fieri ueros hæredes. De hoc an bonorum
2 †poſſeſſores & hæredes differant,vide Bar.& quæ ibi poſui in l.j.§.bonorum.ff.ad trebell. Aduerte tamen quia tex.vtitur uoce,in omnibus, quæ uniuerſa comprehendit, vt dicit Iaſ.in l.j.in princip.ff.de leg.1.& nihilominus multæ ſunt differentiæ, quarum nonnullas enumerat Iaſ.in rubri.C.qui admit.col.fi. & earum aliquas prætor emendare poteſt. & idem etiam in hæreditate,ut quòd iuſſus præcedat. igitur ſolutio,quam hoc in loco tradit Bar. non eſt bona; dum ait, ſi reperitur aliqua differentia inter bonorum poſſeſsionem & hæreditatem contra iſtum tex.qui eas æquiparat per omnia,ideo eſſe, quia dictas differentias prætor mutare non poteſt,
3 cum conſtet eum in aliquibus mutare potuiſſe. Poſtea hic in fi.ſubijcit Bar.ius † petendi hæreditatem delatum de iure prætorio perire ſpacio centum dierum uel anni. contrarium tenet Ang.in §.ſed iſtæ.inſt.de action.quem ibi refert Iaſ.& contrarium tenet. ſed idem Iaſ. ſibi contrarius ad eum accedit in l.v.in princip.col.pen.ff.de uerb.oblig.

Summarium in l.bona.ff.de bon.poſſ.

1 *Bonorum poſſeſſio quid ſit,& quæ ſit differentia inter eam & hæreditatem.*

Bar.in l.bona.ff. de bonor.poſſ.

1 Bart. in d.l.bona,agit de diffinitione † bonorum poſſeſsionis,& de differentia inter eam & hæreditatem. De qua re uide doct.in rubri.C. qui admit. & ibi Iaſ. Tu uerò alias declarationes,& ſubauditiones attende; nam in iſto tex.hæc habentur, bonorum poſſeſsionem rectè diffiniemus. atque ita uult tex.eius eſſentiam, ſubſtantiam, & qualitatem declarare; igitur nõ deberet pati iſtas ſubauditiones. Aret.dicere ſolebat de hoc non eſſe curandum: quia etiam hæreditas dicitur ſucceſsio in uniuerſum ius,neque curatur an mediatè uel immediatè. ſed iſta declaratio non tollit difficultatem, neque argumentum glo. quia ſimile non eſt bonum, & de uno caſu ad alium non rectè infertur. quoniam hæreditatis delatio mediante aditione immediatam ſucceſsionem in uniuerſum ius operatur.& hoc nihil reluctatur. ſed ſi diceremus,hæreditas eſt ſucceſsio in uniuerſum ius,igitur proſequimur uel retinemus patrimonium, vt hic dicitur in bonorũ poſſeſsione,tunc diffinitio hæreditatis eſſet diminuta & defectiua,propter huius glo.argumentum. quia hæreditas non eſt ius proſequendi uel retinendi patrimonium immediatè,ſed mediante aditione. & fortaſſe ſi eo modo diffinita eſſet bonorum poſſeſsio, ſcilicet,vt ſit ſucceſsio in uniuerſum ius,bene dixiſſet; quia delata bonorum poſſeſsione ego agnoſcendo,ſuccedo in uniuerſum ius. atque ita concluditur, delationem hæreditatis eſſe cauſam immediatam,vt quis ſucceſſor efficiatur in uniuerſum ius,ſed non eſſe cauſam immediatam,vt poſsit proſequi patrimonium: quia requiritur medium,hoc eſt,ipſa aditio. & ſic etiam delatio bonorum eſt ius propter quod proſequor patrimonium. & diffinitionem hæreditatis latius & clarius quàm hic ponit Bar.in rubri.de bono.poſſ.vbi Iaſ.in 16.col.verſ.circa glo.

Summarium in d.l.bona.§.ſi cauſa.ff.de bon.poſ.

Seruum petere in forma iudici, eumque in multis caſibus poſſe ſtare in iudicio.

Bar.in d.l.bona.§.ſi cauſa.ff. de bon.poſſ.

1 Bar. in ead.l.§.ſi cauſa,uerſ.ad id quod dicit,inquit,ſeruum † petere in forma iudicij,eumque in multis caſibus poſſe ſtare in iudicio. atque ita uidetur ſentire Bar.iſto caſu ſpeciale eſſe, vt ſeruus poſsit ſtare in iudicio,tamen hoc nullo iure probatur. ſed aduerte quia doct. quos retulit Iaſ. in l.j.col.2.uerſ.in tex.& col.4.uerſ.& ex iſta.C.qui admit.aiunt filium & ſeruum poſſe bonorum poſſeſsionem agnoſcere; quia iudicij forma non attenditur. ſed ubi ordo iudicij attenderetur eſſe ſecus,quia non habent legitimam perſonam, vt ibi per eos.

Summarium in l.ſed cum patrono.ff.de bon.poſſ.

1 *Scripto repudiante patronus poteſt totum petere.*
2 *In habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus.*
3 *Iter ſuccedentes de iure ciuili, & de iure prætorio, non eſt locus iuri accreſcendi.*

De bonorum possess.

Bar.in l.sed cum patrono.ff.de bonor.poss.

1 BART. in d.l.sed cum patrono,sic ait in summa. Dicitur hic quòd scripto † repudiante patronus potest totum petere. quæro quo iure petit,& reliqua,vt hic per Bar. ista.l.adduci solet, inter succedentes diuerso iure non habere locum ius accrescendi. Amplia sing.etiam si uterque succederet de iure prætorio, tamen unus ueniret ex capite prætoris auxiliario, alius verò ex capite correctiuo,vt positũ est à Ias.in l.unic.col.10.ver.alium.C.quan.non pet.par. Limita tamen nisi aliquis succederet in locum eius,qui ueniebat eo iure: vt hic per Bar.in tertio intellectu.quamuis quò ad istum tex.reprobet istam limitationem. sequitur Aret.in l.si totam, in fi.
2 ff.de acquir. hæred. Et huius regulæ ratio est,quia in habentibus † symbolum facilior est transitus,& contra.l.in re.§.inter quæcunque.ff.de rei uendic. Prætereà limita per istum tex.quit & si non accrescat,tamen per nouam petitionem admittitur. Rursus limita istam regulam procedere tantùm in successore de iure prætorio,non autem de iure ciuili. Bal.in auth. præterea, col.1.in fi.C.unde uir & uxor. moueturque per tex.in l.quidam eulogio. C. de iure deliber.a quem tex. si uis contrariæ inniti sententiæ,cum ista limitatio uideatur ueritate carere, respondeas licet,eum disponere in substitutione pupillari,quæ nonnunquam dicitur testamentum patris,& quandoq; ipsius filij,prout magis prodesse potest.l.patris & filij.ff.de vulg.& pupil.Papinianus.§.sed nec impuberis.ff.de inofficio.testam. Postremò limita nisi sequeretur,testatorem decedere pro parte testatum,& pro parte intestatum; quoniã tunc iuri accrescendi locus esse
* non potest,ut * frequentioribus uotis traditum est in l.quoties.C.de hæred. inst. Adde etiam
3 inter † succedentes de iure ciuili,& de iure prætorio,non esse locum iuri accrescendi.Sal.in d. l.vnic.C.quand.non pet.par.in 1.q.quem sequitur Ias.in l.re coniuncti,in 3.q.princip.Bar.ff.de leg.1.vbi plenè agitur de iure accrescendi. Qũo autem in ista l.possit concurrere cõtratabulas & secundum tabulas uide Bar.& doct.in l.posthumo.in fi.C.de contratab.

Summarium in l.in bonorum.ff. de bon.poss.

1 *Ille qui consuluit peritiorem, debet ei credere.*

Bar.in l.in bonorum.ff.de bon.poss.

1 BART. in d.l.in bonorum,ait,eum,† qui consuluit peritiorem, debere ei credere. adeo habens consilia doctorum tenentium suam opinionem, dicitur iustam habere causam litigandi,& excusatur ab expensis. Ias.in l.properandum.§.sin autem alterutra,col.3. in secunda conclusione.C.de iudic.vbi limit.

Summarium in l.j.ff.de bonor.poss. contratab.

1 *Naturalis tantum an ad contratabulas admittatur.*

Bar.in l.j.ff.de bonor.poss.contratab.

1 BART. in d.l.j.quærit utrum naturalis† tantum ad contratabulas admittatur? & decidit quandoque eum admitti secundum uoluntatem. ad quod accedit Mart. Laud. in tract.de legitimatione,col.6.uers. & primò.uol.1.sed contra uoluntatem non admitti in testõ paterno ait Bar. quamuis contra testamentum maternum admittatur. Attende hic,quia præteritio matris habetur pro exhæredatione, sed exhæredatis non datur contratabulas,sed querela.ideo uide trad.in l.illud.§.ad testamenta, infrà eod.tit. & quæ ibi posui: nã hoc in loco Bar.non uidetur rectè sensisse.

Summarium in d.l.j.§.qui habebat.ff.de bon.poss.contratab.

1 *Filius non capax, sicut mortuus non obstat sequentibus in gradu.*

Bar.in d.l.j.§.qui habebat.ff.de bon.poss.contratab.

1 BART. in eod.§.ait,filium † non capacem,sicut mortuum non obstare sequentibus in gradu.vide Bar.in l.siqua pœna,& quæ ibi posui.ff.de his qui sunt sui uel ali.iur. & dum Bar.in uer. quæro secundò,tradit quid si filius uel frater non est omnino capax, sed tñ in proposito impeditur succedere ex persona alterius,ut si unus relicto fratre ex patre tñ, & relicta matre & sorore ex utroque

ex utroque parente, isto casu ille frater succedere non potest; quia ei mater præfertur, vtrum soror ex utroque parente simul cum matre possit succedere? vide omnino Soci. in consi. 202. in 1. uol. & in cons. 158. siue 159. vbi not. loquitur.

Bar. in d.l.j.§.si pater. ff. de bon. poss. contratab.

BART. in ead.l.§.si pater, vers. contra hoc opp. agit de deportato. vide omnino Ruin. in l. Gallus.§. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu.

Summarium in l. non tantum. § si duos. ff. de bon. poss. contratab.

Si aliquis ex liberis adoptetur, durante adoptione succedit prout adoptatus est; & ea finita succedit pro ut naturaliter est.

Bar. in l. non tantum. §. si duos. ff. de bon. poss. contratab.

BART. in d.l. non tantum. §. si duos, sic ait in summa. si † aliquis ex liberis adoptetur, durante adoptione succedit prout adoptatus est, & ea finita succedit prout naturaliter est. iste tex. adduci solet ad hoc, si emancipatus per arrogationem debet reassumere pristinum gradum, necesse esse, vt readoptetur tanquam filius proprius & pater nepotis ex ipsomet nati, alioqui pro extraneo haberetur, & nepotem non præcederet. & ad hoc accedit glo. in l.j.§. si quis filium, & ibi pono, infrà si tab. testa. null. extabunt. & ad rem facit glo. in l. si pater filium. ff. de adopt. in secunda ratione. Attende tamen quoniam ista conclusio, à qua* nemo est qui dissentiat, redditur dubitabilis, per d.l. primam. §. si quis filium, vbi filius emancipatus readoptatus tanquam filius non præcedit nepotem natum ex se, quia tanquam filius adoptiuus est in potestate, non tanquam naturalis. & ista ratio militat etiam si filius sit readoptatus tanquam filius & pater nepotis. ideo cogita.

Summarium in d.l. non tantum. § . si emancipatus. ff. de bon. pos. contratab.

Si statuto cautum est, scholares in omnibus haberi pro ciuibus, vt propterea scholares non amittãt aliud priuilegium, quod ultra ciuilitatem habebant.

Si nobiles ob multa eorum priuilegia malè se haberent in populares, et ideo popularibus exequentur, nobilium priuilegia ex hoc uel esse sublata, vel etiam popularibus esse concessa.

Priuilegium ciuilitatis alicui concessum, nunquid eum obliget ad subeunda onera, ad quæ alij ciues tenentur.

Bar. in d.l. non tantum. §. si emancipatus. ff. de bon. poss. contratab.

BART. in ead.l.§. si emancipatus, in fi. inducit hunc tex. ad quæstionem. si statuto † cautũ est, scholares in omnibus haberi pro ciuibus, vt propterea scholares non amittant aliud priuilegium, quod ultra ciuilitatem habebant. Hoc est memorabile documentum ad quod accedit Alex. in consi. 32. Visa concessione, in 5. uolu. & Dec. in consi. 457. Et facit ad quæstionem quòd quando executio fit de una re ad aliã, id quod plus est in re executa, non tollitur. id quod sequitur Bal. in auth. habita. C. ne fil. pro patr. Posset tamen ista opinio limitari, quia quãdo res adæquaretur rei, quæ minus contineret odio rei adæquatæ, vt isto casu, res adæquata priuilegium amittat, vel transferatur illud priuilegium ad rem ad quam facta est adæquatio: nam si nobiles † ob multa eorum priuilegia malè se haberent in populares, & ideo popularibus exæquarentur, credo nobilium priuilegia ex hoc uel esse sublata, vel etiã popularibus esse concessa: vt per Bar. quem sequitur Alex. in l.j. col. 4. ver. interdum. ff. de leg. 1. vide Ias. in l. eũ qui, col. 1. ff. de iureiur. & ad ea, quæ hic tradit Bar. uide Feli. in c. cùm dilectus. 2. col. 4. de reseri. Angel. de maleficijs. col. 89. vers. quid autem, super uoce, Caium Sempronij, & colu. 92. vers. item in quantum. Quæro circa priuilegium ciuilitatis alicui concessum, vt prædictum est, nunquid † eum obliget ad subeunda onera, ad quæ alij ciues tenentur? & dicendum uidetur eum teneri, quoniam hæc ueniunt ex natura rei. tamen contrarium consuluit Alex. in d. consi. 32. vbi ait, priuilegium esse intelligendum ad eius fauorem quò ad commoda tantùm, non autem quò ad onera, per hoc Bart. documentum. Quid si priuilegia ciuitatis ampliarentur, utrum intelligantur ampliata etiam quò ad scholares? vide Feli. in c. perpendimus, de sent. excommunic.

De bonorum posseſſ. contratab.

Summarium in l.illud.ff.de bon. poſſ.contratab.

1 *Querela non datur niſi adita hæreditate.*
2 *Bonorum poſſeſſio quæ datur patrono, quare requirat aditionem.*

Bar.in l.illud.ff.de bon.poſſ. contratab.

1 BAR. in d.l.illud,ait, querelam † non dari niſi adita hæreditate, ſed aliud eſſe in bonorum poſſeſsione contratabulas. Vtrum autem poſt contratabulas intentatas peti poſsit aditio hæreditatis? vide Paul.de Caſt.in l.vt liberis, col.2.in prima glo.C. de collat. Circa rationem uerò quam hic affert Bar. quare contratabulas etiam non adita hæreditate competat, & querela ſecus,vide Iaſ.in l.ſcimus.§.fi.C. de inoffic.teſtam.Et de re,quam hic ſubijcit Bar.quare contratabulas & hæreditatis aditio concurrant,& tamen contratabulas & ſecundum tabulas concurrere non poſsint: vide glo.fi.in l.poſthumo,& ibi Bar.& omnes præcipuè Iaſ.col.13.& ſequ.C.
2 de bonor.poſſ.contratab. Poſtea quærit Bar.quæ ſit ratio quòd bonorum † poſſeſsio, quæ datur patrono,requirit aditionem, alioqui autem ea quæ competit filio? & dicit hanc eſſe rationem diuerſitatis; quia ea,quæ datur patrono non irritat teſtamentum in totum, ſecus uerò ea quæ datur filio. Animaduerte hic quoniam attenta iſta ratione ſequeretur, bonorum poſſeſſ. contratab.quæ datur parenti,competere ſolùm adita hæreditate, cum tantùm partem auocet. l.Pantonius.ff.ſi quis à pa.fuer.manumiſ.§.præterea,inſtit.quibus mod.iuspatr.poteſt.ſolu.vbi glo.Item hoc idem eſſet in bonorum poſſ. contratab. quæ intentatur quando alij exiſtentes in eodem gradu ſunt inſtituti,vt per Bar.in d.l.poſthumo.in fi.De hac quæſtione uide doct.in d.l. vt liberis,in glo.1.C.de collat.& præcipuè Iaſ.vbi ponit id quod hic ait Bar.ſcilicet, aditionem non impediri de iure ciuili,quamuis petita fuerit contratabulas.

Summarium in d.l.illud.§.ſiquis filium.ff.de bon. poſ.contratab.

1 *In bonorum poſſeſſione contratab.locum habet ſucceſſorium edictum.*

Bar.in d.l.illud.§.ſiquis filium.ff.de bon.poſſ.contratab.

1 BART. in ead.l.§.ſi quis filium,ait ex mente glo.in bonor. † poſſ.contratab.locum habere ſucceſſorium edictum. Hoc idem tenet Bar.in rubr.C.de ſucceſſor.edict. vbi Iaſ.in col.fi.vi in pen.col.tradit quid in querela,& in iure dicendi nullum.

Summarium in d.l.illud.§.ad teſtamenta.ff.de bon.poſ.contratabu.

1 *Filio præterito à matre datur contratab.*

Bar.in d.l.illud.§.ad teſtamenta.ff.de bon.poſſ.contratab.

BART. in ead.l.§.ad teſtamenta,dicit vt hic uidere potes. ſed attende,quoniam contra ca-
1 ſum huius.§.dicit Bar. in l.j.ſuprà eodem tit.cum † inquit filio præterito à matre dari cõtratab. nam ex quo præteritio matris habetur pro exhæredatione, conſequens eſt ut contratabulas ei competere non poſsit, ſiquidem exhæredatis non datur contratabulas,ſed querela,vt hic fatetur Bar.& hoc idem poſui ad Bar. in d.l.j.ita quoque Abb. in c.1. de offic.ord. ait Bartolum locutum eſſe contra tex.iuris canonici. atque ideo uerum eſt, quod ait Ange. in l.minus inſtructus.C.de acquir.poſſ.& Soc.in conſi.150. colu.6.in 1.uol. iuriſconſultum nunquam fuiſſe qui quandoque non errauerit,& fuerit reprehenſus.

Summarium in d.l.illud.§.ſiquis eum.ff.de bon.poſ.contratab.

1 *Inſtitutus filius beneficio præteriti nati, uel naſcituri, poteſt petere contratabulas.*
2 *Filius emancipatus de iure ciuili eſt cognitus ex teſtamento.*

Bar.in d.l.illud.§.ſiquis eum.ff.de bon.poſſ.contratab.

1 BART. in ead.l.§.ſi quis eum, ſic ait in ſumma. Inſtitutus † filius beneficio præteriti nati uel naſcituri poteſt petere contratabulas. & eo caſu, ſi decedit antequã eam petat, tranſmittit. Attende quia antequã poſthumus naſcatur,non põt pro eo adiri hæreditas neq; agnoſci bonorũ poſſeſsio. vide Iaſ.in l.poſthumo,col.1.ver.in primis.C. de cõtratab. vbi dicit hic eſſe caſum memorabilẽ,vbi ipſe poſthumus non põt hẽre bonorũ poſſ.contratab. anteq̃ naſcaẽ, & tñ alius beneficio ipſius poſthumi hoc põt.vide eundẽ Iaſ.in l.emancipata,col.6.in gl.in uoce,nullã.C.
2 qui admit.vbi ponit;rationẽ ut nõ adita tranſmittaẽ. Et dũ paulòpoſt ſubiungit Bar.filiũ teman-

cipatum

cipatum de iure ciuili esse cognitum ex testõ. Adde hoc esse etiã de iure antiquo. fforum, quo emancipatus usque adeò cognitus est, ut succedat patri. A ret. in l. pro hærede, in princ. colu. 2. versi. in gl. ff. de acqui. hæred. quamuis quosdam gl. tenentes contrarium adducat, & ibi Ias. in versi. ista gl. ibi, quia de iure ciuili, & idem Ias. in l. j. C. de iur. deliber.

Summarium in l. non putauit. ff. de bon. poss. contratab.

1 *Exhæredatis non datur contratabulas.*

Bar. in l. non putauit. ff. de bonor. poss. contratab.

1 BART. in d. l. non putauit, in princ. inquit exponendo textum exhæredatis † non dari contratab. tamen contra hoc sensit idem Bar. in l. j. suprà eod. tit. ubi dixit contra testamentum matris dari hanc bonorum possessionem filio præterito, & tamen præteritio filij facta à matre habetur pro exhæredatione, ut ibi dixi, & in l. illud. §. testamenta, suprà hoc eod. tit. item contra regulam huius. l. dixit gl. in l. ij. suprà eod. tit. ut ibi perpendit Ias.

Summarium in d. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. poss. contratab.

1 *Ea quæ rite facta non sunt, habentur pro infectis, & talia dici non possunt.*

2 *Actus nullus aliquando operatur.*

3 *Exhæredatus non dicitur is, qui rite non est exhæredatus.*

Bar. in d. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. poss. contratab.

1 BART. in ead. l. §. non quæuis, colligit ex tex. illam regulam, ea, † quæ ritè facta non sunt, haberi pro infectis: & talia dici non posse. de qua latè tradit Alex. & Ias. in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudic. Ias. in l. j. §. fi. ff. quod quisque iur. col. 2. in 5. notab. & in l. ij. colum. pen. in 22. quæst. C. de iur. emphyt. & latissimè in l. vbi pactum, col. penul. versi. ego. C. de transact. & in l. ij. col. 3. uers. ultimo not. C. de succes. edict. In contrarium facit. l. si quis legatum, in princ. ff. de fals. sed pro hac regula uide Ias. in l. serui electione. col. 1. ff. de leg. 1. ubi eam limitat sing. & latius in l. qui per salutem, in 2. notab. ff. de iureiur. & eundem Ias. in l. j. §. substituere. ff. de uulg. & pupill. ubi ait actum nullum aliquid operari, & multa in contrarium aggregauit. & quòd actus
2 nullus † quandoque operetur, patet quoniam declarat uoluntatem & intentionem agentis, gl. est not. in c. cùm plures, in gl. fi. de offic. deleg. Ias. in l. quæ dotis. nu. 38. & seq. ff. sol. matr. Dec. in c. ex tenore. nu. 6. cum seq. de rescrip. ubi citat tex. & ibi Bar. in l. fi. ff. de reb. eor. qui sub tut. & actum nullum non esse semper sine effectu aliquid operandi docuit Felin. in d. c. ex tenore. nu. 20. cum seq. & Dec. in l. mandatum. ff. de offic. eius. ubi concludit, actum nullum non modo intentionem agentis declarare, sed etiam consuetudinem posse inducere. Attende tamen quoniam hæ prædictæ regulæ non reluctantur, nam regula est huiusmodi, ea quæ ritè facta non
3 sunt, esse talia iure dici non posse, ut hic, exhæredatus † non dicitur esse is, qui ritè non est exhæredatus. & ideo quamuis actus irritus aliquid possit aliquando operari, propterea non sequitur, ut ille actus, talis esse dicatur, cum ei solennia defuere. & ideo hanc regulam cum suis fallent. uide apud Feli. in d. c. ex tenore. nu. 5. cum seq. & de hac re agit etiam Curt. in tract. feud. col. 168. Bar. in auth. qui semel. col. 4. C. de probat. & Alex. in cons. 104. in 1. vol.

Summarium in d. l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de bon. poss. contratab.

1 *Licèt aliquis prohibeatur scribere instrumentum pro se, eum tamen scribere potest contra se.*

Bar. in d. l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de bon. poss. contratab.

1 BART. in ead. l. §. si quis sua manu, colligit ex tex. quamuis † aliquis prohibeatur scribere instrumentum pro se, eum tamen posse illud scribere contra se. vide Bar. in l. filius familiàs. §. sequens quæstio. & in l. impuberem. §. fi. ff. de fals. & Ias. in l. sciendum, colum. 2. in 2. notab. ff. de verb. oblig. Quid si instrumentum pro parte commodum scribentis, & pro parte commodum alterius contineret? Bar. in d. l. §. sequens quæstio, distinguit, aut instrumentum respicit directè personam notarij, & in consequentiam ad alium porrigitur, & eo casu in nulla parte ualet, ut puta, si stipularetur seruitutem fundo communi, aut scribit nominatim sibi & alteri æquè principaliter, & tunc quò ad alium ualet, alioqui uerò quò ad se. Sed aduerte quoniam exemplum, quod ibi ponit Barto. non uidetur esse tutum; quia cum seruitus sit indiuisibilis, debet uel in

totum

totum ualere, uel in totum uitiari, secundum gl. & doct. in l. stipulationes non diuiduntur.ff. de uerbor.obligat.

Summarium in l.si post.§.si quoque.ff.de bon.poss.contratab.

1 *Beneficio mihi competentis ex iure alterius possum uti contra alium illo inuito.*
2 *Voluntas testatoris, de bono & æquo est seruanda, quando præteritus omisit petere contratabulas.*
3 *Præteritus an possit comprobare testamentum in præiudicium institutorum.*

Bar.in l.si post.§.si quoque.ff.de bonor.poss.contratab.

1 BART. in d.l.si post.§.si quoque, sic ait in summa. Beneficio † mihi competenti ex iure alterius possum uti contra alium illo inuito. Attende casum hic ubi quis beneficio posthumi præteriti habet contratabulas antequam nascatur, & tamen ipsemet posthumus uel alius eius nomine non potest antequam nascatur.l.illud.§.fi.ubi gl.& Bar.suprà eod.tit.& ibi posui. Et dum opp.Bar.de l.nonnunquam, infrà tit. 1.dicas solutionem datam uideri contra illum tex. & eius rationem: nec enim occasio præteriti debet institutum lucro afficere, cùm præteritus iure non dicatur. & ista ratio ita militat in conseruanda hæreditate sicut in legatis. Item huic solutioni
2 refragatur tex.in l.filio præterito.ff.de iniust.rup.testa.ubi habetur, uoluntatem † testatoris de bono & æquo esse seruandam, quando præteritus omisit petere cõtratabulas. Præterea opp. Bar.ad istum tex.de d.l.filio præterito, & refert quorundam solutionem, qui aiebant aliud in iure dicendi nullum, aliud in bonorum poss.contratab. sed ipse concludit nullum inter istos casus esse diserimen, circa hoc, quod filius præteritus non possit petere contratabulas in præiudicium institutorum. idem sentit Ias. in l. posthumo. C. de contratab. Et hanc ampliationem ad istum tex. scilicèt sicut institutus beneficio præteriti habet contratabulas, ita etiam ius dicendi nullum, cum hi duo casus, secundum Bar. parificentur, sequitur Ias.in l.fi.col. 2.versi. item adde. ff.de liber.& posthum. Et hoc de paritate istorum casuum tenet idem Ias. in d.l. posthumo, in 5.col. ubi ponit unam differentiam, hoc est contratabulas quandoque dari pro parte tantùm, ius uerò dicendi nullum datur in totum. Et dum Bar. progreditur declarando, quomodo præteritum committatur edictum instituto. vide in hac re Alex. latè in d.l.posthumo, colu.
∗ versi. sed dubium, ubi tenet edictum committi instituto absque petitione præteriti. & ista est communis, reprobata gl. quam hic citat Bar.in l.iij.§.planè, suprà eod.tit. quæ autem sit utilitas,
3 quòd instituto committatur edictum, & an præteritus † possit comprobare testamentum in præiudicium institutorum? & quid in exhæredato, an possit petere contratabulas, ne instituti habeant querelam? vide Ias.in d.l.posthumo, col. 2.in gl. 1.& ibi latissimè Alex.in 5.colu. & ibi tradit hoc edictum non committi exhæredato, sicut instituto, & denique multa alia memoratu digna in re proposita ibi posuit Alex. Item si iste tex. non habet locum in exhæredatione præteriti non committitur edicto.§.exhæredati, suprà hac ead.l.item iste.§.non habet locum in exhæredato, quia instituto non datur querela ratione exhæredationis, quamuis instituto ratione præteritionis competat contratabulas. d.§. exhæredati. Et regulam huius tex. qua cauetur, institutum habere contratabulas beneficio præteriti, amplia ut locum habeat etiam si institutus partem habeat pro instituto, & partem pro exhæredato; quoniam in hoc quoque casu habet contratabulas. Ias. in l.fi.col. 2.ff.de liber. & posthum. ubi ponit exemplum. Præterea dum hic agit Bar.de l.filio, quæ in contrarium affertur, & refert illam solutionem, quam ipse non tenet in uersi.si uerò, quæ est ut illa.l.procedat, scilicèt seruandam esse uoluntatem testatoris de bono & æquo, solùm quò ad legatum, non autem quò ad hæredis institutionem. attende quoniam solutionem hanc ad d.l.filio, sequitur Alex.in d.l.posthumo, colu. 2.uersi. nec obstat, & in 3.col.versi.nec obst.ubi ait Bartolum esse sibi ipsi contrarium. Et dum Bar. hic in fi. infert ad quæstionem, utrum maritus miles uxorem suam teneatur dominam appellare, uide Ias.in l.cùm filiofamilias.col. 2.versi.hinc uidemus.ff.de leg. 1.

Summarium in l.filium.§.uideamus.ff.de bon.poss.contratab.

1 *Collatio locum non habet inter eos, qui diuerso iure succedant.*

Bar.

Bar.in l.filium.§.videamus.ff.de bonor.possſ.contratab.

1 BART. in d.l.filium.§.videamus,colligit ex tex.collationem † locum non habere inter eos, qui diuerso iure succedãt. sed attẽde quoniam uereor hanc decisionem ex isto textu rectè nõ colligi; eamque non esse rationem, ut non conferant, quia diuerso iure succedunt; sed quia emancipatus non facit iniuriam,immo commodum existenti in potestate. timore enim emãcipati præteriti petentis contratabulas institutus recusat adire,ideo exhæredatio filij existentis in potestate non operatur,quin sit suus hæres,atque ita commodum facit, non autem iniuriam,igitur cessat collatio. & iste.§.debet necessariò intelligi in illis ipsis terminis,de quibus in hac.l.agitur.Item in casu huius.§.aditio facta non erat ab intestato, ut patet in uersi. multòmagis,ibi,occasione omissæ hæreditatis à scripto hærede,quam uis contrarium probari uideatur in §.præcedenti.incip.quemadmodum. sed tene primum intellectum,& rationem, quare hic cesset collatio,esse,quia ab emancipato commodum affertur, satis clarè probat tex. ibi & hoc sit consequens, & clarius in uersic. multò magis. Et ita sentit Ias. in l. si emancipati, columna penul.C.de collat.

Summarium in l. si mortis .ff.de lega.præst.

1 *Donatio causa mortis infringitur rupto testamento, quando ab ipso pendet testamentum.*

Bar.in l.sed si mortis.ff. de leg. præstand.

1 BART. in d.l.sed si mortis,in princ.inquit,donationem † causa mortis infringi rupto testamento, quando ab ipso pendet testamento, alioqui uerò secus. hoc quòd donatio causa mortis sustineatur,sequitur Ias.in l.ij.col.5.versi.octauò.ff.de lega.1.

Summarium in l. sed si mortis. § hoc autem solum.ff.de leg.præst.

1 *Non est quærendum cui acquiratur, sed cui honor habitus sit.*

Bar.in d.l.sed si mortis.§.hoc autem solum.ff.de leg.præst.

1 BART. in ead.l.§.hoc autem solum,dum habetur in tex.non esse † quærendum cui acquiratur,sed cui honor habitus sit: inquit,inspiciendum non esse cui acquiritur ex dispositione legali,ut hic,sed cui quæritur ex dispositione testatoris. vide Soc.in cons.60.col.5.in 1.volu. Et dum ex ista decisione infert Bar.ad quæstionem, si statuto cautum est, eum, qui cum bannito contraxerit,cuidam pœnæ esse subijciendum; puniri non debere si cum seruo aut filio banniti contraxisset, quamuis ei quæratur: quia inspicitur cum quo fiat contractus, non autem cui ex ipsa constitutione legis acquiratur. De hoc singulari documento uide latissimè Ias. in l. si mihi & ibi.§.regula.ff.de leg.1.& Soc.in consi.241.col.10.versi.decimò, & col.16.versi. sed hæc,in 1.vol.ubi subtiliter hæc dicta uentilauit.

Summarium in l.filium. § si quis bonorum.ff.de lega.præst.

1 *Si statuto cautum est,eum, qui cesserit actionem alicui nobili, cadere à iure suo; hoc non procedit in eo, qui cedere non poterat,uel cuius cessio sit inutilis.*

Bar.in l.filium.§.si quis bonorum.ff.de leg.præst.

1 BART. in d.§.si quis bonorum,decidit,si statuto † cautum est, eum, qui cesserit actionem alicui nobili cadere à iure suo,hoc non procedere in eo,qui cedere non poterat, uel cuius cessio sit inutilis. De hac re uide omnino quæ posui ad Bar.in l.non putauit.§.non quæuis, suprà de bonor.possſ.contratab.

Summarium in l.Saluius Aristo.ff.de leg. præst.

1 *Lex est interpretanda,ut non possit à sapiente reprehendi.*

Bar.in l.Saluius Aristo.ff.de leg.præstan.

1 BART. in d.l.Saluius Aristo,sentit illud,ad quod doct.& præcipuè Aret.& Soc.sæpe adducunt hunc tex.scilicèt,legem † nunquam ita esse interpretandam ut possit à sapiente reprehendi. Soc.in consi.43.col.pen.& in consi.84.in 1.vol.& ideo infert Bar.nunquid ex hoc limitari possit auth.ex causa.C.de liber.præteri.ut illa uerba ibi,cætera firma remanent,exponantur & limitentur,

limitentur, dum tamen legatarij uel fideicõmissarij non habeant plusquam hæres præteritus. de qua quidem solenni dubitatione uide Alex. & ibi Ias. in l. j. col. 2. versi. & ideo. C. de bonor. poss. contratab. & in d. auth. ex causa, col. 10. vers. quartò limita.

Summarium in l. j. §. is quoque. ff. de colla. bono.

1 *Emancipatio in dubio an censeatur facta in fraudem.*

Bar. in l. j. §. is quoque. ff. de collat. bonor.

1 BART. in d. l j. §. is quoque, quærit, an emancipatio † in dubio censeatnr facta in fraudem an non? De hac re uide Ias. in l. non dubium, col. 10. uersi. an & quando. C. de legi. ubi ait, emancipationem, quæ diu stetit occulta præsumi factam in fraudem. item si emancipaui filium, eiq; oĩa bona donaui, & postea incipit mercari, huiusmodi donatio creditoribus non præiudicat, ut per Ias. in §. item si quis in fraudem, col. 15. inst. de action.

Summarium in d. l. j. §. nec castrense. ff. de colla. bono.

1 *Castrense peculium, vel quasi, & quod dignitatis filij nomine à patre datur vel debetur, in collatione non uenit.*

2 *Peculium quasi castrense dicitur esse illud, quod acquirunt aduocati, procuratores, & notarij ex eorum officio.*

3 *Libri, quos pater emit filio, an ueniant conferendi.*

Bar. in d. l. j. §. nec castrense. ff. de colla. bono.

1 BART. in ead. l. j. §. nec castrense, ita inquit in summa. Castrense † peculium uel quasi, & quod dignitatis filij nomine à patre datur uel debetur, in collatione non uenit. Attende hic, quoniam donatio facta ab Imperatore uel alio non recognoscente superiorem habet uim castrensis peculij, neque acquiritur patri quò ad dominium uel usumfructum: & ideo hac ratione non est conferenda, ut per Ias. in auth. ex testamẽto, col. 5. in 5. limit. C. de collat. Item pe-
2 lium † quasi castrense dicitur esse illud, quod acquirunt aduocati, procuratores & notarij eorum officio. ita post argumenta ad partes concludit Alexand. in consi. 2. in 6. volu. Et quidit castrense peculium, quid quasi castrense, quid aduentitium, quid profectitium, vide apud Bar. post gl. in rubrica. ff. de pecul. & in l. fin. C. de inoffic. testam. & latè Abb. & Barb. in rubrica de pecul. cleric. Et dum subiungit rationem, quare castrẽse peculium non conferatur, attende hic, quoniam de iure antiquo ratio inæqualitatis non considerabatur, licèt hodie secus sit, ut per Bar. in l. pater filium. ff. de collat. dot. & in l. si emancipati. C. de colla. Postea subijcit Bar. nun-
3 quid libri, † quos pater emit filio, ueniant conferendi? vide Raph. Cuma. in consi. 28. ubi tradit quid de uestibus? Et in quæstione hic proposita de libris emptis pro filio, sint ne eius præcipui an non? vide not. distinctionem Alexandri in consi. 179. in fi. in 7. vol. & Raph. Cuma. in consi. 40. Ad id uerò quod hic postea dicit Bar. de ijs quæ donantur aduocato, ut sint quasi castrensia, accedit Abb. in c. in præsentia, col. 18. de probat. Postea Bar. hic in 6. col. vers. respondeo aliud, ubi agit de donatione facta filio emancipato, soluit ut hic per eum. Dicas ad istam solutionem Bartoli tãquam multis alijs meliorem accedere Ias. in auth. ex testamento, col. 6. vers. huic fundamento. C. de coll.

Summarium in d. l. j. §. si impubere. ff. de collat. bono.

1 *Legitima non debetur uiuente patre.*

2 *Patrem teneri soluere legitimam pro delicto filij, an à statuto possit caueri.*

3 *Legitima licèt non possit considerari uiuente patre, tamen pater uiuens potest tribuere legitimam filio, & si filius eam consumit, pater amplius non tenetur.*

4 *Filius qui renunciauit omnibus bonis paternis cum iuramento ad instantiam patris, ut dicta bona in totum deueniant ad eius fratres, an censeatur excluſus à legitima.*

5 *Consequens qui uult, censetur etiam uelle suum antecedens.*

6 *Iuramentum habet uim specialis consensus.*

7 *Iuramentum*

7 *Iuramentum limitatur eodem modo, quo limitatur actus super quo interponitur.*
8 *Renunciatio generalis iuramento confecto, non comprehendit usum, cuius specialis mentio exigitur.*
9 *Iuramentum confirmare non potest id, quod in esse non reperitur.*
10 *Lex ubicunque requirit specialem alicuius rei mentionem, tunc uerba æquipollentia non sufficiunt.*
11 *Forma per æquipollens adimpleri non potest.*
12 *Verba æquipollentia non sufficiunt ad excludendum filium à legitima.*
13 *Filia quæ à statuto stantibus masculis excluditur, cum pacto quòd nihil aliud petere possit, non tamen excluditur à supplemento legitimæ.*
14 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*
15 *Filius qui acceptis bonis, etiam supra legitimam renunciauit omnibus bonis paternis, petitione dotis maternæ non excluditur.*
16 *Limitata causa limitatum produxit effectum.*
17 *Renunciatio adeò strictè est intelligenda, ut quam primũ aliquid operata est, nihil amplius operari debet.*

Bar. in d.l.j.§.si impubere.ff.de colla.bono.

1 BART. in ead.l.§.si impubere, tradit, legitimam † non deberi uiuente patre. & ad hoc sem per afferri solet. Limita hoc non procedere in filio Iudæi, qui ad fidem est conuersus: quia po test petere legitimam uiuente patre. Feli. in c. Iudæi. 2. versi. & per istum tex. de Iudæ. Et amplia & limita istam regulam, ut per Ias. in auth. nouissima, col. 2. de inoffi. testa. & in auth. si qua mulier, col. 10. uersi. istam gl. C. de sacros. eccles. & ibi disputat, nunquid ualeat statutum, quo
2 cauetur, patrem † teneri soluere legitimam pro delicto filij; & concludit, ualere, ut ibi latè per eum. ubi etiam docuit quod tempus in danda hac legitima attendatur, & quę sit legitima, cum alios possit filios procreare, ut videre est apud eum in d. auth. nouissima. Nunquid autem filius uidens patrem dilapidare patrimonium, possit petere legitimam? uel sibi aliquid assignari debere pro alimentis? vide Ias. in l.si constante, in 9. quæst. secundæ quæst. princip. colu. 31. ff. solu. matrim. & in d. auth. nouissima, col. 2. versi. adde. & de materia huius legitimæ, an pater à statuto cogi possit soluere pro delicto filij: & an posteà possit ab eo repetere? uide Ias. in §. actionum, col. 10. versi. circa gl. inst. de action. & in l. de quibus, col. 14. ff. de legib. Et quamuis
3 legitima † non possit considerari communiter uiuente patre, ut hic habetur, & de illa non dicatur esse aliqua spes, ut per Dec. in consi. 19. col. fi. tamen pater uiuens potest tribuere legitimam filio; & si filius eam consumit, pater amplius non tenetur. Soc. in consi. 65. colu. 3. in 1. vol. Quid si filius accepta pecunia à patre renunciat legitimæ, utrum teneat ista renunciatio, ita ut filius nihil petere possit, etiam si facultates patris augeantur? Alex. in consi. 180. cum seq. in 5. vol. vtrum legitima debeat augeri auctis facultatibus post obitum patris? Curtius in consi. 83. & Crauet. in consi. 11. Postquam agimus de legitima filij, pulchrum est intelligere vtrum filius, † qui renunciauit omnibus bonis paternis cum iuramento ad instantiam patris, ut dicta bona in totum deueniant ad eius fratres censeatur excluſus à legitima? Prima fronte dicendum uideretur eum debere à legitima excludi: quia etiam si filius nullum sibi quò ad legitimam præiudicium afferat, nisi ei renunciet expresè. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. testa. tamen ea uidetur esse iurisiurandi uis & potentia, ut specialis consensus robur habeat, ut habetur per Bal. in l.j. C. quomod. quem in terminis sequitur Roma. in l.j.§. si quis ita. ff. de uerb. oblig. & multi alij quos retulit Mari. Soc. iuni. in consi. 136. col. pen. & fi. ubi tenet huiusmodi renunciationem etiam ipsam legitimam complecti. Præterea animaduertendum est, omnibus bonis paternis ad hoc filio renunciatum fuisse, ut ea in totum ad ipsius fratres deuoluerentur; sed dicta bona omnia & in totum ad eos deuenire non possunt, si legitima detraheretur, igitur detrahi non debet: quia qui uoluit consequens, † censetur etiam eius necessarium antecedens uoluisse. l. ad rem mobilem. ff. de procurat. traditur in l.ij. ff. de iurisd. omn. iudic. ijs tamen & similibus, quæ in contrarium afferri possent non obstantibus, uerior uidetur esse diuersa sententia. In primis enim clarissima est conclusio, filium, qui specialiter legitimæ non renunciat, nullum sibi præiudicium facere. tex. est ineuitabilis in d.l.si quando.§. & generaliter. &

hoc

hoc ibi tradunt Bal. Sal. Iaſ. & alij. idem aiunt Guil. de Cun. Alber. Paul. & alij in l. de his. ff. de tranſact. Barb. in conſi. 16. col. 1. & in conſi. 34. col. 2. in 1. vol. Alex. in conſi. 8. colu. 5. in 3. volu. Feli. in c. tranſlato col. 1. de conſt. & infiniti propè alij, quos laborioſum eſſet uelle recenſere. ſed in propoſito caſu nulla ipſius legitimæ ſpecialis mentio facta eſt, ergo &c. Non obſt. iura-
6 mentum † ſpecialis conſenſus uirtutem habere, ut per Bal. in loco prælegato, quia in contrarium eſt tex. in l. fi. C. de non numera. pecun. ubi idem Bal. ſequutus Oldr. ait, iuſiurandum obligationem non augere, ſed tantummodò religionis uinculum ſuperaddere. Idē dixerat Oldr. in 238. & iuramentum recipit illaſmet conditiones, & interpretationes, quas, recipit ipſa obligatio, ad quam accedit. ita concludit inſignis doctor. d. Vincētius de paliotis in conſ. 3. inter conſilia Curtij. citat Ant. de Butr. in c. quintauallis, de iur. iur. & Abb. in c. 1. de iud. quare ſicut iſta renunciatio ex ſe non præiudicat quò ad legitimam, eodem modo nec iuramentum ei præ-
7 iudicabit: quia limitatur † iuramentum eodem modo, quo limitatur actus in quo intercedit, ut ultra prædicta inquit Bar. quem alij ſequuntur in l. ſi quis pro eo, colu. 5. uerſiculo prædictæ quæ dixi. ff. de fideiuſſ. & Ang. in conſi. 35. inquiens potentiam iuramenti non ad plus porrigi poſſe, quàm faciat ipſa promiſsio. idem uoluit Rom. in conſi. 269. Alex. in conſi. 179. viſo. col. 3. in libro primi & ſecundi vol. Aret. in conſi. 24. Soc. in conſi. 65. col. 6. & in conſi. 66. col. 4. in 1. vol. & Dec. ſequendo Ang. id expreſsè confirmauit in conſi. 241. & in conſi. 305. & in conſi. 345. & in conſi. 366. Quamobrem ex premiſsis omnibus liquet renunciationem hanc, quæ ſine iuramento ad legitimam non porrigeretur, ad illam etiam iuramento accedente porrigi nō debere, ut in terminis latiſsimè tenet Curtius in conſi. 75. nu. 7. cum ſequen. ubi caſum noſtri decidit. facit ad rem quod tradit Barb. in conſi. 52. col. fi. in 2. volum. & concluſio iſta uidetur apertiſsimè probari ex documento Bartoli comm. approbato in l. ſed & ſi quis. § quæſitum, ut
8 fi. ff. ſi quis caut. ubi ait, renunciationem † generalem iureiurando interueniente confectam, nō comprehendere caſum, cuius ſpecialis mentio exigebatur. Idem tenent etiam Io. And. & Alb.
* in c. 1. de commod. & ex hac deciſione Bar.* communiter (ut dixi) approbata, infringitur documentum Baldi in l. prima. C. commodat. quod in contrarium afferebatur, ut inquit Cumin d. conſi. 75. ubi decidit caſum noſtrum. & ita etiam hac eadem authoritate Bartoli caſum noſtrum in terminis decidit Iaſ. in d. §. quæſitum, & in d. l. ſi quando. §. & generaliter. *ubi mo-*uet hanc eādem difficultatem, & ſe remittit ad tradita per eum in d. §. quæſitum. Adhæc acce-
9 dit ratio: nam iuramentum † confirmare non poteſt id quod in eſſe non reperitur, ut à multis acceptum eſt, quos commemorat Barb. in conſ. 66. nu. 22. inter conſilia Curtij. ſed iſta renunciatio nullam parit obligationem quò ad legitimam, igitur iuramentum hanc partem, quæ in eſſe non eſt, non confirmat. Quare ex his omnibus uidetur conſtare renunciationem hanc, quæ ſine iuramento ad legitimam non porrigitur, etiam eo intercedente ad illam extendi non poſſe: nam tot ac tantæ afferuntur authoritates caſum hunc in ſimilibus & in ſpecie decidentes, ut contradictioni locus eſſe non uideatur. pro qua concluſione facit tex. optimus in clem. prima, in fi. de præben. ubi habetur clauſulam acceſſoriam principalis actus potentiam non augere; ſed iuramenti clauſula, eſt acceſſoria, ergo &c. Non obſt. illa uerba uniuerſalia, quæ uidentur æquipollere ſpeciali renunciationi, ut ſuperius arguendo in contrarium, diximus, quia
10 reſpondeo, ubicunque lex † requirit ſpecialem alicuius rei mentionem, ut in caſu noſtro, tunc verba æquipollentia non ſufficere. tex. eſt, & ibi Bar. in l. fi. §. omnem. C. de admi. tutor. facit gl. not. in c. inquiſitores, in uoce, expreſsè, de hæret. in 6. & tex. not. in clem. prima de præben. per quem tex. ex mente Innoc. ait Feli. in c. 1. in add. in princi. opus. Abb. in decr. num. 6. illud non dici expreſſum, quod ex mente, & ex quadam uerborum conſequētia colligitur. Et ita in ſimili aiunt Angel. & alij, in auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. falcid. ubi legi requirenti ſpecialem trebell. prohibitionem non dicitur eſſe ſatisfactum, quando appoſita fuerint uerba æquipollentia. Idem tenuit Ang. in conſi. 125. col. fi. & Roma. in conſi. 22. colu. fin. & in conſi. 239. ubi ait Florentiæ bis pro illa parte iudicatum fuiſſe. eiuſdem ſententiæ eſt Barb. in conſi. 47. colu. 10. & Soci. in conſi. 19. col. fin. & in conſ. 33. col. pen. & fi. in 1. vol. hoc tamen poſſet fortè limi-

tari

tari non procedere,quando alioqui illa uerba nihil penitus operari possent, ut in terminis ait Mari.Soc.iuni.in consi. 135.col.pen.sed hic ista uerba operantur quò ad omnia alia bona,quæ sunt ultra legitimam,igitur uerba æquipollentia non sufficiunt, iuramento etiam accedente, ut prædictum est. Corroboratur ista conclusio,quia hæc specialis legitimæ renunciatio à lege pro forma exigitur. patet: quia actus aliter factus nullum quò ad ipsam legitimam præiudi-
11 cium affert,ut in d.§.& generaliter.Forma † autem per æquipollens adimpleri non potest.Bal. Ang.Soc.& alij in l.j.ff.de liber.& posth.Soc.in consi.24.col.7.Alex.in consi.212.in 6.volum. Feli.in c.cùm dilecta.nu.58.de rescrip.& in c.1.§. significantibus, de libell.oblat. Præterea attendenda sunt uerba posita in d.§.& generaliter,scilicet filium sibi quò ad legitimam non præiudicare,nisi de ea specialiter scripserit.nam uerbum,scripserit,de sui natura importat id quod oculis corporeis legi & inspici potest,ut ait Bal.in l.legem.C.locat.tex.est,& ibi Bar.in l.j.ff.de his quæ in test.delen.idem tradit Bal.in l.ij.C.de patri.qui fil.distra.& Curt. in consi.9. colu.2. sed illud quod uenit per æquipollens à mente prouenit,non autem oculis perspici potest, ideo non habet locum in legitima,de qua specialis scriptura à lege ipsa exigebatur. Et quod nõ suf-
12 ficiant † uerba æquipollentia ad excludendum filium à legitima, id in terminis tenet Bald. & Salic.in d.§.& generaliter,& Soc.in consi.230.col.pen.in 1.vol.aiunt enim quamuis filia acceptis certis bonis renunciet hæreditati paternæ,& promittat se nihil amplius petituram, tamen propter hoc non intelligi excluſam à supplemento legitimæ.idem tenet Paul.de Cast.in consi. 73.in 1.parte secundum nouam impressionem,incip.Licèt domina Lysa. Accedit Alex.in cõs. 69.in 1.vol.Idem in terminis terminantibus ait Barb.in cons.47.col.10.& expressè sentit Curtius in consi.27.paulò ante numerum 30.dum citat Rom. in fortioribus terminis in consi.32.
13 idem Curt.in consi.37.nu.9.dum ait Bal.Salic.& Collegium Floren.consuluisse,filiam, † quæ à statuto stantibus masculis excluditur,cum pacto quòd nil aliud petere possit, non tamen excludi à supplemento legitimæ;quia de illa non est facta expressa mentio ac specialis.citat.d.§.& generaliter. accedit & Iaſ.latè in consi.162.in 2.vol. Non obst.id quod tertio in contrarium adducebatur,uidelicèt iusiurandum superfluum reddi nisi operetur expressam legitimæ renunciationem,quia resp.hoc falsum esse; quia satis operatur,cum addat uinculum religionis,ut ait Bal.post Oldr.in l.fi. C.de non num.pec. & alij quos latè superius retulit. Item est aptum supplere defectum solennitatis,non autem consensus,ut prædictum est.Rursus operatur quia defectum ætatis supplet,ut est tex.& ibi latissimè iuris interpretes. tradiderunt in auth. sacramenta puberum. C.si aduer.uend.quinimmo inconueniens uideretur, si iuramentum, quod accessorium est,sui principalis naturam augeret, contra regulam,accessorium,de reg.iur.in sexto.

Postremò pro obiectorum solutione illustriori, atque huius nostræ conclusionis robore, non omittendum censui, diligenter animaduertendum esse, istum filium renunciasse bonis pater-
4 nis. bona autem † intelliguntur deducto ære alieno.l.subsignatum.§.bona.ff.de uerb.signific. sed legitima deducitur tanquam æs alienum.l.Papinianus.§.quoniam quarta.ff. de inoff. testa. tradit Iac.de Are.in auth.res quæ.C.comm.de leg.Bal.in l.scimus.§.1. C.de inoffi.testa.ubi ait, filium in legitima loco creditoris haberi. Et quòd bona intelligantur deducta legitima filiorum,tenet Soc.in consi.30.col.11.in 1.vol.ubi ait,eum qui,prohibitus est nihil petere de bonis paternis, non intelligi prohibitum legitimam petere. idem latè docuit Curt.in consi.27. nu.30.& in consi.37.nu.15.qua propter & in proposita re qui promisit nihil habere de bonis paternis,à petitione legitimæ suæ non debet excludi,ut in simili casu not,decidit Bar.quem alij
15 sequuntur in l.ut iusiurandi.§.liberis,in fi.ff.de oper.liber.ubi uult, filium, † qui acceptis bonis etiam supra legitimam renunciauit omnibus bonis paternis,à petitione maternæ dotis nõ excludi ob rationem hanc: quia scilicèt bona intelliguntur deducto ære alieno,& per illam rationem,& documentum illud Bar.ita casum nostrum de legitima decidit Curt. in d. consi.27.nu. 30.idem sentiens & in consi.37.& ista ratio tollit quæcunque in contrarium afferri possent: quia cum ista renunciatio,& consequenter etiam iuramentum accedens sit de bonis paternis, & bona intelligantur deducta legitima,ut fuit iure conclusum,consequens est, limitatam cau-

sam

16 sam † debere limitatum effectum producere.l.in agris.ff.de acquir.re.dom.l.cancellauerat,de his quæ inteſt.delen.Accedat etiam ad prædicta,quòd quamuis dici ſolitum ſit, renunciationem periculoſam eſſe,cum poſtmodum enuncianti non detur regreſſus.c.quàm periculoſum. 7.q.1.l.quæritur.§.ſi uenditor.ff.de ædilit.edict.l.j.§.qui ſemel.ff.de ſucceſſ.edict.tamen renunciatio eſt ſtricti iuris,& ſtrictiſsimè ad renunciantis fauorem intelligenda,ut tradit Card.in cõſ. 120.in fin. & latius Decius in conſi.551. & in conſi.625.& latiſsimè Curt.iuni. in conſi.23.in

17 principio,ubi ait, renunciationem † adeò ſtrictè intelligendam eſſe, ut quàmprimum aliquid operata eſt,nihil amplius operari debeat,ſed in caſu noſtro renunciatio iſta multũ operatur,ge iam antea dixi, quia filium excludit à ſucceſsione paterna, quare non debet etiam operari eum à legitima excludat?

Summarium in l.cum emancipati.§.ſi duo agnati.ff.de collat.bono.

1 *Hæreditas ubicunque alicui contemplatione alterius aufertur, ea illa debetur cuius intuitu fuit ablata.*

Bar.in l.cum emancipati.§.ſi duo agnati ff.de collat.bonor.

1 Bart. in d.l.cum emancipati.§.ſi duo agnati,inquit,ubicunque † alicui hæreditas contemplatione alterius aufertur,eam illi deberi, cuius intuitu fuit ablata.vide in re propoſita omnino Alexand.in conſi.197.colum.penul.in 6.vol.Soc. in conſi.5. in conſi.84. & in conſi.245.in 1. volu. Et iſta regula confirmatur ex multis, quæ attulit Roma.in ſuo ſingul.692.incip.Regula eſt,cum ibi addit.per Caſtill.& ibi Roma.limitat eam tantùm procedere in diſpoſitione legis, alioqui verò in diſpoſitione hominis.quam quidem limitationem diligenter attende,quoniam eſt magna reſtrictio.

Summarium in l.dedit dotem.ff.de collat.bono.

2 *Auus tenetur ad dotandam neptem, & ad id poteſt iure compelli.*

Bar.in l.dedit dotem.ff.de collat.bonor.

1 Bart. in d.l.dedit dotem,inquit,auum † teneri ad dotandam neptem. & ad id poſſe iure compelli. De hac re vide Areti.in conſi.17. ubi hoc idem tenet, & ex hoc infert in 10.ca. ſi filius & pater puellæ eam dotaſſet, poſſe id totum repetere à fratribus tempore diuiſi: ea ratione,quoniam auus ad id tenebatur.ſic etiam uoluit Dec.in conſ.81.dotem datam ab auo,non poſſe ipſi filio,qui eſt pater puellæ,in legitimam computari. de qua re uide omnino Alex.in conſi.24.in 1.volum.& in conſi.30.in 4.volu. & glo.Bar.& alios in l.rei iudicatæ.§. hæredi.ff.ſolut.matri.

Summarium in l.pater nubenti.ff.de collat.dot.

1 *Verba enunciatiua per modum conditionis prolata exceptionem inducunt.*

Bar.in l.pater nubenti.ff.de collat.dot.

1 Bart. in d.l.pater nubenti,ſic ait in ſumma. Verba † enunciatiua per modum cognitionis prolata,exceptionem inducunt. De intellectu huius.l.uide Alex. in cõſ.108. in 1.vol.

Summarium in rubrica.ff.de coniun.cum emanc.lib.

1 *Quando emancipatus filius eſt præteritus, & nepos ex eo eſt inſtitutus, eo caſu emancipatus filius, & nepos non concurrunt.*

Rubr.ff.de coniung.cum emancip.liber.

1 Circa materiam huius tituli uide quæ docuit Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.col. 11.ff.de liber.& poſth.ubi ait;quando emancipatus † filius eſt præteritus, & nepos ex eo eſt inſtitutus,eo caſu emancipatum filium & nepotem non concurrere d.l.cũ in teſtamento.ff.de hæred.inſt.id quod uidetur penitus reluctari conſtitutioni huius tituli.

Summarium in l.j.ff.de coniun.cum emancip.lib.

Ille qui põt dicere teſtamentũ nullum, ſi petit contra tabulas non reſcindit teſtamentum in totũ ipſo iure.

Bar.

Bar. in l.j.ff.de coniung.cum emanc.liber.

BART. in d.l.j.verſ.vltimò quærit glo.tractat, an hoc edictum hodie locum habeat. De hac re uide communiter doct.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de libe.& poſthu. & præcipuè * Paul.de Caſtr. & Iaſ. in 12.col. vbi * frequentioribus uotis ad hoc Bartoli documentum accedunt. & dum Bar.in uerſ.ſed ſi aliquis filius,conſtanter affirmat,locum eſſe huic edicto qñ ſucceditur per contratabulas: amplia hoc non ſolùm procedere quãdo pater tñ habet remediũ prætorium per contratabulas,ſed etiam quando habet ciuile,& prætorium, & prætorium eligit; quia iſto caſu teſtm non redditur irritum & inane in totum, vt aperit Iaſ.in d.§. & quid ſi 1 tantùm,col.13.Attende tñ dum Bar.hic præſupponit, eum, † qui poteſt dicere teſtamentum nullum,ſi petit contratabulas, non reſcindere & euertere teſtm in totum ipſo iure; quoniam huic ſententiæ refragantur quæ cõiter tradita ſunt in l.poſthumo.C.de bon.poſſ.contratab.de quibus agit Iaſ.ibi in 12. colu. vbi habetur per contratabulas teſtamentum declarari nullum, quando erat nullum.ſi itaque hic habet ius dicendi nullum,& petit cõtratabulas, dicit nullum per ea quæ prædixi,igitur ſolus pater erit admittendus in totum. cogita. & iſtam deciſionem Bar.reprobat Iaſ.in l.filiæ dotem,col.fi.C.de collat.

Summarium in d.l.j.§.ſi pater.ff.de coniu.cum emanc.lib.

1 *Legitimè exhæredatus habetur pro mortuo.*
2 *Exhæredatione ſuitas non tollitur.*
3 *Exhæredatio quotuplex ſit, & quot modis ſumatur.*

Bar.in d.l.j.§.ſi pater.ff.de coniung.cum emanc.liber.

1 BAR. in ead.l.§.ſi pater,inquit, legitimè exhæredatũ † haberi pro mortuo. ſed contra hoc eſt caſus huic ſimilis in l.ſiquis poſthumus.§.ſi filium.ff. de liber. & poſth. vbi exhæredato patre non admittitur,& tamen exhæredatus habetur pro mortuo. de qua quidem contrarietate agit latè Iaſ.ibi. Sed reſpondeas licet,regulam hãc procedere ſolùm in caſu hic propoſito,hoc eſt in filio emancipato; qm emancipatione patria poteſtas amittitur, & poſtea is per exhæredationem remouetur ab hæreditate patris. ſed filius in d.§.filium,eſt in poteſtate, ideo ibi hæc regula militare non poteſt; quia quamuis per exhæredationem à paterna hæreditate remoueatur,non tamẽ propterea deſinit eſſe in patria poteſtate.l.quemadmodum.ff.de inoff. teſta. §.non ſolùm.inſtit.de vulg.& pupil.iuncta gl.in l.ij.ff.eod.& Iaſ.docuit in l.ſi filium.ff.de liber. & poſthu.ſi igitur retinet patriam poteſtatem, conſequens eſt, vt pro mortuo non habeatur. cogita. Et ex hoc,ſcilicet, exhæredatum haberi pro mortuo, colligitur ratio ad tex.in l.qui in aliena.§.interdum.ff.de acquir.hæred. vt ibi latè ab omnibus traditum eſt. quamuis etiam ibi 2 multi ſenſerint exhæredatione † ſuitatem non tolli, ſed tantùm ſuſpendi, ita ut ſi exhæredatio confirmabitur,habeatur pro mortuo,alioqui non,per l.Papinianus.§.ſi ex cauſa.ff.de inoff.teſta.Et iſtam regulam,qua cautum eſt,exhæredatum haberi pro mortuo, limita tantùm procedere in exhæredatione,quæ fit bona mente.Alex.in conſi.131.in 1.uol. in dubio autem exhæredatio præſumitur facta bona mente. Iaſ.in l.multi non notę.ff.de lib.& poſth. & in l.ſi mater. ff.de uulg.& pupi.Quid uerò ſi exhæredatio,vide Bar.in l.quidam cùm filium.ff.de uerb. obli. & in auth.ex cauſa.C.de liber.præte.vbi Alex.& Iaſ.tradunt etiam quotuplex ſit exhæredatio, 3 † & quot modis ſumatur,& plenè Bar.in l.filio præterito.ff.de iniuſt.teſta. & multa de exhæredatione uideas per Feli.in c.Rodulphus,col.3.de reſcrip.& an & in quibus caſibus exhæredatus habeatur pro mortuo aperit Iaſ.in d.l.qui in aliena.§.interdum.ff. de acquir.hære. & in d.l. ſi filium.ff.de liber.& poſth.

Summarium in d.l.j.§.ſi pater in poteſtate.ff.de coniu.cum emanc.lib.

Si ſtatuto cautum eſt, filiam non ſuccedere extantibus maſculis, ſi adeſt filius, qui iudicio teſtatoris ſuccedere non poteſt, nunquid filiæ ſit impedimento ne ſuccedat.

Bar.in d.l.j.§.ſi pater in poteſtate.ff.de coniun.cum emanc.lib.

BART. in ead.l.§.ſi pater in poteſtate. quærit, ſi ſtatuto † cautum eſt,filiam non ſuccedere extantibus maſculis ; ſi adeſt filius, qui iudicio teſtatoris ſuccedere non poteſt, vt quia ſit

exhæredatus, nunquid filiæ sit impedimento ne succedat? vide Iaſ.in l.qui ſe patris, colu.2.C. vnd.liber.& Soc.in conſi.35.in 4.uol.& dum poſtea Bar.hic in uerſ.ex hoc concludo, tradit, ſi ſtatutum prohibet matrem ſuccedere filio habenti fratres carnales ex patre, & frater ſuccedere non poſsit,utrum iſto caſu mater excludatur? vide doct. in l.Gallus. §. & quid ſi tantùm.ff. de liber.& poſthu.ſuper 11.q.Bar.& Dec.in conſ.296.

Summarium in d.l.j. §.emancipatus.ff.de coniu.cum eman.lib.

1 *Dictio,ex,& dictio propter,in quibus differant.*

Bar.in d.l.j.§.emancipatus.ff.de coniu.cum emanc.lib.

1 BAR. in ead.l.§.emancipatus,tradit differentiam † quæ eſt inter uocem,ex,& uocem propter. Tu ultra ea,quæ de hac re quandoque dixi in præcedentibus lucubrationibus, videtè Iaſ.in l.non dubium,col.5.in 9.notab.C.de leg.vbi ex hoc multas facit illationes.

Summarium in l.nihil.ff.de coniu.cum eman.lib.

1 *Hæc uerba,cum eadem conditione,ſunt intelligenda cum eiſdem pactis, & oneribus.*

Bar.in l.nihil.ff.de coniung.cum emanc.liber.

1 BART. in d.l.nihil,inquit,hæc uerba, cum eadem † conditione, eſſe intelligenda cum eiſdem pactis & oneribus: ad rem facit tex.in l.debitori tuo ſi hæres, ibi, conditione.C.de pact. vbi latè Iaſ.in prima col.verſ.ſecundò pondera. Adde q conditio qñque pro fideicõmiſſo accipitur.l.j.C.de pact. vbi Bar. in 1.q.& Iaſ.in 1.notab. Limita hoc non procedere,quando decideretur,hac conditione,ſi,cum iſta uox,ſi,faciat conditionẽ.Iaſ.in l.iij.col.5.ff.de leg.j.videem dem in l.certi condictio.in princ.ff.ſi cert.pet.& Felin.in c. cùm Ioannes,col.1.de fide inſtru.

Bar.in l,ſi impubes.§.quæſitum.ff.de carb.edic.

1 BART. in d.§.quæſitum,in princip.ibi.reſpon.ſecundum iura hodierna, vult ſecundũ iura hodierna in carboniana poſſeſsione obtinenda, non requiri decretum iudicis, ſed ſimplicem agnitionem coram iudice.ſed malè uidetur loqui,quoniam.l.fi.C.qui admit.qua cautum eſt,decretum non eſſe interponendum,corrigit duntaxàt in poſſeſsionibus, quæ tribuunt ius,vt per Alex.in d.l.fi.colu.1.& ibi Iaſ.in 2.col.uerſ.limita,vbi hoc dictum Bar. animaduertit.& ad concordiam fœdere diſtinctionis adducit.

Summarium in l.j.ff.de bon.poſ.ſecundum tab.

1 *Scripturis factis in lapidibus,an habenda ſit fides.*

Bar.in l.j.ff.de bonor.poſſ.ſecundum tab.

1 BART. in d.l.j. in princip. quærit, an ſcripturis † factis in lapidibus habenda ſit fides? vide Feli.in c.cùm cauſam,col.3.de probat.Iaſ.remiſsiuè in §.pœnales, col.3.inſtit. de action.& an ſcripturæ factæ in parietibus fidem faciant, vide Iaſ.in d.§.pœnales, & Alex.in l.j.col.9.verſ. & iuxta.ff.ſi cert.pet.

Summarium in d.l.j.§.non autem.ff.de bon.poſ.ſecund.tab.

1 *Si duo teſtamenta producuntur eodem die confecta, neque appareat, quod prius, & quod poſterius ſit, cui ſit ſtandum.*

Bar.in d.l.j.§.non autem.ff.de bon.poſſ.ſecun.tab.

1 BART. in ead.l.§.non autem, quærit, ſi duo teſtamenta † producuntur eodem die confecta,neque appareat quod prius & quod poſterius ſit, cui ſit ſtandum? De hac re uide Iaſ.in l. fi.col.11.in ultima par.glo.C.de edic.diu.Adri.tollen.& de huiuſmodi quæſtionibus uide multa ſcitu digna per Feli.in c.capitulum,nu.43.cum ſeq.de reſcript.vbi inter cętera traditum eſt, quando duo naſcuntur eodem tempore, neque appareat quis prius fuerit in lucem editus, cui regnum uel aliud dominium debeatur,quod ad primumgenitum ſpectat. de qua re agit etiam Alex.in l.qui filiabus.§.1.ff.de lega.1.& Anto.Corſet. in tract. de poteſtate regia,in quarta par. in 64.quæſt.

Summa-

Summarium in d.l.j.§.si quis duobus.ff.de bon.poſſ.ſecun.tab.

1 *Bonorum poſſeſſio peti non debet exemplo.*

Bar.in d.l.j.§.ſi quis duob.ff.de bon.poſſ.ſecundum tab.

1 BART. in ead.l.§.ſi quis duobus, ait, exemplo † peti non debere bonorum poſſeſsionem. De hac re uide Iaſ.in l.fi.col. 1.verſ.tertiò.C.de edict.diu.Adria.tollen.

Summarium in d.l.j.§.ſi roſe.ff.de bon.poſ.ſecun.tab.

1 *Teſtamento corroſo in parte ſubſtantiali, an ſit credendum.*

Bar.in d.l.j.§.ſi roſę.ff.de bon.poſſ.ſecun.tab.

1 BART. in ead.l.§.ſi roſæ,tradit,an teſtamento † corroſo in parte ſubſtantiali ſit credendū? traditque notario aſſerenti cancellationem eſſe factam ab eo,eſſe credendum. vide Iaſ. in l.fin. col 7.in uoce,uitiatum.C.de edict.diu.Adri.tollen.& in l.ſi unus,colu.1.in 1.notab.C.de teſta. Dicas etiam cancellationem in loco ſuſpecto inſtrumenti non uitiare legatum libertatis.l.proximè.ff.de his quæ in teſta.delen. id quod locum habet etiam in legato ad pias cauſas. Abb.in c.ex literis,de fide inſtru.in 2.notab.& ibidem Feli.in uerſ.ſecunda cōcluſio.& Bar.in l.ſi unus. C.de teſtam.& ad prædicta uide Iaſ.in d l.ſi unus.

Summarium in l.æquiſſimum.ff.de bon.poſſ.ſecun.tab.

1 *Bonorum poſſeſſio, quo tempore peti poſſit.*

Bar.in l.æquiſsimum.ff.de bonor.poſſ.ſecun.tab.

1 BAR. in d.l.æquiſsimum,tractat † quo tempore peti poſsit bonorum poſſeſsio? nūquid autem poſt contratabulas intentatas poſsit adiri hæreditas? vide Paul. de Caſt.in l.vt liberis,col. 2.in glo.1.C.de collat.Poſtea Bar.tradit quādo inſtituti ſunt in pari gradu cum præteritis poſſe concurrere contratabulas & ſecundum tabulas,ita ut bonorum poſſeſsio contratabulas non impediat bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas. quæ quidem eſt limitatio pulchra ad iſtū tex.vide latè Bar.in l.poſthumo,in fi.C.de contratab.& ibi omnes doct. in glo.fi. præcipuè Iaſ. in 13.col.& ſeq.vbi agitur de ueritate iſtius limitationis.

Summarium in l.chartæ.ff.de bon.poſſ.ſecun.tab.

Teſtamenta ſcribi poſſunt in chartis raſis, licèt conſuetudo non ſeruet.

Bar.in l.chartæ.ff.de bon.poſſ.ſecun.tab.

BART. in d.l.chartæ,ex mente gl.inquit,inſtrumenta † ſcribi poſſe in chartis raſis,licèt cō ſuetudo non ſeruet. vide Iaſ.in l.fi.col.7.& 8.limit.C.de edic.diu.Adri.toll.

Summarium in l.j.§. ſi parens.ff.ſi à patr.quis fue.manu.

Pecunia poſita in altari, uel ſimpliciter data filiæ monaſterium ingredienti, an debeat in legitimam computari.

Bar.in l.j.§.ſi parens.ff.ſi à patr.quis fue.man.

BART. in d.l.j.§.ſi parens,inquit,pecuniam † poſitam in altari, uel ſimpliciter datam filiæ monaſterium ingredienti, debere in legitimam computari. vide Feli. in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,col.30.verſ.cæterū,de conſt. & ad hęc accedant tradita per Soc.in conſ. 241.col.11.verſ.his tamen in primo vol.

Summarium in l.non uſque adeò.ff.ſi à paren.quis fuerit manu.

Filius habet reuocatoriam in bonis patris.

Si alienatio facta fuit titulo lucratiuo ea poteſt reuocari per querelam inofficioſæ donationis.

Pater ſi luderet omnia bona, an poſſit filius reuocare.

Bar.in l.non uſque adeò.ff.ſi à par.quis.fu.man.

BART. in d.l.non uſque adeò,inquit textum hunc eſſe ſingul.& alibi non reperiri. De ijs, quæ hic agit Bar.vide remiſsiuè Iaſ.in §.item ſi quis in fundum,inſt.de action. col.1.& quæ ibi habentur in apoſtill.& latè ibi Ang.col.fi. Et dum Bar.ait, filium † habere reuocatoriam in bonis patris,& non patrem in bonis filij: vide Iaſ.in l.filium quem habentem, colu.5.in 1.limit.

C.famil.erciſc. vbi aliquos caſus adducit, in quibus non idem ſtatuitur in patre contra filios, quod in filijs contra patrem. ad quæ accedãt etiam quæ idem Iaſ.docuit in auth. ſi qua mulier, col.8.verſ.iſtam regulam.C.de ſacroſ.eccleſ.Poſtea Bar.in uerſ.finaliter dicerem,inquit,ſi alie-
2 natio † facta fuit titulo lucratiuo,eam poſſe reuocari per querelam inofficioſæ donationis. De hac re uide omnino Alex.in conſ.55.in 1.uolu.ſi uerò alienatio (ait Bar.) eſt facta in fraudem tunc datur reuocatoria. Sed quid ſi uenditor confiteatur ſe habuiſſe? dicas reuocari poſſe niſi conſtet de actuali numeratione,vt per Bar.in l.cum quis.§.codicillis, & ibi poſui.ff. de leg.3.de qua re uide etiam Iaſ.in l.nam & poſtea.§.ſed & ſi quis,col.1.ff.de iureiur. Et dum Bar.agit de
3 reuocatoria, quæ competit filio,quæro quid ſi pater † luderet omnia bona, an poſſet filius reuocare? vide Bal.in l.j.C. ſi quis in fraud.credit.& non nihil de hoc ait Iaſ.in d.l.nam & poſtea §.ſed & ſi quis,in prima col.uerſ.& quid ſi pater. Denique Bar.ſubiungit, patrem reuocatoria non habere in bonis filiorum. idem ait Iaſ.in l.qui ſe patris,col.fi.C.und. liber. & in auth.nouiſſima,col.12.verſ.confirmo.C.de inoffic.teſta.

Summarium in l. ſi iurauero.ff.de iure patro.

1 *Qui iurat non uenire ad hæreditatem patris, & ad eius ſucceſſionem, an ualeat tale iuramentum.*

Bar.in l.ſi iurauero.ff.de iure patr.

1 BART. in d.l.ſi iurauero, agit de eo,qui iurat † non uenire ad hæreditatem patris,& ad eius ſucceſsionem,uel non reuocare uenditionem rei dotalis. De materia huius l.uide eas doct.in l.eum qui.§.ſi libertus.ff.de iureiur.

Summarium in l.ſi libertus.ff.de iure patro.

1 *Durius quando agatur cum lege, quàm cum homine.*

Bar.in l.ſi libertus.ff.de iure patron.

BART. in d.l.ſi libertus, in fin.principij, hæc inquit, quædam eſt pœna reſpiciens ad
1 quia miniſtri agunt, & eo caſu durius agitur † cum lege quàm cum homine: quædam pœna extrinſeca, & tunc mitius agitur cum ipſa lege. Pro iſta diſtinctione Bartoli facit id, quod refert & ſequitur Abb.in c.ex parte,in 3.notab.de conſt. & ad eam ſimpliciter accedit Iaſ.in l. Item ſi quis in fundum,inſt.de actio.col.2.in fi.& eam poſuit Bar. in l.ſi inſulam, in octaua opp. ff.de uerb.oblig.

Summarium in l.Titius puerum.ff.de obſe.à lib.pat.præſt.

1 *Dominus qui accepta pecunia à ſeruo eum manumittit, dicitur libertatem exercere.*

Lucubra.ad l.Titius puerum.ff.de obſeq.à liber.patr.præſtan.

1 TV d.l.Titius,ſcias eſſe memoratu digniſsimam: nam ex ea colligitur, dominum † qui accepta pecunia à ſeruo eum manumittit,dici liberalitatem exercere,alioqui uerò ſi ab alio pecunia acciperetur: ita Soc.in conſ.87.col.7.in 3.uol.& ex iſto tex.ſing.infertur,priuilegium ſubdito conceſſum à principe, qui ab eo pecuniam accepit,reuocari poſſe. ita Rom.in ſing.41. incip.An iudex. quæ omnia diligenter attende, & ſemper uide Soci. in d.conſ.vbi loquitur ſi ne precium æquiualens an non. vide quæ poſui ſuprà in prima conſt.ff.uet.in §.omnem, dum agitur an Imperator dominium habeat rerum particularium.

Summarium in l.vt iuris iurandi.ff.de oper.libert.

1 *An & quando ex iureiurando actio oriatur.*

Bar.in l.ut iuriſiurandi.ff.de operis libert.

1 BART. in d.l.ut iuriſiurandi, proponit an & quando ex iureiurando † actio oriatur; & diſtinguit ut hic per eum. & eandem diſtinctionem repetit in l.ſi quis pro eo, colu.2. ff.de fideiuſſ.& in auth.ſacramenta puberum, col.1.C.ſi aduerſ.vendi. vbi Iaſ.in 2.col. verſ.

verſ.pro clara. Poſtea Bar.ſubijcit, an quis poſsit iurare ante manumiſsionem, ſi ſtatim ſecuta eſt manumiſsio? & ex mente glo. ait hoc fieri poſſe. Tu uerò limita niſi huiuſmodi ordo eſſet de forma, vt in ſtipulatione, in qua præcedere debet interrogatio, vt per Aret. in l.j.in princip. col.3.ff.de uerb.obliga.vbi Iaſ. col.4.verſ.vltimò. vide Iaſ.in repet.l.admonendi, col.87.ff.de iureiur.vbi ſequitur Bar.quamuis dicat eſſe modicæ utilitatis. & Iaſ.in l. diuortio, in 4.notab. poſt Alex.ff.ſol.matr.

Summarium in d.l.vt iurisiurandi.§.ſi liberi.ff.de op.liber.

1 *Emphyteoſis accepta pro ſe, et filijs ſuis, an æqualiter ad filios tranſeat, quãuis ſint inæqualiter inſtituti.*
2 *An quando fuit dictum pro ſe, & hæredibus, reſtringatur ſolum ad deſcendentes.*
3 *Emphyteoſis ſi accepta fuiſſet pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, & una fœmina, vtrum ita pertineat ad fœminam, ſicut ad maſculos, an uerò ueniat ordine ſucceſſiuo.*
4 *Emphyteoſis ſi alicui concederetur pro ſe & deſcendentibus ſuis uſque ad quartam generationem, an ipſe cui ſucceditur, contineatur.*
5 *Pater ſi filiam in certis rebus inſtituit, iuſſitque eam ſtare debere tacitam, & contentam, & nihil aliud de bonis ſuis petere poſſe, nunquid petere poſſit dotem maternam.*

Bar.in d.l.vt iurisiurandi.§.ſi liberi.ff.de oper.libert.

1 BART. in ead.l.§.ſi liberi, quærit an emphyteoſis † accepta pro ſe & filijs ſuis, æqualiter ad filios tranſeat, quamuis ſint inæqualiter inſtituti? vide Alexan.in conſi.101.Ponderatis his, col.8.in 4.uol.ſubiungit poſtea Bar.hoc idem procedere etiam ſi filius renunciaret hæreditati paternæ: quia quando emphyteoſis fuit accepta pro ſe & filijs, tunc filius cõſideratur ut filius, non autem ut hæres, alioqui uerò ſi fuiſſet accepta pro ſe & hæredibus maſculis, uel pro ſe filijs & hæredibus; quia quando fuit facta mentio hæredum, tunc requiritur utrunque, ſcilicet eum eſſe filium, ac etiam eſſe hæredem, per tex.in §.emphyteoſim, in auth.de non alien.Hæc Bar.ad quæ accedant tradita per Alex.in conſi.44.& in conſ.151.in 1.uolu.& in conſ.89.in 4.uolu.&
2 an † quando fuit dictum pro ſe & hæredibus, reſtringatur ſolùm ad deſcendentes? vide Alex.in conſ.334.in lib.primi & ſecundi uol.& omnino ea, quę poſui in l.ſi tibi.§.ſi pactus.ff.de pact.& in l.Gallus.§.etiam ſi à parente.ff.de liber.& poſth. Et an & quando filius debeat etiam eſſe hæres, uide Ruin.in §.Cato, in ultima quæſt.Bartoli.col.29.ff.de uerb. oblig. Et dum Barto. tradit de emphyteoſi accepta pro ſe filijs & hæredibus, dubitari ſolet an illa uox, hæredibus, etiã extraneos comprehendat an non? vt per Alex.in conſi.89.in 4.vol.& per Iaſ.in d.§.etiam ſi parente, col.pen.ubi uult, uocem hanc non qualificare filios. & propterea ſufficere ſi aliquis ſit filius licèt non ſit hæres. vide Paul.de Caſt.in conſi.77.in 1.vol.Alexand.in l.quod dicitur.ff.de uerb.oblig.& in conſilijs quæ refert & ſequitur Dec.in conſi.239.col.3.quem uideas omnino,
3 ubi citat etiam hoc Bartoli documentum. Quid ſi acceptum fuiſſet † emphyteoſis pro ſe & hęredibus ſuis maſculis, & una fœmina, utrum ita pertineat ad fœminam ſicut ad maſculos, an uerò ueniant ordine ſucceſsiuo? Reſpondeo, fœminam pariter cum maſculis admitti, niſi ſtatuto cautum eſſet uel conſuetudine fœminam extantibus maſculis excludi. ita Ang.in conſ.184. in feudo autem ſemper fœminæ ueniunt poſt maſculos. Alexan.in conſi.44.in 1.volum. Sed in emphyteoſi dic ut dixi, & vide Iaſ.in l.j.§.hoc autem, in primo notabili.ff.ad trebell. ſed ad id, quod de ſtatuto prædictum eſt, uidetur obſtare quin ſtatutum procedit ab inteſtato, & in reliquis nihil contra ius commune conſtituit. vide pro ſolutione Alex.in conſ.127.in 1.uol. Quid
4 ſi † emphyteoſis alicui concederetur pro ſe & deſcendentibus ſuis uſque ad quartam generationem, an ipſe, cui ſucceditur, in iſtis quatuor generationibus contineatur? vide Alex.in conſ.125.in 5.vol. Nunquid in emphyteoſi filius ſuccedat in locũ patris, an uerò à patruo excludatur? & iſta eſt uerior ſecundum Alex.in conſ.129. in 5.uol. vide ad prædicta omnino Iaſ. in d.l. Gallus.§.quidam rectè, vbi ſequitur Alex.in d.conſ.44.in primo uol. Poſtea Bar.hic in fi.quæ-
5 rit, ſi † pater filiam in certis rebus inſtituit, iuſsitque eam ſtare debere tacitam & contentam, & nihil amplius de bonis ſuis petere poſſe: nunquid petere poſſet dotem maternam? idque fieri poſſe concludit. vide Bald. in l.liberti. C. de oper. libert. & Curtium in conſil.27.

numero 30. immo ista promissio & renunciatio restringitur ad uniuersalem successionem, habita tamen legitima; ita Soc.in cons. 30.col. 10.in primo uol. & multa scitu digna de huiusmodi renunciatione tradita sunt per eundem Soc.in cons.263.in 3.uol.Alex. in consi.149.in 7.uol.Dec.in consi.616. vbi agit de ea etiam quando interceſsit iusiurandum. Abb.omnino in cons.107.in 2.vol.& Feli.in c.in præsentia,nu.10.de consti. Quid si ista filia fuit instituta ut ait Bar.hoc pacto,ut nihil aliud petere possit, & filius masculus hæres uniuersaliter institutus repudiat hæreditatem, vel decedit ante testatorem, nunquid eo casu filia per ius accrescendi possit consequi totam hæreditatem exclusis uenientibus ab intestato? idq; fieri posse docuit Ias.in l.re coniuncti,nu.198.ff.de leg.3.

Summarium in l.suo uictu.ff.de op.liber.

1 *Medicus qui uadit ad aliquem locum pro mercede statuta quolibet die, eam habere debet, etiam pro tempore itineris.*
2 *Debitor non est obligatus inuenire creditorem uagabundum, & ei soluere.*
3 *Emphyteota qui cœpit uagare per mundum, emphyteosi potest priuari.*
4 *Vxor non tenetur sequi uirum uagabundum.*
5 *Vagabundus quis dicatur.*

Bar.in l.suo uictu.ff.de oper.libert.

1 BART. in d.l.suo uictu, inquit ex tex.in l.quod nisi, colligi argumentum, vt medicus, † qui it ad aliquem locum pro mercede statuta quolibet die, eam habeat etiam pro tempore itineris. accedit Ias.in l.diem functo.col.9.ff.de offic. assess. Tu uerò diligenter attende textum in hac l.quod nisi,in fi.ibi,cæterum si uagari per orbem terrarum uelit, quoniam uehementer facit contra uagabundos. & ex eo tex. colligit Nicol. de Neapoli uasallum, qui tenetur seruire domino,non teneri, quando dominus incipit uagari per orbem terrarum. item ait idem Nicol.de Neap.in l.item illa.ff.de consti.pecun. debitorem † non obligatum esse inuenire creditorem uagabundum,& ei soluere, quamuis alioqui teneretur. & contra huiusmodi uagabundos multa memorat Petrus à Blasio in tract.nuncupato, directorium electionum. cap.29.primæ par.dicens eos non habere ius eligendi, neque debere uocari ad electionem, eosque, vbi reperiuntur,ibi conueniri posse. tradit etiam, vbi & quomodo uagabundus citari debeat: dicitque eum esse priuandum beneficio simplici, quod non exigit residentiam. & alia vide ibi per eum. & omnino Abb.& Feli. in c.fi.de for. compe.Abb.post Innoc. in c. ex tuæ,de cleric. non resid.vbi habetur non ualere consuetudinem,ut quis possit uagari,neque prælati licèt excusare, quin clericus propter delictum uagationis priuari debeat beneficio. Vide etiam in
3 hac re Specu.in tit.de locato.§.nunc aliqua,vers.164.vbi ait,emphyteotam, † qui cœpit uagare per mundum,ipsa emphyteosi posse priuari. ad quem accedit Bald. in auth. si quas ruinas. C.de sacrosanc.eccles. Ad rem facit tex.in l.libera peculij administratio.ff. de pecul. vbi libera peculij administratio seruo concessa, intelligitur reuocata, si seruus uagari cœperit. sic etiam quamuis usurarius usuras ei restituere teneatur à quo extorsit,tamen hoc non procedit quando ille per mundum uagaretur,secundum glo. & ibi Barb. in c.cum tu,de usur. Item uxor non
4 tenetur † sequi uirum uagabundum,vt inquit Imol.in rubr.ff.sol.matr.glo.in c.vnaquęque 13.q.2.& glo.in c.de illis,de sponsal.& in c.si quis necessitate ineuitabili,24.q.2.& in c.1.de coniug.leprof.& in c.1.qui matrim. accus. poss. Limita tamen nisi mulier scienter accepisset eum maritum,qui uagari solet.glo.in d.c.vnaquæque. vide Bar.in l.Mæuia.§.uxorē.ff. de annu.leg. Doct.in d.rubrica prædicta tamen uidentur secundum aliquos esse limitanda nisi uagabundus cautionem præstaret de redeundo ad locum domicilij. glo. mag. in l.hæres absens.ff.de iudic.
5 Et quis sit † uagabundus uide per Bart. in l.iiij.§ prætor. ff. de damn.infect. & in l.j.C.vbi de crim.agi op.& in l.quisquis.C.de agrico.& censit. & multa in re proposita uide apud Io.Andr. in addit.ad Specu.in tit.de compet.iud.adit.§.1.ibi,& quid si debitor.

Summa-

Bar.in l. ſi libertus.ff. de operis libert.

BAR. in d.l.ſi libertus,nihil dicit. tu verò ad iſtam vide Soc.in conſ.24.col.1.& 2.in 1.uol.

Bar.in l.liberto octoginta.ff. de bon.libert.nihil ſcribit neque in hoc titulo.

TV verò attende textum in hac l.liberto,qui eſt ſing.ſecundum Bald. in l.fi.§.tali.C.de curat.furi.& Alexand. in conſi.132. Pro deciſione. in 6.volu.vbi optimè declaratur iſte caſus, ideo uide omnino.

L.ſi patronum.§.ſi ex bonis.ff.de bon.libert.

ATTENDE tex.in d.l.ſi patronum.§.ſi ex bonis. ex quo deciditur quæſtio ſcitu digna per Alex.quem uideas in l.in ratione. 2.in princip.ff.ad leg.falcid.

Bar.in l.ſi patronus.ff.ſi quid in fraud.patr.fact.fuer.nihil ſcribit.

1 GLO. in hac l.ſi patronus,in uoce, fauiana, tractat an ſublato † principali ſublatum ſit etiã acceſſorium? De intellectu huius glo.& de hac re uide Alex.in conſi. 38. in 3.volu.& doct.in l. intelligere.C.de luit.pignor.Feli.in c.debitores,de iureiur.& in c.cùm. M.Ferrarien.colu.9.in princip.de conſt.& quamuis Doct.in locis prædictis,& in c.acceſſorium, de regul.iur.in 6. diſtinguant, poſsit ne acceſſorium ſtare ſine principali an non, tamen Anto. de Fano in tract. de pignor.& hypothec.in quarto membro ſecundæ par. nu.63. ait diſtinctionem hanc, an poſsit ſtare ſine principali, procedere tantùm vbi agitur de tollendo ipſo acceſſorio, ſed in reliquis firmam eſſe regulam,vt acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis.

Summarium in l.Octaui.ff.unde cogna.

1 *Conſanguineus præſumitur uice facta conſanguinei.*

Bar.in l.Octaui.ff.unde cogna.

EX iſta.l.Octaui,in ſi.colligunt docto.regulam illam, conſanguineum † præſumi ſcire facta conſanguinei. Limita regulam hanc procedere quando conſanguineus eſſet præſens. Item limita ut præſumatur ſcire illa tantùm, quæ attinent ad iura ſanguinis,vel ætatem,& huiuſmodi genus alia,alioqui autem ad reliqua geſta.Soc.in conſi.153.col.pe.in 1.uol. Et quia quandoque in lucubrationibus meis præcedentibus de hac eadem re ſermonẽ habui, ulterius non progrediar.

Summarium in l.j.ff.de ſuis & leg. hære.

Ille, qui non poteſt facere teſtamentum,an dicatur decidere inteſtatus,uel inteſtabilis.

Ille dicitur decedere ſine liberis, qui generare non poteſt.

Subſtantia conſiſtit in potentia.

Bar.in l.j.ff.de ſuis & legit.hæred.

BART. in d.l.j.diſputat,an ille,qui non poteſt facere † teſtamentum, dicatur decedere inteſtatus,vel inteſtabilis? De hac quæſt. an talis dicatur decedere inteſtatus, vide tex.in l.ij.C.de impub.Alex.in l.generaliter.§. cum autem.C. de inſtit.& ſubſtitu. Ang.in conſ.26.& in conſ.104.vbi tenet,pupillum rectè dici poſſe inteſtatum deceſsiſſe. vide eundem in conſ.211.Soc.eleg.in conſ.35.in 3.uol.Dec.in conſ.466.& latiſsimè in conſi.513. & omnino Mari.Soc.iuni. in conſ.3. vbi diſtinguit an dicatur ab inteſtato, uel inteſtatus. vide eundem in conſ.10.nu.3.cum ſeq.& in conſ.23.Item attende quoniam iſta conditio, ſi deceſſerit inteſtatus,ſignificat, non ſi ille deceſſerit ſine teſtamento, ſed ſi deceſſerit inteſtatus quò ad illam rem,cuius contemplatione fuit appoſita illa conditio; vt puta, ſi aliquis deceſſerit inteſtatus,proximiores agnati ſint tutores. nam & ſi is cum teſtamento decederet,ſed nulla facta prouiſione tutorum, quò ad hoc dicitur inteſtatus deceſsiſſe, & conditio uerificatur. ita Soci. in conſ.92.col.pen.in 3.uol.Et quamuis in re propoſita Bar.teneat,eum,qui non poteſt facere
2 teſtamentum,rectè non dici inteſtatum deceſsiſſe,ſed inteſtabilẽ eſſe,tamen ille dicitur† dece-

dere ſine liberis,qui generare non poteſt. Bar.in l.Centurio,col.4.ff.de uulga.& pupil.vbi Iaſ. in 16.col.atque ita à pari non procedunt inteſtatus,& ſine liberis. Et quæ ſit ratio eorum,quę hic ait Bar.vt uox,inteſtabilis,deneget potentiam, uox autem inteſtatus,importet potentiam: vide Bar.in l.is qui in puteum.§. quod ait prætor.ff. quod ui aut clam. vbi ait hoc participium, inteſtatus,principaliter negare actum,& ſecundariò ponere potẽtiam. ſed uocem inteſtabilis, & ſic deſinentia in bilis, reſpicere qualitatem ſolam & ſubſtantiam, non actum ipſum. glo. &
3 doct.in rubr.inſt. de action.ſubſtantia † verò conſiſtit in potentia.l. conficiuntur.§. 1.ff.de iure codicill.id quod ſic rectè probari poteſt. nam dicimus, omnem diffinitionem, ipſam ſubſtantiam continere.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.tamen iuſtitia diffinitur in potentia, inſt.de iuſt. & iur.igitur abnegatio illa,inteſtabilis,negat illud,quod poſsit uox teſtabilis, quæ ponit potentiam tantùm,nam idem ſolet operari propoſitum in propoſito,quod oppoſitum in oppoſito.l. fi.§.fi.ff. delega.3. & ad prædicta uide Alberic.in prima par.ſtatutorum, in rubr.45.incip.Item quæro.& Abb.& alios.in rubrica de ſucceſſ.ab inteſt.& in conſ.76.vbi tradit an infans dicatur inteſtatus deceſsiſſe.

Summarium in d.l.j.§.ſciendum.ff.de ſuis & legi.hære.

1 *Filia excluſa à ſtatuto ſtantibus maſculis, non eſt ſua hæres.*

Bar.in d.l.j.§. ſciendum.ff.de ſuis & legi.hæred.

1 Bart. in ead.l.§.ſciendum,decidit,filiam† excluſam à ſtatuto ſtantibus maſculis non eſſe ſuam hæredem. de iſta ſing.deciſione Bar.vide Iaſ.in l.qui ſe patris,col.2.C.qui admit.vbi eam declarat & dupliciter limitat. & in l.ſi emancipati,col.7.verſ.ex qua,& in col.8.verſ.circa uni C.de collat.

Summarium in l.poſt conſanguineos.§.legitima.ff.de ſuis & legit.hæred.

1 *Proximior admitti debet.*

Bar.in l.poſt conſanguineos.§.legitima.ff.de ſuis & legi.hæredi.

1 Bart. in d.l.poſt conſanguineos.§.legitima,agit de eo,qui eſt proximior,† ut admittatur beat.vide Paul.de Caſtr.in conſ.83.in 1.uol.

Summarium in l.item prætor.ff.de ſuis & legit.hæredi.

1 *Nepotes propriè appellantur illi, qui nati ſunt tempore eius mortis, de cuius ſucceſſione tractatur.*

Bar.in l.item prætor.ff.de ſuis & legit.hæredib.

1 Bart. in d.l.item prætor,ait,nepotes † eos propriè appellari, qui nati ſunt tempore eius mortis,de cuius ſucceſsione tractatur. Iſtam regulam,à qua excluduntur deſcendentes concepti poſt mortem aui, ne ad ipſius aui bona admittantur, limita per tex. ſing.in l.Paulus reſpondit.§.Paulus reſpondit.ff.de bon.libert.ſcilicet ut iſta.l.intelligatur ſolùm quò ad hæreditatem ſiue bonorum poſſeſsionem legitimam aui,ſecus quò ad alia.& ideo iſte talis poſt mortem aui conceptus admittitur ad bona liberti,vt ibi habetur. proinde hoc idem dici poteſt in feudo & in iure patronatus eccleſiæ, & generaliter in omnibus quæ non deferuntur iure hæreditatis.

Summarium in l.j.§.filius.ff.ad ſen.conſ.tertull.

1 *Reſtitutio facta ei, qui erat ſeruus pœnæ trahi non debet ad bona alienata, neque ad ius alteri quæſitum.*

Bar.in l.j.§.filius.ff.ad ſenatuſc.Tertul.

1 Bart. in d.l j.§.filius, ſiue, qui mortis, ſentit reſtitutionem † factam ei, qui erat ſeruus pœnæ, trahi non debere ad bona alienata, neque ad ius alteri quæſitum,ſed hoc intelligendum eſt quando ſecuta fuit actualis apprehenſio, alioqui uerò ſecus. nam reſtitutio tollit ius adeundi ad alterum ſpectans,vt per Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tm̃.ff.de liber.& poſthu. col.23.verſ.ita ẽt. Tu uerò attende, Bar. velle ipſam quoq; aditionem hæreditatis tolli qñ non eſt corporaliter apprehenſa.nam ſi mens Bar.fuiſſet,vt reſtitutione ſolùm ius adeundi tollatur, vtique dixiſſet, niſi hæreditas eſſet adita, non aũt apprehenſa,quæ quidẽ uox indicat aditã eſſe hæreditatem

hæreditatem. & ita ad hoc Iaſ.citat hoc Bartoli documentum in d.§.& quid ſi tantùm, col. 14. uerſi.item aduerte. & hoc modo Bartolũ exponendo concordat cum opinione Paul. de Caſt. quam retulit Iaſ.in d.§.& quid ſi tantum,col.24.verſi.immo,ubi præciſè tenet iſtam opinionẽ ut legitimatio non trahatur ad bona apprehenſa, ſed tantũ ad aditam hæreditatem,ſi nondum eſt apprehenſa. Et de intellectu huius tex.uide Ant.Roſell.in tract.legitimat.in 1.lib.in cap. de cauſa finali ſeu effectiua legitimationis.nu. 16.ubi ait ex iſto tex.ſing.colligi, ius alteri quæſitũ in ſpe auferri per reſtitutionem principis: nam ſeruus pœnæ amittit hæreditatem ſibi delatam, & conſequenter defertur proximiori,tamen reſtitutus à principe eam recuperat. hæc ille.mihi tamen uidetur,hæreditatem deferri proximiori re ipſa nedum in ſpe, atque ita iſte tex. eſſet mirabilior. vide quæ poſui in d.§.& quid ſi tantùm.

Summarium in l.ij.§.non ſolum.ff.ad tertul.

1 *Si datus eſt alicui terminus triginta dierum ad cõparendum,ſcilicèt decem pro primo,decem pro ſecundo, & decem pro tertio,& is comparuit in primo per procuratorem, & dum diſputatur ſuper ualiditate mandati labuntur illi xxx.dies,& demum iudicatur,procuratorem non eſſe legitimum,an illi duo termini lapſi eſſe intelligantur.*

Bar.in l.ij.§.non ſolum.ff.ad tertull.

1 BART. in d.l.ij.§.non ſolum,quærit, ſi datus † eſt alicui terminus 30.dierum ad comparendum,ſcilicèt.x.pro primo x.per ſecundo & x.pro tertio termino, & is comparuit in primo per procuratorem,& dum diſputatur ſuper ualiditate mandati,labuntur illi.30.dies,& demum iudicatur procuratorem non eſſe legitimum,an illi duo termini lapſi eſſe intelligantur? decidit-que lapſos eſſe ſi principali culpa aliqua poteſt aſcribi. vide Bald. & alios in l.contra maiores. C.de inoffic. teſta.

Summarium in d.l.ij.§.uidendum.ff.ad tertull.

1 *Si ſtatuto cautum eſt,matrem excludi à ſucceſſione filiorum extantibus agnatis uſque ad tertium gradũ, utrum auus maternus excludatur.*

2 *Statutum excludens fœminam,an ſit fauorabile an non.*

3 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, an porrigatur ad bona in alio territorio exiſtentia.*

4 *Statutum excludens fœminas propter maſculos,an habeat locum in filijs Cardinalis mortui.*

5 *Agnati legitimati an excludant filias legitimatas.*

6 *Ablatiui abſoluti ea eſt proprietas ut reſoluantur in conditionem.*

7 *Si ſtatutum excluderet fœminam, donec ſuperſit maſculus, an intelligatur ita,ut fœmina ſemel excluſa, ſemper ſit excluſa,an uerò mortuo maſculo, reintegretur.*

8 *Lucrum ubicunque auſertur alicui alterius intuitu, ſemper ſubintelligitur ſi illud habet is,cuius fauore ablatum eſt.*

9 *Si uigore iſtius ſtatuti delata eſt hæreditas alicui excluſa filia:& iſte ante aditam hæreditatem moriatur,an ueniat fœmina ad hæreditatem patris.*

10 *Si pater fecit teſtamentum coram duobus teſtibus,an dicatur cũ teſtamento, uel ab inteſtato deceſſiſſe.*

11 *Statutum excludens agnatas à ſucceſſione,an cẽſeatur excludere matrem propter ſpecialem eius fauorẽ.*

12 *An forenſes coniuncti excludantur per hoc ſtatutum,quando alioqui admitterentur.*

13 *An huic ſtatuto excludente fœminas propter maſculos,frater poſſit renunciare.& nu.20.*

14 *Si ſoror,uel filia,ſtante hoc ſtatuto tempore, quo à patre dotatur,reſeruat ſibi ius ſuccedendi de uoluntate patris,an ueniat ad hæreditatem.*

15 *Dos an debeat augeri auctis facultatibus.*

16 *An dos quæ debetur ex forma ſtatuti,poſſit eſſe minor legitima.*

17 *Fructus legitimæ an debeantur mulieri.*

18 *Si pater ſtipulatus eſt dotem ſibi reddi an tenebitur hæres iſtam ſtipulationem remittere.*

19 *Statutum,quod filia quæ ingreditur monaſterium,non ſuccedat,an ualeat.*

1 *Ubi minus legitima pater legauit filiæ,an ſtante iſto ſtatuto poterit filia agere ad ſupplementum.*

2 *Si filius habet filiam,an iſta filia excludat amitam.*

23 *Si filia non uenit ad hæreditatem patris ſtantibus maſculis, ſi poſtea moritur frater, an uenire poſſit ad hæreditatem fratris.*

24 *Si ſtatutum uult quòd mulier excluſa dotari debeat arbitrio boni uiri, quid ſit conſiderandum arbitrando etiam quòd non conſideretur legitima.*

25 *Frater ſorori in teſtamento legauit certam quantitatem pro dote, & quod nihil plus petere poſſit; iſta accepit legatum, & hæredibus fecit liberationem generalem, an ſi non erat legatum tantæ quantitatis, quanta debebitur uigore ſtatuti in bonis patris petere poſſit ſupplementum renunciatione non obſtante.*

26 *Si dos filiæ deperdita eſt, an iterum dotari debeat de bonis paternis.*

27 *An filia excluſa à ſtatuto, in ſucceſſione, capiat ſaltem ex teſtamento, quicquid ſibi relinquitur.*

28 *Legitima an poſſit in totum tolli à ſtatuto.*

29 *An filiæ ſtante iſto ſtatuto conſiderentur in computatione legitimæ patris, quanta eſſe debeat.*

30 *Gradus quomodo debeat computari, an ſecundum ius canonicum, an ciuile.*

31 *Statutū ſi de gradibus ſimpliciter diſpoſuiſſet ut de gradibus ſecundum ius ciuile intelligatur an ualeat.*

32 *A proprietate uerborum non eſt recedendum.*

33 *Omnia, quæ ſunt in termino relato, cenſentur eſſe in termino referente.*

34 *Una pars ſtatuti ab alia declaratur.*

35 *Caſus omiſſus à ſtatuto remanet in iuris communis diſpoſitione.*

36 *Ceſſante ratione ſtatuti ceſſare debet etiam eius diſpoſitio.*

37 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

38 *Duo uincula uno ualidiora ſunt.*

39 *Statutum correctorium ita eſt interpretandum ut minus deroget iuri communi quàm ſit poſſibile.*

40 *Eos omnes quorum intuitu lucrum alicui perſonæ aufertur ad eam ipſam utilitatem admitti, quam auferi abſtulerunt.*

41 *Expreſſio eius quod tacitè ineſt, nihil debet operari.*

Bar.in d.l.ij.§.uidendum.ff.ad ſena.conſ.Tertul.

1 BART. in ead.l.§.uidendum, quærit, ſi ſtatuto † cautum eſt, matrem excludi à ſucceſſione filiorum extantibus agnatis uſque ad tertium gradum, utrum auus maternus excludatur? In hac re uide Alex.in l.illam.C.de collat. Paul.de Caſt.in conſi.57.in 1.vol. & oīno Aret.in cō. 158.ſeu 159.ubi egregiè declarat hoc Bart.documentum. & Io.Campeg.in tract.de dote, q. 25.quæſt. quintæ par. quid ſi ſtatutum excluderet agnatos, utrum cenſeatur etiam excludere matrem ob ſpecialem ipſius fauorem? Ang.in conſi.68. Et dum Bar. proſequitur aperiendo huiuſmodi ſtatuta duo capita continere, unum ſcilicèt excluſiuum fœminarum, & aliud in-
* cluſiuum maſculorum, propter uim ablatiui abſoluti. Dicas hoc Bartoli documentum * communi ſapientum ſententiæ placuiſſe, teſte Soc. in conſ.207.col.fi. & in conſ.241.col.10.in 1.
2 vol. Nunquid autem hoc ſtatutum † ſit fauorabile an non, à iuriſcōſultis acerrimè diſputatum eſt, & uarie concluſum, ut uidere eſt ex ijs, quæ plenè diximus in l. qui exceptione. ff. de cond. indeb. ubi uide omnino. Quæ autem ſit ratio huius ſtatuti, quæ ea demum eſſe uidetur, ut agnatio conſeruetur, uide Ang.in conſi.389.Ang.Aret.in §.1.inſt.de legit.agnat.ſucceſſ. Paul.de Caſt.in conſi.33.& in conſ.171.Aret.in conſ.27.Fulgoſ.in conſ.78.Curt. in conſ.9. & omnino in conſ.80.Dec.in conſi.315.& in cōſi.372.& plenè de intellectu huius ſtatuti, uide Barb. in conſ.16.col.1.in 1.vol.& in conſi.39.in 2.vol.Paul.de Caſt.in conſi.336.Anch.in conſ.301. Ang.in conſ.210.Abb.in conſ.26.in 1.vol.Ana.in conſ.27.& in conſ.79.& in conſi.89.Alex. in conſ.16.in 1.vol. & in conſ.128.cod. vol.& in conſ.7.in 2.vol. & in conſ.83.in fi.in 4.vol. & latiſsimè Laurent. de Palacijs in commento huius ſtatuti. Quibus uerò conſtitutionibus
3 ſit conforme hoc ſtatutum, uideas apud Ang.in conſi.147. An hoc ſtatutum † ad bona in alio territorio exiſtentia porrigatur? vide Bal.in l.cunctos populos. C. de ſumm. Trin. & in conſi. 262.in 2.vol.Corn.in conſ.94.& in conſ.202.in 2.vol.Anch in c. canonum ſtatuta.q.12.col. 56.de conſti.Lapum alleg.91.Alexan.in d.conſi.128. in 1.vol.Soci.in conſi.36. in 1.volu. ubi latè agit de hoc articulo.Io.Campegium in tract.de dote, quæſt.69.in 5.par. & Feli. in c.poſtulaſti,

stulasti.nu.7.de for.comp.ubi concludit,quòd non. An hoc statutum habeat locum in clericis,ita ut ab eis fœminæ excludantur? Bal.in consl.30.in 3.vol.Feli.in c.ecclesia sanctæ Mariæ. nu.94.de const.ubi tenet fœminas à clericis excludi.& idem etiã esse in monacho docuit Dec. in consl.282.& Mari.Soc.iuni.in consl.1.nu.25.& Soc.in consl.241.in 1.vol. Quid si esset frater ordinis minorum? dicas sororem non excludi,sed si à regula liberatur. an & quando sororem excludat,uide apud Bal.in l.Deo nobis,in fi.C.de episc.& cleric.& ad rem faciunt trad.in l.planè.§.si duobus, & ibi doct.ff.de leg.1.& in l.j.§.pen.C.de bonor.poss.contratab.An hoc
4 statutum habeat † locum in filijs Cardinalis mortui? vide Roma. in singul.441. incip.Habeo casum cum ibi addit.per Castill.Vtrum habeat locum in Iudæis? vide Io. Campeg.in tract. de dote,in 5.par.Socin.in consl.62. & in consl.70 in 1.vol.& Paul.de Montepico in repet.l.Titia cum testamento.§.Titia cum nuberet.num.62. & 63.ff.de leg.2. An hoc statutum disponens per uerbum plurale, agnatis masculis,uerificetur etiam uno tantum extante? Bal. in l.j. col.1. C.de cond.inser.ait, uerificari. An autem locum habeat in agnato inhabili ad generandum & sterili? vide Barb.ex intentione Baldi in c. Raynaldus col.3. de testa.An agnati † legitimati
5 excludant filias legitimas? vide Rosell.in tract.de legitimat.in rubrica de causa finali effectiua, col.8.& Curt.in consl.16.& in consl.seq.& in consl.18.& omnino in consl.35.Fulg.in consl.62. Bar.in consl.25.incip.Viso instrumento locationis. & in l.j.§.si pater.ff.de coniug. cum emancip.liber.& in l.j.§.sciendum.ff.de sui.& legit.moder.in l.qui se patris. C.und.lib. Bal. in l. eam quam,col.7.versi.item facit.C.de fideicomm.Alex.in consl.202.in libro primi & secundi vol. Io.Campeg.in tract.de dote,in 5.par.quæst.58.cum seq. ubi loquitur etiam de filijs naturalibus. Paul.de Cast.in consl.227.in 3.col.cum seq.& habetur in l.ij.ff.de in ius uocan. Quid si essent legitimi tãtùm,ut sunt arrogati,uel filij adoptiui? vide Io.de Ana.ubi suprà,Raph.in l.si ita quis.§.fi.ff.de leg.ij.quẽ refert, & sequitur Ias.in l.in ius uocare.§.prætor ait.ff. de in ius vocan. ubi ait,statutum hoc non habere locum in eis. sed contrarium uidetur sentire Paul.de Montepico.in d.§.Titia cum nuberet, col.44. Ego uerò ad partẽ negatiuam accedo, ea potissimùm ratione,quia illa uerba statuti,extantibus masculis,sunt conditionalia,hoc est, si masculi extabunt. ea enim ablatiui † absoluti est uis & proprietas,ut resoluatur in conditionem.l.à testatore.ff.de cond.& demonstr.sed sic est quòd ad implendam conditionem non sufficiunt filij ciuiles tantùm,ut est tex.& ibi Bar.& alij.in l.si ita quis.§.fi.ff.de lega.2. igitur &c. An autem huiusmodi ius prælationis amittatur capitis diminutione? Ang.Aret.inst.de legit.agnat. succes. in fi.& an sufficiat minima capitis diminutio,ut arrogatio,uel emancipatio? Io. Campegius in d.tract.in 5.par.quæst.27.Quid si statutum † excluderet fœminam donec superstit masculus,an intelligatur ita ut fœmina semel exclusa semper sit exclusa,an uerò mortuo masculo reintegretur? Soc.in consl.63.in 1.vol.in consl.76.in 3.vol.& in consl.33.in 4.vol.Quid si isto casu exclusa est fœmina propter masculum donec supererit, & sic ad tempus,& adhuc uiuente masculo decedat fœmina relictis filijs,an isti filij reintegrari debeant ad illam partem,à qua fœmina fuit exclusa? Soc.in consl.10.in 3.vol.An procedat hoc statutum,si pater fecit testamentum extraneis institutis,an fœminæ excludantur? & dicendum uideretur quòd non,quoniã fauore agnatorum hoc statutum conditum est,& ideo ipsi uidentur inclusi, ut per Bar. in l. seruo legato.§. si testator.ff.de leg.1.& in l.ij.ff.de collat.bonor.igitur à cessante ratione, cum extranei sint instituti,cessare debet etiam dispositio.c.cum cessante.de appellat.cum simil.De ista quæst.vide Ang.& Imol.in l.Gallus.§.& quid si tantùm.ff.de liber.& posth.Paul. de Cast.in l.j. col.3.ff. de inoffic.testa.& in consl.347.& in consl.110.col.2.Roma.in l.liberis.C.de collat.Ang.in consl. 105.Ias.in auth.nouissima.in fi.C.de inoffic.testa.Anch.in consl.328.Roma. in consl.13. Soc. in consl.33.& Io.Campeg.in d.tract.in 5.par.quæst.29.& ad decisionem huius articuli faciunt ea,quæ docuit Soc.in consl.35.in 4.vol.Alex.in consl.27.col.fi.in 6.vol. Dec. in consl.384.in quibus locis disputatur,an hoc statutum intelligatur,si masculi succedunt. pro parte affirmatiua concluditur; nam ubicunque † lucrum aufertur alicui alterius intuitu, semper subintelligitur,si illud habet is,cuius fauore ablatum est. & ideo ille censetur uocatus ad hoc secundum

Bar.

Bar.in d.l.ſeruo legato. §. ſi teſtator, de lega. 1. & Socin. in conſi. 5.& in dicto conſi. 384.in 1. vol.& Dec.in conſi. 318.& Soc.quem uideas omnino in d.conſi. 241.col. 10.in 1.volu.Quid ſi pater inſtituit filios,an fœminæ contineantur? reſpondeo non, quia teſtator cenſetur conformare uoluntatem ſuam cum diſpoſitione ſtatuti,ſecus uerò ſi extraneus huiuſmodi faceret inſtitutionem; quia tunc etiam fœminæ continerentur.ita decidit Anchar.in l.tres fratres. ff. de
9 pact.& Soc.in d.conſi. 33.in 4.vol.Quid ſi uigore huius ſtatuti † delata eſſet hæreditas alicui, excluſa filia,& iſte ante aditam hæreditatem moriatur,an ueniat fœmina ad ipſam hæreditatē patris, an uerò tranſmiſſum ſit ius adeundi ad hæredes excludentis? Paul.de Caſtr.in d. conſi. 344. Bal.in auth.ſed & ſi quis,col. 3.de ſecund.nupt.ad rem faciunt trad.per Bar.in l.j.§.pen.ff. de bonor.poſſ.ſecundum tabul.Sali.in l.j.C.de adulter. Soc.latè in conſ. 153. in 1.vol. & in cōſ. 296.eod.vol.& in conſi. 128.in 4.vol.& plenè Dec.in conſi. 607.col.pen.& fin. & not.Aret.in conſ. 19.An autem filius ſororis dicatur agnatus? vide Practicam Papien.in tit. de ſucceſſion. ab inteſt.in uoce nullius,col. 7.verſ.pręterea,& Ang.Aret.inſt.de legit.agnat.ſucceſſ.in fi.Qui
10 † ſi pater fecit teſtamentum coram duobus teſtibus,an dicatur cum teſtamento, uel ab inteſtato deceſsiſſe,cum ſtatutum hoc defert ſucceſsionem ab inteſtato? Iaſ. in l. hac conſultiſsima, ex imperfecto.C.de teſta. Quid ſi aliquis decedit relicto patre & auo materno,quis ei ſuccedet in bonis,quæ ad eum ex hæreditate matris deuenerunt? Raph.Cuma.in conſi. 122. ſed an hoc ſtatutum militet,ubi de hæreditate alicuius fœminæ ageretur? Dubium facit quoniam huius ſtatuti ratio eſt fauor conſeruandæ agnationis, cæterū cum iſta bona iam in fœminis eſſent,& ſic extra agnationem,uidetur ceſſare d.ratio.uide Sali.in l.2.C.de noxal. Alex.in cōſ.66.in fin 4.uol.& Mari. Soci. iun.in cōſ.3.Quid uerò in hæreditate materna? uide apud Raph.in cōſ.54. ubi tenet filiam non excludi ab hæreditate materna,& Paul.de Caſt.in cōſ. 171.& in cōſ.341.
11 An ſtatutum † excludens agnatas à ſucceſsione, cenſeatur excludere matrem propter ſpeciē eius fauorem? uide Angel.in conſi. 68.Quid ſi agnati nolunt eſſe hæredes? Bar.in l.j.§. pen.ff. de bonor.poſſeſſ.contr.tabul. & Soc.in l.Centurio,col. 8.ff. de uulg. & pupil.An hoc ſtatutum loquens de fratre, intelligendum ſit de fratre utrinq; coniuncto,an uerò etiam de uterino? vide in conſi. 85.Bal.in conſ. 30.in 3.uol. Soci.latè in d.conſi. 251.in 1.uol.& illud non procedere uterino, qm̄ in eo non conſeruatur agnatio,licet appellatione fratris uterinus cōtineatur, con-
12 cludit Mari.Soc.iuni.in conſi. 1. nu. 12.An forenſes † coniuncti excludantur per hoc ſtatutum quando alioqui admitterent? uide Paul.de Caſt.in conſi. 223. An huic ſtatuto poſsit meus debitor in mei pręiudicium renunciare? Bal.in l.maximum uitiū.col.7.C.de liber.præterit.Barb. in conſi. 38.col. 14.in 1.vol.Quid ſi ſtatuto cautum eſſet,extante maſculo filiam excludi,an intelligatur de primo maſculo,an uerò in infinitum? Paul.de Caſt.in conſ.47.Si unus ex fratribus repudiat,uel aliter eſt excluſus ab hæreditate, ſi is habeat ſororem & fratres, quis admittatur
13 ad partem huius excluſi? Bar.in l.re coniuncti,col. 18.ff. de leg.3. An huic † ſtatuto poſsit frater renunciare? & ſic pati ut ſoror ad hæreditatem admittatur? Bal.in d.l.maximum uitium,& Barb.in conſi. 38.col. 19.in 1.vol.Alberic.in 2.par.ſtatut.quæſt. 102.incip.Item quæro,in fi.ad quem accedit Paul.de Montepico,in repet.d.§.Titia cum nuberet.nu. 30.Et quoniam plerunque huiuſmodi ſtatuta filias excludentia fauore maſculorum,præcipiunt eas dotari debere ſecundum conditionem patrimonij,ideo de pluribus eſt quærendum. Et primum, quid ſi ſoror
1 *Si quis paratus est satisdare an hoc sufficiat,an uerò sit opus ducere secum fideiussores.*

Bar.in d.l.prætor ait.§.si quis paratus.ff.de oper.nou.nunci.

1 Bart. in ead.l.§.si quis paratus, vers.dicitur hic,quærit, si quis † paratus est satisdare,an hoc sufficiat,an uerò sit opus ducere secum fideiussores? tenetque hoc ultimum. ex quo colligo ubi opus est facto,uerba non sufficere.de qua re plenè agit Alex.in l.si mora, col.3.& seqq. ff.solu.matrimo.& in consi.129.In causa & lite,col.penult.in quarto uol. & in consi.23.Inspecto processu,col.fi.eod.uol.4.& in consi.39. Vertitur lis,in 5.uol.& in consi.21. viso processu. in fi.in 1.uol.& in cõs.90.in fi.eod.uol.Abb.in cons.56.in 1.vol.Barb.in cõs.15.col.8. in 1.uol.

& in

& in multis alijs consilijs. Roma. in consi. 163. in fin. Anchar. in consi. 235. Aret. in consi. 143. in ultimo dubio, & Soc. in consi. 44. col. 1. in 1. uol. ubi loquitur, de eo, qui promisit aliquid realiter & cum effectu. & in consi. 199. col. 1. eod. uol. Corn. in consi. 85. colu. 3. in 4. uol. quem vide omnino. & in consi. 251. in 1. uolu.

Summarium in l. si quis autem, §. habet autem. ff. de oper. nou. nunc.

Vbi aliquid requiritur, de eo debet constare.

Bart. in l. si quis autem §. habet autem. ff. de oper. nou. nunc.

BART. in d. l. si quis autem. §. habet autem. in fi. ait, vbi aliquid requiritur, † de eo debere constare, & non dici constare, nisi pronuncietur. vide Barb. in consi. 28. col. 8. in 1. uol. Rom. in consi. 211. & in consi. 141. col. 7. Alex. in consi. 1. col. 3. in 5. uol. & Cor. in consi. 109. in 1. uol.

Summarium in l. si. ff. de oper. nou. nunc.

Si tu promisisti non ædificare in aliquo fundo, & postea fundum illum uendidisti, in quo emptor ædificauit, quis teneatur.

Bar. in l. si. ff. de oper. no. nunc.

BAR. in d. l. si. quærit, si tu promisisti non ædificare † in aliquo fundo, & postea fundum illum uendidisti, in quo emptor ædificauit, quis teneatur? vide Aret. in cons. 25. colum. prima. & in consi. 70.

Summarium in l. j. ff. de dam. infect.

1 *Delegatus subdelegans an aliquid sibi retineat.*
2 *Esse potest, ut castrum, uel villa alicui ciuitati non subsit.*
3 *Castro concesso cum toto territorio, non uenit locus sterilis, nec usus fluminum.*

Bar. in l. j. ff. de damn. infec.

BART. in d. l. j. uersi. item quæro, tractat an delegatus † subdelegans aliquid sibi retineat? vide Corn. in cons. 15. col. 2. in 3. uol. Et dum postea Bar. agit de ciuitatibus, quæ habẽt iurisdictionẽ ex illa constitutione Federici de pace Constantiæ, uide Alex. in consi. 16. in 5. uol. & Anch. in cõs. 142. Subiungit Bar. in uersi. Est tertia uniuersitas, castra, uillas, & hmõi genus alia. si subsunt alicui ciuitati, nullam habere iurisdictionem. vide Abb. in consi. 6. in primo dub. in 2. uol. & in consi. 25. in 2. dub. & in consi. 61. & seq. eod. uol. Barb. in consi. 4. col. 7. in primo uol. & Alex. in cons. 24. Ponderatis his, in primo uol. ad id uerò, quod ait Bar. in uersi. quandoq; talia castra nulli ciuitati subsunt, dicas ex hoc colligi, esse posse, ut castrum † uel uilla, alicui ciuitati non subsit. uide Alex. in consi. 16. col. prima. in 5. uol. & aliquid per Mari. in c. conquestus, de for. comp. Et an concesso castro iurisdictio concessa intelligatur? vide Fel. in c. Rodulphus, de rescrip. ubi etiam tradit, quid sit castrum, quid villa, & quid ciuitas. Item in hac re scias, castrum dirutum animo non reficiendi, amittere iurisdictiones & pertinentias: & quomodo probetur illud hoc animo dirutum fuisse, vide apud Alex. in cons. 43. in primo uol. Item concesso † castro cum toto territorio nõ uenit locus sterilis, nec vsus fluminum, casus est sing. in l. prima. C. de man. & colo. lib. 11. quem extollit Roma. in sing. 63. incip. Sed not. mirabilem casum. & deniq; ad id, de quo hic agit Bar. an scilicet castra & uillæ habeant iurisdictionem, ui de Bar. in l. Imperium. uersi. quæro quibus competat merum imperium. ff. de iurisd. omn. iudic. Abb. in d. c. conquestus, Anch. in c. nimis, & ibi Abb. de iureiur. & Abb. in c. cum ad sedem, de resti. spol. Anch. in c. dilecti. de uid. & in c. licèt causam. & ibi plenè Barb. de probat.

Summarium in l. damnum. ff. de dam. infect.

Damnum esse diminutionem patrimonij.
Damna, & exp. nsæ an idem significent.

Bar. in l. Damnum. ff. de damn. infect.

BAR. in d. l. damnum, sentit exponẽdo textum damnum esse † diminutionem patrimonij,

vide Alex.in consi.114.Super eo,in 3.uol.vbi habetur etiam an ille,qui non consequitur lucrũ, dicatur damnũ pati.& in l.ij.§.fi.col.2.ff.qui satisd.cog.de quare uide.Ias.in l.reprehendẽda.C. de insti.& substit.sub condit.fact.Et damnum esse quando perditur lucrum iam incorporatum, ait Ias.in l.non amplius.§.si certum.ff.de lega.primo.ubi inquit etiam, eum non dicere damnũ
2 dare fisco,qui quærit lucrum auertere cum iniuria alterius acquisitum.An autẽ damna † & expensæ idem significent? affirmatiuam partem approbat Alex. in consi.34.in fi.in 3.uol. Contrarium habetur in c.In nostra,de iniur.& damn.dat.& ibi Abb.& in c.fin.nu.61.de rescrip.& in hoc tex.in d.c.In nostra, sing.esse ait Roma.in sing.342.incip. Nunquid appellatione, ubi affirmat damna,& expensas differre.idem uoluit Soc.in consi.4.in quarto uol.ubi dicit, damnum esse illud,quod patitur inuitus,expensam uerò esse,quæ fit à uolente.& de hac re uide Ias. in l.j.§.hoc iudicium.ff.si quis iusdic.non obtemp.Et quomodo damnum & furtum differant, uide apud Alex.in consi.20.in 5.uol.Et in hac materia damnorum scias, dãna illata alicui quan doq; in foro contentioso exigi posse, quæ tamen in foro conscientiæ non deberentur, ut per Abb.in c.Dilecti filij, col.quarta de arbitr.

Summarium in l.dies cautioni.ff.de damn.infect.

1 *An ille qui aliquid potest facere dum est potestas per sex menses, fieri possit ab eodem si fuit electus pro alijs sex mensibus.*

Bar.in l.dies cautioni.ff.de damn.infec.

1 Bar. in d.l.dies cautioni, in principio quærit, an ille,† qui aliquid potest facere dum est potestas per sex menses,fieri possit ab eodem si fuit electus pro alijs sex mensibus, distinguitque dicens, inspicienda esse uerba illius electionis, an nouum officium indicent, ut puta si dictum est,eligimus eos per sex menses,& tunc non poterit; quia hoc est nouum officium, si uerò dictum est,prorogamus tempus primi officij,& tunc erit idem officium.Vide de hac re Felin. causam quæ,col.6.de re iudic.Ant.de Butr.in consi.66.in fi.Barb.in c.cum accessissent, col. & seq.de const.& in c.de causis,col. de offic.deleg. & ibi Fel.in prima col.& in c.cùm sint, col.4.eod.tit.de offic.deleg.Et ad hoc Bartoli documentum ex quo colligitur, ex diuersitate temporis,factum quoq; dici esse diuersum: vide Aret.in consi.47.colum.prima. Alex.in cons. 219.In causa & lite, in libr.primi & secundi volu.& vide Bar. & quæ ibi posui in l.is qui res, col.5.ff.de public.iudic.

Summarium in d.l.dies cautioni.§.si infra diem.ff.de damn.infect.

1 *Utrum illud quod permittitur magistratui municipali delegari possit.*

Bar.in d.l.dies cautioni.§.si intra diem.ff.de dam.infect.

1 Bar. in ead.l.§.si intra diem, propè fi. quærit, utrum istud † quod permittitur magistratui municipali delegari possit? De hac re vide Roma.in l.& quia,in glo.prima in uoce.lex. ff.de iurisd.omni.iudic.& Paul.de Castr.in l.j.C.ne lice.poten.

Summarium in d.l.dies cautioni.§.prætor ait.ff.de dam.infect.

1 *Citatio ad domum an sufficiat.*
2 *Citatio ad domum fieri non debet.*
3 *Nuncio quomodo fieri debeat citandi commissio.*
4 *Statutum ita est intelligendum,ut aliquid operetur, dummodo alteri non præiudicet.*
5 *Dispositio et non conuenit, cui non conueniunt uerba dispositionis.*

Bar.in d.l.dies cautioni.§.prætor ait.ff.de dam.infect.

1 Bar. in eadem.l.§.prætor ait,tractat,an citatio † ad domum sufficiat? vide Fulgo.in consi.76. Abb.in c.causam, de dol. & cont. & consi.84.in 2. uol. Roma.in consi.454. Alexand. in cons.107.in 5.uol. Et an citatio ad domum facta ad audiendam sententiam teneat? vide Dominos de Rota, in decisi. 48.in nouis.cum ibi addit. Et de hac materia citationis ad domum, uide plenè Innoc. & Abb.in c.si aduersarius, de eo qui mit.in poss.cau.re.seru. Alberic.in l.ut
2 perfectius.C.de annal.except.Et regula est, citationem † ad domum fieri non debere,q̃ limitat in quibus

in quibuſdam caſibus ſpecialibus. Innoc. in c. ſignificauerunt, de teſti. & Abb. in d. c. ſi aduerſarius. Ad hæc uide Io. Andr. in c. præſumitur, de regu. iur. in 6. Feli. in cap. in nomine Domini, de teſti. Et quot ſint ſpecies citationum, vide apud Iaſ. in l. ij. ff. de iuriſd. omni. iudic. & in Specul. aduocatorum in ſexta par. princip. §. propoſui, vbi traditur etiam de natura & proprietate cuiuslibet citationis. & dum Bar. ſubiungit de eo, qui ab initio fuit in iudicio. vide Abb. in conſ. 43. in primo dubio. in ſecundo uolu. & Card. in conſi. 113. & Roma. in d. conſi. 454. & in eo, quod ait Bar. quomodo † fieri debeat nuncio citandi commiſsio, vide Alex. in conſi. 80. In cauſa & lite, colu. 3. in lib. primi & ſecundi uolu. vbi refert hoc Bartoli documentum. maximè in uerſ. ſed quid debet nuncius. Poſtea quærit Bart. de eo, qui habitat in diuerſis locis, dicitque eum eſſe citandum in loco, in quo habitat tempore citationis. vide Imol. in conſi. 101. Card. in conſ. 10. col. pen. Roma. in d. conſi. 454. & omnino Feli. in capitulo quoniam, de offic. ordi. & in c. dilectus. de reſcrip. Ad id uerò quod tradit Bar. in uerſ. ſed quid ſi iudex commiſit nuncio cites perſonaliter vel ad domum, vide Alex. in conſi. 2. in 3. volu. & Abb. in d. conſ. 84. in 2. vol. Si verò ſtatuto cautũ eſſet, aliquem citari debere perſonaliter, vel ad domum, tunc ait Bar. hic in uerſi. quæro quid ſi ſtatutum, ſufficere ſi nulla habita diſtinctione, reperiatur ne an non, ad domum citaretur, vt ſtatutum aliquid addat iuri communi: nam alioqui nihil operaretur. Tu autem intellige ſtatutum † ita eſſe intelligendum ut aliquid operetur, dummodò alteri nõ præiudicet, qui fortaſſe propter hoc damnum aliquod pateretur. ita Feli. in c. edoceri, col. 2. de reſcript. vide omnino Matthæſil. in ſuo ſingul. 85. incip. Nota mirabile dictum, vbi refert hanc Bartoli deciſionem tanquam mirabilem, quam ait ſibi ſemper diſplicuiſſe. proinde vide ibi addita. & Raph. Cuma. in conſ. 41. col. fi. Alex. in conſ. 36. Conſideratis his in fi. in 4. vol. vbi ſequitur Bar. hic. & in conſ. 65. Circa præmiſſam, col. 2. eod. vol. & in conſi. 147. in cauſa & lite. col. 2. in lib. primi & ſecundi uol. & in conſ. 258. col. 5. in eod. lib. Abb. in conſi. 19. in 1. uol. & in conſi. 64. col. fi. & in conſi. 103. eod. uol. & in conſi. 36. in 2. uol. & in conſi. 42. col. fi. eod. uol. Barb. in conſi. 18. col. 13. & ſeq. in 1. uol. & in conſi. 21. col. 11. & in conſi. 39. col. 10. eod. uol. & in multis alijs ſuis conſilijs. Abb. in c. cauſam quæ, de reſcript. aliquid per Feli. in cap. paſtoralis, col. 1. de appellat. Aret. in conſi. 99. & in conſi. 104. col. 4. & in conſi. 110. col. 5. Præterea Bar. in hoc. §. in fi. tradit illam regulam, qua cauetur, ei non conuenire diſpoſitionem, † cui non conueniunt uerba diſpoſitionis, de qua agitur etiam in l. ita autem, in principio. ff. de adminiſtr. tut. & in c. ad noſtram. 3. de iureiur. & per Alexan. in conſi. 199. in lib. primi & ſecundi uol. & per alios alibi ſæpe, quoniam regula hæc trita eſt.

Summarium in d. l. dies cautioni. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect.

Judex officium ſuum impertiri non debet niſi petenti.
In caſibus in quibus poteſt iudex ex officio ſuo, ſupplere non requiritur libelli concluſio quãuis alioqui exigeretur.
In notorio poteſt iudex ex officio ſupplere.
Judex debet ſuum officium exercere vt in dando curatore dementi litem habenti, & aduocato pupillis & miſerabilibus perſonis, etiam non petentibus.
Judex in dando alicui aduocato debet diſcretè procedere ne det aduocatum inimicum uel ualde amicum.
Judex officium ſuum pro miſerabilibus perſonis interponere debet.
Pupilli & viduæ an dicantur eſſe perſonæ miſerabiles.
Perſonæ miſerabiles vſq; adeò ſoro eccleſiaſtico ſunt ſubiectæ, vt ei renunciare non poſſint.
Miſer quis dicatur, & vnde dicatur.
Judex an & quando officium ſuum non petitum debeat impertiri.
In quibus iudex nemine petente debet procedere.
Judex non defert iuramentum, niſi petatur.
Judicis officium, an poſſit ea exercere parte non opponente quæ primi principaliter in perſona partis conſiſtunt.

14 *Iudex poteſt propter inquirendam conditionem teſtium ex officio explorare à vicinis.*
15 *Iudex an in criminalibus poſſit ex officio probationes adducere.*

Bar.in d.l.dies cautioni.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infect.

BAR. in ead.l.§.hoc autem iudicium, circa materiam huius.§.in quo agitur de iudice qui
1 † officium ſuum impertiri non debet niſi petenti.vide Bal.nouell.in tract.de dote,in 18.priuilegio,in 6.par.Rom.in conſi.427.vbi ponit caſum, in quo iudex monitis etiam partibus, poteſt ſupplere ex officio ſuo,vt puta, ne in periurium incidat,niſi ſuppleat. & aliquid vide apud Feli.in c.ſuper literis, col.15.de reſcrip.vbi tradidit, nunquid in illis caſibus, in quibus iudex officio ſuo ſupplere poteſt,poſsit cognoſcere,ſit ne ſua iuriſdictio an non? & attende quo-
2 niam in caſibus, † in quibus poteſt iudex ex officio ſuo ſupplere, non requiritur libelli concluſio,quãuis alioqui exigeretur.ita inquit Alex.in l.1.col.2.in fi.ff.de eden. Et de regula huius.§. vide Alex.in conſi.264.Viſo proceſſu,col.fi.uerſi.circa ſecundum,in libr.primi & ſecundi uol. & in conſi.82.In cauſa,col.2.uerſi.ſecundò fortifico,in 1.vol.ſi ſtatuto cautum eſt, aliquos ad compromiſſum eſſe cogendos,hoc eſſe intelligendum ſi petatur, & de hac re vide Abb.in conſil.112.in 2.dub.in 2.vol.& aliqua per Fel.in c.licèt cauſam,col.9.de probat.& Cæpoll.in conſi.14.Abb.in c.bonæ,j.de poſtul.prælat.& aliqua per Feli.in c.cùm M.col.22.cũ ſeq.de cõſti. & in c.ex tenore,in fi.de reſcrip.& in c.fi.poſt Abb.eod.tit.& in c.ſignificauerunt, uerſi.limita quartò.de except.& in c.conſuluit,colum.fin.de offic.deleg.Aret.in conſi.129.colu.ſecunda,
3 & in conſi.127.& in conſi.166.colum.9.vbi ait,in notorio † poſſe iudicem ex officio ſupplere. Item de hac re vide rurſus Alex.in conſi.243.Viſo proceſſu,in 1.col.in libr.primi & ſecundi volu.vbi ait,ſi quis ab arbitramento reclamauerit, & illud non petierit, corrigi & reduci ad arbitrium boni viri, iudicem ex officio ſupplere non poſſe. & in conſi.82. Viſo proceſſu,col. ſecunda,in 3.vol.vbi ait, iudicem ex officio ſumere informationes de ſtylo & conſuetudine fori ſui. quod tamen intelligas in ijs,in quibus de modico præiudicio ageretur, & ad ordinem iudicij pertinent, alioqui verò ſi deciſionem litis concernerent. ita Dec.in conſil.42. idem ac Alexan.in conſi.14.colu.1.in 5.volu. & ad prædicta vide Angel.in conſi.140. Poſtea ſubin-
4 git Bar.iudicem † debere ſuum officium exercere, vt in dando curatore dementi litem habenti, & aduocato pupillis & miſerabilibus perſonis etiam non petentibus. vide Alexand.in l. cum dotem.§.eo autem tempore.ff.ſol.matr.& in l.diuus, in verſic.not.caſum.ff.ad leg.falcid. omnino in conſi.121.Viſo proceſſu,colum.2.& colu.fi.in 1.uolu.ubi tradit, iudicem in cauſis miſerabilium perſonarum debere ex officio ſupplere id, quod ipſa pars petere non poteſt.vi-
5 de Barb.in c.quæ in eccleſiarum,colu.8.de conſt. Attende tamen quia iudex † in dando alicui aduocato debet diſcrete procedere, ne det aduocatum inimicum,uel contra ualde amicum,ut eſt text.cum gloſſ. in l.1.§.ait prætor.ff.de poſtul. vigebat etiam apud Romanos hæc probata conſuetudo, quia neminem uolebant eſſe indefenſum, teſte Cicerone in oratione pro Murena. Aduerte quoque à iudice aduocatum non eſſe cogendum ad præſtandum alicui patrocinium niſi cum mercede congrua ſecundum facundiam aduocati, & qualitatem litis & conſuetudinem patriæ. ita Abb.in c.primo,de offic.iudic.vbi excipit pauperem, cui gratis ait eſſe præſtandum patrocinium. de cuius rei ueritate vide Feli.ibi,& plenè Iaſ.in l.eum, qui res.col. pen.ff.de procurat.Et quoniam hic Bar.ponit exemplum in miſerabilibus perſonis, vide Alex.
6 in conſi.121.Viſo proceſſu,in primo vol.vbi tradit an iudex † officium ſuum pro miſerabilibus perſonis interponere debeat? Quæro hic quæ ſint perſonæ miſerabiles? vide Feli.in c.ſignificantibus, de offic. delega. vbi videtur concludere hoc eſſe iudicantis arbitrio relinquendum. ſubditque iudẽã, quæ proximè religionem chriſtianam agnouit, & mercatorem, qui eſt in itinere, inter perſonas miſerabiles poſſe enumerari. & multa de hac re vide apud Alex.
7 in conſi.124.in quarto uolum.an autem pupilli † & viduæ dicantur eſſe perſonæ miſerabiles? Dec.in l.iuſdicentis, num.8.ff.de iuriſd.omn.iud.& in c.1.num.23.de probat.tenet quòd nõ, niſi ſint pauperes. tamen Abb.in d.c.ſignificantibus, ait, eas eſſe perſonas miſerabiles habitu, ſed nõ actu.& quis ſit effectus huius diſtinctionis,ibi ẽt habeẽ, & in c.ex parte. B.de for.cõpet.

inquit

inquit idem Abb.per illum tex.viduas etiam diuites huius miserationis intuitu posse in causa spolij laicum coram ecclesiastico iudice conuenire,nam personæ † miserabiles usque adeò foro ecclesiastico sunt subiectæ vt ei renunciare non possint: quia hoc eis ipsius miserationis ratione fuit indultum.Feli.in c.si diligenti.nu.2.de for.compet.vide de hoc Abb.& Felin.in d.c. significantibus,vbi etiam docuit Innoc.miserabilem personam conueniri non posse per rescriptum nisi in eo sit expressum,qua miseria afficiatur. idem ait Card. in consi.138. factum sic se habet,in 5.col.Quis autem dicatur † miser,& unde dicatur,vide apud Arch.in c.tanta.86.dist. Et in hac materia non obliuiscaris illius sententiæ Senecæ,quam retulit Io.And.in c. ad audientiam, quod met.cau.noli esse miser ante tempus,satis dolebis si euenerit, tibi meliora promitte. hæc ille. Denique Bar. hic in 2. col.versi. vt igitur ista materia, distinguendo tradit an & quando iudex † officium suum non petitum debeat impertiri? Ad hæc vide Feli. in c. dilecti, col.3.de excep.& in c.de cætero,col.3.de re iudic.Et quid in notorijs? uide Feli.in c. ex tenore,in fi.de rescrip.& in c.cum ordinem,col.8.eod.tit.Et quid in criminalibus, & quid in beneficialibus? vide eundem Fel.in c.2.col.3.de rescrip.Et de hac re vltra ea,quæ hic latè doct.aggregarunt,vide Alex.in d.consi.121.Viso processu,in 1.vol. & vide tres casus per Feli.in c.1. de iudic.in quibus † nemine petente iudex debet procedere. & in hac re vide eundem in c.fi. col.2.& seq.de offic.iudic.& Abb.in d.c.1.de iudic.Bal.in l.j.c.vt quæ desu.aduo. & Bar. in l.si finita.§.si Iulianus,versi.qualiter perueniatur ad primum,infrà eod.tit.& vide Abb. in c.venerabilis,col.pen.versi.& in unum,de iudic.& hoc maximè tum demum debet facere iudex,quãdo procedit contra absentem,& illud fecerat parte petente secundum Bar. in l.ad peremptorium,per illum tex.ff.de iudic.& in hac materia vide omnino Roma. in sing.456.incip. Quod iudex. & ibi addita per Castillion. & ad rem facit tex. in l. à procedente. C. de dilat.& contra videtur tex.in l.ne quiquam.§.obseruare.ff.de offic.proconsi.& leg.& ibi Bal. item contra hoc videtur tex.in auth.generaliter.C.de episc.& cleric.& tex.in l.Vnius.§.cogniturũ.ff. de quæst. & in l.si non defendantur.ff.de pœn.& iudex † non defert iuramentum,nisi petatur.Bar.in l.admonendi.col.fi.ff.de iureiur.de cuius dicti ueritate uide ibi Ias.in 5.col.in lectura,& in 8.col.in repet.versi.confirmo etiam per aliud,ubi ponit unum,quod est notatu dignum. ita & in iudice uolente suum errorem reuocare,vide Alex.in l.quod iussit.col.10.ff.de re iudic.Postea Bar. hic in 3.col.versi.tertiò quæro,tradit nunquid officium iudicis † possit ea exercere parte non opponente,quæ principaliter in persona partis consistunt,vt opponere exceptionem, producere testes,& huiusmodi genus alia? vide ad hoc gl.in l.j.in voce,Postulationibus.ff.de offi. assess.Aret. in l.in illa, colu.6.ff.de verb.oblig.Alex.hic, in 7.col. & latè Feli.de hac re agentem in c.cùm.l.& A.col.3.de re iudic.& in c.intimauit,col.fi.& in c.per tuas, col.2. de testi. & vide eundem Feli.in c.causam,de iudic.vbi ponit tres casus,in quibus iudex ex officio potest cogere procuratorem ad ostendendum mandatum. Et ad prædicta vide etiam Barb. in consi.3.in 2.vol.Et dum Bar.in col.seq.versi.secundò fallit,inquit,iudicem † posse propter inquirendam conditionem testium ex officio explorare à vicinis. Ad rem hanc vide Bald.in l. quos prohibet.ff.de postul.Innoc. & alios in c.intimauit, & in c.inquisitionis,de accusat. Ant. de Butr. in c.cum dilectus,col.8.de constit.vbi ait,si testis est omnino inhabilis, eum officio iudicis posse repelli,alioqui uerò si non est omnino inhabilis,ut quia amicus; nam eo casu exigitur petitio partis. Alex.in consi.157.col.pen.versi.secundò respondeo,in 5.vol.& Soc.in cons.155.colu. 2.in 1.vol.Deinde Bar.in col.seq.versi.quartò quæro,tractat an in criminalibus † iudex possit ex officio probationes adducere? vide ad hoc Feli.in c.licèt causam,colu.23.de probat.Alex. in consi.77.In causa accusationis.col.2.in 1.vol.quod consilium est repetitum in consi.62.in 3.vol.& Aret.in consi.147.Et dum Bar.in versi.quintò quærit Dyn.tradit an iudex possit uictum uictori in expensis condemnare si non petatur? Ad rem hanc faciunt trad. per Ias. in §. omnium,colum.25.nu.14.inst.de action.& uide Feli. in cap.significauerunt, col.3. in uersi. limita quartò,de except.

Summa-

De damno infecto.

Summarium in d.l.dies cautioni.§.si tam uicinum.ff.de dam.infec.

1 *Si aliquid peto coram iudice, & ipse negat eum non teneri, si potui ab alio æquè commodè postulare.*

Bar.in d.l.dies cautioni.§.si tam vicinum.ff.de dam.infect.

1 BART. in ead.l.§.si tam vicinum,inquit,si aliquid † peto coram iudice, & ipse negat eũ nõ teneri,si potui ab alio æquè commodè postulare. De hac re vide Riminald.in l.pen.colu.4.C. de pact.nam hoc videtur contra casum illius.l.cum ibi communiter ponatur casus in scholari, qui plures iudices potest adire,ut per gloss.ibi, tñ iudex tenetur,prout ibi habetur.& aliqua ad rem facientia tradit Dec.in c.dilecti,col.2.de priuileg.

Summarium in l.prætor ait.ff.de dam.infect.

1 *Si aliquis fuit uulneratus, & dubitatur de morte, an procurator possit interuenire ad defensionem.*

Bar.in l.prætor ait.ff.de damn.infect.

1 BART. in d.l.Prætor ait,quærit,si aliquis † fuit uulneratus,& dubitatur de morte, an procurator possit interuenire ad defensionem? vide Roma.in cons.77.& Paul.de Cast.in l.si prudens.C.comm.utriusiud.

Summarium in l.hoc autem.§.de his autem.ff.de damn.infect.

1 *Dictio autem, quid significet.*

Bar.in l.hoc amplius.§.de his autem.ff.de damn.infect.

1 BART. in d.l.hoc amplius.§.de his autem,agit de significatione † vocis,autem.vide Barb. in cons.5.col.2.in 1.vol.& in cons.27.col.17.& in cons.24.col.3.eod.vol.& in cons.35.col.7. eod.vol.& Aret.in cons.161.col.pe.

Summarium in l.quamuis alienus.ff.de damn.infect.

1 *Qui causam cœpit coram uno iudice, qui negligit sibi iustitiam administrare, potest coram superiore alium iudicem impetrare.*

Bar.in l.quamuis alienus.ff.de damn.infect.

1 BART. in d.l.quamuis alienus, ait, si causam † cœpi coram uno iudice, qui negligit mihi iustitiam administrare,me posse coram superiore alium iudicem impetrare.vide Abb.in cpo posuisti,col.fi.de for.compet.

Summarium in l.qui bona fide.§.si quis stipulatus.ff.de damn.infect.

1 *Testis interrogatus de die, dicens se non recordari; & iterum interrogatus dixerit illud fuisse certo loco, & tempore, non incidit in pœnam falsi.*

Bar.in l.qui bona fide.§.si quis stipulatus.ff.de damn.infect.

1 BART. in d.l.qui bona.§.si quis stipulatus,ait,si testes † qui interrogati de die,dixerũt se nõ recordari,& iterum interrogati dixerunt illud fuisse certo loco & tempore, eos in crimen falsi non incidere,vide Feli.in c.præterea,col.fi.de testi.cogen.Aret.in consi.71.col.2.Roma.omnino in cons.505.& Bal.in c.1.de controu.inuest.cum ibi addit.

Summarium in d.l.qui bona fide.§.si alæno.ff.de damn.infect.

1 *Desponsans uxorem procuratorio nomine Titij, efficitur uxor Titij.*

2 *Iusiurandum ueritatis potest præstari à procuratore habente speciale mandatum.*

Bar.in d.l.qui bona fide.§.si alieno.ff.de damn.infect.

1 BART. in ead.l.§.si alieno,col.2.versi. & ideo si aliquis, inquit si quis † desponsat vxorem procuratorio nomine Titij,eam effici uxorem Titij,vide Alex.in consi.149.col.3.in 5.vol. Et dum Bar.postea agit de iuramento calumniæ,& in uersi.sed quid si simpliciter,inquit,non sufficere,si procurator iurat procuratorio nomine,se animo calumniæ non petere. Adde tu non sufficere iuramentum hoc susc ipere per uerba æquipollentia; quia id pro forma requiritur. benefacit tex.in l.qui Romæ.§.Flauius.& ibi gl.ff.de uerb.oblig.& gl.in l. non omnis,in princ. ff.si cert.pet. & ad hoc uide quæ docuit Alex.in l.j.col.3.ff.de liber.& posthu.& ibi Aret. qui in contrarium citat gl.iuncto tex.in c.constitutum,in uoce, nominatim, de sent.excomm.in 6. &
2 Ias.in l.iubemus.C.de testam. Ad illud verò,quod ait Bar. circa iusiurandum † ueritatis ut possit præstari à procuratore habente speciale mandatum: aduerte quoniam Alex.in l.iusiurandũ

quod

quod ex conuentione.in 4.fallent.ff.de iureiuran. intelligit Bartolum hic uelle, ut unum de illis tribus requisitis,de quibus in d.l.iusiurandum,adsit,ad hoc ut aduersario deferente iuramento procuratori possit iurare,sed ista,si rectè excusseris mentem Bar.non videtur esse eius intentio. ideo cogita. & vide Cæpoll.in consi.47.& contra Bartolum hic vide Salic. & Fulg. in l.ij. §.sin autem.C.de iuram.calumn.Postea Bar.in hoc.§.propè finem,ait,in criminalibus iuramẽtum testis per procuratorem præstari non posse. vide Roma.in sing.8.incip. An iuramentum testis.& Feli.in c.licèt ex quadam.col.1.de testi.

Summarium in d.l.qui bona fide. §.huic stipulationi.ff.de dam.infect.

1 *Infinitas utrum tolerari debeat.*

Bar.in d.l.qui bona fide.§.huic stipulationi.ff.de damn.infect.

1 Bart. in ead.l.§.huic stipulationi.versi.ut igitur liqueat. tradit an infinitas † tolerari debeat an non? vide Felin.in cap.licet, 2.colum.2.& 3. de testi.Bart.in l.j. C.de sent. quæ pro eo quod inter.profer.

Summarium in l.si finita. §.deinde ait prætor.ff.de dam. infect.

1 *Dictio,de,quid significet.*

Bar.in l.si finita.§.deinde ait prætor.ff.de damn.infect.

1 Bart. in d.l.si finita.§.deinde ait prætor,agit de significatione uocis,de, † De hac re vide Franciscum de Pavinis in tract.de offic.& potest capituli sede uacante,in primo præludio. Et quando iste uoces, de, à, & ex, stent inclusiuè vel exclusiuè tradit Oldrad. in consi.49. Et de significatione huius præpositionis,de,vide Bart.in l.j.in principio.ff.depos.& in l.j.§. ex incendio.ff.de incen.rui.& nau.& in l.j.§.emancipatus.ff.de bonor.possess.contratab. & Alberic. in opere statutorum,in 1.par.cap.160.& omnino Dec.in consi.624.ubi ait,de, propriam & immediatam causam indicare.

Summarium in d.l. si finita. §.ex hoc edicto.ff.de dam.infect.

1 *Quando ager minatur ruinam semper missio fieri debet.*

Bar.in d.l.si fiinita.§.ex hoc edicto.ff.de damn.infect.

Bart. in ead.l.§. ex hoc edicto, opponit de l. cùm emptor.§. si ager, infrà eod. titulo & 1 ait quando ager † minatur ruinam, tunc semper missionem fieri debere. vide Ias.in §. rursus, colum.7.de action.

Summarium in d.l. si finita. §. Julianus.ff.de damn.infect.

1 *Primum decretum quid sit, & quid secundum.*
2 *In citatione, utrum uox peremptorie sit ponenda.*
3 *Si citatus respondit nolo uenire,utrum aliæ citationes exigantur.*
4 *Quando citatus neque uenit neque misit,utrum sit opus pronunciari eum esse contumacem.*
5 *Decretum,utrum interponi debeat ipsa die peremptorij,an uerò alia die.*
6 *Secundum decretum, non est nouus, & separatus processus.*

Bar.in d.l.si finita.§.Iulianus.ff.de damn.infect.

1 Bart. in ead.l.§.Iulianus,tradit in 1.col.quid sit primum decretum, † & quid sit secundũ decretum. vide Roma.in consi.454.col.2.& in consi.161.per totum, ubi multa habentur de primo & secundo decreto. Et quid quando petitur in bonis pupilli & similium. Item aduerte quoniam ad interpositionem primi decreti requiritur latitatio conuenti, secundum glo.in l. si prius.ff.de oper.nou.nunc.vbi videas Alex.in 3.& 4.col.item aduerte quia ante primum & secundum decretum fit citatio in scriptis, ut per Ias.in l.nequaquã.§. vbi decretum,col.11.vers. secundò.ff.de offic.proconsi. Item in casibus ad id non peruenitur, sed sine litis contestatione proceditur, ut habetur in c.primo de eo qui mit. in poss. & in his casibus sequestratio fieri potest. Abb.in c.2.de sequestr.poss.& in c.olim,de rescript.Et dum Bar.hic in 2.col.versi.secun-
2 dò quæro,subiungit,utrum in citatione, † vox, peremptorie, sit ponenda, vide Abb. in consi. 84.in 2.vol.& in c.consuluit,col.4.de offi.deleg.Et quia Bar.subijcit, si in citatione diceretur, aliàs termino elapso procedetur contra te,hoc habere uim peremptorij.vide omnino Matthæsill.in

ſill.in ſuo ſing.8.incip.Nota quòd eſt differentia. Feli.in c.licèt cauſam,in 3.not.de probat.& in d.c.conſuluit,col.5.& in c.cauſam quæ,col.3.verſi.quando ſit opus,de reſcrip.& ad rem faciunt trad.per eundem Feli.in c.ad petitionem.nu.14.cum ſeq.de accuſ.& in c.1.num.19.de
3 iudic.Quid autem ſi citatus † reſpondeat,nolo venire; quærit Bar.an aliæ citationes exigantur? Abb.ait quòd non,etiam ſi alioqui trina citatio exigeretur.in c.cum parati,de appell.& in d.c.conſuluit.& ibi Feli.in 4.col.& Alex.in conſi.80.Stantibus ijs,col.2.in 4.volu.ubi teſta-
* tur hanc opinionem eſſe * votis frequentioribus approbatam.Et ad id quod dicit Bar.in verſ. procedo vlterius,ſcilicet,quomodo illud intelligi debeat, quod habetur in glo.non venit.nec mittit,ad hoc videas Barb.in d.c.conſuluit,col.12.de offic.deleg.& ad id, quod ſubijcit Bar.ſi non venit actor,hoc reo non imputari,& reliqua,vide Roma.in conſi.454.colu.1.& Ancha.in conſi.97.& aliquid per Alex.in l.fi.§.1.ff.de eo per quem factum eſt. Poſtea Bar.agit de pro curatore,qui in eadem curia plures habet cauſas,& plurium. De hac re vide Aret.in c.1.& ibi Dec.in 5.notabili de iudic.Et dum Bar.proſequendo iſtam inueſtigationem in 4.col.verſ.pro-
4 cedo vlterius,tractat,quando citatus,† neque venit neque miſit,ſit ne opus pronunciari eũ eſſe contumacem an non? vide pro declaratione Paul.de Caſt.in conſi.38.& omnino Alex.in l. ait prætor.§.hoc interdictum.ff.de ope.nou.nunc.& quia Bar.concludit, ſufficere ſi de contumacia conſtat ex actis,ſed ſtatim ſubdit de ea liquere debere iudici,alioqui eius decretum nullius eſſe roboris & momenti. vide Abb.in conſi.37.col.4.in 2.vol.& in conſ.84.colu.1.eod. vol.Barb.in conſi.18.col.9.in 1.vol.& in conſi.44.col.7.eod.vol.Aret.in conſi.164.Roma.in d.cõſ.454.col.3.& non ab re ſunt tradita per Alex.in l.fi.col.4.ff.de eo per quem fact.Et dum Bar.quærit hic paulò poſt,quomodo fiet iſta miſsio? vide Alex.in conſi.2.col.4.in 4.vol.& ad id quod ſubiungit Bar.de eo qui poſsidet,quomodo fieri debeat,vide Alexan.in conſi.147.in cauſa & lite,col.2.in libro primi & ſecundi vol.Attende etiam Bartolum hic in 5.col.verſi.quæ-
5 ro vtrum primum,ubi quærit an decretum † interponi debeat ipſa die peremptorij, an vero & alia die? aitque hoc eſſe ſancitum in c.conſuluit. de offic.deleg. nam hoc modo conſtitutum capituli conſuluit,non ſolum habebit locum in caſibus ibi commemoratis,ſed etiam in aliis licet vt expectari poſsit uſque ad aliam diem,quoniam Bar.hic loquitur de primo decreto, de quo ibi nulla fit mentio. Poſteà Bar.in 6.col.verſi.ſed quid fiet, inquit, ſi ille,contra quem fit miſsio, non latitat, dandum eſſe curatorem bonis, contra quem agitur uia ordinaria. vide Abb.in conſ.84.in 2.vol.vbi tradit nonnulla ad rem facientia. Et dum Bar.in 7.col.inquit,le-
6 cundum decretum non eſſe nouum & ſeparatum proceſſum,ſed totum eſſe unum: vide Mathæſill.in ſingul.31.incip.Nota quod proceſſus.& Abb.in conſi.43.in 2.dubio in 2.vol.& in conſi.84.eod.vol.Roma.in conſi.454.col.antepen. Deinde Bar.hic.in pen.col.agit, an priè primum decretum ſit illud,quod interponitur propter contumaciam? vide Barb.in c.conſultationibus,de offic.delega.Ad id verò quod ait Bar.in col.fi.dicens,aut res extat,& fit miſsio ex primo decreto,& poſtea ex ſecundo decreto ſtatuetur certum tempus infra quod agatur, poſtea non audietur,& erit ſecundum:vide Imol.in conſ.77.col.2.Et dnm Bar.paulopoſt ſubiungit,quandoque ſecundum decretum ſonat poſsideat,& tunc erit dominus.De hoc vide aliquid per Feli.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſt.

Bar.in d.l.ſi finita.§.ſed ſi quis eorum.ff.de damn.infect.

BART. in ead.l.§.ſed ſi quis eorum,opponit de leg.iiij.§.fi.ff.comm.diuid.vide Roma.in conſ.301.& in conſ.440.& Imol.in conſ.101.

Summarium in d.l.ſi finita.§ ſi quis autem.ff.de dam.infect.

1 *Ille contra quem eſt facta miſſio, nõ compellitur de poſſeſſione diſcedere per miſſionem ex primo decreto.*

Bar.in d.l.ſi finita.§.ſi quis autem.ff.de dam.infect.

1 BART. in ead.l.§.ſi quis autem, ſic ait in ſumma. per miſsionem † ex primo decreto, ille contra quem facta eſt miſsio, non compellitur de poſſeſsione diſcedere. vide Abb.in conſi. 119.in 2.volum.

Summa-

Summarium in d.l.ſi finita.§.ſed ſi ſortè.ff.de dam.infect.

1 *Miſſio in poſſeſſionem ex ſecundo decreto facta contra abſentem cauſa reipublicæ,eſt ualida,ſed reuocatur remedio reſtitutionis.*

Bar.in d.l.ſi finita.§.ſed ſi ſortè.ff.de dam.infect.

1 BART. in ead.l.§.ſed ſi ſortè.dicit,miſsionem † in poſſeſsionem ex ſecundo decreto factã contra abſentem cauſa reipublicæ vel minorem validam eſſe,ſed remedio reſtitutionis reuocari.vide aliquid ad rem hanc apud Bal.in conſ.513.in vltimo vol.

Summarium in d.l.ſi finita.§.ſi de uectigalibus.ff.de damn.infect.

1 *Vbi publicantur bona feudatarij propter eius delictum,non intelligitur publicatum feudum.*

2 *Feudum publicari poteſt in crimine læſæ maieſtatis.*

3 *Quando condemnatur filius, & publicantur eius bona, utrum publicetur proprietas peculij aduentitij, ſaluo uſufructu patris.*

Bar.in d.l.ſi finita.§.ſi de uectigalib.ff.de dam.infect.

1 BART. in ead.l.§.ſi de uectigalibus,inquit,publicatis † bonis feudatarij propter eius delictum,non intelligi publicatum eſſe feudum, ſed illud ad dominium ſpectare. vide hoc idem apud Alex.in conſi.23.col.3.verſi.idem uidemus in feudo,in 1.volu. & idem repetitum eſt in conſi.88.in 3.vol.& idem ait Alex.in conſi.88.Vtrum emphyteoſis,in 4.vol.Paul.de Caſt.in l. ſi quis presbyter.C.de epiſc.& cleric. Imol.in conſi.36.col.7.& fi.Aret.in conſ.14.col.4.& ad hanc ſententiam acceſsit etiam Ang.in l.eorum,infrà eod.tit.Roma.& Alex.hic.Bal. in l.j.in 4. quæſt.ff.de rer.diuiſ.& ad rem faciunt trad.per Ana.in c.excommunicamus,in 2.col.de hæret. & per Paul.de Caſt.quem vide omnino in cõſi.154.& in conſi.162.Bar.& Bal.in l.j.C.de bon. lib.Alex.in l.Statius.§.Cornelio.ff.de iur.fiſc. & Iacobum de ſancto Georgio in tract.de feudis, in verſi.dictiq́ue uaſalli,col.pe. & Nellum de ſancto Gemin.in tract.bannitorum,in 1.par.ſecũ-
2 di temporis,quæſt.23.& Soc.in conſi.266.col.15.in 1.vol.vbi ſubdit,feudum poſſe † publicari in crimine læſæ maieſtatis,atque ita limitatur prædicta concluſio.Et dum Bar.proſequendo materiam hanc ponit formam ſecundi decreti in caſu feudi,vide Alex.in conſi.122.Super primo quæſito,col.pen.in 4.vol.& in conſi.111.Viſo proceſſu,in 5.vol. & in conſi.129. Super eo, col.1.in eod.5.vol.Aret.in cõſ.34.col.7.Ad id verò quod Bar.ſubiungit,in verſi.ſecundò quęro,de fundo emphyteotico,vide Alex.in conſ.23.in 1.vol.& latè in d.conſi.88.in 3.volu.Ant. de Butr.in conſ.61.Aret.in conſ. Soc.in conſi.166.in 1.vol.& Bal.in conſi.284.in 1.vol. Et ad ea quæ ponit Bar.in verſi.ſi verò poneres contractum liuellarium,vide Alex.in conſi.90. in fi.in 4.vol. & in conſi.113.& in conſi.117.eod. vol.& in conſi.68.col.2. in 1.vol. & Aret.in d. conſ.10.col.2.verſ.item præmitto.

3 Bar.in eod.§.col.4.verſi.ſextò quæro,tradit,an condemnato † filio & publicatis eius bonis, publicetur proprietas,quã habet in peculio aduentitio ſaluo uſufructu patris? & decidit quòd non.vide ad hæc aliquid apud Roma.in conſi.219.col.1.& Aret.in conſi.139.vide Bar.in l.ſi quis intantum.C.vnd.ui.Ang.in tract.malefic.in glo.in voce,& eius bona,col.5.verſ.quid ſi filiusfamilias,Iaſ.in §.actiones autem,col.2.inſt.de acti.& aliquid per Bal.in conſ.479.in 3.vol.

Summarium in d.l.ſi finita.§.eleganter.ff.de damn.infect.

1 *Quando poſſumus petere nobis cauere,uel inſtrumentum fieri,uel ut actori ſilentium imponatur.*

2 *Creditor petere poteſt ſibi fieri inſtrumentum deberi.*

3 *Quando poſſumus petere,ut pronuncietur actionem nobis competere.*

Bar.in d.l.ſi finita.§.eleganter.ff.de damn.infect.

BART. in ead.l.§.eleganter,col.2.verſi.& ideo pro declaratione, tractat an & quando ali-
1 quis † poſsit petere ſibi caueri,ſeu inſtrumentum fieri, & an petere poſsit ut actori ſilentium imponatur? vide Feli.in c.in præſentia,col.2.de probat.& in c.ſignificauit,col.3.uerſi.in gl.de teſti.Abb.& Feli.in c.ſi quis contra,de for. comp.Roma. in conſi.90.in fin. & in conſi.280. & in conſ.412.& Aret.in conſ.143.col.8.& dum Bar.procedit declarando rem hanc & dicit in uerſi.ſed ſi poneremus,reum,qui liberatus eſt ipſo iure, petere poſſe inſtrumentum ſibi fieri,

ut

2 vt probari posſit. idem eſt etiam contra, ut creditor † posſit petere sibi fieri debere instrumentum debiti. Alex. in consi. 281. Lancelotus, col. fi. in libro primi & secundi vol. & ad rem faciũt trad. per Alex. in consi. 57. Habita, col. 2. in 3. vol. & per Roma. in consi. 394. & ad ea quæ ponit hic Bar. in versi. si vero statim; vide Alex. in consi. 39. Vertitur lis, in 5. vol. & Imol. in l. ex ea parte. ff. de uerb. obligat. Ad ea verò de quibus agit Bar. in col. fin. versi. sed an quis posſit † petere
3 pronunciare actionem sibi competere? vide Alex. in consi. 95. In causa, & lite, col. 2. in 1. volu. vbi citat hoc Bartoli documentum. Soc. in consi. 134. col. pen. in 1. volu. & Corn. in consi. 18. col. 3. in 2. volum. & ad prædicta omnia uide doct. in l. diffamari. C. de ingen. & Soc. omnino in consi. 41. col. 2. in 1. vol. & in cõs. 94. in 3. vol. & quis iudex sit adeundus, tradit Alex. in cõs. 103. in 5. vol. & quomodo intentandum sit remedium illius. l. vide apud Cæpol. in caut. 110. & eam declara & limita ut per Feli. in c. venerabilis, nu. 12. cum seq. de iudic.

Summarium in d. l. si finita. §. si quis damni infecti. ff. de damn. infect.

1 *Quæ differentia sit inter pignus conuentionale, & prætorium.*

Bar. in d. l. si finita. §. si quis damni. infect. ff. de damn. infect.

1 Bart. in ead. l. §. si quis damni infecti, tradit differentiam † inter pignus conuentionale & prætorium. adde alias etiam differentias, quas tradit Bar. in l. j. in princ. ff. de pignor. acti.

Summarium in d. l. si finita. §. si quis metu. ff. de damn. infect.

1 *Jus intrandi possessionem post decretum interpositum durat usque ad biennium.*

Bar. in d. l. si finita. §. si quis metu. ff. de dam. infect.

1 Bart. in ead. l. §. si quis metu, in fi. ait, ius intrandi in possesionem † post decretum interpositum durare usque ad biennium. Hoc idem tenent Ange. & Roman. in §. eleganter, supra hac ead. l. Ang. Aret. in §. quadrupli, colu. 15. versi. quintò quæro iudex, inst. de action. Paul. de Cast. in l. more, col. 13. uersi. unum nota diligenter. ff. de iurisd. omni. iudic. uide tamen in contrarium Pet. de Anch. in cons. 92.

Summarium in l. damni. §. si is qui ædes. ff. de dam. infect.

1 *Si tibi promiserim fructus alicuius arboris omni anno, & arbor sit incisa, & postea renata, utrum tenear.*

2 *Si alicui concessum est priuilegium ut decimas non soluat ex prædijs suis, utrum trahatur ad sua prædia.*

3 *Priuilegium concessum aliquibus sub uniuersali, & collectiuo nomine, ad omnes qui postea fiunt consortes illius collegij pertinet.*

4 *Furnarius qui ex contractu ad coquendum panem alicui familiæ se astrinxit, tenetur etiam si in dies familia augeatur.*

5 *Si superuenerit inopinata inopia, cautio, quæ fuerat remissa, iterum est præstanda.*

6 *Dispositio ad incognita non dilatatur.*

7 *Quilibet rei suæ est moderator, & arbiter.*

8 *Verba quantumcunque uniuersalia, nunquam tam latè interpretantur, ut ea comprehendant, quæ disponens in specie facere non potuisset.*

9 *Ex iuris interpretatione nemo intelligitur in generali obligatione obligare illud, quod in specie non fuisset obligaturus.*

10 *Princeps non intelligitur iuri alicuius derogare, nisi id specialiter agat.*

11 *Principis uoluntas, talis esse existimatur, qualis esse debet.*

12 *Ecclesia, quæ erat obligata quosdam fratres procurare, si numerus fratrum excreuerit, non tenetur nisi tot fratres procurare, quot erant in obligatione.*

13 *Ecclesia debet esse cultrix, & auctrix iustitiæ.*

14 *Reuocatio unionis ideo ibi fuit petita quia graue præiudicium ecclesiæ afferebat.*

15 *Malum exemplum est omnino auferendum.*

16 *Vbicunque unio est malos effectus paritura, semper est reuocanda.*

17 *Vnio ad hoc ut fieri queat, quæ requirantur.*

8 *Qualitas à lege requisita, est specialiter probanda.*
9 *Delegati de inualiditate unionis arbitrari possunt.*
0 *Facilius ius speciale, quàm ius commune tollitur.*
1 *Vnaquæque res facilè ad primam naturam reuertitur.*
2 *Vox indefinita æquipollet uniuersali.*
3 *Verba uniuersalia non comprehendunt ea, quæ contrahentibus sunt impossibilia.*

Bar.in l.damni.§.si is qui ædes.ff.de dam.infect.

BART. in d.l.damni. §. si is qui ædes, quærit,si tibi promisi † fructus alicuius arboris omni anno,& arbor sit incisa,& posteà renata,utrum teneat? vide Feli.in c.cùm accessissent col.16. de const.& ibi Barb.col.19.cum sequen.

Bar.in eod.§.in fi.quærit,si alicui concessum est priuilegium † vt decimas non soluat ex prædijs suis,an trahatur ad futura prædia? & remittit se ad tex.in c.quia circa, de priuileg. De hac re vide aliquid per Alex. in l.j.ff.de leg.1. & latè in cons.124.in libro primi & secundi volu. & Soc.in consi.278.in 1.vol.& Bal.in cons.407.in 5.par.Attende quoniam hæc faciunt ad difficultatem, de qua fui olim interrogatus. Onus alendorum expositorum cuidam monasterio erat annexum,postea authoritate sedis apostolicæ fuit unitum cum quibusdam bonis alteri loco pio, quæ quidem bona tempore unionis sufficiebant huic impendio, sed deinceps usque adeò creuerat numerus expositorum, ut non solùm non sufficerent,sed etiam bona dicti loci pij alijs oneribus obligata absorberent. quærebatur utrum dicta unio deberet separari,an saltem alia bona illius monasterij deberent huic oneri applicari? Prima fronte res contra locum piumnon parum dubia uidebatur: nam cùm ad unionis reuocationem prætextù superuenientis læsionis agatur,& ista læsio (ut partes consentiunt) contractus tempore non subesset, contra actorem videtur esse pronunciandum,cum satis explorati iuris sit,contractum hac pro causa rescindi non posse, nisi tempore contractus de ipsa constet læsione.l. si uoluntate. C. de rescind.vend.idque latissimè docuerunt doct.in l.ij.C.eod.tit.& alibi sæpe,& Canonistę in c.cùm causa,de testi.Quæ omnia uelle recensere,laboriosum magis,quàm subtile opus existimamus. Prætereà hoc idem probari videtur per tex.in c.quia circa,de priuileg.quem hic citat Bart. & per ea,quæ tradidit Alex.in consi.323.in libro primi & secundi vol.in quibus locis habetur,
3 priuilegium † aliquibus sub uniuersali & collectiuo nomine concessum, ad omnes, qui postea fiunt consortes illius collegij, pertinere, quamuis eorum numerus multùm augeatur. Quare ita & in proposito casu dicendum videretur,cum iam inde à principio hoc onus sub uniuersali nomine alendorum expositorum, fuerit à pio loco susceptum; quàmnis deinde eorum numerus percrebuerit. Huc accedit decisio illa Innoc.& Abb.in c.quanto,de censi.ubi aiunt, si aliquis ex pacto,in quo res aliqua intercedit,procurare fratres alicuius ecclesiæ teneretur, eũ obligatum esse,etiam si fratrum numerus magnum deinde habuerit incrementum. sed hic bonorum nonnullorum quantitas pro isto onere sustinendo pio loco,fuit annexa.ergo &c. Non esse prætermittendum censeo,id quod in simili casu ait Cæpoll.in tract.de seruit.urb. prædio.
4 in cap.de furno,ubi multis docuit argumentis,quæ aliter non recensemus,furnarium, † qui ex contractu se ad coquendum panem alicui familiæ astrinxit,teneri etiam si familia in dies augeatur.Quapropter ita hic quoque eadem ratione decidendum videretur. Plura tamen, & uehementiora sunt argumenta,quibus ego in re proposita in contrariam sententiam adducor. In primis etenim animaduertendum censeo, quamcunque dispositionem, quæ etiam ab initio æquitati maximæ innitatur,seruandam non esse,ubicũque processu temporis ob nouiter emergentia redderetur iniqua.l.de ætate.§.ex causa.ff.de interrog.action.cum concord.ibi in gl.facit tex.in l.planè.in fi.ff.vt in poss.leg.vbi superueniente inopinata † inopia,cautio,quæ iampridem fuerat remissa,iterum est præstanda. Principem enim decet, ut sua potẽti sapientia,& sua sapienti potentia suffragetur oppressis,secundum ea,quæ eleganter per Raph.Fulg.adducuntur in cons.147.inter consilia Imol.Prædicta coadiuuantur ex ijs, quæ tradidit Petrus de Anchar.in cons.84.ad quem accessit Decius in cõs.385.in quibus locis inquiunt, ex causa superueniente

ueniente licere à quacunque dispositione recedere,nec propterea aliquam iniuriam eis inferri,qui illius dispositionis conditores fuerunt: quoniam aiunt,eos si de huiusmodi status mutatione cogitassent,aliter fuisse arbitraturos,ne tantæ authores iniquitatis viderentur. quæ quo-
6 dem opinio uulgata illa regula confirmatur,quæ habet, dispositionem ad † incognita non esse dilatãdam.l.si de certa,& ibi latissimè doct.C.de transl.sed hic haud dubitare fas est,quin regentes loci pij tempore vnionis nunquam tale incrementum expositorum præcogitarunt, ergo &c.Pro hac opinione affero tex.notatu dignum in l.in lege fundi.ff.de contr. empt. vbi resita se habet.venditor fundi lapidicinas exceperat,deinde lapidicinæ fuerunt nouiter inuentæ, fuit apud iurisconsultos dubitatum,an istæ quoque lapidicinæ sub illa exceptione continerentur & eorum sententia potior fuit,qui dixerunt,eas non contineri,sed illas tantùm, quæ venditionis & exceptionis tempore apparebant. iniquum enim videbatur,si casus iste incogitatus emptori magnum præiudicium attulisset,seu saltẽ afferre potuisset,vt ibi à ratione decidendi colligitur. Tum sic ego colligo,ibi contrahentes de re contrahebant quæ à pura eorum uolunta-
7 te pendebat; nam rei † suæ quilibet est moderator,& arbiter.l.in re mandata.C.mand. Rursus per verba universalia contraxerunt,cũ exceptæ sint lapidicinæ vbicunque existentes,vox enim hæc,vbicunque,uniuersalis est.c.ulti.de priuil.in 6.& huiusmodi verba quoscunque casus amplecti docuit Alex.in cons. 35.in 6.vol.& alibi sæpe doct.Item ibi lapidicinæ erant in agro uendito,quamuis non apparerent,& tamen is omnibus non obstantibus lapidicinæ postea inuentæ, seu detectæ non intelliguntur exceptæ. quantò magis igitur istud inopinatum expositorum oneris incrementum pio loco præiudicare non debet? cum res, de qua contrahebatur in eius potestate non foret; non enim etiam id expressè agens locus pius bona,quæ ad alios usus sunt destinata,huic operi subijcere potuisset, ut statim sum ostensurus. Item hic cum expositi commemorantur,aliqua uox uniuersalis non fuit expressa, ac denique lapidicinæ tempore illius contractus erant in esse,quamuis nõdum apparerent,quo casu maior ratio uigebat, ut exceptæ intelligerentur, quàm si deinde originem, ac principium habuissent: quia tunc eius magis inopinatus proculdubio redderetur: in re autem proposita,iste numerus expositorum post contractum unionis originem sumpsit,& in dies augetur. Quare ex ijs omnibus satis facilimè percipi potest,quàm longè maiori ratione per illam legem nostra hęc quæstio decidatur. Nunc iam illa alia ratio,quam proximè polliciti sumus,in medium afferatur. Dico igitur,cum omnia loci pij bona essent ante unionem alijs pijs oneribus subiecta,non potuerunt ad sustinendos expositos obligari,nisi speciali ad id apostolicæ sedis accedente consensu,ut est text.in
clem.quia contingit,de relig.domi.qui quidem consensus,cum non appareat,consequens est, bona illa obligari non potuisse,& obligationem contractam ad vires bonorũ, quæ hac pro causa pio loco fuerunt annexa,esse redigendam, neque aliter regentes loci pij promisisse credendum est;
8 quoniam uerba † quantumcunque uniuersalia cuiuscunque dispositionis nunquam sunt latè adeò interpretanda,ut ea comprehendant,quæ disponens in specie facere nõ potuisset.l.si pater.ff.quæ in frau.cred.l.Lucius.§.pen.ff.ad munic. & probatur in c. tuæ, de decim.& ita ibi Host.& Antonius docuerunt,& multi alij,quos retulit Alex.in d.cons.121.colu.3.in 4 vol.& Bal.in l.fi.§.in computatione.C.de iur.delib.idque argumento.l.qui tabernas.ff.de cõtr. empti.Accedunt ad hæc not.per Bar.in l.si quis sub conditione.ff.de cond.inst. & Alex.in col. 208.col.fi.in 6.vol.& Soc.in consi.251.versi.confirmantur præmissa,in 1.vol. Præterea bona illa ferè omnia fuerunt à testatoribus ea relinquẽtibus grauata, ne unquam alienari posset,& alienantibus pœna fuit iuncta.quò fit,ut promissio,seu bonorum obligatio etiam amplissima non includat bona,quæ sine pœna alienari non possunt,ut ait Bar. in l.codicillis.§. instituto. ff. de leg.2.Bal.in l.j.C.quæ res pigno.obli.non poss.& latè docuit Alex.in consi.41.in 6.vol. Fa-
9 cit ad rem uulgata illa decisio,neminẽ iuris † interpretatione in generali obligatione illud obligasse,quod uerisimiliter in specie non fuisset obligaturus.l.obligatione generali.ff.de pignor. & d.l.j.C.quæ res pignor.obliga.non poss.cùm itaque ex ijs omnibus constet,locum pium neque potuisse,neque uerisimiliter dicta bona obligare uoluisse,illud sequitur, vt dicta obligatio

intelligatur

intelligatur restricta ad numerum expositorum, cuius alimentis bona pio loco pro isto onere ferendo applicata sufficiebant,& non amplius.Neq; huic conclusioni obstaret,si fortè diceretur,prædicta non repugnare: qm̃ ista unio fuit authoritate delegatorum apostolicæ sedis con-
o firmata: qm̃ princeps † nisi id specialiter agat, non intelligitur iuri alicuius, & præsertim pijs defunctorũ uoluntatibus derogasse.c.super eo,de offi.deleg.l.ij §. si quis à principe.ff. ne quid in loc.publ.& latè tradidit Alex.in cons.37.in 1.uol.faciunt tradita per eundem Alex. in consi. 236.in 1.uol.computatis etiam consilijs 21.volu. vbi ait per rescriptum principis non censeri fuisse derogatum sententiæ,quæ transiuit in rem iudicatam, etiam si mentio sententiæ in rescripto haberetur,dum tñ illa qualitas,quòd in rem transiuerit iudicatam,expressa non fuerit. sed summus pontifex non intellexit bona ista,quæ obligabuntur, esse alijs pijs oneribus destinata,
11 igitur non censentur obligata,nisi,ut prædiximus: nam principis† uoluntas talis esse existimaꝫ, qualis esse debet.Bal.& Ias.in 4.not.in l.ex facto.ff.de vulg.& pup.iunctis ijs,quæ latissimè hũr in cons.12.inter consi.Albert.Brun.arduum autem,& perdifficile est fari,summum pontificem absq; aliqua cognitione iura aliquorum euertere uoluisse,igitur nõ uoluit per prædicta. & ista ratio confirmatur; quia unio sui natura odiosa est,& restringibilis est,qm̃ derogat iuri communi,vt uidere est ex ijs.quæ dixit Card.in consi.51.& Dec.in consi.233.& in cons.275. iure merito tanquam odiosa,est restringenda,vt intelligatur solùm de eo expositorum onere,cui bona in unione pio loco data sufficiunt. Præterea nostra hæc conclusio principaliter corroboratur
12 per tex.in c.quanto,de censi.vbi ecclesia,† quæ obligata erat,quosdam fratres procurare,quãuis numerus fratrum ualde excreuerit,non tenetur nisi tot fratres procurare,quot erant obligationis tempore.& quamuis Innoc.ibi uelit,Papam ideo ita sensisse,quòd ecclesia illa se ad id ex liberalitate quadam astrinxerat,uerior tamen est diuersa opinio,hoc est,immo propter inopinatum illud grauamen superueniens ita prolatam fuisse sententiam,ut ibi tradiderunt Io.And.
* & Ant.de Butr.ad quos accedit Decius in d.consi. 335. dicentes opinionem hanc esse* uotis frequentioribus approbatam,ideo ab ea in iudicando uelle recedere nefas esset, iuribus uulg. & sic per istum tex.ita communiter interpretatum ista quæstio definitur.facit ad rem.c.suggestum,de decim.cum concordantibus ibi per glo.adductis. Præcedentibus adijci potest tex.in
13 c.1.§.1.de alien.feud.vbi traditum est,ecclesiam,† quæ iustitiæ debet esse cultrix & auctrix,pati non debere aliquid contra iustitiam in se, aut in alterum fieri. Cæterùm, nisi iste unionis contractus reuocetur,vel moderetur,attenta ingenti læsione pij loci,ecclesia & monasterium maximam proculdubio iniustitiam tueretur,cùm istud onus expositorum redditus bonorum alijs pijs usibus addictorum absorbeat. ideo contra dictam ecclesiam est sentiendum,ne inde iniuria oriatur,unde ius & iustitiam nasci oporteret.argu.l.memìnerint.C. und.ui. Nolo etiam hoc loco prætermittere Dec.in d.consi.335.qui multis aperuit argumentis, distributionem collectarum factam à statuto sub nomine collectiuo, quæ tempore quo edita fuit maximæ æquitati innitebatur,reuocari oportere,si ob ciuium facultates diminutas,& onerum incrementa, efficeretur iniqua. quare cum hoc idem in proposito casu disputetur, dicendũ vr̃ iura pij loci esse potiora. & multò magis ista decisio ad rem hanc potest accommodari, quàm ad eam de qua Dec.loquebatur: quoniam ibi quicquid fuerat constitutum, id totum à pura statuentium uoluntate pendebat,qui iura principis habere noscuntur,vt per Bar.& alios in l.omnes populi.ff. de iust.& iur.Hic uerò de ea re agimus,quæ à contrahentium uoluntate,& arbitrio non procedit,vt suprà fuit ostensum,igitur &c.auth.multò magis.C.de sacrosc.eccl. & ita esse iure concludendum uidetur per tex.in c.1.ne sed.uac.adducendo eum pro ut attulit Pet.de Perusio,in tracta.de reuoc.unio.in 1.q.quem secutus est Dec.in consi.233.col.4.vbi secundum eos colligit,
14 reuocationem † unionis ideo ibi fuisse petitam, quòd graue præiudicium ecclesiæ afferebat; quia ob id cultus diuinus multùm decreuerat,ecclesiaque solitis eleemosynis defraudabatur. quæ quidem ratio (ut ipsi aiunt) fuit à summo Pontifice approbata, qui unionem ea sola ratione non reuocauit, quòd sedes illa uacabat. ab ista ratione cessante ipsi perhibent,unionem semper esse seiungendam, qm̃ ea permanente status ecclesiæ deterior efficeretur. hoc idem in

d.c.1.Abb.& Imol.confirmarunt,& Imol. dixit se ita in facti contingentia respondisse. Idque prius senserat Oldr.in cons.262 citat. c.suggestum, de decim. Verùm in proposito casu status loci pij usque adeò decreuit,ut nisi prouideatur,isti expositi sint bona omnia,quæ alijs pijs oneribus sunt obnoxia,consumpturi. contra clem.quia contingit de relig.dom.& stante ista unione testatorum uoluntates eliduntur,quod perquam graue piaculum est.l.j.C.de sacrosc. eccl.& §.disponat,in auth.vt cum.de appell.cogn.Rursus pij loci status alia ratione deterior redditur, quoniam hoc modo homines ab huiuscemodi sanctis largitionibus retrahuntur, cum uideant eorum bona in alios usus,quàm testatorum iusserint uoluntates,impendi: quæ res cum ita ma-
15 li† sit exempli,est omnino auferenda.l.si quis aliquid.§. qui abortionis.ff.de pœni.Ad hæc accedant etiam ea, quæ habentur per glo.& doct.in c.2.de relig.dom. cum aiunt. si Papa unam ecclesiam alicui episcopo subiectam unit ecclesiæ alterius diœcesis, nullum ius propterea episcopum illum amittere,cui prius erat subiecta. rationem huius documenti esse aiunt doc.quia Papa super unione rescribens,nusquam intelligitur iuri alterius derogare. & ex hoc infertur ad omnes alios casus,in quibus ista ratio militaret, sed hic de enormi læsione iurium ad alios pares in dictis pij loci bonis pertinẽtium ageretur,igitur unio est moderanda,& ista adijci possunt ijs,quæ suprà de hac ipsa uerisimili Pontificis rescribentis uoluntate adduximus. Quibus
16 consensit etiam Card.in consi.96.in fi.vbi ait,vbicunq; unio† malos effectus est paritura,quos si summus pontifex intellexisset,non fuisset ei uerisimiliter consensurus, eam reuocari semper oportere. Sed proposita res ita se habet,ut ex præcedentibus liquere arbitror,igitur &c.Ex iis euidenter apparet,quàm multa & magna sint,quæ contra unionem istam, esto quòd à principio ualida fuerit,afferuntur.Cæterùm non sine ratione aduersum ualiditatem illius dici posset
17 quòd in quacunque unione† ad hoc ut fieri queat,duo potissimum requiruntur, scilicet solemnitas,& causa notissimæ utilitatis,aut necessitatis.c.dudum.de reb.eccl.non alien.in 6.c.exposuisti,de prœben.& defectus alterius unionem nullam efficit,& inanem,teste Oldr.in cons.12. Rursus ille,qui ualiditati unionis innititur,ad hæc probanda compellitur, in qua probatione fortè deficeret, contra unionem esset ferenda sententia, neq; isto casu sufficeret ipsa parum
18 assertio,cum notissimi iuris sit,qualitatem† à lege requisitam specialiter esse probãdam.ita Bal.in l.si quis non dicam.C.de episc.& cler.&Io.And.in c.de homic.in 6.& in materia annua hoc docuit Card.in cons.69.& in consi.96.vbi amplius ait,hoc habere locum ẽt in unione motu proprio Papæ concessa.Sed in proposito casu nullam p̃dictarum causarum interuenisse non ignotum est:cum hoc non doceatur,igitur contra unionem est sentiendum. Neq; huic obstat argõ si diceretur,causam,quę nunc agitur,fuisse solùm super unionis reuocatione commissam, quæ quidem reuocatio præ se fert unionis ualiditatem.l.decem.ff.de uerb.oblig. cum simil.&
19 ideo delegatos† de illius inualiditate arbitrari non posse,cum diligenter mandati fines sint cognoscere,vt docuit Dec.in consi.233.& in consi.275.cui me refero. Postremò esto q̃ unio à principio tenuisset, tamen saltem ex proximè adductis posset inferri, quod quemadmodũ unio ex causa euidentis utilitatis,aut necessitatis fieri potest. d.c.exposuisti. ita pariter debet posse ex ijsdem causis reuocari.argõ.l.si ut proponis.C.de nup.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.faciunt tradita per doc.in rubr.ff.de acq.poss.cum aiunt contrariorũ eandem esse rationem,& ita præcisè de hac ipsa re agẽs tradidit Pet.de Perusio in d.trac.de reuoc.uni.in 1.q.& istud argm̃ ego puto uehementius urgere qñ de reuocanda unione agitur,q̃ si de ea facienda pertractare fuisset: quia unio cùm sit iuris cõis derogatoria,odiosa est,& restringibilis est,ut suprà fuit ostensum. reuo-
20 catio autem qua res ad ius cõe retrahitur,amplianda est,cùm facilius† ius ipsum speciale, quã ius cõe tollatur.l.eius militis.§.si militia missus.ff.de milit.test.facit.l.cùm quidam.ff.de libe.& posthu.& c.odia,de regul.iur.in 6. & quod nemini iniuria fiat, etiam si de alicuius præiudicio ageretur,quando partes ad primum statum restituuntur, est tex.notatu dignus, cum glo.in c. ab exordio,35.dist.& est tex.cum gl.in l.si unus.§. pactus ne peteret.ff.de pact.idq; latè docuit Albertus Bru.in cons.1.col.7.uers.tetio pro prædicta opinione. citat.l.quæris.ff.de natal.resti-

ubi

* ubi teſtatur hanc eſſe * ueram,& indubitatam ſcriptorum ſententiã, ad quam acceſsit Io.Campegius in conſi.2.inter conſilia Albert.Brun.& Soc. in conſi.10. inter conſilia eiuſdem Bruni, col.8.vbi citat glo.in c.ſtatutum,de præben.in 6.& hoc poteſt corroborari ex ijs, quæ docuit Feli.in c.cùm omnes,nu.6.de conſtit. vbi multis tum exemplis, tum authoritatibus confirmauit,ſolennitatem,quæ alioqui ad actus ualiditatem exigeretur, non requiri, vbicunque ad pri-
21 mum ſtatum ſit reditus: quoniam unaquæq; † res ad primam ſuam naturam uel facillimè redit. Si itaque ex cauſa euidentis utilitatis ſeu neceſsitatis unio ſit eccleſiarum, idque contra ius cõe (vt diximus) cur non longè maiori ratione eſt decidendum, unionẽ ex ijſdem cauſis poſſe diſſolui? Idq; eo facilius,quia hoc de reſtituenda re ad primum ſtatum ſuum ageretur. & ad id quod ius cõe poſtulat. Cæterùm,cùm in caſu iſto (ſi uerum amamus) negari non poteſt,quin euidens non modò utilitas,& neceſsitas,verum etiam honeſtas expoſcat, vt pij loci bona alibi deſtinata ab huiuſmodi nexibus abſoluantur,atque unio uel ſeiungatur,vel tali aliorum monaſterij bonorum additamento ſuppleatur, vt iniuncto oneri ſufficiat,conſequens eſt, ut ita pronunciari debere omnes uno animo ſentiamus. Nunc rerum ordo poſtulat,ut inania, atq; diſſimilia eſſe,quæ ſuperius adducta ſunt,in contrarium oſtendamus. Non obſtat igitur illud,quod in primis dicebatur, videlicet nullo modo contractum hunc poſſe reſcindi, cum læſio iſta ab initio non interuenerit,ſed proceſſu temporis contigerit,per not.in l.ij.C.de contr.empt. Reſpõdetur enim id procedere in contractibus rerum,quæ libero contrahentium arbitrio ſunt ſubiecta: item à contractibus à iure cõi non abhorrentibus. hic uerò de bonis agitur, quæ cum ſint alijs pijs oneribus addita à contrahentibus, tametſi uellent, obligari non poſſunt.d.clem.quia contingit.de relig.dom.immo neq; ueriſimile puto,bona illa intelligi uigore illius unionis obligata,cùm hoc impoſsibile foret contrahentibus. neque alioqui credendum eſt ſummum pontificem fuiſſe ueriſimiliter conſenſurum,vt latè iam anteà fuit enucleatum. quare ex ijs tanquã diſsimilibus fieri non debet illatio.l.Papinianus exuli.ff.de mino.cum ſimil. Præterea,cùm hic ſumus in unione,quæ fit contra ius commune,& quæ à princip.fuit inualida, cùm de euidenti utilitate,uel neceſsitate non doceatur: vel ſi ualida fuit,ſaltem ex ijſdem cauſis eſt irritanda, ut paulòante diſſeruimus,contrarium eliditur argumentum. Illud quoq; diſſoluitur,quod ſecũdo loco afferebatur,videlicet.c.quia circa,de priuileg. & Alex.in conſi.323.in 1.uol. quia pariter dici poteſt,ea militare in ijs,de quibus liberè aliquis diſponere non prohibetur, alioqui autem in propoſito caſu,vt iam ſæpe dictum eſt. Præterea fari auſim,illa priuilegia aut nullum,aut modicum alteri præiudicium attuliſſe; quoniam alioqui reuocari potuiſſent, ac debuiſſent, vt eſt tex.de hac ipſa re in c.ſuggeſtum,de decim.hic autem de ijs agimus,quæ ius quæſitum pauperibus auferunt,nõ ſine eorum maximo detrimento. Ad c.quanto, de cenſi.cum ibi traditis per Inno.reſpondemus,tex.illum ſecundum frequentiorem, & grauiorem ſcriptorum ſententiam nobis eſſe ualidiſsimo adiumento,ut ſuprà plenè tradidimus. & ideo Innoc.hoc documentum firmare auſus non fuit,ſed illud ſub dubio fortè indeciſum reliquit. Illud quoq;,quod de furnario dicebatur,diluere facillimum eſt,qm̃ reſpondeo. Quamuis iſta quæſtio uariè decidatur; tm̃ * (ut à maioribus noſtris accepimus) contraria opinio * potior eſt,& uotis frequentiorib.approbata,vt ait Iaſ.in l.quominus.in 22.q.ff.de flum.& Dec.in conſ.335. vbi pręciſè inquit communi innitendo ſententiæ furnariũ non teneri,qm̃ familia creuit. Quapropter iſta cõis deciſio cauſam pij loci etiã atq; etiã adiuuat.& eſto quod contraria deciſio prævaleret,diceremus id ideo ita eſſe,propterea q furnarius rerum ſuarũ erat moderator,& arbiter.l.in re mandata.C.mand.
22 hic uero non,vt latè iam anteà intelleximus. Non obſt.illa uox indefinita, † expoſitorum,quæ æquipollet uniuerſali.l.ſi pluribus.ff. de lega.1.& ideo perinde eſt, ac ſi omnium expoſitorum onus pius locus ſuſcepiſſet: quià ſermo generaliter,& indefinitè prolatus,ad futura non trahitur,quando propter hoc aliquis magnum præiudicium pateretur,ut ait Bar. per illum tex.in l. pe.C.quæ res pign.oblig.poſſ.& Bar.in l.ſi ſtipulatus fuerim illud. §.1.ff. de uerb.obli. Imol.in clem.literas.de reſcrip.& Iaſ.in d.l.quominus.in 22.q.idque optimè colligitur ex tex.quem ſu
23 prà uentilauimus in l.in lege fundi.ff.de contrah.empt. Præterea uerba etiam † uniuerſalia, &

amplissima non comprehendunt ea, quæ contrahentibus sunt impossibilia, vt suprà fuit inter concluſum; sed hic & de magno, atque ingenti pij loci præiudicio agitur, & rursus contrahentes de istius bonis disponere haud poterant, ergo &c. Et hæc dicta sint ut ingenia excitentur, in reliquis locus sit semper iustitiæ, & veritati.

Summarium in d.l.damni. §. Sabini. ff. de dam. infect.

1 *Qui tenetur habere pacem ab hærede, non satisfacit, si eam habuit à defuncto.*
2 *Testes quando debeant examinari infra terminum præfixum.*
3 *Testes possunt produci post terminum lapsum datum ad probandum re integra.*

Bar. in d.l. damni. §. Sabini. ff. de damn. infec.

1 BART. in ead.l.§.Sabini, inquit, eum, qui tenetur† habere pacem ab hærede, non satisfacere, si eam habuerit à defuncto. Attende, quia quamuis contra Bart. tenuerit Bal. in l.ij. C. de libert. & ibi eum sequuti sint Salic. & Paul. de Castr. & Nellus de sancto Gemin. in tract. bannitorum, in 3. par. secundi temporis, quæst. 41. & Bal. in l.j. C. commu. de lega. tamen opinio Bar. ✶ communiter approbatur, vt hic per Roma. & Ang. & Aret. in l. pro hærede. §. fi. ff. de acquir. hered. & rationem primam Bartoli. hic declara ut per eum in l. si filius qui patri, in fi. ff. de uolg. & pup. & uide Salic. in d.l.ij. C. de libert.

2 Bar. in hoc eod. §. tradit, an & quando testes † debeant examinari infra terminum præfixum & an sufficiat si iurent, & post terminum examinentur? vide Alex. in consi. 42. In causa & lite col. fi. in 3. uol. Abb. in consi. 2. in fi. in 1. uol. & vide quæ posui ad Bar. in l. qui fundum, supra de contrah. empt. Feli. in c. licèt causam, col. 10. & seq. de probat. & in c. quoniam contra, colu. 10. in glo. in uoce, tempora. in fi. eodem tit. & Paul. de Cast. in consi. 17. colu. 2. vbi loquitur in termino dato ad producendum instrumenta, an sufficiat uerbo illa producere infra dictum tempus, & postea re ipsa? & Ang. in consi. 200. col. 2. & in consi. 399. incip. De primo dicendum.

3 Adde ad prædicta glo. in clem. sæpe, de uerb. signifi. in uoce, non obstante, quæ ait, testes † posse produci post lapsum terminum datum ad probandum, quando res est integra, & ius adversarij est illæsum. idem uoluit Innoc. in c. cùm in tua, in fi. qui ma. accus. pdss. Bald. & Salicet. C. qui accus. non poss. & de hac re ac multis alijs ad casum propositum facientibus, uide qui Feli. in d.c. licèt causam.

Summarium in l. fluminum. §. adijcitur. ff. de dam. infec.

1 *Successoris appellatione, utrum ueniat successor particularis.*

Bar. in l. fluminum. §. adijcitur. ff. de dam. infec.

1 BAR. in d.l. fluminum. §. adijcitur, tradit, an successoris † appellatione ueniat successor particularis? vide Alex. in consi. 338. in lib. primi & secundi uol. & Feli. in c. quia G. col. fi. de iudic.

Summarium in l. inter. §. damni. ff. de dam. infec.

1 *Si aliquis non perceperit fructus culpa sua, & possessiones peruenerint in fiscum, sibi est imputandum.*

Bar. in l. inter. §. damni. ff. de damn. infec.

1 BAR. in d.l. inter. §. damni, in fi. inquit, si aliquis † non percipit fructus culpa sua, quia possessiones peruenerunt in fiscum, sibi esse imputandum. vide Roma. in cons. 73. & Soci. in cons. 107. in fi. & in consi. 217. in fi. in primo uol.

Summarium in d.l. inter. §. alieno. ff. de dam. infec.

1 *Si procurator contra te contumacem agit, utrum iudex ei dicere possit, ut litem sub conditione agat, quod si eum esse procuratorem non constabit, iudicium sit inane.*

Bar. in d.l. inter. §. alieno. ff. de damn. infect.

1 BART. in eadem l.§.alieno, in fi. quærit si procurator † contra te contumacem agit, an iudex ei dicere possit, ut litem agat sub conditione, quòd si eum esse procuratorem non constabit, iudicium sit inane? vide plenè Barb. in c. cùm M. Ferrarien. col. 22. & 36. de const. & Ia. in l.ij. col. 2. C. qui admit.

Summa-

Summarium in l.cum postulassem.ff.de dam.infec.

1 *Interpellatio extraiudicialis non constituit illum in mora, qui solo iudicis officio conueniri potest.*

Bar.in l.cum postulassem.ff.de damn.infec.

1 BART. in d.l.cum postulassem,sic ait in summa. Interpellatio † extra iudicium non constituit eum in mora,qui solo iudicis officio conueniri potest. vide tu de hac re Aret.in c.1.col.5. de accusat.& Bal.in l.j.in 1.commentario.C.de iurisd.omni.iudic.Alex.in cõsi.149. visis & diligenter,col.fi.in lib.primi & secũdi vol.Feli.in c.1.col.2.de offic.deleg. & Curt.in cõs.39.col.4.

Bar.in l.a quo fundus.ff.de damn.infec.

1 BAR. in d.l.à quo fundus,inquit hanc l.esse multum sing. Tu de intellectu eius. vide Alex. in l.si finita.§.Iulianus,col.39.suprà eod.tit.

Summarium in l.quod conclaue.ff.de damn.infec.

1 *Habitans in domo, quæ ab una parte est in una parochia, & ab altera in alia, cuius sit parochiæ.*

Bar. in l.quod conclaue.ff.de damn.infec.

1 BAR. in d.l.quod conclaue,quærit si ego habito in domo, † quæ ab una parte est de parochia sancti Martini,& ab alia est de parochia sanctæ Mariæ,cuius sim parochianus?dicitque me esse de illa parochia in qua aditum habeo. vide Feli.in c.omnes,de maior.& obed.

Summarium in l.j.§.denique.j.ff.de aqua plu. arcen.

1 *Vnusquisque in re sua facere potest quicquid uult.*

2 *Vnicuique licet ædes suas tollere usque ad cœlum.*

Bar.in l.j.§.denique.j.ff.de aqua plu.arcen.

1 BART. in d.l.j.§.denique,colligit ex isto tex.quemcunque † in re sua posse facere quicquid uult,dummodo non faciat animo nocendi. Per istum text.decidit casum Paul.de Castr.in l.cum eo.ff.de seruit.urb.prędi. vt nemini liceat in suo ædificare quando ei nõ prodest & alteri nocet,& respõdet ad Ang.qui in d.l.cum eo,conabatur uiolare sentum huius §.& hanc partem sequitur Alex.in consi.9.Consideratis uerbis, in 6.uolu. vbi multùm eruditè
2 declarat,& limitat regulam,qua cautum est,cuilibet licere ædes † suas tollere usque ad cœlum. & ibi etiam aperit an in dubio sit præsumendum id fieri,ut noceat an non, aitq; hoc ex circunstantijs colligi posse,vt puta si constaret,eum antea minatum fuisse se hoc facere uelle, uide omnino,quia ibi Alex.multa affert argumenta & authoritates ad hunc text.optimè facientes.& ad hæc accedat Roma.in consi.52.in 2.dubio.& Iaſ.in l.ex hoc iure.ff.de iust. & iur. vbi multa ad rem facientia inueniuntur.

Summarium in d.l.j.§.denique.ij.ff.de aqua plu.arcen.

1 *In Italia nulla fortasse ciuitas est, quæ præscripserit merum uel mixtum imperium.*

2 *Vtrum per usum tanti temporis cuius initij non extat memoria in contrarium, præscribatur merum, & mixtum imperium.*

3 *Veneti dicuntur esse in quasi possessione libertatis, quam contra imperium præscripserunt.*

4 *Littora sunt ciuitatum adiacentium littori.*

5 *Dux Mediolani utrum habeat translatam in se imperialem potestatem in terris sibi subiectis.*

6 *Iurisdictio ecclesiastica à laico præscribi non potest, iurisdictio uerò temporalis à clerico præscribitur.*

Bar.in d.l.j.§.denique.ij.ff.de aqu.pluu.arcen.

1 BAR. in ead.l.§.denique.ij.ait. fortasse nullam esse ciuitatem † in Italia, quæ præscripserit merum vel mixtum imperium:quia in incorporalibus requiritur quasi possessio sciente aduersario,sed imperator iam diu non fuit in Italia:igitur &c. De hac re vide plenè apud Feli.in c.cũ non liceat,col.4.de præscrip.& Præpositum in c.frustrà,col.fi.8.dist.Abb.in c.contingit,col.3.de for.comp.& in c.fi.in 1.notab.de const.Barb.in c.1.in 1.notab.de reb.eccl.non alien. Aret.in cons.42.Alex.in cons.278.In causa & lite,col.pe.in lib.primi & secundi volu.& in cons.16. In causa & lite,col.1.in 5.vol.vbi tradidit,an per usum tanti temporis,cuius initij nõ extat memo-

2 ria in contrarium,præscribatur, merum † & mixtum imperium? item requiratur ne scientia & patientia illius,qui prius erat in possessione an non? & an scientia illius,ad quem spectat iurisdictio,sufficiat? & ibi latè prosequitur multa ad rem facientia. & omnino uide eundem Alex. in cons.24.Ponderatis his,col.pen.in 5.uol.& Soc.in cons.275.in 1.vol.& Angel.in l.ficut.C.de præscrip.30.anno.vbi dicit. præscribi posse contra imperium spatio centum annorum. Idem inquit Feli.in c.ad audientiam,nu.30.de præscrip.& in re proposita attende Dec.in cons.468.

* nu.5.vbi concludit magis * cõem esse doctorum sentẽtiam,vt præscriptione tanti temporis,cuius initij non extat memoria in contrarium,præscribantur ẽt iura principis, absq; ulla scientia ipsius principis,& hoc est illud,de quo principaliter hic agit Bar.idẽ tradit Cranet.in cons.54.

3 Hinc domini † Veneti dñr esse in quasi possessione libertatis,quam contra imperiũ præscripserunt,secundum Dec.in l.hostes.ff.de capti.& postlim.reuer.Bal.autem in rubri.ff.de rer.diuis. tenet ciuitatem Venetiarum liberam esse,qm̃ fundata est in mari.Item gulfum maris Adriatici esse iuris dominorum Venetorum,habetur in l.hanc.ff.de iniur.vbi Rayn.expressè ponit exemplum in gulfo Venetorum,atq; ita clarè consuluit Ang.in quadã discordia, quæ inter dominos Venetos & Genuenses uigebat,vt uidere est in eius cons.289.incip.Thema tale est, inter certa capitula pacis,col.9.& Ias.in l.ex hoc iure.ff.de iust. & iur. itẽ Bal.in l.j.ff.de rer. diuis.inquit,

4 Venetos esse dños maris Adriatici,& littorũ eius,sed in genere,non in specie,quia littora † ciuitatum adiacentium littori. vide Bal.in l.pen.C.de condi.infer.Bar.in l.quominùs, in 2.ff. de flumi.Salic.in l.iij.C.de naut.fœn.& dominium Venetorum non esse aliquo modo subiectũ imperio,& multa de eorum iurisdictione uide apud Bertachinum in tract.de gabellis,in 2.par. num.19.vbi agit de iurisdictione dominorum Venetorum,tàm in terris quàm in mari.& Ias.in cons.70.in 3.vol.& ideo ipsi dedignantur uiuere secundum leges Cæsareas,vt ait Bal.in l.milites.C.de testa.milit.& Lud.Bologn.in addit.ad consilium Ana.53. non est silentio prætereundus Alberic.de Ros.qui in l.j.C.de summ.Trin.testatur se uidisse priuilegium libertatis,& exemptionis Venetiarum,bullatum bulla aurea,vt refert Iac.Aluar.in c.1.in princ.quis dicatur dux, comes &c. Attende tamen circa id,quod prædictum est,de eorum iurisdictione in mari,in temporibus Gregorij Papæ.x.Venetis in sinu Adriatico noua uectigalia exigẽtibus,Bononienses egrè tulerunt,& propterea triennio uaria fortuna cum dominis Venetis decertarunt.Annitani quoq; indignabundi q̃ Veneti Adriatici maris sibi dominium uendicarent,& uectigalia à nauigantibus exigerent,ea de re apud Pontificem conqueruntur, qui Venetis statim imperauit,vt exactionem illam tollerent,& ipsi nihil aliud responderunt, quàm Pontificem ipsius rei plenam cognitionẽ non hr̃e.Hæc Platina in vita Gregorij Papę.x.Sed redeundo unde digressi sumus.s.iura imperij posse præscribi tanto tempore, cuius initij non extat memoria in contra-

5 rium, quærendum est, an Dux Mediolani † habeat in se translatam imperialem potestatem in terris sibi subiectis? atq; ita etiam alij principes, ita q̃ possint in eorum dominijs legitimarein præiudicium iuris quæsiti?& quid de ipso Papa in terris sibi subiectis? vide Alex.in cons.229.in lib.primi & secundi vol.& in cons.11.in 3.vol.Soc.in cons.3.col.5.in 3.uol.vbi ait Ducem Mediolani hanc hr̃e potestatem,& Soc.in cõs.66.col.6.in 3.uol. & de eius potestate uide Ias.in d.l.ex hoc iure.ff.de iust.& iur.& Curt.in cons.48.nu.22.& in cõs.49.nu.50. & in cons.65.nu.5. Item in hac materia præscribendæ iurisdictionis scias unum,quod singulare esse ait Feli.in c.fi-

6 gnificauerunt,de iudi.scilicet iurisdictionem † ecclesiasticam à laico præscribi non posse,sed iurisdictionem temporalem à clerico posse præscribi. Et an in præscriptione iurium incorporalium requiratur scientia aduersarij? regula est,eam exigi,vt hic ait Bar. tñ hoc multas patitur limitationes,vt per Feli.in c.de quarta,nu.50. & 51. de præscri. & de ui ac potentia cuiuscunq; præscriptionis uide Io.Franc.Balbum in tract.de præscriptionib.in 1.par.quartę par.in 4.q.Et dum Bar.in eo.§.ver.ego dico,ait,ẽt contra patientem præsumi titulum ex usu longi temporis. vide quę posui ad Bar.in l.cùm de in rem uerso.ff.de usur & Feli.plenè in d.c.de quarta,col.13. & seq.& omnino Barb.in cons.28.col.pen.in 4.uol.& Alex.in consi.69.Circa primum,col.2.in 5.uol.& Cæpol.in tract.de seruitutibus,in tit.de seruit.aquæ.col.18.cum sequentibus.

Summa-

Summarium in d.l.j.§.item Labeo.ff.de aqua plu.arcen.

1 *Dictum teſtium de auditu quando probet.*
2 *Qui dicit ſe audiuiſſe aliquid poſt cortinam, vtrum iſtud dictum probet.*
3 *Teſtimonium de auditu, transfert onus probandi in aduerſarium.*
4 *Dictum teſtimonij conceptum per uerbum credo, quam fidem faciat.*

Bar.in d.l.j.§.item Labeo.ff.de aqua plu.arcen.

1 BART. in ead.l.§.item Labeo, agit de teſtibus † de auditu. De hac re uide Alex.in conſi. 276.In cauſa,col.3.in lib.primi & ſecundi uol.vbi ait ex mente Baldi non ſic rectè colligi,audiui talem dicentem ſe uendidiſſe Titio,igitur uendidit. & de teſtimonio de auditu,uide eũdem Alex.in conſi.1.col.2.in 3.uol.& in conſi.291. nu.18. in lib.primi & ſecundi uolu. & in conſi. 10.in 4.uol.Raph.Cuma.in conſi.68.Feli.in c.præterea,col.2.de teſti.& in c.in literis, colu.2. uerſ.in glo.1.& in c.cum cauſam,col.10.verſ.& ſcias, eod.tit.de teſti.& in c.licèt ex quadam,in princip.eod.tit.Cæpol.in conſi.3.Imol.in conſi.135.Aret.in conſi.45. & 37.& in conſi.73. &
2 103.& ad illud quod hic Bar.de teſte,†qui dixit ſe audiuiſſe poſt cortinam,vt eius uerbis utar, vide plenè apud Iaſ.in l.ſi non ſpeciali. C.de teſta. Et in iſto caſu attende, quoniam ſi teſtis diceret ſe audiuiſſe poſt cortinam à quodam, qui ſua peccata ſacerdoti confitebatur, ſe homicidium aliquod perpetraſſe, non probaret: quia confeſsio facta in foro poli fidem non facit in foro fori.Io.Andr.in addit.in c.fi.de tempor.ordin.& Tyndarus in tract. de teſtibus, cap.15.
* agit de teſte,qui aliud dixit prima uice in iudicio. Item attende perpetuò, quamuis * communiter teneatur, teſtem de auditu non probare, vt paſsim dicunt doct. tamen teſtimonium † de
3 auditu transfert onus probandi in aduerſarium. hoc fuit dictum aureum Archid.ad quem Roma.& Alexan.acceſſerunt,vt refert Curt.idem ſentiens in conſi.69.num.4. Item teſtimonium de auditu admittitur in ijs,quæ uitam hominis excedunt. Alexan.in conſi.116.Proſpectis ponderatisque, in fine.in quinto uol.& de teſtimonio de auditu quam fidem faciat, vide omnino Dec.in conſi.82.

4 Bar.in eodem §.ſubiungit de teſte,qui teſtimonium † dixit per uerbum, credo, quam fidem faciat. vide Aret.in conſi.64. vbi ponit de teſte,qui dicit,credo & ſcio, vel non reddit cauſam ſuæ credulitatis. & Barb.in conſi.25. col.6. in quarto uolu. vbi tradit, quid ſi cum eo concurrunt alij teſtes deponentes per uerba ueritatis, & de hac re uide plenè apud Iaſ.in rubrica de iureiur.& Alexan.in conſi.156.in 5.uolu.& Feli.in c.quoties, col.3.cum ſequ. de teſti.& in c. ſicut,colum.7.verſi.ſexta declaratio,de re iudic.& Roma.in conſi.104.in fin.& in conſi.76.in quarto dubio. Soci.in conſi.171.& in conſi.214.col.5.in primo uol.vbi tradit de illo, qui dicit ſe firmiter credere. & quamuis communiter dici ſoleat, teſtem de credulitate non probare, hoc tamen fallit quando contra producentem diceret, quia tunc rectè dicitur probare. ita ſingul.inquit Roma.in conſi.104. Pater reuerende. in fi.quem refert & ſequitur Iaſ.in rubrica de iureiur.in ſexta limit.& Mari. Soci.iuni. in conſi.69. nu.17. Et teſtis deponens per uerbum credo,probat quando deponit de credulitate,quæ eſt proxima ſenſui. vt puta, ſi quis dicat, uidi nudam cum nudo: & ideo credo eos adulterium commiſiſſe. Abb.in c.quoties, de teſtib.

Summarium in l.ſi tertius.ff.de aqua plu.arcen.

1 *Vicinus, ſeu uicinia uſque ad quem locum dicantur.*
2 *Vicini proximiores, qui dicantur.*

Bar.in l.ſi tertius. ff. de aqua plu.arcen.

1 BART. in d.l.ſi tertius,quærit,uſque ad quem locum † dicantur uicini ſeu uicinia. & dicit, uſque ad locum à quo poteſt exaudiri uox clamantis. vide Abb.& Feli.in c.quoſdam, de præſumpt. Ancha.in c.canonum ſtatuta,col.85.de conſti. Iaſ.in l.non ſolùm.ff.de oper.nou.nunc. & in l.fin. C. de his quib.ut indign. & omnino uide quæ poſui in lucubrationibus meis in l.j.§.
2 hoc autem, ſuprà ad Syllan. Et dum Bar. propè fi. tradit qui nam dicantur † eſſe uicini proximiores, aitque infantes & furioſos, alioſque inhabiles non rectè appellari uicinos proximos quando de ferendo teſtimonio ageretur. vide ad hæc aliquid per Feli.in c.in præſentia, col.5.

de probat. & in cap. omnes, de mai. & obedi. & Alexand. in conſ. 204. viſa facti, in lib. primi & ſecundi uoluminis.

Summarium in d.l. ſi tertius. §. ſi quis prius. ff. de aqua plu. arcen.

1 *Ius excipiendi; an tranſeat ad ſingularem ſucceſſorem.*

Bar. in d.l. ſi tertius. §. ſi quis prius. ff. de aqua plu. arc.

1 BART. in ead. l. §. ſi quis prius, quærit, nunquid ius † excipiendi tranſeat ad ſingularem ſucceſſorem? Ad rem hanc facit tex. & ibi Bar. in l. ait prætor, cum ſequ. ff. de iureiur. vide Imol. in conſi. 128. col. 2. Aret. in conſ. 70.

Summarium in l. is cum quo. ff. de aqua plu. arcen.

1 *Qui conuenitur ex facto ſuo, non liberatur cedendo rei.*

Bar. in l. is cum quo. ff. de aqua plu. arcen.

1 BART. in d. l. is cum quo, ſic ait in ſumma, qui conuenitur † ex facto ſuo, non liberatur cedendo rei. vide Feli. in c. quæ in eccleſiarum, col. 28. de conſt. & ibi Barb. col. 14. cum ſeq. Roma. in conſi. 27. & Corn. in conſi. 16. col. 6. in primo uol.

Summarium in l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen.

1 *In ſeruitute irreuocabiliter reſtituenda, requiritur conſenſus omnium qui habent ius in re.*

Bar. in l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen.

1 BAR. in d. l. in concedendo, ita inquit. in ſeruitute † irreuocabiliter reſtituenda, requiritur conſenſus omnium, qui habent ius in re. vide Oldra. in conſi. 30. in ultima quæſt. vbi tradit, an requiratur conſenſus uſufructuarij.

Summarium in l. in diem adiecto. ff. de aqua plu. arcen.

1 *Agens contra aliquem habentem ſubſtitutum, citare non debet ſubſtitutum.*

2 *Vendens rem aliquam, cum pacto de retrouendendo pro eodem pretio, ſi interim emptor dictam rem alienauerit & poſtea retrouenderit, utrum dicta res tranſeat ad primum uenditorem cum dicto onere.*

Bar. in l. in diem adiecto. ff. de aqua pluuia arc.

1 BART. in d. l. in diem, dicit, ſi ago contra aliquem, † qui habet ſubſtitutum, citandum eſſe ſubſtitutum. ad hoc Bar. documentum acceſsit Alex. in conſi. 299. in lib. primi & ſecundi uol. vbi inquit huiuſmodi ſententiam præiudicare ſubſtituto non citato, tamen ipſe idem Alex. in l. de unoquoq; ff. de re iudic. dicit, quamuis ſententia lata non citato illo, de cuius præiudicio non agitur principaliter, ualeat & teneat, eam tamen illi non citato præiudiciũ aliquod afferre non poſſe. idem ait Feli. in c. humilis, de mai. & obed. & Soc. in conſ. 282. in 1. volu. vbi teſtatur
∗ hanc eſſe magis * cõem ſententiam modernorum, in d. l. de unoquoque. & dum Bar. hic ſubin-
2 git quæſtionem, ſi uendo † tibi rem aliquam pacto appoſito, ut eam pro eodem pretio mihi retrouendere tenearis, & interim tu obligas dictam rem, poſtea retrouendis, tranſeat ne ad me cum dicto onere an non? vide ad hoc Bart. documentum, Dec. in conſ. 88. col. 2. uer. & ſpecialiter, & Mari. Soc. iuni. in conſi. 20. nu. 30. & ad id quod Bar. hic ponit in fi. ſi alicui cõceſſum eſt ius colligendi pedagia, ut non poſsit illud uendere ſine conſenſu concedentis, vide Bertachinum in tract. de gabellis, in 14. q. primæ par. princip.

Summarium in l. ſi autem plures. ff. de aqua plu. arcen.

1 *Iuſſus quando præcedere debeat.*

Bar. in l. ſi autem plures. ff. de aqua plu. arcen.

1 BART. in d. l. ſi autem plures, tradit an & quando † iuſſus præcedere debeat? vide Bart. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui. hæred. & ibi Alex. & Iaſ. & eundem Alex. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore, in princ. ff. ſol. matr.

Bar. in l. ſupra iter. ff. de aqua plu. arcen.

BAR. in d. l. ſupra iter, dicit hanc. l. tribus modis legi, vt hic per eum. vide aliquid per Barb. in conſi. 20. col. 6. in 4. uol. & Soc. in conſi. 141. in primo uol.

Summarium in l. ſupra iter. §. officium. ff. de aqua plu. arcen.

Dictio, vel, expenitur pro etiam, & implicationem ſignificat. Bar.

Bar.in d.l.ſupra iter.§.officium.ff.de aqua plu.arc.

1 BART. in ead.l.§.officium,exponit,vel † pro, etiam,ita ut implicationem ſignificet, vide Aret.in conſi.67.in 2.col.& dum Bar.hic ait hanc vocem,ſaltem,eſſe implicatiuam,vide Soci. in conſi.38.col.4.in 1.vol.& de voce,etiam,vide Alex.in conſi.23.in 5.vol. ſed de ſignificatione huius uocis,vel,ut quandoque ſtet implicatiuè, de qua principaliter hic agit Bar. vide Bar. in l.generali.C.de ſacroſ.eccleſ. & trad.in clem.ſæpe.de verb.ſignif.& plenè apud Card.Zabar. & alios in clem.plerisque.de elect.

Summarium in l.emptor.ff.de aqu.plu.arcen.

1 *Ex contractu ſimulato, an & quomodo non transferatur dominium, neque poſſeſſio.*

2 *In dubio, an & quando contractus præſumatur ſimulatus.*

Bar.in l.emptor.ff.de aqu.plu.arcen.

1 BART. in d.l.emptor, tradit an & quomodo † non transferatur dominium neque poſſeſſio ex contractu ſimulato? vide in hac re Alex. in l. ſi donationem. C. de collat. & in conſi.46. Circa præſentis,in 3.vol.& in conſ.57. Viſa breui,col.1.in 5.vol.& in conſ.69.Circa primum, col.3.verſi.vtrum autem,eod.vol.Et dum hic Bar.inquit,ſimulationem propriè dici, quando aliquid fingitur agi,& tamen nihil agitur. Declara ut per Soc.in conſ.164.col.3.in 1.vol. & in hac materia,vide Fulg.in conſ.134.Aret.in conſ.65. & Dec.in l. imaginaria.ff. de regul.iur. & plenè Cæpoll.in tract.de ſimulatione contract.in quibus locis traditum eſt etiam an & quan-
2 do contractus † in dubio præſumatur ſimulatus? de qua re vide Soc.in conſi.262.in 1.volu.& in conſi.90.in 3.vol.Abb.in conſ.79.in 2.vol.Ang.in cõſi.387.Alex.in l.j.§.ſi ius.ff. de acquir. poſſ.Feli.in c.ſi cautio.nu.55.de fid.inſtr.& Iaſ.in l.cum ea.C.de tranſact.& omnino vide Alex. in conſ.28.in 5.vol.vbi traditur de illo, qui poſt alienationem perſeuerauit in poſſeſsione. & Soc.in conſ.127.col.4.in 3.vol.& Aret.in d.conſ.65.& nõ prætereas Raph.Cuma.in cõſ.133.

Summarium in l.ſi prius.§.Plautius.ff.de aqua.plu.arcen.

1 *In dubio contractus cenſetur factus ſecundum conſuetudinem loci.*

Bar.in l.ſi prius.§.Plautius.ff.de aqu.plu.arcen.

1 BART. in d.l.ſi prius.§.Plautius,tradit, contractum † in dubio factum eſſe cenſeri ſecundum conſuetudinem loci,& ideo notarium præſumi rogatum de apponendis clauſulis conſuetis. Adde quod etiam ſi dictæ clauſulæ non eſſent appoſitæ in inſtrumento, tamen habentur pro appoſitis,& errore cenſentur prætermiſſæ. Soc.in conſi.101.col.2.in 3.vol. & Felin. latè in c.cùm.M.Ferrarien.nu.7.de conſt. Declara tamen prædicta procedere in ijs, quæ generalia ſunt,ut notarius rogatus eſſe exiſtimetur,alioqui verò,ſi ad rei ſubſtantiam pertinerent, vt declarat Feli.in d.c.nu.15.& de hac re vide Abb.in conſ.161.col.fi.in 1.vol.& in conſi.74. eod. vol.in fi.& in conſi.88.in 1.vol.Alex.in l.j.col.2.C.de eden.& in conſi.1.in 5.vol. Bar. in l. impenſæ.ff.de impenſ.& in l.ij.ff.ſol. matr.in fi.principij.Alex.in conſ.5.col.2. in 5.vol. & ad hoc propè infinita poſſent aggregari,quæ breuitatis cauſa prætermittuntur. De hac enim re quãdoque egimus etiam in nonnullis alijs lucubrationibus præcedentibus.vide ad prædicta Dec. in l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg.iur.& in d.c.cùm.M.col.3.

Summarium in l.ſi cum infra.§.cuius.ff.de aqu.plu.arcen.

1 *Ciuitas quando poſſit condere ſtatutum, ne liceat à ſententia appellare.*

Bar.in l.ſi cum infra.§.cuius.ff.de aqu.plu.arcen.

1 BART. in d.l. ſi infra.§. cuius, agit, an & quando ciuitas † poſsit ſtatutum condere, ne liceat à ſententia appellare? vide in hac re aliquid per Roman. in conſi.299. & in conſi.437. Barb.in c.ex literis,colum.antepen.de conſtit.Bald.in l.fi.de ſentent.& in conſi.2.in 5.volu. & Signorel.in conſ.251.

Summarium in l.j.ff. de publican.

1 *Dictio, Item, repetit.*

Bar.

De publicanis.

Bar. in l.j. ff. de publicanis.

1 BART. in d.l.j. inquit, uocem, item, † repetere, & eius significationem aperit. vide Alex. in conſ. 117. & in conſ. 133. in 1. vol. & in cõſ. 158. in 6. vol. Soc. in conſ. 10. col. 6. & ſeq. in 1. vol. Dec. in conſ. 317. & Feli. in c. cum totum, de offic. deleg.

Summarium in d.l.j. § hic titulus. ff. de publica.

1 *Quæ ſit differentia inter uectigal, & tributum.*

Bar. in d.l.j §. hic titulus. ff. de publican.

1 BART. in ead.l. §. hic titulus, quærit, quæ ſit differentia † inter vectigal, & tributum. vide Feli. in c. ad audientiam, col. 7. de præſcript. & quæ latè dixi in lucubrationibus meis in l. hæres abſens. ff. de iudic. ubi egi de immunitate eccleſiæ. Et dum ſubiungit hic Bar. contractum cenſualem eſſe, quando quis concedit omne ius quod habet in re, quamuis ſibi certa penſio præſtari debeat. vide Soc. in conſi. 167. col. 1. & ſeq. & in conſ. 208. col. pe. & in conſ. 266. col. 3. in 1. vol. Corn. in conſ. 16. col. 4. in 1. vol. vbi loquitur etiam de feudo cenſuali. Alex. in conſ. 14. in 7. vol. Bal. in conſ. 379. in 1. vol. Feli. in d.c. ad audientiam. nu. 27. & ad prædicta omnia vide Bertachinum in tract. de gabellis, in præludijs, ac per totum. & ad id quod hic ait Bar. ſed quid ſi pro mulo, & reliqua, vide Raph. Cuma. in conſi. 21.

Summarium in d.l.j. § unde quæritur. ff. de public.

1 *Si emi à te librum & dedi arrhas, tu non uis dare librum, ſed duplices arrhas, ego uolo totum intereſſe, an per prouiſionem arrharum uideatur receſſum à prouiſione legis.*

Bar. in d.l.j. §. vnde quæritur. ff. de public.

1 BART. in ead.l. §. vnde quæritur, ponit quæſtionem, ſi emi à te librum, † & dedi arrhas tu nõ vis dare librum, ſed duplicas arrhas, ergo uolo totum intereſſe, an per prouiſionẽ arrharum videatur receſſum à prouiſione legis? deciditque totum intereſſe peti poſſe. Adde quòd ita ✱ eſt * communis ſententia ſecundum Alex. in l. ſi cùm dotem, col. 2. verſi. Et iſta faciunt ad quæſtionem, in 2. notab. ff. ſoł. matr.

Summarium in d.l.j. § familiæ. ff. de publica.

1 *An ſcholaris de delicto famuli ſui, & dominus de delicto familiaris teneatur.*

Bar. in d.l.j. §. familiæ. ff. de publican.

1 BART. in ead.l. §. familiæ, tradit an ſcholaris † de delicto famuli ſui? & an dominus de delicto familiaris teneatur? vide aliqua per Feli. in c. conſtitutus. j. in fi. de teſti. Anan. in conſi. 21. ibi addita, & in conſi. 71. & addita ad conſilium ſuum 110. & ad rem faciunt trad. per Roman conſi. 11. & in conſ. 15. & in conſ. 358. in 2. dub. Barb. in conſ. 18. col. 3. & ſeq. in 1. vol. Imola conſ. 51. in fi. Feli. in c. cum ordinem, col. 4. de reſcrip. & in c. ſi quando, col. 2. & ſeq. de offi. deleg. Signorel. in conſ. 144. Bal. in conſ. 250. col. 4. & in conſ. 328. in 1. vol. ſciasque familiam debere eſſe honeſtam, alioqui ſi dominus tenet famulum, qui delicta committit, præſumitur contra ipſum, vt ſit malæ conditionis, & conijcitur famulum delinquere ipſo domino conſentiẽte. Card. in clem. ne in agro. §. porrò in 4. notab. de ſtat. monac. Dec. in l. nullum crimen. ff. de reg. iur. & in l. ſeruus. col. 1. C. de pact. & Crauet. in conſ. 35. nu. 13. & an & quando teneatur dominus ex facto familiæ, vide Abb. in c. 1. de reſt. ſpoli.

Summarium in l. cum ſi exhibuiſſent. § quod ait. ff. de publica.

1 *Pro domino ille accipitur, qui habet maioritatem, ſiue præheminentiam, non ratione dominij.*

Bar. in l. cùm ſi exhibuiſſent. §. quod ait. ff. de publican.

1 BART. in d.l. cùm ſi. §. quod, ait, pro domino teum accipi, qui habet maioritatem ſiue præheminentiã non ratione dominij. vide Alex. in conſ. 5. in 4. vol.

Summarium in l. cum ſi exhibuiſſent. § an autem. ff. de public.

1 *Si teſtis interrogatus de aliqua re uel perſona, petat eandem rem uel perſonam exhiberi, ut eam poſſit cognoſcere, eam exhibendam eſſe, cum eiſdem indumentis, & qualitatibus.*

Bar.

Bar.in d.l.cum si exhibuissent.§.an autem.ff.de publica.

BART. in ead.l.§.an autem,inquit,si testis† interrogatus de aliqua re uel persona petat,eã-dem rem vel personam exhiberi, ut eam possit cognoscere, eam exhibendam esse cum eis-dem indumentis & qualitatibus. vide Feli.in c.cum causam,col.2.versi.in ea gl.de testi. Bar.& alios in l.iij §.ideo.ff.de testi.& in l.j.in principio.& ibi Alexand.ff.si ex noxal.caus. aga. & Bal. in l.fin.C.de iur.deliber.

Summarium in l.si publicanus.§.de rebus.ff.de public.

De rebus quas rectores sui,uel suorum usus gratia portant,non debet solui uectigal.

Bar.in l.si publicanus.§.de rebus.ff.de publica.

BART. in ead.l.§.de rebus,sic ait in summa. De rebus † quas rectores sui vel suorum usus gratia portant,non debere solui uectigal.vide Ana.in cons. 264.Et dum Bar.subiungit,an cre-dendum sit literis officialis?vide trad.per Ias.in l.j.col.13.ff.de offi.eius, & vide addita ad Ana. in cons.2.& Alex.in cons.347.in lib.primi & secundi vol.

Summarium in d.l.si publicanus.§.in uectigalibus.ff.de public.

Vectigalium exactio præscribi potest tanto tempore cuius initij memoria non extat in contrarium.

Contra uasallum,uel emphyteotam ecclesiæ etiam Romanæ quo tempore præscribatur.

Bar.in d.l.si publicanus.§.in uectigalibus.ff.de publica.

BART. in ead.l.§.in vectigalibus, inquit, vectigalium † exactionem præscribi posse tanto tempore,cuius initij non extat memoria in contrarium: nam huiusmodi consuetudo uim ha-bet priuilegij à principe concessi ex certa scientia, secundum Ias.in l. de quibus.ff.de legi. & in l.quominùs.nu.42.ff.de flumin. Alex.in cons.6.in 1.vol.Soc.in consi.181.col.pe.& in cõs.187. in 1.vol.Feli.in c.de quarta,col.15.de præscrip.& vt latius posui in lucubrationibus meis in d. l.de quibus.sed ex priuilegio principis proculdubio uectigalia conceduntur, ut etiam hic ait Bar.igitur & ui huius consuetudinis,quæ eiusdem est potentiæ, ut prædictum est. Et ad prædi-cta vide Aret.in cons. 3.in 3.dub.& in consi.42.col.fi.Anch.in clem.præsenti.de censi.& omni-no Bal.in c.bonæ,de postul.prælat.Soc.in consi.266.colu.16.vbi ponit quo tempore præscri-batur contra † uasallum vel emphyteotam ecclesiæ etiam Romanæ. & Iacob.de sancto Geor-gio in suo tract.feudorum,in gl.in uoce,cum mero & mixto imperio,col.5.Dec.in consi.85.& multa alia possent adduci,quæ ne fastidium pariant,relinquuntur.& dum Bar.hic in fi. tradit,si probatur aliquem exegisse vectigal de quibusdam rebus tempore debito, possit ne is exigere vectigal hac ratione de omnibus,an non?vide Alex.in cons.33.Ponderatis his,in 5.vol.

Summarium in l.hoc edicto.§.quærentibus.ff.de public.

Quando simplum in dubio insit in duplo.

Bar.in l.hoc edicto.§.quærentibus.ff.de public.

BART. in d.l.hoc edicto.§.quærentibus,tradit quando simplum † in dubio insit in duplo. Tu ultra authoritates hic allatas per Alexand.in apostill.vide tex.in l. vt tantum.§. in hac.ff. de seru.corrup.& glo.in l.j.in principio.C.eod.titulo tex.in l.ij.§.fin.ff.de tutel.& glo.in l.penul.ff. ad leg.Iul.pecul.Bart.in l.j.C.de pœn.fiscal.libro 10. & Alexan. in consi.66.in 1.volu. ubi citat hoc Bartoli documentum.

Summarium in l.Imperatores.ff.de publican.

Onus dandi uectigal seu tributum ad possessorem pertinere.

Bar.in l.Imperatores.ff.de publica.

BART. in d.l.Imperatores,colligit ex tex.onus dandi † vectigal seu tributum ad possesso-rem pertinere. De hac re vide omnino quæ plenè posui in meis lucubrationibus,in l.hæres ab sens,suprà de iudic.vbi egi de immunitate ecclesiæ,& multis conclusum est argu mentis & au-thoritatibus hæc onera ad eum,qui fructus percipit,pertinere.Et dum Bar.in ead.l.in fi.quærit an minor qui non soluit uectigal,possit postea soluere infra.30.dies? an ipso iure ei remittatur pœna?an vero in integrum restitui debeat?vide Alex.in cons.31.Ponderatis his,in 5.vol.

Sum-

De publicanis.

Summarium in l.fraudati.ff.de publican.

1 *Si unus habens fundum emphyteoticum decessit relictis pluribus filijs, quorũ unus canonem soluit, alius non; an tota res ad ecclesiam reuertatur.*

2 *Hypotheca quæ habuit originem ab uno solo, facit ut quilibet heredum pro cohæredibus conueniri possit.*

Bar.in l.fraudati.ff.de publican.

1 BART. in d.l.fraudati, quærit, si unus habens fundum emphyteoticum † decesit relictis pluribus filijs, quorum unus canonem soluit, alius non, an tota res ad ecclesiam reuertatur an
* non? & decidit totam reuerti. Pro hac opinione, quam dicit Alex. esse * communem in Lap. §.Cato, in 5.opp.ff.de uerb.oblig. facit tex.in l.stipulationum aliæ.§.fi.ff.eod.tit.de uerb. oblig. Limita istam conclusionem multis modis, vt per Ias.in l.ij.col.16. & seq.C. de iure emphyt. & uide Alex.in l.si seruus.§.1.ff.si quis caut. Ratio autem prædictæ conclusionis ea est, quoniam obligatio habuit originem in persona defuncti: & ideo diuidi non potest in præiudicium cre-
2 ditoris, ut inquit Ias.in d.l.ij. Hoc idem uidemus etiam in hypotheca, † quæ habuit originem ab uno solo; nam quilibet hæredum pro cohæredibus conueniri potest: quia est indiuidua l. quamdiu.& ibi Iacob.Butrig.& Ang.C.de distr.pign.& est tex.cum glo.& ibi Bald.in l.j.C.de hæred.action.& omnino vide Paul.de Cast.in l.j.C.cõm.de legat.& Soc.in cons.135.in 1.vol.

Summarium in l.licitatio.ff.de publica.

1 *Si unus tempore subhastationis emit pedagium pro maiori summa, sed alius post eum auget pretium pedagij, an ex ista maiori oblatione ille primus intelligatur liberatus.*

Bar.in l.licitatio.ff.de publican.

BART. in d.l.licitatio, in principio, inquit unum, quod esset ualde singulare, si veritati inte-
1 teretur, ait enim, si unus tempore subhastationis † emit pedagium pro maiori summa, sed alius post eum auget pretium pedagij, an ex ista maiori oblatione ille primus intelligatur liberatus? & decidit quòd non. sed contrarium in facti contingentia consuluit Bal. qui lucratus est centum aureos, ut refert Franc. Crem. in suo sing.40. incip. Tu scis quòd forma. & omnino nota etiam ibi addita ad.d.singul.Cremen.& Bal.in cons.327.in 2.vol.& in cons.191.in 3.vol. & plenè de materia subhastationis vide apud Fabianum de Monte in tract.de emptione & vend. in 5.quæst.num.83.

Summarium in d.l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de publicam.

1 *Qui extorsit ciuiliter, & crimanaliter punitur.*

Bar.in d.licitatio.§.quod illicite.ff.de public.

1 BART. in ead.l.§.quod illicite, sic ait in summa. qui extorsit, † ciuiliter & criminaliter punitur. vide consilium Ant.incip.Si contra, in consilijs Barb.in 1.vol.in fi.& Roma.in cons.183. & Corn.in cons.51.col.2.in 1.vol. Et dum Bar.subiungit, offensam dici, quicquid ad iracundiam prouocat, vide Corn.in d.cons.51.col.4.& Raph.Fulg.in cons.235.colu.2. vbi citat hoc Bartoli documentum, aitque hanc offensam esse aliqua pœna puniendam. vide Bart.& Ias.in l. cum te.C.de inoffi.testa.& Bar.in l.quidam cum.ff.de hæred.inst.

Summarium in d.l.licitatio.§.earum rerum.ff.de publican.

1 *Quo temporis spatio cessari debeat à solutione, ad hoc ut præscribatur.*

Bar.in d.l.licitatio.§.earum rerum.ff.de publican.

1 BART. in ead.l.§.earum rerum, quærit quo temporis spacio † cessari debeat à solutione ad hoc ut præscribatur, vide Aret.in cons.154.col.2. Postea quærit quid si quidam priuatus hoc tempore cessauit, sed omnes alij soluerunt? vide Alex.in cons.16.col.8.in 5.vol. vbi loquitur in iurisdictione, & in cons.30.col.4.eod.vol. vide etiam non nihil in cons. ultimo in 4.vol.

Summarium in d.l.licitatio.§.fiscus.ff.de publican.

1 *Quidam emerunt gabellam salis à commune, postea commune emebat sal, utrum debeat soluere gabellã.*

Bar.in d.l.licitatio.§.fiscus.ff.de publican.

1 BART. in ead.l.§. fiscus, sic ait in summa. Quidam emerunt † gabellam salis à communi, postea commune emebat sal. vtrum debeat soluere gabellam? vide Alexand. in cons.124. in 4.vol.

4.vol.& Bertachinum in tract.de gabellis,in 7.par.in 9.& ultima quæst.Bal.in consi.243.in 5. vol.& in consi.121.in 4.vol.

Summarium in d.l.licitatio.§.mercatores.ff.de poblica.

Ecclesia Romana habet salinas in Romandiola, quidam emerunt dictas salinas ab ecclesia, & portabant Romam, utrum in ciuitate Fauentiæ pedagium soluere teneantur.

Bar.in d.l.licitatio.§.mercatores.ff.de publican.

Bar.in ead.l.§.mercatores,ita inquit. Ecclesia Romana † habet salinas in Romãdiola, quidam emerunt dictas salinas ab ecclesia,& portabant Romam,vtrum in ciuitate Fauentiæ pedagium soluere teneantur? Ad istam quæstionem vide Dec.in cons.48.& ad rem faciunt trad. per Card.in cons.12.& Feder.in consi.3.col.6.& Bal.in cons.121.in 4.vol.

Summarium in l.uectigalia.ff.de publican.

Illi qui fraudant gabellas an teneantur.

Bar.in l.vectigalia.ff.de publican.

Bar.in d.l.vectigalia,inquit, eos, qui fraudant † gabellas, non teneri Deo nec mundo; quia illæ,quæ imponuntur sine consensu principis,sunt extorsiones. An autem defraudans uectigal impositum ab habente potestatem teneatur in foro conscientiæ? Bertachinus in tract. de gabellis,in 9.par. princip.inquit eum teneri secundum magis * communem sententiam. id quod durum videtur dictu istis temporibus, cum tot onera & tot vectigalia imponantur, & in dies augeantur,ut vix ferri possint. Ad prædicta vide Abb. & alios in proœmio Decretal. in voce Rex pacificus.Abb.Feli.& Dec.in c.1.de const.& Abb.in cons.13.incip.Vniuersalitas, & in c. innouamus,de censi.& in c.dilectus filius.3.de præb.& in c.ex parte, de his quæ fi. à mai. par. cap.& Bal.in l.veluti.ff.de iust.& iur.Item limita hoc quod hic dicit Bar. de gabella imposita à non habente potestatem,vt fraudari possit,nisi scandalum timeatur:nam tunc licitè non fraudaretur.ut colligitur ex trad.per Abb.post Innoc.in c.olim,de rest.spoli.& dum Bar.in ead.l.§. non solutis,tradit an & quando conductor uectigalium non soluens debitum possit expelli?vide Soc.in cons.167.col.2.in 1.vol.

Summarium in l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de publican.

Conductor uectigalium ob nimiam sterilitatem & minimos redditus perceptos potest petere mercedis remissionem.

Quomodo cognoscatur, aliquem esse conductorem aut emptorem gabellarum.

Bar.in l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de publican.

Bart. in d.l.cotem ferro.§.qui maximos,inquit, conductorem † vectigalium ob nimiam sterilitatem, & minimos redditus perceptos posse petere mercedis remissionem. & postea quærit an idem sit in emptore ipsorum uectigalium? vide Aret. in consi.92. & in consi.55. & multa per Signorell.in consi.187.& de hac re uide plenè apud Bertachinum in tract. de gabellis,in 2.par.De locatione gabellarum.nu.43.51.& 52.Et dum Bar. quærit quomodo cognoscatur, † aliquem esse conductorem aut emptorem gabellarum,& de damno propter bellum, uide Soc.in consi.156.& Corn.in consi.23.& in consi.38.in 2.vol.& Alex.in consi.3.in 1.vol. & in consi.173.Visis & accuratè,col.pen.in libro primi & secundi vol.& ad rem faciunt trad. per Dec.in consi.4. Et ad id,quod inquit Bar.hic in 3.col.versi.ad unum tamen uolo te sollicitè aduertere,scilicèt remissionem fieri debere publicano quotiescunque bellum uigeret culpa ipsius ciuitatis.vide omnino Aret.in l.ij.§.fi.ff.de verbo.obligat. & in consi.140.& Panorm.in consi.21.col.1.in 2.vol.& omnino vide multa similia quæ posui in l.si fideiussor.§.si necessaria. ff.qui satisd.cog.Postea Bar.prosequendo hanc inuestigationem in 4.colu. versi. sexto quæro, tradit an emptor istorum fructuum possideat,& reliqua, ut hic per eum. vide ad hæc Alex. in d.consi.3.& in d.cons.173.& in cons.107.in 3.vol.& addita ad Ana.in cons.74.& Soc. in cõs. 58.in 1.vol.Ad id verò quod subiungit Bar.in vers.septimò quæro,scilicèt,si aliquis emit fructus alicuius molendini uel alterius ædificij,quod est destructum,ita ut fructus percipi nõ possint,ad quem spectet refectio? vide Aret.in cons.2.& Paul.de Cast.in cons.326.col.3.

Summa-

De publicanis.

Summarium in l.commissa.ff.de publican.

1 *Res quæ incidit in commissum uendicatur ab hærede pro ut à quolibet possessore.*
2 *Fiscus usque ad quod tempus possit rem uendicare.*
3 *Fiscus, an habeat tacitam hypothecam in bonis delinquentis.*

Bar.in l.commissa.ff.de publican.

1 BART. in d.l commissa, sic ait in summa. res, quæ incidit † in commissum, vendicatur ab hærede pro ut à quolibet possessore. Ad istam.l.vide aliquid per Anch.in c.possessor, colu.1.5. de regul.iur.in 6.& Ang.in tract.maleficiorum, in gl.Et eius bona publicamus, in 4.quæst.col. 3.versi.& dicta acquisitio.

2 Bar.in eadem l.in fi.quærit, usque ad quod tempus possit fiscus † rem uendicare, quæ incidit in commissum? aitque usque ad annos quinque: quibus elapsis ius fisci extinguitur. Pro ista opinione uidetur tex.& ibi doct.in l.ij.C.de uectigal.comm.idem uoluit Bar.in cõsi.81.& Bal. in l.iij.C.si prop.pub.pens.Attende hic quoniam Bar.materiam hanc aliter & plenius enucleauit in l.in omnibus.ff.de diuers.& tempor.præscript.ad quem accessit Abb.in c.cum nobis, de præscript.& Paul.de Cast.in l.fi.C.de sacros.eccl.volunt enim prædicti, si fiscus ignorauit bona sibi esse delata, uel ei fortè nulla fuit facta denunciatio, saltem decennium exigi, alioqui contra fiscum præscribi non posse. Tamen solum quinquennium sufficere, etiam si fiscus ignorauerit sibi delatum esse, videtur probari in d.l.ij.ubi Bar.& Bal.C. de uectigal.comm.& per Bar.in d consi.81.& hic & ad prædicta vide Barb.in consi.70.col.23.in ultima dubitatione in 4.volu.&
3 Alex.in addit.ad Bar.in l.fi.C.ad leg.Iuli.maiest.An autem fiscus † habeat tacitam hypothecam in bonis delinquentis? gl.not.in l.rescriptum, in principio.ff.de pact.ait, fiscum eam habere.Est
* contrarium uoluit gl.in l.unic.C.de pœ.fis.cre.quæ * communiter reprobatur secundum Annellum in sing.suis. De hac re vide Ant.de Fano in tract.de pignoribus & hypothec.in 4.membro secundæ par.nu.129.cum seq.

Summarium in l.Cæsar.ff.de publican.

1 *Tempus inspicitur, in quo quis possideat, non tempus, quo quis per uim expulsus est.*

Bar.in l.Cæsar.ff.de publican.

1 BART. in d.l. Cæsar, ita inquit in summa. inspicitur † tempus, in quo quis possidet, non tempus, quo quis per uim expulsus est. Ad istam.l.vide Alex.in consi.7.in 3.volu. & in cons. 31.in fi.in 5.vol.Et dum Bar.subiungit, omnes portus insulæ esse insulam. & ideo ait eos, qui delinquunt in portu Pisanæ ciuitatis, posse puniri à ciuitate sub qua est insula. Hoc intellige & declara ut per Cæpol.in tract.seruitutum rusticarum, in c.de seruitute, in 10.quæst.& vide Fel. in c.in causis, col.3.& seq.de re iudic.Imol.in consi.24.in consi.35.& in cons.54.Curt.in cons. 48.col.26.& Paul.de Cast.in cons.149.& an portus ueniat appellatione ciuitatis, vide Felin. c.Rodulphus, col.4.de rescrip.

Summarium in l.interdum.§.quoties.ff.de publican.

1 *Si unus ingressus est religionem fratrum minorum, & stetit per sex menses, postea exiuit, & iterum redijt, & stetit per alios sex menses, utrum dicatur nouitius.*
2 *Si promisisti rem uendere, & de promissione soluta est gabella, an debeat solui de uenditione.*

Bar.in l.interdum.§.quoties.ff.de publican.

1 BART. in d.l.interdum.§.quoties quis mancipia, quærit si unus † ingressus est religionem fratrum minorum, & stetit per sex menses, postea exiuit & iterum redijt, & stetit per alios sex menses, utrum dicatur nouitius? aitque nouitium non autem ueteranum appellari. vide omnino Barb.in consi.134.Clementissimi Dei, col.2.inter consilia Alex.in 4. vol.& est consilium ultimum dicti vol.& Ias.in repet.l.admonendi, colu.106.ff. de iureiur.& Abb.in c.ad apostolicam.colum.2.de re iudic.Et dum Bar.hic in fi.subiungit, si promisisti rem † uendere, & de promissione soluta est gabella, an debeat solui de venditione? vide Abb.in consi.161.& in c. tua nobis, col.pen.de decim.& Iacobum de sancto Georgio in tract.suo de oper.col.12. Barto. & alios

alios in l.si pupillus.ff.ad leg.falcid.Paul.de Castr.in consi.187. & Bertachinum in tract. de gabellis,in 4.quæst.quintæ par.princip.

Summarium in d.l.interdum. §.diuus quoque.ff.de publican.

Si statuto cautum est, syndicum teneri maleficia denunciare, vtrum teneatur denunciare maleficium non punibile.

Si maleficium est factum in confinibus, ita ut non appareat in quo territorio sit commissum, quis denunciare tenetur.

Syndicus an denunciare teneatur maleficium, quod ut priuata persona ipse denunciauit, uel alius.

An teneatur denunciare omnes delinquentes, si erunt multi.

An syndico prosit, si alius delictum denunciauit, uel iudex ex officio procedit.

Bar.in d.l.interdum.§.diuus quoque.ff.de publican.

BART. in ead.l.§. Diuus quoque,ait,si statuto cautum est,syndicum † teneri maleficia denunciare,vtrum teneatur denunciare maleficium non punibile, ut puta,si bannitus occideretur? & decidit eum teneri; quia cognitio delictum sit ne punibile, an non spectat ad iudicem, & non ad syndicum. vide Bal.in c.super literis,colu.2.de rescrip. & Anch.in clem.præsenti, de censi.ubi de hac re agit. & in l.ij.C.ubi de crimin.ag. opor. & Bar.in l.iij.§.si maritus.ff.ad Syll. Quid si maleficium † factum est in confinibus,ita ut nõ appareat, in quo territorio sit commissum,quis denunciabit,ut statuti huius pœna euitetur? Bal.in d.l.ij.C.vbi de crim.ag.opor.quid si iste syndicus facta inuestigatione commissi criminis,veritatem scire non potuit? vide glo. in c.ad falsariorum,in verbo,dixerunt, de crim. fals. & Barb. in cons.16.col.6.in 2.volum. An iste syndicus se ipsum denunciare teneatur? Aret. in l.cum quidam.§. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. Alberic.in simili in l.nimis.C.de testi.& gl.in c.petitio,in voce, spiritualibus, de iureiur. in quibus locis habetur,denunciationem contra se neminem teneri facere. An iste ut syndicus † denunciare teneatur maleficium, quod ut priuata persona ipse denunciauit, uel alius? Alex. in l.Diuus.ff.de cust. reor.l. si quis hæres, & ibi Bal.& Imol.ff.de iniust.rupt.& irrit.testa. Quid si is denunciauit priusquàm syndicus eligeretur,utrum ista denunciatio sufficiat? Bald.& Pau. de Castr.in d.l.si quis hæres. An ualeat conuentio facta cum syndico de ipsum releuando à pœna,si maleficium non denunciauerit? Bar.in l.si quis à reo.§.fi.ff. de fideiuss. Nunquid cadat in pœnam syndicus,qui non denunciauit omnes qualitates delicti,vel in aliqua parte defecit? ad rem faciunt trad.per Bar.in cons.50.in 2.col.An teneatur † denunciare omnes delinquentes, si erunt multi? vide doct.in l.minoribus.C.de his quib.ut indign.An credatur denuncianti aliquod maleficium? gl.& Alberic.in l.ea quidem.C.de accusat.Bar.in cons.191. Domino Paci. ubi ait,denunciationem hanc simul cum fama indicium facere ad torturam. Salic.in d.l.ea quidem,& Bar.in l.diuus.ff.de custod.reo.An autem sint denunciandi illi,contra quos probari nõ potest? vide Angel.de malefic.in verbo,che hai tradito,colu.2.& Præposit.in c.cùm nerui.14. dist.col.2.Quid si iste syndicus ignorauit maleficium vel malefactorem? vide Bar.in l.hæredẽ. ff.de his quib.ut indign.Salic.in d.l.ea quidem.An syndico † prosit si alius delictum denunciauit,vel iudex ex officio procedit? Alberic.in l.j.§.eleganter.ff.de liber.agnoscen.An ualeat iuramentum de maleficijs non notificandis? Aluarot.in usibus feud.in titulo de pac.iuram.firm. col.4.versi. item sacramentum. An syndicus ad expensas teneatur? Salic. in d.l. ea quidem.§. quia propter,col.10.C.de accusat.An huiusmodi syndicus denunciare tenetur contra fratres, patrem, vel contra pupillum si est tutor, & contra similes personas? Salic. in d.l. ea quidem, versi.quintò.& multa scitu digna ad rem hanc facientia vide omnino apud Bart. in cons.102. incip.Charissime domine. vbi latè tradit quomodo probetur negligentia alicuius. Et ad hoc statutum vide quæ posui in l.ex maleficijs.§.is quoque.ff.de action.& oblig.

Summarium in l.j.ff. de donat.

Donatio proprie ea est, quæ fit ex liberalitate & irreuocabiliter.

In donatore dicitur quædam beatitudo persistere.

Bar.

De donationibus.

Bar.in l.j.ff.de donat.

1 BART. in d.l.j.inquit,donationē † propriè eam esse,quę fit ex liberalitate & irreuocabiliter. Pro declaratione vide Oldrad.in consi.159.in 2.quæst. Alex. in consi.154. Viso themate,col.3.in libro primi & secundi vol.& in consi.53.Visis & considerat. col.pen.in 3.vol.Ang.in consi.383.ubi idem ait in donatione, quæ fit occasione mortis, ut per solutionem indebiti à sciente. & Soc.in consi.19.col.4.ubi idem dicit in donatione causa mortis. vide eundem Soc.in consi.53. in 1. vol. vbi multa adducit ad rem facientia. Attende in hac re quia donatio dicitur simplex,& ex liberalitate,quamuis donans dicat se donare propter recepta seruitia,si ea in specie non exprimit. ita Oldrad.in consi.5.incip.Citius. Et ad materiā huius.l.vide Abb.in rubrica de donat.ubi ait,donationem esse quādam liberalitatem,quę nullo iure cogente conceditur. item liberalitas in donando cōmendatur, & dicitur quædam
2 beatitudo † in donatore secundum illud,Beatius est dare,quàm accipere.c.cùm Marthæ,de celebr.miss.ita Abb.in c.1.de donat. Et dum Bar.hic propè fi.quærit,si pendente conditione tibi tradidi animo transferendi dominium,an videatur tacitè agi, ut deficiente conditione res sit inempta? vide tu an idem sit in pacto de retrouendendo,apud Alex.in cons.10.in 1.vol.& ad hæc vide Abb.in c.virum.col.pen.de for.comp.& Aret.in cons.35.col.fi.Postea Bar.hic in ultimis verbis,ait,adnotandam esse istam.l.cum in ea dicitur,propriè, & impropriè, pro statum disponentibus de donatione,vide Alex.in l.qui liberos,in fi.C.de collat.

Summarium in l.ij. §. si uero pater.ff.de donat.

1 *Donatio filij facta patri,an ualeat.*

Bar.in l.ij.§.si uero pater.ff.de donat.

1 BART. in d.l.ij.§.si uerò pater,agit de donatione † filij facta patri,& reliqua,ut hic per eum, sed an frater possit donare fratri cùm sint omnes in potestate patris? vide Ias.in l.admonendi in lectura,col.3.ff.de iureiur.ubi decidit quòd non. & limita sing.ut ibi per eum.& dum Bar. paulopost subijcit de donatione,quam facit filius de re aduentitij peculij patre permittente, vide Soc.in cons.112.& in cons.172.vbi ait Bartolum uelle filiumfamiliàs aduentitia donare non posse sine patris consensu,etiam si in illis patris ususfructus non acquiratur. & ad hæc de etiam Anch.in cons.106.

Summarium in d.l.ij. §. si pecunia.ff.de donat.

1 *Donatio ob causam,cum sit contractus innominatus non subsistit existente conditione post mortem donatoris.*

2 *Verba doctoris sunt intelligenda secundum legem quam allegat.*

Bar.in d.l.j.§.si pecunia.ff.de donat.

1 BART. in ead.l.§.si pecunia,ait,donationem † ob causam,cum sit cōtractus innominatus, non subsistere existente conditione post mortem donatoris: quia sicut contractus innominatus pœnitentia reuocatur,ita & morte. fallit fauore dotis. Ex hoc Bartoli documento colligitur, ex contractu innominato piæ causæ,locum non esse pœnitentiæ, nisi dicas Bartoli dictum esse referendum dumtaxàt ad causam mortis,non autem pœnitentiæ.si quidem uerba eius sunt
2 † intelligenda secundum legem,quam allegat,ut habetur in l.non solùm.§.liberationis.ff.de liber.lega.sed tex.quem citat in l.si ego.§.si res.ff.de iur.dot.procedit in casu mortis,non autem pœnitentiæ,igitur &c.sed magis clarè loquitur Bar.in l.si cum fundum,in fi.ff.de pact.& idem videtur sentire in d.l.si ego,in princ.vide ad hæc Ias.omnino in l.iij.§.idem erit.ff.de condit.ob caus.Et de hoc articulo an in contractu innominato piæ causæ,locus sit pœnitentiæ, ultra ibi adducta per Ias.videas Alex.in l.si pecunia,col.12.& seq.eod.tit.de cond.ob caus.Aret.in cōs. 123.& Dec.in cons.35.col.fi.

Summarium in d.l.ij. §. sed si quis mihi.ff.de donat.

1 *Quoddam esse mandatum expediendi post mortem, & quandoque mandatum debere expediri in uita, sed eius effectum conferri post mortem.*

Bar.

Bar.in d.l.ij.§.sed si quis mihi.ff.de donat.

BAR. in ead.l.§.sed si quis mihi,propè fi.dicit,quoddam esse † mandatum expediendi post mortem,& quandoque mandatum debere expediri in uita,sed eius effectum cõferri post mortem.& reliqua,vt hic per eum. vide Soc.in consi.172.col.6.vers.secundò, in primo uol.& remissiuè Barb.in c.quoniam abbas,de offic.deleg.

Summarium in d.l.ij.§.Titio.ff.de donat.

Defectus causæ finalis parat donatori conditionem ob causam, secus in defectu causæ impulsiuæ.
Causa an in dubio præsumatur finalis an impulsiua.
Si plures causæ finalis in ipsa dispositione continerentur,sufficit si una tantum superfit.
Quæ sit differentia inter causam, & occasionem.

Bar.in d.l.ij.§.Titio.ff.de donat.

BART. in ead.l.§.Titio,sic ait in summa, defectus † causæ finalis parat donatori conditionem ob causam, secus in defectu causæ impulsiuæ. Attende in hac re quoniam semper in dubio causa præsumitur impulsiua,quando respicit merum cõmodum illius,cui donatur, text.est in l.si mulier.& ibi Bar.C.de iure dot.& idem est si dispositio uoce,forte, uteretur, secundũ gl. in clem.1.in uoce,fortè,de appellat.& ibi Imol post Ant.de Butr.in 6.col.& Abb. in c.quoniã frequenter,in princ.col.9.vt lit.non contest.& Feli.in c.cum contingat,de offic.deleg.& oĩno in c.accedens.j.vt lit.non contest.& de hac uoce,fortè,vide omnino trad. per Alex.in l.in ratione.§.quod vulgò,col.3.ad leg.Falc.dum reprobat dictum Bar.in l.filium quem habentem.C.fa mil.ercis.& vide Oldr.in cons.5.Imol.in cons.33.& omnino ad hæc uideas ẽt Felin.in c.solitæ, col.2.de maio.& obed.Bar.in l.& si post tres,col.3.ff.si quis caut.& in l.eam quam.C.de fideic. & aliquid per Feli.in c.postulasti,col.3.de rescri.Et nunquid causa † præsumatur in dubio finalis,an impulsiua? tradit Abb.in c.post translationem, nu.18. de renunc.quamuis illa sit lectura Ant.de Butr.Quæ nam uerò dicatur esse causa finalis,tradit gl.in l.fi.ff.de hęred.inst. & in l.conuenticulam.C.de episc.& cler.& in l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patr.& in c.cùm cessante,de appell.& plenè habetur in d.c.post translationem.& per Alex.in consi.46.in 1.uol.vbi ait,eam esse causam finalem,quæ dispositioni cohæret,& quæ inspecta iuris dispositione inducit, & arctat.l.j.vbi Bar.C.de falsc.cau.adi.idem uoluit Bar.in l.demonstratio falsa, §.1.ver.tertiò quæro de effectu causæ.ff.de condit.& demonstra.Imol.in l.ij.§.fi.ff. de eden.& in d.c.post translationem.Soc.in cons.159.col.6.in 1.uol.Feli.in d.c.postulasti,nu.8.& in c.sunt & alij,post numerũ 39.de rescrip.vbi ait causam in dubio impulsiuam esse censeri. & quoniam Bart. hic in summa loquitur de defectu causæ finalis, quid si plures † causæ finales in ipsa dispositione continerentur? dicas etiam si aliquæ earum deficiant,sufficere, si una tantùm superfit.l.liberorum.§. notantur.ff.de his qui not.infam.& ibi habetur per glo.& per ea,quæ habentur in §.si uerò altera, in auth.de nupt.& in l.si non lex elieſcentia.ff.de hæred.insti.& in §.affinitatis,inst.de nupt. Itẽ quot modis causa sumatur,vide apud Feli.in c.in causis, in 1.notab. de restitu.Item scias omne esse habere ortum à causa: ita Bal. quem refert Dec.in rubr.ff.si cert.pet. Et quæ sit differentia † inter causam & occasionem,uide apud Barbat.in sua Ioannina,col.188.& Feli.in c.solitæ,de maior.& obed.vbi uidetur uelle,in dubio causam præsumi finalem, occasionem uerò impulsiuam. & hoc fuit dictum Io.Andr.in c.post translationem,de renunc.vbi ait, ita in facti contingentia fuisse obtentum,pro quo uidetur facere iste tex.in d.c.solitæ. sed contra istam opinionẽ uidetur facere iste tex.cum glo.vbi magis præsumitur causam esse impulsiuam, quàm finalem. nec obst.tex.in c.cùm cessante,quia ibi constabat causam esse finalem.sic etiam non urget tex. in d.c.solitæ,quoniam id ibi non probatur,sed tantùm colligitur, ibi, uocem illam, ob causam, significare causam proximam,sed occasionem indicare causam remotam. Et in re proposita uide Bar.in l.generaliter,& in l.conuenticulam.C.de episc.& cler.glo.in l.j.§.sexum.ff.de postul. Abb.in c.unic.ut eccleſiast.benefic.

Summarium in l.affectionis.ff.de donat.

Donatio facta meretrici an ualeat.

Bar.in l.affectionis.ff.de donat.

1 BART. in d.l.affectionis,tradit de donatione † facta meretrici. In hac materia uide Bal. in consi.267.in primo uolu. vbi tradit,an hæc locum habeant in principe,vel in coniugato, habet concubinam? vel in concubina,quæ habet maritum? & vide Roma.in consi.41.in quæsto dubio.Angel.in consi.171.& omnino uide quæ posui,in l.iij.§. sed quod meretrici,supra cond.ob turp.caus.

Summarium in l.filius fam.ff.de donat.

1 *Filius qui habet liberam peculij administrationem, non potest donare, nisi ex iusta causa uel ex permissione partis.*

2 *Si conceditur potestati arbitrium liberum an possit lædere ius alterius.*

3 *Potestas non tenetur seruare ullam iuris solennitatem.*

4 *An ille, cui facta est commissio procedendi facti ueritate inspecta, possit adhibere aliquam fidem socio minis, maximè in ponendo aliquem ad tormenta.*

5 *Institor, qui præpositus fuit à quadam societate cum pleno mandato, potest petere expensas, quas fecit honorem mercatorum qui contrahebant secum, si eas iusta ratione fecit.*

Bar.in l.filiusfamiliàs.ff.de donat.

1 BAR. in d.l.filiusfamiliàs,sic ait in summa. filius, † qui habet liberam peculij administrationem,non potest donare nisi ex iusta causa,uel ex permissione patris.ad istam l.vide Bal.in cons. 496.in 5.uol.Et dum Bar.subiungit,uocem hanc,donatio,quando profertur à lege,donationis causa mortis indicare: vide Paul.de Castr.in l.si tibi pecuniam.ff.si cert.pet. Postea Bar.in ver-
2 extra glo.inquit hanc l.esse adnotandam ad multa.& primò,quia si conceditur † potestati arbitrium liberum,an possit lædere ius alterius? & reliqua. vide ad hæc Aret.in c.super his,col.2. de accusat.Abb.in c.1.de offic.iud.ord.Aret.in consi.84.colu.3.vbi tradit, de uerbis, solùm ueritate attenta,& in c.dilecti,de iudic.Ias.in l.certi condictio.§.si nummos, col.3.ff.si certa.vbi habetur etiam,quid si dictum esset,ut procedatur de æquitate.Alex.in consi.6.in 3.vol. vbi tradit,de uerbis illis,summariè, & de ueritate. Et dum concludit Bar.hic,si dictum est testatem posse iniquè agere, tamen eo etiam in casu dolum esse excluſum.adde tu etiam quid dolo proximum est excludi,vt per Alex.in consi.41.in 3.uolu.vbi tradit etiam quid importa uerba,quibus libera in aliquo casu uoluntas conceditur alicui. Quærit deinde Bart. quid hùc-
3 ctum est,potestatem † non teneri, seruare ullam iuris solennitatem? respondetque solennitates duntaxat à iure ciuili requisitas esse sublatam, eam uerò quæ de iure naturali uel gentium est remanere. vide Aret.in consi.68.col.2.& Feli. in c.scisitatus,col.3.de rescrip.& in c.1.col. 18.de constit.Alex.in consi.83.Consideratis his,col.fi.in 4.uol.Roma.in consi.2.Abb.in cons. 98.col.2.in 2.uol.Cæpoll.in consi.17.col.fi.& ad hæc uide aliquid apud Barb.in consi.47.col. 5.in 1.vol.vbi loquitur,quid si dictum esset,potestatem liberè posse procedere. & in simili casu uide Roma.in consi.248.Ana.in cons.55.& ibi addita,Barb.in c.quæ in ecclesiarum, col.8.& seq.de consti.& Capr.in consi.75. Et dum Bart. quærit utrum uigore huius arbitrij,possint testes examinari parte absente? & decidit quòd non: quia hoc esset auferre copiam defensionis. vide Alexan.in consi.65. Habita super contentis, col.1.in primo uolu. & in consi.183. in lib.primi & secundi uol.& in consi.244. Super primo, col.3.eod. uolu. & ad hæc uide Aret.in consi.62.Ias.in l.certum.C.und.legit.ubi tradit, quid si commissum esset conscientiæ alicuius? & uideas Ant.de Butr.in c.cum terra,de elect.ubi docuit, quis sit effectus quando aliquis plenam habet potestatem in aliquo actu. & Ias.in l.is qui.C. qui testa.facer.poss.ubi tradit an habere liberum arbitrium puniendi,possit publicare bona? & multa alia ad rem facientia uide apud Paridem de Puteo,in tract.de synd.in uoce,arbitrium.Card.in cons.16. cum duobus sequent.Roma.in consi.519.Corn.in consi.170.in 3.uol.vbi loquit de arbitris,quibus data sunt potestas procedendi & declarādi de iure & de facto.& in cons.241.in 2.uol.ubi tradit,an ille,
4 † cui facta est cōmissio procedendi,facti ueritate inspecta, possit adhibere aliquā fidē socio criminis,

minis,maximè in ponendo aliquē ad tormenta? Item dum hic Bar.ſubijcit, an ille, qui non tenetur ſeruare aliquā iuris ſolennitatem,poſsit teſtes recipere diebus feriatis in honorem Dei? &ait,poſſe: quia hæ ſolennitates fuerunt inductæ de iure ciuili. vide Aret.in conſi.97.Alex.& alios in l.milites.C.de teſtam.milit.& Paridem de Puteo in d.tracta. de ſynd.in uoce, poteſtas, ſiue capitaneus. Corn.in conſi.243.in 4.uol.vbi tradit de illis uerbis,ſola facti ueritate, &c. & loquitur in materia tormentorum. & in conſi.65.col.1.eodem uol.vbi loquitur de illis uerbis de facto compellat. Soc.in conſi.160.col.pen.in primo uol.vbi loquens in arbitratore agit de illis uerbis,de æquitate & ueritate. Roma.in ſingul.780. incip. Dicit ſtatutum ciuitatis Lucanæ.vbi loquitur,quando dictum eſt,ut procedatur per ſimplicem querelam. & in ſingu.783. incip. Quid importent uerba reſcripti, vt procedatur ſola facti ueritate inſpecta. vide etiam Dominos de Rota in deciſ.23.& 25.de reſcrip.in antiquis.

Bar.in eadem l.verſ.ſecundò eſt notabilis,inquit,inſtitorem, † qui præpoſitus fuit à quadam ſocietate cum pleno mandato, poſſe petere expenſas,quas fecit in honorem mercatorum, qui contrahebant ſecum,ſi eas iuſta ratione fecit? Pro illuſtriori huius documenti intellectu, vide Ang.Aret.in §.præterea,inſt.de except.& Alex.in l.ſi quis mihi bona.§.ſed utrum.ff.de acquir. hæred.& in l.qui bona.§.ſi alieno.ff.de damn.infec.Ancha.in c.qui ad agendum, de procur.in ſexto.& in cap.procurat.de elect.eodem lib. Paul. de Caſtr.in conſi.77.incip.Dubitatio primi quæſiti. Roma.in conſ.241.incip.Spectab.D.collaterales.colu.3. & aliquid uide apud Iaſ.in l. iuſiurandum quod ex conuentione.§.fi.ff.de iureiur. & per Alex. in d.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum. & uideaş Abb.in conſi.10.col.fi.in primo uolu.& Barb.in conſ.18. col.2. in ſecundo uol. & dum Bar.hic propè fi.ait ſufficere quò ad petendam reſtitutionem in integrum, ſi dicitur in mandato,quoties opus fuerit, vide Aret.in d.§.iuſſum, in tertio notab.& Panor. & alios in c.ſi coram,de reſtit.in integr.Paul.de Caſtr.in conſi.77.& in l.Titius.ff. de liber. & poſthu.Roma. in conſ.242.col.3.Alex.in d.l.ſi quis mihi bona.§.ſed utrum, & Dec.in conſi.36.

Summarium in l.abſenti.ff.de donat.

Donata res non acquiritur abſenti per ſeipſum, ſed per ſuum ſeruum, ſi tradens hoc agit.
Si donatio fieret abſenti per epiſtolam,uel aliam ſcripturam,& antequam habeat ratum moritur donator,nunquid donatarius poſtea poſſit ratam habere huiuſmodi donationem.
Electio facta de aliquo,an & quando poſſit ab ipſis electoribus reuocari.
Variatio an fieri poſſit quando aliquis fuit electus.

Bar.in l.abſenti.ff.de donat.

Bart. in d.l.abſenti, ſic ait in ſumma. Res donata † non acquiritur abſenti per ſe ipſum, ſed per ſuum ſeruum ſi tradens hoc agit. Poſtea agit Bar.de illo,qui exiſtens in domo dixit, & reliqua. vide Alex.in l.ij.C.de pact.Bar.in l.illud.C.de ſacroſan.eccleſ.& quæ ibi poſui.Imol.in conſ.8.col.2.in ſecundo dubio.Card.in conſi.35.col.2.Aret.in conſi.17. colu.2.& 4.& 6.& in ſimili in conſi.398.& Alexan.in conſ.156.colu.fi.in quinto uol.ubi loquitur in cauſa matrimoniali.Quid autem ſi donatio† fieret abſenti per epiſtolam uel aliam ſcripturam,& antequā ratū habeat,moritur donator; nunquid donatarius poſtea poſsit ratam habere huiuſmodi donationem? vide Roma.in conſ.353.in 3.dub.vbi ponit aliqua ſequendo Bar.hic,& dicit donationē non ualere niſi epiſtola data ſit donatario quamuis ſciret donationem ſibi factam, & uide nonnullas remiſsiones apud Barb.in c.relatū,col.1.de off.deleg.& in conſ.80. in 3.vol. vbi de hac re egit plenè,an ad ualiditatem donationis factæ abſenti ſufficiat, ſi ille abſens quandocunque notitiam illius donationis habuerit? vide etiam Roma.in conſi.295. Et ad prædicta de ratihabitione,vt fieri debeat re integra,uide omnino Alex.in conſ.110.col.2.in primo uol. & aliquid per eundem in l.qui abſenti.ff.de acquir.poſſ.& in l.quod meo,col.1.eod.tit. Poſtea Bart. diſputat an & quando electio † facta de aliquo poſsit ab ipſis electoribus reuocari? vide Abb. in c.cauſam,de elect.& ad id quod ait Bart.de electione,quæ fit ex neceſsitate, uide Areti.in d.l. qui abſenti.Ad illud quod tradit Bar.hic in fi. dicens, ſi municipium eligat non ex neceſsitate,

& tamen tunc ante acceptationem locũ esse reuocationi, vide ad hæc Abb. in c. pen. de postul. prælat. & in consi. 11. in vlt. dub. in 2. uol. & Feli. in c. cùm Bertoldus, col. 2. & seq. de re iudi. vbi adducit multos, qui tenuerunt, electione acquiri ius in re ipsi electo, sed contrariũ docuit Anch. de Butr. in c. in nostra, de rescrip. col. fi. ver. hoc dictum. hoc idem expresè sensit glo. in clem. 1. ut lit. pend. in uoce, collato, quæ ait, beneficium collatum uacare usque ad confirmationem, ergo electus non habet ius in re. & idem uidetur tenere Feli. in d. c. cùm Bertoldus, uer. pro quo facit. & quale ius habeat electus uide apud Abb. in c. nobis, de iure patr. & in c. cum in iure, de elect. & Bal. in auth. habita. C. ne fil. pro patr. Et an uariatio † fieri possit qñ aliquis fuit electus vide Abb. & alios in c. publicato, de elect. Et an uariatio admittatur siue in ijs, quæ dantur à lege, siue à testatore, siue à contrahentibus? vide Alex. & Aret. post Bart. in l. eum qui certam §. 1. ff. de uerb. oblig. & in l. huiusmodi. §. 1. ff. de leg. 1. Et ad ea quæ hic tradit Bar. de electione potestatis facta ab aliqua uniuersitate. adde quid si ista uniuersitas duos eligit, qui eant ad eligendum potestatem, & ipsi eligant indignum, nunquid ciuitas teneatur illum admittere, an non? vide Abb. in c. causam quæ, de elect. Præterea in re proposita sciendum est, electionem jam factam duplici ratione aboleri posse, scilicet uel defectu personæ electæ, vel defectu formæ ipsius electionis. & de effectu utriusque defectus agit Abb. in c. super eo, de elect. quid si abolita fuit electio alicuius simpliciter, neque constat an uitio personæ an formæ, quid in dubio præsumendum? vide Abb. in d. c. super eo. in fi.

Summarium in l. qui mihi donatum. ff. de donat.

1 *Rei donatæ nobis dominium quæritur per seruum, & procuratorem nostrum si tradens hoc agat.*

Bar. in l. qui mihi donatum. ff. de donat.

1 BART. in d. l. qui mihi donatum, sic ait in summa. Rei donatæ † nobis dominium quæritur, per seruum & procuratorem nostrum, si tradens hoc agat. Tu declara istam l. & alias huic similes, ut per Alex. in consi. 84. In causa uertente, in fi. in primo uol. Et dum posteà quæritur cuius sit dominium rei donatæ antequam rata habeatur donatio? vide Panor. in consi. 52. 2. & fi. in 1. vol. & ad rem faciunt trad. per Alex. in l. quod meo, colu. 1. & seq. ff. de acquir. Denique Bar. propè fi. quærit quid si ex alia causa fiat traditio, quàm ex causa donationis? Soc. in consi. 263. col. pen. in 1. uol. vbi loquitur de notario stipulante nomine alterius.

Summarium in l. post contractum. ff. de donat.

1 *Alienatio facta à delinquente, an & quando præsumatur facta in fraudem.*
2 *Sententia publicationis bonorum, an trahatur ad bona iam diu alienata.*

Bar. in l. post contractum. ff. de donat.

BART. in d. l. post contractum, agit de illa quotidiana disputatione, an & quando alienatio † facta à delinquente præsumatur facta in fraudem? De qua re uide Alex. in consi. 55. in 1. uol. & in consi. 167. viso instrumento, col. fi. in lib. primi & secundi uol. Soc. in consi. 14. in 4. uol. Dec. in consi. 235. & Ias. in §. si quis in fraudem, in princ. insti. de action. & in l. ait prætor. ij. §. sed & si quis in fraudem. ff. de iureiur. Et ad id, quod inquit Bar. in uer. Dico quòd tu debes probare, vide Aret. in consi. 63. col. 3. & in consi. 160. col. 4. Anch. in consi. 251. & Alex. in consi. 84. 3. uol. vbi quærit an sententia † publicationis bonorum trahatur ad bona iã diu alienata? & Soc. in consi. 262. col. 2. & in consi. 264. in 1. uolu. Et dum Bart. subiungit, de suspicione, quæ oritur quando donatur coniunctæ personæ, vide Aret. in consi. 65. col. 3. & Soc. in d. consi. 264. col. Circa suspicionem uerò, quam subinde colligit Bar. quando post donationem uel uẽditionem ipse reperitur possidere, vide Aret. in d. consi. 160. col. 4. & in consi. 265. col. 2. & Alex. in consilio 57. visa breui. in 5. vol. Paul. de Castr. in consi. 7. & in consi. 33. Soc. in d. consi. 264. col. 2. & Fulg. in consi. 42. Ad ea uerò quæ tradit Bar. hic in antepe. col. ver. quinto præsumitur fraus si de propinquo sequat delictũ. vide Rom. in consi. 63. Barb. in cõs. 11. col. 17. & seq. in 1. uol. & in consi. 27. & in consi. 51. eo. uol. & in cõs. 72. col. 9. in 4. uol. Feli. in c. cõsultationib. col. 1. de off. deleg.

deleg.Anch.in consi.251.& in simili uide Aret.in cons.73.col.4.& Paul.de Cast.in cons.330. & in consi.333.& aliqua uide per Soc.in consi.262.col.4.in 1.uol.& Dec.in cons.130.

Summarium in l.ex hac scriptura.ff.de donat.

Verba enunciatiua in ultimis uoluntatibus, dispositionem inducunt.

Bar.in l.ex hac scriptura.ff.de donat.

BAR. in d.l.ex hac scriptura,sic ait in summa. Verba † enunciatiua in ultimis uoluntatibus dispositionem inducunt. vide Oldrad.in consi.121.Capr.in consi.10.col.3.& Alex. in consi. 88.Viso processu,col.pen.in 3.vol.ubi declarat quid de verbis enunciatiuis legis,vel statuti,& quæ dicantur uerba narratiua & enunciatiua. & quia de uerbis enunciatiuis latè egimus aliquando in nonnullis lucubrationibus,quas iam antea posui,non insistam ita latè vt possem,sed ad ea quę in hac inuestigatione prosequitur Bar.vide Alex.in cons.108.Viso themate,in 1.vol. & in cons.251.Videtur prima fronte,in libro primi & secundi vol.col.pe.Et circa ea quæ tradit Bar.de verbis enunciatiuis prolatis per modum causæ,vide Abb.in cons.11.in 1.dub.in 1. vol.& in cons.54.cod.vol.& in cons.4.col.6.in 5.dub.in 2.vol.& Aret.in cons.83.Postea Bar. hic in colu.fi.quærit de verbis enunciatiuis prolatis in contractibus.vide Abb.in cons.29.in 1. vol.Roma.in cons.65.col.2.Ana.in cons.32.in 3.dub.Alex.in cons.6.in fi.in 1.vol. & in consi. 70.col.pe.in 3.vol.vbi loquitur de verbis enunciatiuis positis in collationibus beneficiorum, & ad prædicta uide Abb.in c.fi.col.antep.& ibi addit.de rescrip.Imol.in clemen.1.de probat. Aret.in consi.23.in 2.dubio.& in cons.163.in tertio dub.Dec.in consi.42.in 4.dubio.& dum subijcit Bar.in hac col.fi.de uerbis enunciatiuis principaliter propter se,&reliqua.vide Roma. in d.consi.65.Feli.in c.de ueteris,col.6.de except.Anch.in consi.2.Soci.in consi.231.in 1.uol. Barb.in consi.37.in 3.uol.vbi tradit de uerbis geminatis. Alex. in consi.153.in 5.volu.ubi loquitur de contractu matrimonij. & in consi.155. eodem uol.Ias.in l.admonendi.col.6.ff.de iureiur.Dec.in consi.36.col.6.& Soci.in consi.213. col.4. in primo uolu. Demum Bar.hic in fi. quærit quid sit dicendum de uerbis enunciatiuis quæ in iudicijs proferuntur. De hac re uide omnino Matthæsil.in sing.33.incip. Nota quòd si in positione. vbi ait,si aliquis positionem facit,in qua sic dicatur. Petrus filius & hæres Ioannis fecit talem procuratorem: & aduersarius respondeat simpliciter se credere; censetur solùm fateri talem fuisse ab eo procuratorem constitutum, non autem eum esse filium & hæredem Ioannis: quia ista qualitas fuit enunciatiuè prolata,& quia contra hoc affert hoc Bartoli documentum,declara ut ibi uidere est. & ad hæc uide aliqua apud Feli.in c.quoniam contra,col.18.de probat.Barb.in consi.40.colu.12.in secundo uol.& Roma.in singul.354.incip. Reuerendus. d.Cardinalis, in uers.2.in supplicatione. vbi ait,si in supplicatione porrecta principi ego narro, me talem procuratorem constituisse,hæc uerba quamuis enunciatiua fidem facere contra me, & de hoc dicit esse casum singularem in l.satisdatio.ff.rem rat.haber.& uide ibi addita per Castill.& Alex.in consi.266. In causa & lite,col.fi.in lib.primi & secundi uol. vbi docuit an standum sit uerbis enunciatiuis laudi. & Soci.in consi.41.col.pen.& fi.in 1.uol.vbi loquitur in libello.& Bald.in cons.402.in fi.in 1. uol.vbi loquitur de uerbis ipsius iudicis. & Feli.in c.2.col.9. de libel.oblat.

Summarium in l.Aristo, ait.ff.de donat.

Si pro fundo tuo do tibi centum,& equum,an ista sit emptio,an permutatio.

Bar.in l.Aristo,ait.ff.de donat.

BAR. in d.l.Aristo,quærit,si pro fundo † tuo do tibi centum & equum, an ista sit emptio an permutatio? vide Panorm.in consi.15.in 1.uol.& in c.ad quæsti.de simon.Ange.Aret.in §. item precium,insti.de empt.& uend.Bal.in proœm.feud.col.3.Aret.in consi.74.colu.4.Alex. in cons.119.col.2.in 5.uol.Bal.in c.si cautio,in fi.de fide instru.Anchar. in consi.74. modern. post Alex.in l.Gallus.§.instituens.ff.de liber.& posth.

Summarium in l.Modestinus.ff.de donat.

Si mihi aliquid promisisti,& ego te liberaui animo donandi,an indigeat insinuatione. Remittere,an sit species donationis.

3 *Insinuatio an fiat coram iudice.*
4 *Insinuatio ex diuturnitate temporis, an præsumatur.*
5 *Quomodo donatio legitimam summam excedens confici possit, ut ualeat etiam si non sit insinuata.*
6 *Utrum legibus exigentibus insinuationem, renunciari possit.*
7 *Donatio remuneratoria non eget insinuatione.*
8 *Si donatio excedit quingentos aureos, non deductis expensis, utrum ualeat sine insinuatione.*

Bar. in l. Modestinus. ff. de donat.

1 BART. in d.l. Modestinus, quærit, si mihi aliquid promisisti, † & ego te liberaui animo donandi, an indigeat insinuatione? vide Alex. in consi. 22. in 1. uol. vbi ait remissionem siue renunciationem iurium suorum esse donationem. & in l. si mulier. ff. de condit. ob caus. Barb. in cons. 41. col. 21. in 1. vol. & in cons. 16. col. 12. in 2. vol. & in consi. 20. col. pen. in 5. uol. vbi aliqua ponit, de pacto de non petendo, vt non dicatur alienatio. & de hac re uide omnino Ang. in cons. 94. vbi ait, pactum de non petendo donationem esse, & ideo indigere insinuatione. de qua
2 uide Ias. in l. creditori. C. de pact. & an remittere † sit species donationis, vide Bar. in l. siquis debitorem, infra eod. tit. & in l. j. §. pen. ff. de dol. Et remittere esse idem quod dare, tradit Bart. in l. peculium. ff. de pecul. & in l. actione, vbi etiam Alex. & alij. C. de transact. Bar. in l. siquis obligatione. ff. de regul. iur. & in l. j. §. cum uenditur. ff. quib. mod. pign. uel hypot. solu. Bal. in l. si interdictum. C. de solut. & glo. est singul. & ibi Bal. in l. fi. C. de iur. dot. & Bal in l. illud, col. 4. C. de sacrosanct. eccles. & Dominos de Rota in titu. de pactis, decis. 2. Paul. de Castr. in consi. 11. glo. & Abb. in capitulo ueniens, de test. Imol. in c. cum contingat, in fi. de iureiur. Ang. in consi. incip. Propter negatiua. cuius meminit Roma. in hac l. Modestinus. vide tex. in l. si sponsus. §. circa. ff. de donat. inter uir. & uxor. Anchar. in c. quanquàm. de usur. in sexto. & in c. peccatum. de reg. iuris. eodem lib. & in c. statutum. §. assessorem, de rescrip. eodem lib. Abb. in c. ex insinuatione, de donat. patr. Feli. in d.c. veniens. j. de testi. vbi dicit tamen, remittere, esse dare improprie. pro quo adde tex. not. in l. Iulianus. ff. de cond. & demonstra. tamen authoritates prædictæ sunt magis ponderis. & idem ait Ias. in l. si fundum sub conditione. §. Titio. ff. de lega. j. in l. si pro fundo. de transact. & in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. in quibus locis ait, remittere litem, non esse dare, sed remittere actionem aut rem. Et dum Bar. hic agit de insinuatione,
3 † attende quoniam non est necesse eam fieri debere coram iudice, cui uel contrahentes subsint, uel res de qua tractatur, sed sufficit eum esse iudicem in loco, in quo contractus celebratur. Alex. in consi. 300. in lib. primi & secundi uolu. Quid uerò sit insinuatio, ait Bart. eam esse, quando donatio redigitur in scriptis coram iudice. De hac re uide Bal. in c. cum accessissent, col. 3. de const. & ibi Barb. in 9. colu. Alex. in l. acta, in princip. ff. de re iudic. Aret. in consi. 177. vbi dicit insinuationem esse actum uoluntariæ iurisdictionis, vt hic tradit Bart. ideoque illam inuito donatore fieri non posse. & ibi etiam docuit, quo tempore fieri debeat, & an fieri possit
4 per hæredem defuncti? An autem insinuatio † ex diuturnitate temporis præsumatur? vide Ias. in l. j. C. qui admit. col. 6. & in l. fi. C. eod. tit. & in l. qui in aliena. ff. de aquir. hære. Abb. in cons. 36. in 2. uol. Et an filiusfamilias possit sine consensu patris facere insinuare donationem? vide Alex. in d.l. j. col. 4. C. qui admit. Oldra. in consi. 153. vbi ponit coram quo fieri sufficiat. & ad hæc uide Corn. in consi. 221. in 1. uol. Et in insinuatione non exigitur ut iudex aliquid dicat, uel faciat, sed satis est si eo præsente fiat scriptura in actis. Ias. in l. omnium. C. de testam. & ut clare
5 hic declarat Barto. quomodo autem donatio † legitimam summam excedens confici possit ut ualeat, etiam si non sit insinuata, uide apud Thom. Ferrat. in cautel. 33. An insinuatio requiratur in donatione ob causam? vide Alexand. in consi. 21. in 3. vol. Nunquid insinuatio in donatione facta ecclesiæ requiratur? Abb. in cap. relatum. j. de testam. vbi refert Bar. in loco extraneo hoc aperire, quod à doctoribus non erat clarè explicatum. neque à Bar. in l. sancimus. & in l. pen. C. de donat. & ibi infert Abb. ad statutum quo cautum est, mulierē testari neq; se obligare posse sine duorum agnatorū pñtia, ut nihilominus possit testari & donare ecclesiæ sine illa solēnitate, & ēt hoc idem locū hr̄e in alia pia cā per tex. in d.c. relatū. & per ea, q̄ tradit Bar. in l.

generali.

generali.C.de sacrosanct.eccles. vide etiam Bal.in auth. cassa.C.de sacrosanct.eccles. Postea quærit Bar. utrum legibus † exigentibus insinuationem renunciari possit? vide plenè de hac re apud Ias.in rubri.inst.de action.col.6.& aliqua apud Alex.in l.nemo potest, colu.4.versi.item in quantum Bar.ff.de lega.1.& Angel. Aret.in §.1.& ibi Ias.inst.eod.tit.de action.Bal.in consi.13.in 1.uol. & in l.illud.col.pen.C.de sacrosanct.eccles.& in l.ij.C.ut in poss.legat. & in l.data.C. de donat.Ioan. Andr.in addit.ad Specul.in tit.de instrum. edit.§. pen. in addit. magna. Imol.in l.Aquilius Regulus,infrà eodem Barb.in consi.2.in 3.uol.vbi tradit quid si dictum esset in instrumento,ut ualeat omni meliori modo, &c. Item in hac re scias donationem † remuneratoriam non indigere insinuatione.Bar.in d.l.Aquilius.& vide Rom.in cons.26. Quærit deinde Bart.hic propè fi. quid si dictum est in instrumento, tot intelligi esse donationes, quot sunt iugera terræ,& quot sunt res, & tamen omnes simul excedunt summam, an eo casu insinuatio requiratur? Ad rem hanc benefaciunt trad.per Alexan.in l.si Titio.§.si uir.col.fi.vers. subdit Angel.ff.solu.matrim. & omnino in consi.308. Visis duobus, colu.2.in lib.primi & secundi uolu.& in consi.21.in 3. uolu.Panorm.in consi.107.in primo dubio.in 2.vol. Felin. in c.quæ in ecclesiarum colu.31.de const.Roma.in consi.305.& in consi.26.Bal.in c.1. col.5. qui feud.dar.poss.& in rubric.9.de off.iudi.vide ad prædicta Ias.in d.l.illud,& Abb.in c.apostolicæ, colu.2.de donat. Item ad hæc uide Abb.in cons.107.in 2.uol.vbi uult,si plures donationes ualere debent in eadem persona, requiri ut fiant per diuersa tempora.Quid si donatio † excedit quingentos aureos nō deductis expensis,alioqui uerò eis deductis,vtrum ualeat sine insinuatione? Dicas eam ualere secundū Feli.in c.ad nostram.nu.4.de iureiur.citat Bar.in l.quoties.ff. ad leg.Falci. Denique Bar. hic in fi.quærit, an iuramentum tollat defectum insinuationis? vide latissimè de hac re apud Soci. in cons.77.col.5.& in cons.seq.in 1.uol.Alex.in cons.20.& in consi.21.in 3.uol.Aret. in consi.2. Barb.in consi.67.col.pen.inter consilia Curtij.& in consi.ibi seq. Abb. in consi.95. in 2.uol.& breuiter * communis est canonistarum sententia, defectum insinuationis tolli iureiurādo,quæ attendi debet. ita Dec.in cons.332.& in consi.488.vide eundem in cons.239. & Soc.in cons. 77. Tamen attende quia traditur cautela,ut etiam iurata donatio non teneat,scilicet si donans prius iurat se nolle donare,quoniam primum iuramentum ualebit,& donatio irrita fiet.ita Cæpoll.in cautel.173. sed caue ab istis cautelis deceptorijs, quoniam & si in hoc seculo honorem facere uideantur,tamen in alio nocent animæ: ita Paul.de Cast.in l.si per errorem.ff.de iurisd. omn.iudic.& in l.edita.C.de eden.

Summarium in l.nuda ratio.ff.de donat.

Confessio & scriptura sine causa facta non ualet.
Scriptura priuata debet probari per testes, & quomodo.
Libro rationum credendum est contra eum, qui librum confecit.
Epistolæ quæ fides sit adhibenda.

Bar.in l.nuda ratio.ff.de donat.

Bar. in d.l.nuda ratio,inquit,confessionem † & scripturam sine causa factam non ualere. vide Alex.in consi.13.in primo uol.vbi testatur hanc esse * communem sententiam.& in consi. 145.In causa & lite,in lib.primi & secundi uolu.& in consi.324.visa scriptura, eodem uol.vbi idem dicit etiam si contineat causam sed obscuram. Et an scriptura priuata facta etiam absente parte,probet? vide Alex.in consi.336. visa scriptura, in eod.lib.primi & secundi uolu.& in cons.90.Circa primum dubium,in 4.vol.& in cons.76. in 3.uol. & in consi.79. in 4.uolu.& in cons.114.in 7.uol.& de hac re uide plenè & subtiliter apud Aret.in consi.64.Soc.in consi.41. col.pen.in 1.uol.& in consi.68.in 4.vol.& breuiter uide quæ posui in quadam lucubratione suprà in proœm.ff.uetер.vbi plenè egi de fide habenda scripturis. & pro declaratione prædictorum uide Alex.in cons.14.in 5.vol.& dum Bar.hic in pen. col. agit de scriptura † priuata, quæ probanda est per testes, aduerte quoniam testes debent dicere se fuisse præsentes quando illa scriptura fuit confecta. vide Alex.in consi.76.in 3.uol.& in consi.150.col.5.in 5.uolu. Paul.de Cast.in consi.331.Soc.in cons.33. & in cons.41. & plenè in cons.274. in 1.uolu.Abb.Imol.&

3 Feli.in c.2.de fide inſtru.Poſteà ſubiungit hic Bar.de fide libri † rationum. Tu dicas ei credendum eſſe contra eum,qui librum confecit,vt probatur in l.j. & ibi Paul.C.de eden. & à contrario ſentu. namq; ſi bene tex.conſideretur,ibi reus probaret contra ſe ſi rationes edidiſſet.& ita l.fi.eod.tit.fruſtrà enim ibi peterentur,niſi probarent. vide Abb.in conſi.7.in 2.uol.& in conſ. 67.& in conſi.113.in 1.dubio.eod.uol.& aliquid per Feli.in c.veniẽs, col.fi.uer.limita,de teſt. Cæpol.in conſi.40.col.12.Imol.in conſi.117. col.3. Aret. in conſi.44.& in conſi.ſequ.Alex.in conſ.145.in lib.primi & ſecundi uol.& in conſ.244.Super primo.& in conſ.331.eod.lib.& in conſi.132.in 5.uol.vbi loquitur de ſcripturis datis ab uno ſocio alteri. Et ad prædicta uide etiã Soc.in conſ.161.in 1.uol.& in conſ.ſeq.& in conſ.159.vbi agit de libro tutoris.& Fulg.in cõſ. 103.vbi tradit de libro factoris.Ana.in conſi.53.Et de libro horum omnium, ac de libro gabellarij,& collectarij,vide plenè apud Bertachinum in tracta.de gabellis, in 4 par.nu.2.cum ſeq.

4 Denique Bar.in hac l.in fi.agit de epiſtola,† & quæ fides ei ſit habenda. vide plenè de hac re Ioſi.in c.poſt ceſſionem,de probat.Aret.in conſi.125.Soc.in conſ.162.col.pen. in 1.uol.& late repet.l.admonendi.ff.de iureiur.& ad prædicta omnia uide,vt dixi,quę de hac materia poſui lucubrationibus meis ad Bar.ſuprà in proœm.ff.uet.

Summarium in l.Aquilius.ff.de donat.

1 *Donatio remuneratoria, non indiget inſinuatione.*

2 *Expulſo quomodo ſuccurratur.*

Bar.in l.Aquilius.ff.de donat.

1 Bart. in d.l.Aquilius,inquit, donationem remuneratoriam † non indigere inſinuatione. Vide not.Roma.in conſi.26.Alex.in l.licèt inter priuatos.C.de pact.in fi.vbi tradit quid de donatione reciproca & reſpectiua? Ang.in conſi.179. viſis,col.6.& Iaſ.in l.ex hoc iure.nu.5.ff. de iuſt.& iur.vbi declarat hoc procedere in meritis præteritis, & quando ipſa donatio mens non excedit,& alia multa ad rem facientia,idem tradit Iaſ.in l.ſi pater puellæ.C. de inoffi.teſt. Et ratio eſt quare non eget inſinuatione,quia huiuſmodi donatio non eſt uera donatio,ſed magis accepti beneficij permutatio quædam ſiue compenſatio, donatio enim ea eſt proprietur à ſola donantis liberalitate progignitur,ſed ille qui donat ob merita præcedentia,non uide ralitatem exercere,ſed naturæ debitum ſoluere benefaciendo ei,à quo beneficium accepit Abb.in rubr.de donat.& in c.per tuas,eod.tit.& ad hæc uide aliqua quæ poſui in rubr.ſuprà donat.inter uirum & uxor.& Bal.in l.ij.in fi.C.ne fil.pro patr.& in l.ſi cum mihi.ff. de dol.& in l.ij.ff.qui bon.ced.poſſ. & in l.ſi mortis.C.ad leg.Falcid. Oldra.in conſi.209.incip. Ad habendam.& Io.Andr.in addit.ad Specul.in titu.de rebus eccl.non alie. in rubr.& in titu.de inſtrum. edit.§. porrò.

2 Bar.in hac l.uerſi.quæro quo remedio,tradit quonam † modo ſuccurratur expulſo, aitque intelligis hanc l.vt ſit translatus uſufructus in eum,qui habet naturalem, eo caſu competere interdictum unde ui. vide Alex.in l.j.in princip.ff.de acqu.poſſ.col.4.& ſeq. & col.17.& Præpoſ. in c.quo iure,col.fi.8.diſt. & an à ſententia lata ſuper tali inditio liceat appellare? vide Bal.in l. j.C.ſi de momen.poſſ.fuer.appel.col.3.verſ.quæro.Quid ſi non agitur poſſeſſorio, ſed detentorio iudicio, & an tali deiecto detur remedium capituli reintegranda? vide Barb.in conſi.24. col.2.in 4.uol.

Summarium in l.quidam in iure.§.donationem.ff.de donat.

1 *Qui donat bona uiuentis, eius hæreditatis eſt indignus.*

Bar.in l.quidam in iure.§.donationem.ff.de donat.

1 Bart. in d.l.quidam in iure.§.donationem. ſic ait in ſumma. Qui † donat bona uiuentis, eius hæreditatis eſt indignus. Attende quoniam ſi aliquis donaret ſpem fideicommiſſi ſibi relicti uiuente grauato in pœnam huius.l.incideret. ita Raph.Cuma.hic, & Fulg.in conſi.101. accedit Dec.in l.j.C.de pact.& dum Barto.ſubdit ſolutionem ad contrarium.l.ſcriptum, de his quibus ut indig.dicens,ibi eum circa bona & poſt mortem deliquiſſe,hic uerò circa perſonam & inuita. Aduerte qm̃ iſta ſolutio facit ad id,quod hic dicit Raph.Cuma.emphyteotã,qui alie-

nat

nat rem emphyteoticam pro parte iuris quæsiti domino, priuari tantùm pro parte in qua deliquit, non autem cadere à toto iure. Tamen contra hoc facit.l.si sub una.§.fi.ff. de uerb. oblig. quid autem si cessat soluere pro parte, vide Oldr.in cons.29.

Summarium in l.donationes.§.Species extra.ff.de donat.

1 *Ususfructus appellatione, an & quando proprietas concessa intelligatur.*

Bar.in l.donationes.§.species extra.ff.de donat.

1 BART. in ead.l.§.species extra,tractat,an & quando ususfructus † appellatione proprietas concessa intelligatur. ista est materia.l.Proculus.ff.de usufr.ideo uide quæ ibi posui.& Roma. in cons.229.in fi.& in cons.206.Licèt de communi.Card.in cons.91.& in cons.53.colum.pe. Fulg.in cons.13.Alex.in cons.173.col.fi.in 5.vol.Soc.in consi.131.in 1.vol.Corn.in cons.74. in 4.vol.& latissimè Paulum de Montepico in repet.l.Titia cum testamento.§. Titia cum nuberet,nu.115.ff.de lega.2.& Thom.Ferrat.in caut.2.

Summarium in d.l.donationes.§.pater qui.ff.de donat.

1 *An filius in diuisione debeat habere libros præcipuos.*

Bar.in d.l.donationes.§.pater qui.ff.de donat.

1 BART. in ead.l.§.pater qui,quærit an filius † in diuisione debeat habere libros præcipuos. vide Ias.in auth.ex testamento.col.6.C.collat.

Summarium in l.qui id,quod.§.mutus & surdus.ff.de donat.

1 *An per stipulationem secundum ista tempora donatio fieret.*

Bar.in l.qui id quod.§.mutus & surdus. ff.de donat.

1 BART. in d.l.si id quod.§.mutus & surdus; tradit an per † stipulationem secundum ista tępora donatio fieret? vide Alex.in cons.12.in 1.vol.

Summarium in l.si pater.ff.de donat.

1 *Pater an & quando patiendo filium stipulari,perficiatur donatio.*

Bar.in l.si pater.ff.de donat.

1 BART. in d.l.si pater,tractat an & quando pater † patiendo filium stipulari perficiatur donatio: traditque inspiciendum esse numerum filiorum,& quantitatem rei donatæ. vide eleg. Aret.in consi.1.col.pen.in 3.dubio.Alex.in consi.241. Habita, in libro primi & secundi volu. col.fi.& Dec.in consi.122.ubi ex hoc Bartoli documento propter æqualitatem seruandam infert quid in legato contineatur.

Summarium in l.ad eum quem.ff.de donat.

1 *Quæ sit differentia inter cedere, & concedere.*

Bar.in l.ad eum quem.ff.de donat.

1 BAR. in d.l.ad eum quem,tradit differentiam,quæ est inter cedere,†& concedere;quia cedendo utiles transferuntur, & concedendo non. De his uerbis, cedo & concedo, uide aliqua per Feli.in c.cum uenerabilis,col.1.& seq.de except.& Alex.in l.si donationes,col.6. C.de collat.& Soc.in cons.93.col.2.& 10.in 1.vol.

Summarium in l.j.ff.de donat.causa mortis.

1 *An donatio causa mortis sapiat contractum, an ultimam uoluntatem.*

Bar.in l.j.ff.de donat.caus.mort.

1 BART. in d.l.j.tradit an donatio † causa mortis sapiat contractum,an ultimam uoluntatem? Aduerte quia eam esse ultimam uoluntatem uidetur probari in l.j.C.de imp. lucra.descript.lib.10.in l.fi.C.de codicil.& in l.fi.C.de donat.cau.mort. & per Fulg. in cons.88.Tamen ad id,quod inquit Bar.in versi.sed ista non sunt vera, scilicèt donationem hanc sapere contractum: vide ad hæc Abb.in consi.41.col.2.in 2.vol. & Roma. in consi.513. ubi tradit an ista donatio stipulationem exigat,& an possit fieri per pactum. Bal.in l.Labeo, in princ.ff.de pact.& Alex.in cons.168.Ponderatis narratis,in fi.in 5.volum. Et an donatio causa

mortis

mortis iudicetur magis ultima uoluntas quàm contra, docuit Mari.Soc. iuni. in l. ſciendum.§. de leg.1. Et dum Bar.hic in fi.ait donationem hanc ſi fit abſenti valere iure fideicommiſſi non fieret à filiofamiliàs, vide Roma.in conſ.171.col.2.& in d.conſ.513.Alex.in l.ij.col.3.& ſeq.§. de leg.1.Capr.in conſ.92.& Soc.in conſ.130.col.fi.in 1.vol.

Summarium in l.ij.ff.de donat.cauſa mort.

1 *An & quando donatio facta cogitatione mortis, dicatur donatio.*
2 *Donatio cauſa mortis facta, eo pacto, ut donans contra uenire non poſſit; nunquid inter uiuos an cauſa mortis donatio ſit iudicanda.*

Bar.in l.ij.ff.de donat.cauſ.mort.

1 BART. in d.l.ij. tradit an & quando † donatio facta cogitatione mortis, dicatur donatio cauſa mortis, & dicit aut eſt facta mentio mortis, aut non. Tu verò ad cognoſcendum an donatio facta fuerit cauſa mortis an inter uiuos, ubi adſunt uerba, quæ ad utrunque ſenſum trahi poſſunt, vide Ang.in conſ.254.& omnino Aret.in conſi.74. ubi not.ac ſubtiliter loquitur. & Soc.in conſi.53.in 1.vol.ubi ait donationem inter uiuos eam eſſe ſemper intelligendam, in qua fuit appoſita clauſula, merè, purè, & ſimpliciter, quamuis facta eſſet mentio mortis. multo-
2 que alia ad rem facientia ibi docuit. & Dec.in conſi.305.vbi agit de donatione cauſa † mortis facta eo pacto ut donans contrauenire non poſsit, nunquid inter uiuos, an cauſa mortis donatio ſit iudicanda? & plenè de hac re uide apud Iaſ.in l.quæ dotis.ff.ſolu.matr. & Dec. in conſ. 470. Et quibus cautelis effici poſsit, ut donatio cauſa mortis, quæ ſui natura reuocabilis eſt, reuocari non poſsit, vide apud Thom.Ferrat.in caut.30. Tamen abſtine ſemper à cautelis deceptorijs, quoniam & ſi in hoc ſeculo honorem facere videantur, tamen magnum afferunt animæ detrimentum, ut inquit Paul.de Caſt.in l.ſi per errorem.ff.de iuriſd.omni.iudic. & in l.ſi ta.C.de eden. Quid ſi donatio habet figuram cauſa mortis, an ſi non poteſt ualere ut donatio cauſa mortis, ualeat ut donatio inter uiuos, & contra? vide Soc.in conſ.232.in 1.vol.

Summarium in l.mortis cauſa donatio.ff.de dona.cau.mor.

1 *Quare ſit exprimenda cauſa inſtantis periculi in donatione.*

Bar.in l.mortis cauſa donatio.ff.de donat.cau.mort.

1 BART. in d.l.mortis cauſa donatio, quærit, quare ſit † exprimenda cauſa inſtantis periculi in donatione? aitque id fieri propter reuocationem ipſius donationis: nam periculo ceſſante reuocata erit donatio. vide Alex.in l.ſancimus.C.de teſta.

Summarium in l.qui pretio.ff.de donat.cauſ.mor.

1 *Quicquid occaſione mortis alterius capitur, mortis cauſa capio nuncupatur.*

Bar.in l.qui pretio.ff.de donat.cau.mor.

1 BART. in d.l.qui pretio, ita inquit in ſumma, quicquid † occaſione mortis alterius capitur mortis cauſa capio nuncupatur. Adde quòd in mortis cauſa capione locum non habet ius accreſcendi. Iaſ.in l.ſi mihi & Titio, col.4.fall.7.ff.de verb.oblig.

Summarium in l.ſi alienam.§.Marcellus.ff.de donat.cauſ.mor.

1 *Donatio cauſa mortis, an pœnitentia reuocetur.*
2 *Donatio cauſa mortis æquiparatur ultimæ uoluntati.*
3 *Ultima uoluntas reuocari poteſt, quamuis teſtator dixerit ſe nolle reuocare.*
4 *Multiplicatio uerborum non mutat ſubſtantiam rei.*
5 *Donatio inter uiuos, pœnitentia reuocari non poteſt.*
6 *Donatio cauſa mortis, in qua hæredum fit mentio, cenſetur donatio inter uiuos.*
7 *Doctori magis creditur in conſulendo, quam in legendo.*

Bar.in l.ſi alienam.§.Marcellus.ff.de don.cau.mor.

1 BART. in d.l.ſi alienam.§.Marcellus, quærit an huiuſcemodi † donatio pœnitentia reuocetur? aitque gl.hic uelle, ut reuocari queat. Tu pro hac opinione gl.ut donatio pœnitentia poſſit retractari, etiã ſi donator dixiſſet ſe nolle poſſe reuocare niſi donatario prędecedente, faciũt trad.per Bal.in l.cum quis.ff.de cond.ob cau. ubi dicit, ſi in inſtrumento contineatur, Titium

feciſſe donationem cauſa mortis, & affirmaſſe ſe nunquam eſſe reuocaturum dictam donationem cauſa mortis, neque ei eſſe quoquomodo contrauenturum, nihilominus eam reuocari poſſe. cuius ſententia etiam ſi probari poſsit authoritate huius gl. item quia ſi donatio † cauſa mortis ultimæ uoluntati videatur æquiparanda, ſecundum gl. in l.ij.ff.de dot. præleg. & tex. in l.fi.C.de donat.cau.mor.& in l.j.C.de imp.lucra.deſcrip.lib.10.& Fulg.in conſi.88.igitur ſicut vltima uoluntas † reuocari poſsit, quamuis teſtator dixerit ſe nolle reuocare. l.Diuus.§. licèt, & l.conficiuntur,& l.fi.ff.de iur.codicill.& l.ſi quis in principio.ff.de leg.3.ita & de hac donatione, quæ illi æquiparatur, hoc idē eſſe concedendum uideretur,& prædicta confirmantur quoniam hæc uerba magis ex ſtylo & conſuetudine notariorum poni conſueuerunt, quàm ex voluntate partium, ut videre eſt apud Bar.in l.j.in 6.quæſt.ff.de iur.codicil. & ideo parum debēt operari ſecundum Alex.in conſi.49.col.6.in 4.vol.& in conſi.89.in fi.in 7.vol.Soc.in conſ.94. in 4.vol.& Dec.in conſi.394.col.pen.& in conſ.399.col.4.Item multiplicatio † uerborum nō mutat ſubſtantiam rei.l.pediculis.§. labor.ff. de aur. & arg.lega. & ad hanc ſententiam acceſsit etiam Alex.in l.quæ dotis,col.8.ff.ſol.matr.Attende tamen quoniam opinor eam ſuſtineri non poſſe. In primis enim ubicunque in donatione cauſa mortis fit mentio irreuocabilitatis, & dicitur eam retractari non poſſe, magis donatio inter viuos quàm cauſa mortis appellatur, ſecundum gl.hic in uoce,nullo, ſed donatio inter viuos † pœnitentia reuocari non poteſt.l.j. & ij.C. de reuoc. donat.igitur pari ratione neque iſta, quæ inter uiuos donatio exiſtimatur. hoc autem,quod donatio,in qua dictū eſt, eam reuocari non poſſe,cenſeri eſſe donationem inter uiuos,probatur per tex.expreſſum in l.ubi ita donatur,infrà eod.tit.& per Bar.in l.fin.verſi. ſed ſi promitto.C.de pact.& Soc.in conſi.53.ubi ait,ſi in donatione cauſa mortis apponatur clauſula,merè,purè,& ſimpliciter,eam eſſe donationem inter uiuos. vide Dec.in conſi.305.vbi agit de donatione cauſa mortis facta cum pacto ne ei contraueniri poſsit.Ad hæc accedit, nam donatio † cauſa mortis,in qua hæredum fit mentio,cenſetur donatio inter uiuos,cum aliter ad hæredes tranſmitti nequeat,& donatio cauſa mortis ad hæredes non transfertur.l.non omnis, in verſi.nam & his.ff.ſi cert.pet.& §.1.inſt.de donat. tradit Bal. & ibi etiam latè Salic. in l.ij.C. de iur.dot.Alex.in conſi.14.Circa primum dubium,in 1.volu.in 1.dubio. Aret.in conſi.74.Diligenter & maturè conſideratis his, quæ in puncto,col.3. Si igitur donatio cauſa mortis ex ſola hæredum mentione iudicatur donatio inter viuos, ut proximè probatum eſt, quantò magis hoc idem eſt concedendum,ubi expreſsè conuentum eſt, eam reuocari non poſſe? & concluſionem hanc eſſe ueritate ſubnixam non obſtante hac gl.reprobata à Iac.de Aren.ut hic refert Bar.vide Ang.hoc idem ſentientem in conſi.129.Viſis inſtrumentis. Paul.de Caſt.in conſ.99. Notandum eſt,& Alex.in d.conſ.14.cui magis † ſtandum eſt quàm in lecturis, quoniam præſumendum eſt,eum conſulendo melius & ſubtilius rei veritatem conſideraſſe,ſecundum ea,quæ tradit Bar.in l.ſi pater,col.1.verſi.ego iam ſic in concurſu.C.de inſt.& ſubſt.& hoc etiam multòmagis procederet, ſi iuſiurandum interceſsiſſet,ut voluit Aret.in d.conſi.74.col.3. & Oldr. in conſ.114.vide etiam Alex.in conſ.77.Viſis quàm eleganter,col.1.in 4.vol.& Bald.in conſi. 239.in 2.vol.Neque reluctatur,quòd prædicta uerba ex conſuetudine notariorum poſita videantur,& ideo non debent operari; quoniam immo ſuum operantur effectum,cum de uolun tate contrahentis poſita cenſeantur,ut conſiderat Alex.in conſi.50.nu.8.in 6.volu. & in conſi. 89.in fi.in 7.vol.& in conſi.102.in 3.vol.nam cum ſint clauſulæ ſubſtantiales operantur ſecundum Feli.& Dec.in c.cum.M.de conſt.& in c.ex literis,de fid.inſtrum. vide Antonium de Fano in tract.de pignor.& hypot.in primo membro nu.44.& Dec.in l.ſemper in ſtipulationibus. ff.de reg.iur.ſimiliter non urget illud,ſcilicet,multiplicationem verborum non mutare ſubſtan tiam rei; quoniam ab ea ſenſus augetur.l.ſi ſtipulatus ſim, in principio cum gl. ff. de uſur. vide Alex.in conſ.91.col.2.in 7.vol.

Summarium in l.tamis.§. filiusfamilias.ff.de dona.cau.mor.

Donatio cauſa mortis, magis ſapit naturam contractus, quàm ultimæ uoluntatis.

In donatione quam facit filiusfamilias, an requiratur expreſſa, & ſpecialis permiſſio patris.

Bar.

De donationibus cauſa mortis.

Bar.in l.tam is.§.filiusfamiliàs.ff.de donat.cau.mor.

1 BART. in ead.l.§. filiusfamiliàs tradit, donationem † cauſa mortis magis ſapere naturam contractus,quàm ultimæ uoluntatis.vide Panor.in cõſ.46.col.3.in 2.vol.Doct.in l.ij.ff. de leg. 1.Alex.in conſ.168.in fi.in 5.vol.Bar.& quæ ibi ad eum poſui in l.j.ſuprà eod.tit.gl.& doct.in l.j.C.eod.tit.Rom.in conſ.513.Fulg.in conſ.88.Soc.in conſ.112.in 1.vol.& omnino Mari.Soc. iuni.in rep.l.ſciendum.ff.de leg.1.

2 Bar.in eod.§.quærit,an in donatione, † quam facit filiusfamiliàs requiratur expreſſa & ſpecialis permiſsio patris ? vide Abb.in conſi.40.col.3.in 2.dub.in 2.vol.Paul. de Caſt. in l.quam poteſtate,col.fi.ff.de teſtam.& Soc.in conſ.112.in 1.vol.in 2.dub.poſtea ſubiungit Bart. quid ſi filiusfamiliàs donat ſine conſenſu patris,& poſtea pater conſenſit ? vide Franc.Crem.in ſing. 69.incip.Donatio cauſa mortis. vbi citat Bal.in l.ſi vxor.C.de cond.inſer.dicentem ſingulariter donationem hanc irritam eſſe,quia conſenſus patris in primo actu exigebatur. vide etiam ibi addita ad Crement.& aliquid per Roma.in conſ.199.col.fi.

Summarium in l.ubi ita donatur.ff.de dona.cau.mor.

1 *Conuentio contra ſubſtantiam contractus, facit conuentionem tranſire in alium contractum, ſi uerborum ſignificatio patitur.*

Bar.in l.ubi ita donatur.ff.de don.cau.mor.

1 BART. in d.l.vbi ita donatur,ſic ait in ſumma.Conuentio † contra ſubſtantiam contractus facit conuentionem tranſire in alium contractum, ſi uerborum ſignificatio patitur.Addit hanc l.vide Alex.in l.quæ dotis,col.4.cum ſeq.ff.ſol.matr.Aret.in conſi.73.& in conſi.41.columna Roma.in conſi.413.Corn.omnino in conſi.126.in 1.vol.aliquid apud Abb.in conſi.95.col.2. in 2.vol.Soc.in conſ.53.& in conſ.135.in 1.vol.Feli.in c.cùm.M.Ferrar.col.24.de conſt.Dec. in conſ.305.& vide hæc verba Bartoli allata ab Alex.in l.ij.col.3.ff.de leg.1.& Soc.in cõſ.116. col.5,in 1.vol.ubi ait,quando in aliquo actu apponuntur uerba contra naturam ipſius actus,ſi uerba faciunt eum tranſire in aliam ſpeciem,ſi ipſa verba hoc patiuntur. vide Bal. in conſ.101 in 3.par.& in conſ.270.in 2.par.

Summarium in l.mortis cauſa.ff.de donat.cau.mor.

1 *Si pater recipit emphyteoſim,pro ſe,& ſuis filijs,ex quo filij uidentur adiecti poſt mortem patris tur à domino rei capere cauſa mortis patris.*

Bar.in l.mortis cauſa.ff.de donat.cau.mor.

1 BART. in d.l.mortis cauſa,ait, ſi pater † recipit emphyteoſim pro ſe & ſuis filijs,ex quo filij videntur adiecti poſt mortem patris, videntur à domino rei capere cauſa mortis patris, atque ita locum habere ius accreſcendi. vide Barb. in conſi.8. colum.7.in 2. volum. & in conſi. 89.colum.3. & 6.

Summarium in l. ſenatus. §. ſi quis mortuus.ff.de dona.cau.mor.

1 *Stipulatio cauſa mortis annua,eſt una,legata annua ſunt plura.*

Bar.in l.ſenatus.§.ſi quis mortis.ff.de donat.cau.mor.

BART. in d.l.Senatus.§.ſi quis mortis. ff. de donat.cauſ. mor.ita dicit in ſumma,ſtipulatio
1 † cauſa mortis annua,eſt una,legata annua ſunt plura.vide ad hæc Alex.& ibi per eum addocta in conſ.50.col.2.in 5.vol.

Summarium in l.Seia. §.cum pater.ff.de donat.cau.mor.

1 *Infirmus non præſumitur donare cauſa mortis, niſi de reddendo conueniat.*

2 *Donatio præſumitur cauſa mortis, ubicunque ſit mentio mortis, alioqui uerò inter uiuos cenſetur.*

Bar.in l.Seia.§.cùm pater.ff.de donat.cau.mor.

1 BART. in d.l.Seia.§.cùm pater,inquit,infirmum † non præſumi donare cauſa mortis, niſi de reddendo conueniat,vel fiat mentio mortis. Circa iſtam.l.quæri poteſt,ſi quidam, qui volebat religionem ingredi,tibi rem aliquam donauit,utrũ ſit donatio inter viuos, an cauſa mortis ? Panor.in c.ſtatuimus,de regul.tenet eam eſſe donationem cauſa mortis, & Dec. in conſi. 86.in 5.col.Et ratio eſt,quia ſaltem facit mentionem mortis ciuilis.l.Deo nobis.C. de epiſc. & cleric.

cleric.& hac ratione uoluit Roma.in consi.229.sufficere si adest sola mortis cogitatio, quamuis non exprimatur eam esse mortis causa. vide tex.in §.aliæ autem in mortis cogitatione,inst. de donat.& cogita solutionem. Et dum Bar.subdit, donationem præsumi † causa mortis, ubicunque fit mentio mortis,alioqui verò inter uiuos censentur, vide Roma.in d.cõs.229. Alex. in consi.81.in 1.vol.& in cons.14.eod.vol.Aret.in consi.41.col.fin.& Corn.in consi.124.in 4. vol.vbi ait,semper donationem esse censendam causa mortis, quando inter uiuos non ualeret, ita & contra,est censenda inter uiuos,quando alioqui non ualeret, ut puta si facta esset tantùm coram duobus testibus,per trad. per Petr. & Cyn. in l.licèt. C. de pact. vide eundem Corn.in consi.126.in 1.vol.incip. Circa primum. Item hoc, quod ex hac.l.colligitur, procedit in dubio,quia vbi est facta mentio mortis,censetur esse donatio causa mortis, alioqui verò si sumus in claris; ut puta si donator diceret se inter uiuos donare: nam tunc mentio mortis nihil operatur. ita Cyn.& alij.in l.ij.C.de iur.dot.Bar.in d.l.quæ dotis.ff.sol.matr.& Alex.in d. consi.14. in 1.vol.& ad hæc vide omnino,quæ posui in l.si alienam.§.Marcellus,suprà eod.tit.

Summarium in l.is qui suis. §. unde quæri. ff. de manumiss.

1 *Si dico tibi,uolo,ut emas domum pro me,tu dixisti da mihi pecuniam,ego non dedi tam cito, & tu emisti pro te,& tuo nomine,ex cuius pecunia ista emptio præsumatur facta.*

Bar.in l.is qui suis.§.unde quæri.ff.de manumiss.

BART. in d.l.is qui.§.vnde quæri,inquit adnotandum esse hunc tex.contra fraudes quę 1 fiunt tota die, dico tibi, uolo † ut emas domum pro me; tu dixisti da mihi pecuniam. ego non dedi eam tam citò,& tu emisti pro te & tuo nomine;quia tunc prę sumitur empta ex pecunia mea. De hoc articulo vide Alex.in l.qui in aliena.§.is qui putabat.ff.de acq.rer. domin.& in l.post dotem,col.5.ff.sol.matr.& in cons.167.Viso instrumento, colum.fi. in libro primi & secundi vol.

Summarium in l.Caius.ff.de manumiss.

1 *Qui contractum acceptat, tenetur acceptare illum cum omnibus suis qualitatibus.*

Bar.in l.Caius.ff.de manumiss.

BART. in d.l.Caius,inducit hunc tex.ad quęst.ut hic per eum,tu verò attende hanc.l.ad id, quod ait Ang.in l.apud Celsum.§.in hac,& §.Marcellus.ff.de dol.mal.excep. scilicet eum, qui 1 acceptat contractum,† teneri illum acceptare cum omnibus qualitatibus suis. vide Roma. in cons.253.in fi.& Alex.in l.cum fundus.§.seruum tuum,in 4.notab.ff.si cert.pet.Bar.in l.contra iuris.§.fi.ff.de pact.& in l.ij.C.de liber.& eor.liber.

Summarium in l.si ita fuerit. §. quæstio hæc. ff. de manumiss. testa.

1 *Dictio cum, ubi posita est inter personas, coniungit principaliter, & non accessoriè.*

Bar.in l.si ita fuerit.§.quæstio hæc.ff.de manu.testa.

BART. in d.l.si ita fuerit.§.quæstio hæc,ait,uocem, † cum, ubi posita est inter personas,coniungere principaliter,& non accessoriè,vide Bal.in cons.2.in 1.uol.sed communiter ista vox,cum,copulat accessoriè,& in hoc differt à voce,et,quæ principaliter cõiungit. & ideo ex hoc discrimine inferri solet,si testator legat fundum cum instrumento, & postea vendat fundum,non debetur etiam instrumentum; alioqui verò si fundum & instrumentum legasset. ita Bar.in l.Seiæ.§.Caio.ff.de fund.instr. Abb. in c.cùm Marthæ, de celebr. miss.nu.55.& omnino vide Feli.in c.querelam, de simon.

Summarium in l.qui duo. §. hæc conditio. ff. de manu. testa.

1 *Mortis tempus an habeatur pro conditione.*
2 *Mors siue naturalis siue per uiolentiam contingat, semper ex dei dispositione dicitur prouenire.*

Bar.

De manumissis testamento.

Bar.in l.qui duos.§.hæc conditio.ff.de man.testa.

BART. in d.l.qui duos.§.hæc conditio,facit uim in illis uerbis huius tex. quod viuens moritur. vide tu quæ sit differentia quando dicitur,cum moriar,uel tempore mortis, apud Bar.
1 l.quod de pariter.ff.de reb.dub.in fi.& an mortis † tempus habeatur pro conditione? vide Ia. in l.si cui legetur.§.cum autem.ff.de legat.1. Item adde,mortem esse actum instantaneum,qua momento expeditur.Bar.in l.ij.§.creditum.ff.si cert.pet.& ibi Ial.& Dec.item scias mortem ci casum fortuitum.tex.est memoratu dignus in l.j.& ibi Alberic.& Bald.C.de iur.dot.de qua re vide Ana.in c.fi.de homic.& idem est etiam si mors in persona serui contingeret.l. inter cas.§.non omnia.ff.mand.ex quo infertur,si aliquis excusatur propter casum fortuitum in persona propria contingentem, eum excusari etiam quando casus in persona serui contingeret.
2 qui tex.non est alibi secundum Alber.Item mors † siue naturaliter,siue per uiolentiam contingat,semper ex Dei dispositione dicitur prouenire. gl.est sing.inst.de capit.dimin.in uoce, motatio,in fi.quam citat Bal.in repet.c.primi.§.hoc quod nos,col.3.de pac.Constan.in usibus sanctorum,in uoce,diuina uocatione. & Ana.in c.fi.de homic.Quare mors non timetur; quia stultum est timere,quod uitari non potest. meminisse enim opus est,quòd omnes te antecesserit, & omnes te sequentur ait Io.And. post Host.in c.Raynutius,de testam. propterea inquit Seneca,Mihi videtur rerum naturam,quod grauissimum erat,ideo commune fecisse, ut crudelitate pati consolaretur æqualitas. tradunt doct.& maximè Pet.in c. cùm infirmitas de pœnit.& remiss. De ijs vero, de quibus hic tract.Bar. quæ dicatur nox, & quis sit dies, quoniam alibi iam antea diximus,hic non agam,ut breuior sim.

Summarium in l. seruos legauit.ff.de manu.testa.

1 *Meminisse uidetur, qui non apparet se meminisse.*

Bar.in l.seruos legauit.ff.de manu.testam.

1 BART. in d.l.seruos,sic ait; meminisse † videtur,qui non apparet se meminisse. hunc tex. citat Alexan.in cons.169.colu.3.in 5.volu. ubi ait,mutationem uoluntatis non præsumi. idem ait in cons.44.in 7.vol.de qua re vide Bar.in l.si quis filio.§.quatenus.ff.de iniust. rup. testa.

Bar.in l.si ita fuerit.ff.de manu.testa.

BART. in d.l.si ita fuerit, inquit hanc.l.esse memoratu dignam, quam millies allegata materia de verborum obligationibus. Tu verò si uis scire quare in hoc tex.libertas in primo anni duodecimi debeatur,vide gl.in l.si cui.ff.de leg.1.& Bar.in l.qui hoc anno.ff.de verb.obl.

Summarium in l.Mæuia.ff.de manu.testa.

1 *Institutus sub conditione si decesserit sine liberis, non dicitur conditionaliter institutus.*

Bar.in l.Mæuia.ff.de manu.testa.

1 BART. in d.l.Mæuia,colligit ex tex.illationem,quòd institutus † sub conditione,si decesserit sine liberis,non dicitur conditionaliter institutus. vide Oldrad. in cons.118.colum.2.& Bart. in cons.4.

Summarium in l.Titia.§.Lucius.ff.de manu.testa.

1 *Dictio nisi, quando neget potentiam, & quando actum.*

Bar.in l.Titia.§.Lucius.ff.de man.testa.

1 BART. in d.l.Titia.§.Lucius,agit de significatione uocis,Nisi, † quando scilicet neget potentiam,& quãdo actum. vide Bar.in l.actione.C.de transact.Raph.Cuma.in cons.26.& Anch. in c.peccati uenia,in 2.notab.de reg.iur.in 6.

Summarium in l.ergo.ff.de fideicom.liber.

1 *Illud quod uenit de iure speciali, non est considerandum antequam fuerit impetratum.*

Bar.in l.ergo,ff.de fideic.lib.

BART. in d.l.ergo.§.si is qui,colligit ex tex.illud,quod venit † de iure speciali non esse considerandum antequam fuerit impetratum. Ad hæc accedit Alex. per istum tex. in l. posthumo,

sthumo,col.9.C.de bonor.poss.contratab.Ad rem facit:nam ea,quæ pendent à voluntate principis, impossibilia esse censentur.l.apud Iulianum.in fi.ff.de legat.1. Dyn. in c. semel Deo, de regul.iur.in 6.Abb.in consi.85.in 1.volum.Soci.in consi.62.colum.3.in 4.volum.vbi ait idem esse etiam in ijs, quæ pendent à voluntate consilij ciuitatis: nam hæc omnia quodam iure speciali fieri solent.

Summarium in d.l.ergo.§.creditoribus.ff.de fideic.lib.

1 *Judex potest cogere ciuitatem,ut faciat syndicum.*

Bar.in d.l.ergo.§.creditorib.ff.de fideic.liber.

1 BART. in ead.l.§.creditoribus,ait,iudicem † posse cogere ciuitatem, ut faciat syndicum. vide Alex.in l.j.§.sin autem.ff.ad trebell.

Summarium in l.Imperator.ff.de fideic.lib.

1 *Res,quæ prohibita est alienari,non potest deuenire in fiscum propter publicationem.*

2 *Publicatis bonis alicuius,intelligendum est de his,quæ sua sunt.*

Bar.in l.Imperator.ff.de fideic.liber.

1 BART. in d.l.Imperator,colligit ex isto tex.rem,quæ prohibita † est alienari,non posse deuenire in fiscum propter publicationem. De hac re vide omnino Alex.in consi.23.Opportunè consideratis,in 1.vol.ubi disputat,possit ne huiusmodi bona publicari cum sua conditione, ita ut durante uita delinquentis apud fiscum permaneant? & concludit non posse, per istum tex.& per alia,ut ibi videre est. vide eundem Alex.in consi.88.in 3.vol.Soc.in consi.206.col. 15.in 1.vol.Ang.in tract.maleficiorum,in gl.in voce,eius bona publicamus,in 4.quæst.col.3. versi.& quid ueniat.Ias.in l.fi.§.sed quia,col.2.C.commun.de lega.vide etiam Bal.in cons.284.

2 in 1.vol.& Feli.in c.ad liberandam,de iudic.Et ratio est,quia publicatis † bonis alicuius, intelligendum est de ijs, quæ sua sunt propter naturam genitiui; sed ista simpliciter sua dici non possunt,ideo non continentur. Dec.in consi.442.& Curt.in cons.59.Sic etiam publicatio bonorum non comprehendit res feudales uel emphyteoticas. Dec.in d.cõs.442.neque ius adeũ di hæreditatem,neque ius consequendi legitimam. Dec.in cons.438.& in d.cons.442.Et legitimam esse detrahendam de publicatione bonorum patris habetur in l.cùm ratio.ff.de bon. damnat.& per Ang.in cons.38.Visis condemnationibus,alias incipit Gregorius,col.pe.Bal.in cons.156.Condemnatus fuit quidam,in 3.vol.& omnino vide Paul.de Montepico in rep.l.Titia cum testamento.§.Titia cum nuberet.ff.de leg.2.vbi tradit etiam quid de legitima patris in bonis filij publicatis? ut ibi videre est nu.45.& 78.sic etiam in publicatione bonorum alicuius non ueniunt bona futura,ut habetur in locis prædictis.

Summarium in l.Lucius Titius.ff.de fideic.lib.

Si aliquis instituitur hæres & fideicommissarius,non est fideicommissarius,nisi sit hæres.

Bar.in l.Lucius Titius.ff.de fideic.lib.

BART. in d.l.Lucius Titius, ait, si aliquis instituitur † hæres & fideicommissarius,non est fideicommissarius nisi sit hæres. vide Bar. in l.centesimis.§.fi.col.fi.ff.de verb. oblig. & ibi Ias. in col.fi.versi.succesiuè. vbi reprobat Bar.hic,& ibi. Et dum Bar.subdit,hic colligi argumentum pro tabellionibus,qui dicunt,talem qui aliàs sic uocatur. ibi,& qui pusillus uocatur, vide Ias.in l.cum plures,col.2.ff.de uulg.& pupill.Ad id verò quod subiungit Bar.de verbo, uult, ut liberam voluntatem significet,vide Feli.in c.1.col.20.de const.& de verbo,placet,de quo agit Bar.vide Abb.in c.ne innitaris,de const.ubi ait,arbitrium boni viri significare,pro ut etiam hic dicit Bar.& vide in l.Thais.§.more,infrà eod.tit.

Summarium in l.si cum seruum.§.ex iusta causa.ff.de fideic.lib.

Absentes illi dicuntur, qui absunt ex iusta causa.

Bar.in l.si eum seruum.§.ex iusta causa.ff.de fideic.libert.

BART. in d.l.si eum seruum.§.ex iusta causa,inquit,absentes, † eos dici,qui absunt ex iusta causa. Tu verò quis propriè dicatur absens,vide apud Archid.Gemin.& Philip.Franc. in cap. vbi periculum,de elect.in 6.& Feli.in c.quoniam frequenter,in principio.col.penul.ut lit. non

contest.

conteſt. & abſens ex iuſta cauſa procuratorem dimittere non tenetur, & hoc ei obijci non poteſt. Dec. in conſ. 138. col. fi.

Summarium in l. in teſtamento. ff. de fideic. liber.

1 *Teſtamentum imperfectum probat uoluntatem defuncti.*

Bar. in l. in teſtamento ff. de fideic. libert.

1 BART. in d. l. in teſtamento, inquit, teſtamentum † imperfectum probare uoluntatem defuncti. & ideo infert, ſi teſtator cœpit facere teſtamentum, & iam ſcriptum erat, ut in tali loco eccleſia conſtrueretur, & ante perfectum teſtamentum deceſsit, ut agi poſsit & reliqua. vide quæ poſui ad Bar. in l. fideicommiſſaria. §. primo. ff. de lega. tertio. & ad rem hanc uide omnino Dec. in conſi. 488.

Summarium in l. Paulus reſpondit. §. Paulus. ff. de fideic. liber.

1 *Verba adulatoria ad honoratum relata, inducunt diſpoſitionem.*

Bar. in l. Paulus reſpondit. §. Paulus. ff. de fideic. lib.

1 BART. in d. l. Paulus reſpondit. § Paulus, inquit, verba † adulatoria ad honoratum relata inducere diſpoſitionem. vide Feli. in c. venerabilis, col. 7. de excep.

Summarium in l. Lucius Titius. §. Lucius Titius. ff. de fideic. liber.

1 *Ille qui facit ſtatutum, ad ſeruandum illud non obligatur.*

Bar. in l. Lucius Titius. §. Lucius. Titius. ff. de fideic. liber.

1 BAR. in d. l. Lucius Titius. §. Lucius Titius Stichum, inquit, eum qui facit † ſtatutum, ad ſeruandum illum ſtatutum non obligari. vide Alex. in l. j. in princ. ff. quod quiſque iur. & aliquæ miſsiones per eundem Alex. in l. cætera. §. item quæro. verſ. & an & quando. ff. de leg. j. & Rom. in conſ. 444. in ultimo dub. vbi loquitur in principe ſtatuente.

Summarium in l. Thais. §. ſorore. ff. de fideic. lib.

1 *Verbum placet, quid ſignificet.*

Bar. in l. Thais. §. ſorore. ff. de fideic. libert.

1 BART. in d. l. Thais. §. ſorore, agit de propria ſignificatione uerbi, placet, † vide Abb. ne innitaris, de conſt. ubi ait, hoc verbum indicare liberũ arbitrium, & citat hunc tex. vide. in rub. de iudic. col. 5. & ſeq. & Picum in l. iiij. col. 5. & ſeq. ff. ad leg. falc.

Summarium in d. l. Thais. §. inter cætera. ff. de fideic. liber.

1 *Ad actionem conſequendam, non admittitur purgatio moræ.*

Bar. in d. l. Thais. §. inter cætera. ff. de fideic. lib.

1 BART. in ead. l. §. inter cætera, ait, ad actionem † conſequendam non admitti purgationem moræ. vide Bar. in l. ſi inſulam, quæſt. 9. ff. de verbo. obligat. & attende hoc procedere quò ad actionem conſequendam, ut hic ait Barto. ſecus uerò quò ad parandam exceptionem; ut puta aliquis promiſit reddere rationes intra annum, & non reddit, ſtipulator agit ad intereſſe, certè poterit mora purgari. d. l. ſi inſulam, cum ibi tradit. & l. ſi intra. ff. de ſtatulib. quod not. per limit. huius. §.

Summarium in l. ſtatuliberos. §. ſi quis hæredi. ff. de ſtatuliber.

1 *Inuentarium fieri debet infra triginta dies à morte teſtatoris.*

Bar. in l. ſtatuliberos. §. ſi quis hæredi. ff. de ſtatulib.

1 BART. in l. ſtatuliberos. §. ſi quis hæredi, agit de inuentario, † quod fieri debet infra 30. dies à morte teſtatoris. Ad iſtum tex. vide Alex. in l. ſi mihi & tibi. §. 1. col. 2. ff. de leg. 2. & ibi Iaſ. vide etiam Roma. in conſ. 228. Pro plena diſcuſsione. in 1. dub. & in cõſ. 408. Quò ad primum, & in repet. l. primæ. col. 5. ff. ſi quis caut. & Barb. in conſ. 50. col. 3. in 2. vol.

Summarium in d. l. ſtatuliberos. §. Stichus. ff. de ſtatulib.

1 *Citatus ad unum actum, non poteſt condemnari, ut contumax in alio actu, ſed opus eſt noua citatione.*

Bar.

Bar.in d.l.statuliberos.§.Stichus.ff.de statulib.

BART. in ead.l.§.Stichus. ait,citatum ad unum † actum,siue ad processum,non posse condemnari ut contumax in alio actu siue in sententia,sed opus est noua citatione. vide Alex. hoc idem affirmantem,in consi. 280. In causa,& lite, colu. 3. nu. 3. in lib.primi & secundi uol.& ibi addita ad Alex.Feli.in c.consuluit,de off. deleg. & in c.2.col.fi. de testib.& in c.1.nu.22.de iudic.& Ias.in l.de unoquoque.§.vbi decretum,col. de offic.proconsul.& leg.

Summarium in l.prospexit.ff.qui & à quib.

Lex,licet dura, est seruanda.

Bar.in l.prospexit.ff.qui & à quib.

BAR. ex ista l.prospexit, colligit id, ad quod quotidie solet adduci,scilicet,legem quàmuis † dura sit,esse seruandam. Limita istam l.procedere solum ubi de amissione lucri ageretur,alioqui uerò si de damno uitando,ut per Dec.in consi.64.col.pen.& uide sermonem scitu dignum in hac materia apud Feli.in c.si quando,nu.23.de rescrip.& in c.1.col.15.de constit. & Ias.in l. nemo potest,in secunda lectura. ff. de lega. 1. & ibi non prætermittas quendam Io.Annibalem in sua repet.illius l.nu.87.vbi ait, hanc l.non fuisse à iuris interpretibus intellectam: quia dicit ideo hanc dispositionem esse seruandam: quia uerba sunt geminata,ibi,omnes omnimodo.atque ita vult hunc effectum produci ab ipsa geminatione. sed huic opinioni reluctatur tex.ibi, sed ita lex scripta est,huius igitur effectus causa est; quia ita lex scripta est, non autem est uis in geminatione. & ideo non est recedendum à * communi intellectu. facilè enim est reprehendere,sed difficilè est tot patres bene reprehendere.

Summarium in l.si pariter.ff.de liber.cau.

Aliquis non potest esse pro parte seruus, & pro parte non.

Bar.in l.si pariter.ff.de liber.cau.

BAR. in d.l.si pariter,ait,aliquem non posse † esse pro parte seruum,& pro parte non. Declara ea,quæ ex hoc Bar.documento colligi possunt,vt per Alex.in consi.103. Videtur prima, col.4.in 1.vol.& de hac re uide Aret.in consi.180.col.2.

Summarium in l.naturaliter.§.illud.ff.de acquir.rer.domi.

Molendinum qui incipit facere, & alius perfecit,an is possit à primo prohiberi.

Bar.in l.naturaliter.§.illud.ff.de acqu.rer.domi.

BART. in d.l.naturaliter.§.illud, agit de eo,qui incipit facere † molendinum, & alius perfecit,an is possit à primo prohiberi? De hac re & multis ad molendina cõstruenda pertinentibus uide per Ias. in l.quominùs.ff.de flumin. Quid si molendinum fuit ab aliquo ædificatum,& posteà destruitur,an & quomodo, & per quantum tempus amittatur ius denuò construendi molendinum? vide Alex.in consi.130.in 6.uol. Item scias in hac materia molendinorum,molendinum posse ab aliquo ædificari in flumine priuato duorum, quãuis alter socius ibi habeat aliud molendinum,& illi noceat. Ias.in cons.98.in 1.uol.Vtrum concesso castro alicui,intelligantur etiam ei esse concessa molendina? vide Anchar.in repet.capituli accessorium,de regul.iur.in 6.

Summarium in l.inter eos.ff.de acqui. rer.domi.

Castro uendito an uideatur uendita iurisdictio.

Castro præscripto, uel donato alicui,an intelligatur iuris dictio præscripta,uel donata.

Bar.in l.inter eos.ff.de acqu.rer. dom.

BAR. in d.l.inter eos,quærit, nunquid uendito † castro uideatur uendita iurisdictio? vide Alex.in cons.7.In consultatione,col.2.ver.& in dubio, in 5.uol. vbi ait in dubio iurisdictionem à principe uideri territorio esse concessam,& citat Bar.hic. vide etiam Roma. in consi.444. in 2.dub.& aliquid per Mari.in c.sanè, de for.compet. & omnino Feli.in c.Rodulphus,nu.30.de rescrip.vbi tradit an castro uel territorio alicui concesso,ei ẽt iurisdictio uideatur esse cõcessa?

2 & in c.quod ad ſedes,ver.an autem,de reſcript.& an caſtro prę ſcripto † uel donato alicui intelligatur præſcripta iuriſdictio uel donata? vide Iaſ.in l.iusdicentis.ff.de iuriſdict.omn.iud.Et an caſtro conceſſo alicui cenſeantur eidem eſſe conceſſę munitiones,& prædia? Iaſ.in l.beneficio.ff.de conſt.princip.& ad ea quæ hic tradit Bar.vide Iaſ.in l.fi.ff.de iuriſd.omn.iud.

Summarium in l.in laqueum.ff.de acqu.rer.domi.

1 *In laqueum meum, quod incidit, non eſt meum niſi capiatur.*

Bar.in l.in laqueum.ff. de acqu.rer.dom.

1 BART. in d.l.in laqueum,ſic ait in ſumma.quod in laqueum† meum incidit,non eſt meum niſi capiatur. De materia iſtius l.vide Bar. in l.quominùs.q.5.ff.de flumin.

Summarium in l.ſi is qui.ff.de acqui.rer.domi.

1 *Ille qui in ſe ſuſcipit omnem fortunam, an caſus fortuitos ſuſcepiſſe uideatur.*
2 *Quæ ſit differentia, inter caſum fortuitum, & improuiſum.*
3 *Fortuna poteſt in bonam, & malam partem accipi.*

Bar.in l.ſi is qui.ff.de acquir.rer.dom.

1 BAR. in d.l.ſi is qui,agit de illo,qui in ſe ſuſcepit † omnem fortunam,utrum caſus fortuitos ſuſcepiſſe uideatur,aitque fortunam poſſe in bonam & in malam partem accipi. Tu de iſtis caſibus fortuitis vide Iaſ.in l.licèt.C.de pact.& Alex. in l.ſed & ſi quis.§. quæſitum.ff.ſi quis caut. ſciasq; caſum fortuitum eſſe inopinatæ rei euentum,qui præuideri non poteſt. & vbicunq; diligentiſsimus homo eum præuidere potuiſſet,non diceretur caſus fortuitus,vt habetur in clem. nes.de homic.& ibi Abb.& ideo Abb.in c.unico,de commod.vbi agit de caſibus fortuitis,inquit,ſi domus aliqua ruinam minabatur,& poſtea cadens interficit equum tibi commodatum te non excuſari propter caſum fortuitum:qm̃ diligentiſsimus præuidere potuiſſet.& Abbas.in c.Ioannes,ait,non eſſe imputandum caſum fortuitum ei,qui dedit operam rei licitæ, ſed illi-
2 tæ. Et quæ ſit differentia† inter caſum fortuitum,& improuiſum: vide gl.in l.j.ff.ad leg.Cornelicar. An autem huiuſmodi caſibus fortuitis renunciari poſsit? non parua eſt quæſtio,& uidetur dicendum q̃ non,per tex.in d.§.quæſitum. & ita tenet Felin. in c.fi. de homic. & ſenſerunt Guil.de Cun.& quidam alij in d.§.quæſitum, dicentes, cõſtitutionem illam eſſe iuris publico promulgatam,& ideo pacto priuatorum tolli non poſſe,c.ſi diligenti, de for.com. Sed contrarium uidetur,ſcilicet fauore priuatorum eſſe prolatam, ne priuatus renuncians ob generalitate uerborum decipiatur,vt colligitur ex Bar.docum̃eto.in l.j.ff.ſol.matr.& huic ſententiæ fauet tex.in d.§.quæſitum,vbi requiritur ſpecialis renunciatio.et de hac re uide docta
3 d.§.quæſitum.Dum uero Bar.ait fortunam † poſſe in bonam & in malam partem accipi, quærendum eſt,quid ſit fortuna? reſpon.ſecundum Philoſophum,fortunam eſſe impetũ quendam cœleſtem,qui rebus exterioribus humanis dominari ſolet.& Bald.in l.per hanc. C.de tempor. appell.inquit,fortunam eſſe quoddam inuiſibile bellum,cuius ictus prius habetur,quã ſciatur, eamq; homini inſidiari. et alibi Bal.in l.ſi duobus.C.commun.de lega. dixit,iudici fortunæ decem eſſe Deum. citat Senecam cap.7.in epiſt.ad Lucillum.& ibi ſubiungit Bal.iudicium fortunæ ſincerum eſſe,quoniam cum fortuna & muta ſit,& ſurda ſit,conſequenter etiam inexorabilis eſt. Fortuna uerò paſsiua eſt caſus uel infœlicitas ab incerto authore procedens, & rerum humanarum infœlix mutatio, & tranſmutatio tacita rerum caducarum, & uocatur uis diuina actiuè,ut habetur in l.fluminum.§.ſerui.ff.de damn.infect.vide hæc & alia ad rem faciẽtia apud Bald.in d.l.per hanc.& omnino apud Senecam in ſuis prouerbijs. & apud Philoſoph. in libello de bona fortuna,ubi etiam inquit, vbi plurimum de fortuna,ibi parum de intellectu: & contra. Et Demetrius inquit,nihil infœlicius eſſe eo, cui nunquam aduenit aduerſitas. & not. inquit Boet.quem refert glo.in c.conſideranda,in uoce,in egeſtatem.86.diſt.inter oẽs aduerſitates fortunæ infœliciſsimum eſſe genus infortunij fuiſſe fœlicem.& ideo ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt:nam patientia ſcdm B.Gregor.radix eſt oĩum uirtutũ,& aduerſitas bonorũ eſt uirtus

uirtutis probatio,& experimentū,vt hī transumptiuè,in c.aduersitas.7.q.1.quantò enim magis in hoc seculo sunt afflicti, tantò maiora secundum B.Hiero. in alio præmia consequentur.

Summarium in d.l.si is qui.§.quod si seruus.ff.de acqu.rer.domi.

Si statuto cautum est,quòd quicunque duxerit bannitum, habeat quinquaginta: ductus fuit quidam, qui furatus fuerat rem paruam, sed postea plura furta apud eum reperta fuere, an illa quinquaginta debeantur.

Bar.in d.l.si is qui.§.quod si seruus.ff. de acq.rer.dom.

Bar. in ead.l.§.quod si seruus,inquit,si statuto † cautum est,quòd quicunque duxerit bannitum,habeat quinquaginta. ductus fuit quidam,qui furatus fuerat rem paruam,sed postea plura furta apud eum reperta fuerunt; ille uolebat quinquaginta; dicit Bar.ea non deberi: quia principaliter non duxit eum tanquam bannitum.vide ad hæc Alex.in cons.1.col.pe.ver.item respō deo,in 3.vol.& Barb.in c.2.col.9.de cōst.& uide Bar.in l.omnes populi,in 5.q.ff.de iust.& iur. & distinguas ut ibi uidetur sentire Bar.dum citat hunc tex.

Summarium in l.si epistolam.§.Paulus, si in insula.ff.de acqu.rer.dom.

Clusa,quæ respicit frontem alterius agri,est illius,cuius est ager.

Bar.in l.si epistolam.§.Paulus,si in insula.ff.de acqu.rer.dom.

Bar. in d.l.si epistolam.§.Paulus,si in insula,ait,clusam,† quæ respicit frontē alterius agri, esse illius cuius est ager.vide Bar.in l.quominus.in 10.q.& ibi Ias.ff.de flumin.

Summarium in l.j.ff. de acquir.possess.

Sufficit quocunque actu corporeo possessio teneatur.

Quæ possessio dicatur habere plurimum iuris, uel facti.

Tutor,& curator, qui non habent speciale mandatum, possessionem tradere nō possunt per modos fictos.

Bar.in l.j.ff.de acquir.possess.

Bart. in d.l.j.in princip.col.2.ver.in manu posuerit, ait, sufficere † quocunque actu corporeo possessio teneatur.vide Abb.in c.super,de præb.& in c.1.de iudic.& Feli. in proœm.decretal.col.7.& seq.Et dum Bar.in ead.l. & col. inquit ex apprehēsione quæ est facti,oriri possessionem,quæ est iuris.vide Alex.in consi.157. Reuerendissime Domine,in lib.primi & secundi uol.vbi consuluit,si alicui concessum est,vt testari possit de bonis acquisitis & acquirendis ex iuribus beneficiorum,eum testari posse de pensionibus acquisitis ex possessionib.beneficiorum: quia possessiones iura nuncupantur.Et quæ possessio † dicatur hīre plurimum iuris uel facti,vide per Abb.in c.cum nostris,de concess.præb. Postea Bart.in ead.l. col.antepe.ver.quartò quæro. quærit qūo possessio acquiratur. Vtrum autem possessio ciuilis acquiri possit sine naturali, vide glo.& ibi Ias.in l.clam possidere.§.qui ad nundinas, infrà eod. tit.& Ias.in l.possideri.§.incertam rem,hoc eod.tit.Postea Bar.in ead.l.col.pen.quærit quomodo acquiratur detentio? vide Feli.in c.quòd aliquibus, de re iudi. & dum ibi Bar.subiungit, tutorem † & curatorem,qui non habet speciale mandatum, possessionem tradere non posse per modos fictos: vide Alex.in consi.81.col.4.in 3.uolu. vbi generaliter docuit,legitimos administratores,& ibi exemplum ponit in prælato ecclesiæ,non transferre possessionem per aliquem actum fictum,vt puta per constitutum.vide Soc.in consi.239.in 1.uol.

Summarium in d.l.j.§.adipiscimur.ff.de acqu.poss.

Modus acquirendi possessionem per nos ipsos est facti, sed per alium est iuris.

Bar.in d.l.j.§.adipiscimur.ff.de acqu.poss.

Bart. in ead.l.§.adipiscimur,ait, modum † acquirendi possessionem per nos ipsos esse facti,sed per alium esse iuris. vide aliquid per Feli.in c.causam, col.6.de præscript. Et dum Bart. subijcit,infantem non posse cum authoritate tutoris acquirere possessionem, sed tutorem uel curatorem ei posse acquirere: vide Alex.in l.bonorum,in fi.C.qui admit.

De acquirenda posſeſsione.

Summarium in d.l.j.§.ſi uir.ff.de acqu.poſſ.

1 *Ex contractu inutili poſſeſſio transfertur.*

Bar.in d.l.j.§.ſi uir.ff. de acquir.poſſ.

1 BAR. in ead.l.§.ſi uir,inquit,ex contractu † inutili poſſeſsionem transferri. vide Alex.in cõſ. 78.ver.præterea poſito q̃ eſſet inutilis,in 3.uol.Et dũ ſubiungit poſtea Bar. ex contractu inutili non transferri poſſeſsionem qñ perſona eſt talis,quæ poſſeſsionẽ perdere non poteſt, ut pupillus & eccleſia: vide Cæpol.in conſi.4.col.2.& Alex.in conſi.81. col.3.in 3.uol.

Summarium in d.l.j.§.item acquirimus.ff.de acqu.poſſ.

1 *Utrum inhabilis poſſit conſtitui procurator ad conſtituendum habilem.*

Bar.in d.l.j.§.item acquirimus.ff.de acqu.poſſ.

1 BAR. in ead.l.§.item acquirimus, in fi.quærit utrum † inhabilis poſsit conſtitui procurator ad conſtituendum habilem ? vide omnino Feli.in c.ad apoſtolicæ,col.4.de except.

Summarium in d.l.j.§.ueteres.ff.de acquir.poſſ.

1 *Seruis legatis,an acquiratur nobis per eos ante apprehenſam poſſeſſionem.*

Bar.in d.l.j.§.veteres.ff.de acquir.poſſ.

1 BART. in ead.l.§.veteres,quærit, ſeruis legatis † an acquiratur nobis per eos ante apprehenſam poſſeſsionem ? & dicit,dominium acquiri poſſe,non autem poſſeſsionem.vide Bald.in l.pen.in ultima quæſt.C.ad trebell.

Summarium in d.l.j.§.municipes.ff.de acquir.poſſ.

1 *Poſſeſſio an uacet,quando omnes de collegio deceſſerunt.*

2 *Uniuerſitas non eſt propriè perſona, ſed repræſentata.*

3 *Papa non poteſt à Concilio iudicari,niſi pro ſolo hæreſis crimine.*

4 *Dictio, niſi, ponit id,quod in præcedenti oratione uetitum eſt.*

5 *Nemo poteſt Papam corrigere, quin incidat in hæreſim.*

6 *Negatio uniuerſalis operatur, ut nihil penitus excipi ſoleat.*

Bar.in d.l.j.§.municipes.ff. de acqu.poſſ.

1 BAR. in ead.l.§.municipes,tractat,an poſſeſsio † uacet quando omnes de collegio decesserunt? vide Feli.in c.conſtitutus,de reſcrip.Poſtea hic in fi.ait Bar. ad probãdum uniuerſitatem poſsidere. ſatis eſſe ſi probetur,hoc fieri per ſyndicum,uel per alios,per quos uniuerſitas regitur. vide Bal.in conſi.438.in 1.uol.in conſi.63.in 4.uolu.& in l.j.§.ſicut,& ibi etiam Albericus quod cuiuſque uniu.nom.Raph.Cuma.in conſi.158.col.3.Cæpol.in tracta. de ſeruitu.ruſticorum prædi.in titu.de ſeruit.iur.piſcan.col.13.& ſeq.& ad rem faciunt trad.per Abb.in conſi.6.in 1.uol.Et dum Bar.in hoc.§.ait,uniuerſitatem † non eſſe perſonam propriè, ſed repræſentam, attende quoniam ex hoc ſolet inferri, conſtitutionem, in qua traditum eſt de perſona ad uniuerſitatem non dilatari, ut habetur in l.mortuo.ff.de fideiuſſ.hoc tñ limitatur non procedere,quando adiecta eſſet uox uniuerſalis,quæuis uel quælibet: nam tunc ẽt uniuerſitas continetur.Alex.in conſ.40.in fi.in 7.uol. atq; ita ẽt uniuerſitas non continetur in diſpoſitione penali,quæ utitur uoce,ſi quis.Curt.in conſ.21.nu.7.& hac ratione Panor.in Concilio Baſilienſi contra Eugenium.iiij.vtebatur.cum eñ pontifici nonnulla crimina obijcerentur, & ex aduerſo obiceretur,Papam† niſi pro ſolo hæreſis crimine à Concilio iudicari poſſe,per tex.expreſſum in cap. Papa.40.diſt.vbi hæc hñ.Papæ culpas iudicare p̃ſumat mortaliũ nemo,niſi ſit à fide deuius. Panor.rñdere huic textui nitebat̃,dicens,ibi non ipſius Concilij, ſed tm̃modò ſingularis perſonæ iudiciũ excludi;ſed Conciliũ propriè perſona non dr̃,igit̃ &c.ita Panor.in trac.quem edidit de Concilio Baſilien.in 2.dub.verſ.tertiò dixi. ſed pace dixerim tanti patris, hæc rñſio inepta eſſe nã,ſi hoc modo tex.in d.c.ſi Papa explicaretur, in maximũ proculdubio inconueniẽs incideremus,ſcilicet,Papam in caſu hæreſis ibi excepto,à particulari perſona iudicari poſſe.nam ibi habetur: Huius culpas iudicare præſumat mortalium nemo, niſi ſit à fide deuius. Ea uerò huius
4 uocis,niſi,† eſt uis & poteſtas,vt id ponat,quod in præcedẽti oratione uetitũ eſt.Bar.& Dec. in l.actione. C. de tranſact. Angel.in conſi.337. & ut latius in præcedentibus lucubrationibus,

quandoque

quandoque de huius uocis significatione egimus. verum si in præcedenti oratione iudiciũ per sonæ singularis duntaxat prohibitum fuerat, & ab hac prohibitione solus casus hæresis fuit exceptus, quod prædiximus, sequeretur omnino, scilicet Papam in casu hæresis à particulari persona iudicari posse, vt in exceptione ponatur, quod in regula erat negatum: sed cõsequens est falsum, igitur & antecedens. si quidem non incogniti iuris est, vbicunq; Papam iudicari posse reperitur, semper intelligendum esse à Concilio, & â nemine præterea, vt de hoc est gl.* cõi cõ sensu approbata, in c. sicut inquit. 2. q. 7. idq; affirmauit ipse idem Panor. in d. tract. col. 2. & Rosell. in tract. de Concil. & Dec. in consi. 151. & ab hoc nemo unquam, quem uiderim, discrepauit, quinimmo nefas esset aliter dicere. quid enim magis reprehensibile foret, quàm si Papã, qui omnibus fidelibus præest, à singulari persona iudicari posse concederetur? præterea tex. illũ de Concilio sensisse docuit glo. in c. mandastis. 2. q. 5. quæ Papam ab uniuersali Concilio iudicari non posse ait, nisi in casu hæresis. & citat. d. c. si Papa. sentiens illum hac in re de solius Concilij iudicio sensisse. Quid? ipse idem Panor. sibi ipsi non constans, ut proprium eorum est, qui relu ctante conscientia loqui solent, ad nostram hanc sententiam accesit, in c. quanto, in gl. in uoce, cur ita, de translat. episc. ubi per illam gl. ita inquit. Nemo † potest Papã corrigere, nisi incideret in hæresim: nam tunc potest deponi à Concilio generali. & pro decisione huius conclusio nis adducit textum in d. c. si Papa. & prædicta confirmantur: nam sicut constitutio de persona disponens comprehendit etiam uniuersitatem quando adiecta fuit uox uniuersalis quæuis, uel quælibet, ut per Alex. in d. cõs. 40. in fi. 7. vol. ita pariter & de voce, nemo, quo est negatiua uni uersalis. & exponitur, ne homo uel nullus homo. c. nemo, de elect. in 6. & ibi Archid. dicendũ
6 est, ut ex hoc etiam cuiuscunque uniuersitatis iudicium excludatur; negatio † enim uniuersalis operatur, ut nihil penitus excipi soleat. l. legitimos §. an ergo. ff. de legit. tutor. tradit Soc. in cõs. 288. col. 11. in 1. vol. & negatiua potentius negat, quàm affirmatiua affirmet, ut habetur apud glo. in c. cum dilectus, de consuet. ad rem facit quod ait glo. in l. hoc genus. ff. de condit. & demonstr. Quare ex ijs satis superque improbum illud Panorm. documentum refutatum esse censeo. sed de ijs hactenus.

Summarium in l. possideri. ff. de acquir. poss.

Illud, quod aliquis facit ad conseruandum, operatur etiam ad inducendum.

Bar. in l. possideri. ff. de acqu. poss.

Bar. in d. l. possideri, in princ. ait, illud, quod aliquis † facit ad conseruandum, operari ẽt ad inducendum. vide Alex. in consi. 146. in 5. uol. & Bal. in l. quod uulgò. ff. pro empt.

Summarium in d. l. possideri. §. incertum. ff. de acqu. poss.

Incerta pars ratione loci, & quotæ possideri non potest.

Bar. in d. l. possideri. §. incertum. ff. de acqu. poss.

Bart. in ead. l. §. incertum, sic ait in summa. incerta † pars ratione loci & quotæ, possideri non potest. vide Dec. in consi. 226. Et ex hoc infert Bart. siquis emit centum tabulas terræ in prædio tuo in illa parte in qua eligeret, & emptor agat rei uendicatione antequam eligat partem, eum obtinere non posse; quia quamuis uenditor constituerit se nomine illius possidere, nihil est, quoniam incerta erat petitio ratione loci & quotæ. vide Bart. in consi. 74. incip. Petrus uendidit Bertæ. ubi hoc idem traditum est, & citatur iste. §. incertam. vide etiam Alex. in consi. 84. In causa, col. fi. in primo uol.

Summarium in d. l. possideri. §. ex pluribus. ff. de acqu. poss.

Dominium ex pluribus causis communiter haberi non potest.

Bar. in d. l. possideri. §. ex pluribus. ff. de acq. poss.

Bar. in ead. l. §. ex pluribus, col. 2. vers. venio ad secundam regulam, ait, dominium † communiter ex pluribus causis haberi non posse. Vide pro limitatione huius text. Abb. in consi. 3. col. 2. in 2. uol. & declara ut per Roma. in consi. 433. col. fi. Et dum Bar. in eodem §. col. fi. agit, an & quando ualeat legatum speciei, quæ mihi debetur? vide Paul. de Castr. & Aret. in l. si debitor. ff. de leg. 1.

De acquirenda possessione.

Summarium in d.l.possideri.§.ex contrario.ff.de acqu.poss.

1 *An sola possessio ciuilis sufficiat ad præscribendum.*
2 *Emphyteota an donare possit utile dominium irrequisito domino.*

Bar.in d.l.posideri.§.ex contrario.ff. de acquir.poss.

1 BAR. in ead.l.§.ex contrario,tradit an sola possessio † ciuilis sufficiat ad præscribendum: vide Ias.in §.rursus,col.8.inst.de action.& Feli.in c.vigilanti,col.5.& in c.causam,col.6.de prescrip.Et dū Bar.postea loquitur de feudatario,vide Curt.in consi.25.Ad id uerò quod ait Bar. hic in col.fi.de emphyteota, qui potest constituere usufructuarium in re emphyteotica, vide Alex.in consi.121.viso processu,in 1.uol.& omnino in consi.151.viso dicto themate,col.pen. & fi.in lib.primi & secundi uol.in quibus locis habetur hoc posse fieri etiam irrequisito domino.& Ias.in l.fi.col.149.ver. sed nunquid. C. de iur.emphy. Et an emphyteota † donare possit utile dominium irrequisito domino? vide apud Alex.in consi.119.in 3.uol.Et an possit dari in dotem irrequisito domino durante obligatione? vide Alex.in consi.91. Viso themate, in 3.uolu.& dum subiungit Bart.si emphyteota facit alium emphyteotam, vtrum primus possideat: vide glo.in d.l.fi.in uoce alijs.& ibi Ias.postea in fi.huius.§.ait Bar.quandoq; detentionem accipi pro custodia rei. vide Bar.in l.stipulationes,vbi Ias.in 1.q.ff.de uerb.oblig.

2

Summarium in d.l.possideri.§. si seruus.ff. de acqu.poss.

1 *Si statuto cautum est,eum qui occidit bannitum,non teneri ad pœnam, & quidam bannitus petit se liberari,tanquam iniustè bannitus, & pendente lite interficiatur,vtrum occidens teneatur.*
2 *Si bannitus est absolutus, sed nondum est cancellatus de libro,an impunè possit offendi.*
3 *Statutum disponens,quòd bannitus possit impunè offendi,an uerificetur in occisione, ita ut quilibet bannitus impunè possit interfici.*
4 *Bannitus qui potest impunè offendi,an possit etiam in bonis damnificari.*
5 *Bannito pro grauissima causa cum publicatione bonorum,bona post bannum acquisita auferri nequeunt.*
6 *Banniti retinent ea, quæ sunt iuris naturalis.*

Bar.in d.l.posideri.§.si seruus.ff.de acqu.poss.

1 BAR. in ead.l.§.si seruus,quem possidebam, quærit si statuto † cautum est, eum qui occidit bannitum,non teneri ad pœnam; & quidam bannitus petit se liberari tanquam iniustè bannitus,& pendente lite interficiatur: vtrum occidens teneatur? decidit; eum non teneri. De hac re uide Feli.in c.quæ in ecclesiarum,col.3.de consti.in uersi.tertius casus.& Imol. in consi.130.col.2.in 3.dubio.& omnino Alex.in consi.77.Visis dubitationibus,in 3.uol.Quid si bannitus † est absolutus,sed nondum est cancellatus de libro,an impunè possit offendi? vide Alex. in consi.114.in primo uolu.in consi.65.in 3.uolu.& omnino in consi.174.in 7.uol.vbi ait hoc impunè fieri posse, & non esse inconueniens,ut quandoque priuatæ personæ plus liceat,quàm magistratui. Attende hoc dictum Alexand.s. non esse inconueniens, ut quandoq; plus liceat priuatæ personæ quàm magistratui, posse procedere in proposito casu: quia id ratio suadet. ideo enim offendens bannitum, qui non est cancellatus de libro, excusatur,quia est in bona fide: iudex autem qui scit,eum esse absolutum,non excusaretur si eum uellet offendere: alioqui autem dicendum est plus non licere priuato quàm iudici,ut concludit Felin. in c.quæ in ecclesiarum,num.17.de constitu.nam quicquid priuatus uigore huius statuti facere potest, id facit tanquam minister ipsius iudicis,ut ait Feli.in d.c.proinde hic suboritur difficultas, nunquid statutum † disponens, bannitum posse impunè offendi, verificetur, in occisione, ita ut quilibet bannitus impunè possit interfici? Feli.in d.c.nu.19.ex mente Barto. affirmatiuam partem amplectitur. sed hoc sanè intelligendum est, scilicet, quando is esset bannitus pro causa digna morte. ita Feli.in dicto cap.colu.3.versi.primus casus. id quod est diligenter animaduertendum. quoniam mala quædam in multis locis inoleuit consuetudo, ut statuta, quibus cautum

3

est

est, bannitum ex causa, ex qua pœna sanguinis ingeritur, impune posse offendi, indistinctè intelligantur,& nullo habito discrimine,sit ne bannitus pro causa digna morte, an uerò membri mutilatione,uel alia pœna corporis afflictiua intelligatur: nam prædicta distinctio est adhibenda,ne sequatur inconueniens,ut is, quem ipse iudex non posset occidere,sed tantum pœna aliqua corporali punire,posit à priuato,qui in locum iudicis subrogatur,interfici. idem & multò magis dicendum est,quando is pro causa pecuniaria foret bānitus. Ex ijs etiam decidi posset illa quæstio,vtrum † bannitus,qui potest impunè offendi, posit etiam in bonis damnificari? de qua re agit Angel.& Imol. in l.in suis.ff. de liber. & posthum.Paul. de Castr.in consi.33. Bal.in c.in literis,de restitu.spolia. Bart.in l.vt uim.ff. de iust. & iur. & in extrauag. qui sunt rebelles,in uoce,rebellando. & in qua Feli. post multos quos retulit in d.c.nu.19. concludit,hoc fieri posse. Cæterùm ista opinio mihi semper displicuit, si ita indistinctè intelligatur: nam ista est pœna priuationis bonorum,quando aliquis deprędari potest,quæ quidem pœna nunquam locum habere potest,nisi sit expressa,secundum Alex.in consi.212.in 6.uol.& Raph.Cuma.in consi.78.Feli.in c.translato,col.pen.de constitu. & Dec.in consi.581.nu.10. Præterea ista extensio de persona ad res est prohibita, maximè, si statutum extaret præcipiens, verba statutorum esse intelligenda ad literam pro ut iacent, ut ferè semper extare solet: nam eo casu quæcunque prohibetur extensio. Feli.in dicto c.translato,col.penul. ad rem facit.l.cum prætor.ff. de iudic.& glo.in l.forma.C.de iur.fisc. lib.10. & quæ tradit Corn. in consi.55.in secundo uol. vbi ait,statutum,quod non aufert bona delinquentis, censeri ea illi permittere,igitur ipsius uigore deprædari non potest. Ad hæc accedit ratio, de qua in præcedentibus egi, hoc est, hoc modo id licere priuato, qui loco iudicis subrogatur, quod ipsi iudici non liceret: quoniam iudex uigore huius statuti non posset res banniti auferre quando bannitus esset sine publicatione bonorum, vt puta pro homicidio puro. Postremò alioqui in absurdum incideremus, quoniam ita facilè posset contingere, vt qui minus deliquisset, grauius puniretur. fingamus aliquem fuisse bannitum † pro grauissima causa cum publicatione bonorum, huic certè bona post bannum acquisita auferri non poterunt.l.si mandauero.§.is cuius.ff.mand. Alexan.in l.ij. §.illud quoque.ff.quod quisque uir. Paul.de Castr.in consi.212. in 2.uol. & Imol.in l.ex facto. §.fi ff.de uulga.& pupill.sed si alius esset bannitus pro causa leuiori, dummodò pœna sanguinis ingeratur, uolunt prædicti hunc posse multò magis in rebus offendi, atque ita iste bannitus in multis esset deterioris cōditionis, quàm ille alius pro grauiori causa bannitus. quoniam is & semper,& à quocunque posset deprædari: sicut enim semper potest offendi in persona, ita & semper in rebus. Prætereà quando bona publicantur, ea à solo iudice auferuntur, huic autem bona & res à quocunque auferri possent. id quod longè uilius est teste Cicerone, qui in oratione pro Publio Quinctio, ita inquit. Indignum est à superiore, indignius à pari uel inferiori,luctuosum est alteri tradi cum bonis, luctuosius inimico. Neque urget illa ratio, qua tenentes contrariam partem ducuntur, hoc est, si permittitur bannitum posse offendi in persona, multò magis in rebus. nam hoc non est simpliciter uerum; potest enim bannitus offendi,si uenit intra territorium principis, à quo fuit bannitus,& hoc est ratione contemptus. quę ratio cessat in bonis. sed fortè replicari posset huic argumento, & dici; hunc tanquam hostem patriæ posse ubique offendi, & extra protectionem esse sui superioris, & ideo ratione originis non procederetur contra eum, qui illum extra territorium offenderet. Bal.in l.cunctos populos.C.de summa Trinit. tamen ego hoc non ita facilè sentio: nam origo est de iure naturali.l. assumptio.ff.ad municip.sed banniti † retinent ea quæ sunt iuris naturalis,ut per doct. maximè Alexan.in l.j.C.de hæred. inst. Quod autem iudex posit procedere pro delictis subditorum in alio territorio perpetratis, est ratione ipsius originis,ut habetur in l.j.C. vbi de crim.agi oport. igitur &c. sed quicquid sit,prædicta conclusio ex alijs, quæ prædiximus, firma remanet. Reliqua ad materiam huius statuti pertinentia, vide in lucubrationibus meis in l.si qua.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur.& in d.l.vt uim.

De acquirenda possessione.

Summarium in d.l.possideri.§.genera.ff.de acquir.poss.

1 *An ille, qui est missus in possessionem ex primo decreto, dicatur naturaliter possidere.*

Bar.in d.l.posideri.§.genera.ff.de acqu. poss.

1 BART. in ead.l.§.genera.in fi.tradit an ille, † qui est missus in possessionem ex primo decreto, dicatur naturaliter posidere? vide Alexand. post Paul. de Castr.in l.si finita.§. Iulianus. ff.de damn.infect.

Summarium in l.clam possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acqu.poss.

1 *Plures eandem rem possidere non possunt.*

Bar.in l.clam posidere.§.qui ad nundinas.ff. de acqu.poss.

BART. in d.l.clam posidere. §. qui ad nundinas.in uers. modò opp.& assumo. ait, plures
1 † eandem rem posidere non posse. vide Cæpol.in consi.4. col.4. & aliquid per Alex.in cons. 79. visis his,col.2.in 3.uol. Et dum Bar.hic in fi.subijcit,si ingressus es possessionem naturalem uacantem,& suspicaris de alio quàm de me domino, vtrum illi alij detur interdictum uti possidetis? vide Aret.in consi.17.& Barb.in consi.80.col.2.in 3.uol.

Summarium in l.si quis ante.ff.de acquir.poss.

1 *Si non ualet, quod ago, ut ago, ualeat ut ualere potest.*

Bar.in l.si quis ante.ff.de acquir.poss.

BART. in d.l.si quis ante,vers. sed hæc reprehensio, defendit glo. dicens, si contrahentes
1 exprimant se uelle facere contractum alium,scilicet locationis,& tunc si non † ualet quod ago, ut ago,valeat ut ualere potest. vide Alex.in l.j.§.si quis ita,col.2.& ibi omnes.ff.de uerbobl. Postea Bar.in eadem l.in fi.quærit,si creditor habens rem debitoris pignori obligatam,& ea possidens agit contra ipsum debitorem,& facit se mitti in possessionem ex primo decreto, an ex hoc primam possessionem amisisse uideatur? vide Abb.in consi.94. colu.fi. in secundo uol. Alex.in consi.147. In causa & lite, in lib.primi & secundi uolu. & melius in consi.217.Pontratis his,in eodem libro.

Summarium in l.iustè possidet.ff.de acquir.poss.

1 *Iustè possidet qui autore prætore possidet.*

2 *Iudicis decretum quo remouetur tutor ab administratione, an excuset eum in futurum.*

3 *Si statuto cautum est, ut qui possessiones alienas ingreditur, pœna aliqua puniatur; an excuset is, qui decreto iudicis inualido eas ingreditur.*

Bar.in l.iustè posidet.ff.de acquir.poss.

1 BAR. in l.iustè posidet, inquit, eum iustè † posidere, qui authore prætore posidet re faciendo,& seruato iuris ordine.vide Feli.in c.ecclesia sanctæ Mariæ, uers.nonò nota, de constit.& in c.illius,col.5.& sequen.de re iudic.& plenè ad materiam huius.l.in c.cùm causam,de offic.deleg.Aret.in consi.75.col.2.Alex.in consi.73.in 3.vol.Soci.in consi.266.col.14.Anch. in consi.148.col.2.Et in proposita re aduerte,quoniam missus in possessionem ex sententia iudicis lata sine causæ cognitione,non facit fructus suos. vide Bald.in l.ij.colu.pen.C. de seruit.& aqua.Imol.in c.consultationibus,de iur.patron.& Roma.in consi.454.col.pen. & ad l.hanc uide Soc.in consi.18.col.7.in 1.uol. Et dum Bar.prosequitur declarãdo materiam hanc, & dicit, quandoque defeit iustitia ex parte conuenti uel rei, in qua facta est missio,& cõtinet iustitiam in se ex parte agentis,& tunc decretum est ualidum,& posidet & præscribit. vide Abb.in cõs. 109.in 2.dub.in 2.uol.Roma.in d.consi.454.col.3.& in consi.235.in 3.dub. vbi tradit, an de-
2 cretum iudicis,† quo remouetur tutor ab administratione,excuset eum in futurũ.& Bal.in cõs. 122.in 3.uol.vbi plenè docuit ea,quę requirunt ad hoc ut datio insolutum ualeat.& uide Soc. in consi.158.col.5.& seq.Postea Bart.in uer. pone q; iudex,ait,si iudex concesit licentiã alicui ut sua authoritate possessionem ingrediatur,an ualeat?vide Abb.in consi.100.col.pe.& fi.in 1. uol.Feli.in c.cũ causa,col.2.in uer. p̃dictis ẽt,de off.deleg.& in c.cum sit Romana,col.5.de appell.Alex.in l.miles.§.1.ff.de re iudi.& Barb.in cons.4.col.2.in 2.uol.Ad id uerò,quod ait Bar.
3 in hac.l.in fi.si statuto † cautũ est,ut qui possessiones alienas ingrediť,pœna aliqua puniať, vtrũ ille,

ille,qui eas ingreditur decreto iudicis inualido excusetur? vide Alex. in cons. 161. Quæritur, col.fi.in libro primi & secundi vol.Roma.in cons.235.& in cons.330.col.fi.Felin.in c.ad petitionem,col. 2.de accusat.& in c.cùm causa,de offic.deleg. Et aduerte quia soluens ex mandato iudicis iniusto non liberatur. Alex.in consi. 167.in libro primi & secundi vol. & ad hæc faciunt trad.per Abb.in c.nostris,col.fi.de concess.prę̃ben.& per Soc.in cons. 158.in 1.vol.Bal. in cons.135.in 2.vol.& Dec.in cons.125.

Summarium in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poss.

Exceptio dominij non prodest contra agentem interdicto, uti possidetis.

Quando duo pariter probant possessionem, & bonam fidem, ille cui fauet ius commune, est præferendus.

Ille qui agit petitorio, an renunciare possessorio uideatur.

An in possessorio litis contestatio exigatur.

Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poss.

Bart. in d.l.naturaliter.§.nihil commune,col. 2.versi.tertiò contra prædicta,tradit,exceptionem † dominij non prodesse cõtra agentem interdicto uti possidetis, nisi quando uterque in eo purè probationes haberet: nam tunc potior esset ille, qui se dominum esse ostenderet; quia eius possessio iustior est. vide Bald. in l.qui recusare,in ultimo notab.C.de eden. ubi hoc idem ratione confirmat. Ad rem facit,nam quando † duo pariter probant possessionem & bonam fidem,ille,cui fauet ius commune,est præferendus; ita Bal.in c.si diligenti,col.fin. per illũ tex.de præscrip.& in c.licèt causam,per illum tex.col.fi.de probat.Item ille obtinet,qui iustiorem causam probet. & causa tantò iustior est, quantò magis à proprietate prouenit. Bal. in l. data opera,in fi.C.qui accus.non poss. Et dum Bar.in 3.col.versi.pro declaratione, tenet, eum, qui renunciat liti,non abdicere à se dominium,& in aduersarium transferre. attende,quia contrarium uoluit idem Bar.in l.non solùm.§.liberationis.ff.de liberat.lega.Et quia Bar.prosequẽdo hanc inuestigationem, inquit, ad rem facere, quòd quis non potest inniti positioni, quam negauit. adde propè infinita exempla,ut per Feli. in c.examinata, colu. 2.ff.de iudic.subiungit postea Bar.utrum ille,qui agit † petitorio,renunciare possessorio videatur? vide Ias.in §. æquè, col.13.inst.de action.& Ant.de Butr.in c.cùm dilectus,col.4.de cau.poss.& propr.Ad illud verò quod ait Bar.in 11.col.dicens,sit tamen cautus aduocatus, ut acta primi iudicij producat, vide Alex.in l.2.in fi.C.de eden.& in consi.82.In causa uertente,col.fi.ubi ait hoc Bartoli documentum esse egregium. Postea Bar.in antepen.col. versi. tertiò quæro,tradit nunquid in possessorio † litis contestatio exigatur? vide Ias.in l.nam & postea.§.iureiurando. quem legit cum l.ait prætor.2.ff.de iureiur.pergit deinde Bar.dicens,aut iudicium possessorium dirigitur contra personam incertam,& reliqua. vide ad hæc Alex.in cons.2.col.3.in 3.vol.Cæpol.in cõs.60. col.1.& Roma.in cons.120.Et dum Bar.in pen.col.quærit,utrum in casibus,in quibus petitorium & possessorium admittuntur, debeant eadem sententia terminari an non? vide Socin. in cons.262.in 1.vol.& Alex.in cons.259.Viso processu, in libro primi & secundi vol.& in consi. 51.Viso & discusso,in 3.vol.

Summarium in l.Pomponius.§.cum quis adminiculo.ff.de acqui.poss.

Qui utitur accessione sui authoris, utitur cum sua causa suisque uitijs.

Bar.in l.Pomponius.§.cum quis adminiculo.ff.de acquir.poss.

Bart. in d.l.Pomponius.§.cũ quis adminiculo,sic ait in summa,qui utitur accessione † sui authoris,utitur cum sua causa,suisque uitijs.vide Ias.in l.si quis iura.ff.de iureiur.

Summarium in d.l.Pomponius.§.in dote.ff.de acqui.poss.

Maritus possidet rem dotalem, non autem uxor.

Bar.in d.l.Pomponius.§.in dote.ff.de acq.poss.

Bart. in ead.l.§.in dote,ait,maritum † possidere rem dotalem,non autem uxorem. idem ait Alex.in cons.146.Videretur inspectis,versi.& idem dico,in libro primi & secundi vol.nunquid autem data in dotem dicantur esse in bonis maritiꝰ dicas quòd non,ut habetur in l.Lucius. §.idem respondit.& in l.res.C.de iur.dot.

Summa-

De acquirenda possessione.

Summarium in d.l. Pomponius. §. si is qui precario. ff. de acquir. poss.

1 *An ille qui precario omnem possessionem concessit, possit rei uendicatione conuenire.*

Bar. in d.l. Pomponius. §. si is qui precario. ff. de acq. poss.

1 BART. in ead.l. §. si is qui precario, quærit, an ille, qui precario † omnem possessionem concessit, possit rei vendicatione conuenire? & secundum gl. ait posse. vide concordan. per Ias. §. omnium, col. 18. inst. de action.

Summarium in d.l. Pomponius. §. si iussus. ff. de acquir. poss.

1 *Authoritas iudicantis facit, ut eius rei, quæ mihi restituitur ut mea, transferatur usucapiendi conditio.*

2 *Publiciana, & rei uendicatio an simul intentari possint.*

Bar. in d.l. Pomponius. §. si iussus. ff. de acq. poss.

1 BART. in ead.l. §. si iussus, hoc ait in summa. Authoritas † iudicantis facit, ut eius rei, quæ mihi restituitur ut mea, transferatur usucapiendi conditio. vide Alex. in consi. 214. col. fi. in 1. vol. Et dum Bar. in versi. videamus ergo, tradit, quid authoritas iudicis operetur. vide plene de hac re apud Ias. in l. ex hoc iure, col. 6. ff. de iust. & iur. & ex ijs, quæ subdit Bart. o. in versi. quæ quid si egi publiciana, colligitur contra dominum posse agi publiciana, intellige hoc procedere quando ipsius dominij non opponeretur exceptio: & ita intelligitur. l. pen. ff. de public. Ad illud verò quod subiungit Bar. in versi. sed ad contrarium, scilicèt, eum, qui agit publiciana, si dicere se esse dominum neque non dominum. adde contrarium tradi per Ias. in §. sed istæ, col.
2 22. inst. de action. Et an publiciana † & rei uendicatio simul intentari possint? vide apud Fulg. in consi. 140. Et quomodo publiciana intentetur, & cui detur: vide Alexan. in consi. tram. 4. vol. & quæ in ea probari debeant, tradit Alex. in cons. 24. in 7. vol. & plenè de materia publicianæ, vide apud Philip. Franc. in disputatione petitorij, in princ.

Summarium in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poss.

1 *Possessio rei subtractæ si ad alium peruenit sine vitio, ut quia emit, an habeat contra eum aliquod remedium possessorium.*

Bar. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poss.

1 BART. in d.l. rem quæ nobis, quærit, si rei subtractæ possessio † ad alium peruenit sine vitio, ut quia emit, an habeas contra eum aliquod remedium possessorium? Hanc quæstionem plenè examinatam habes per Ias. in §. sed istæ, col. 20. nu. 78. inst. de action. & Alex. in consi. in 1. volu. in consi. 259. Viso processu. & in consi. 260. In causa & lite, in libro primi & secundi vol. in quibus consilijs videtur uariare, & quandoque tenere cum Bar. hic, & quandoque non: vide eundem Alex. in consi. 78. in 3. vol. Aret. in consi. 15. colu. 3. & Soc. in consi. 266. col. 2. seq. Corn. in consi. 247.

Summarium in l. si quis ui. §. differentia. ff. de acqui. poss.

1 *Si quis animo suo constituit se nolle esse dominum rei, utrum possessionem amittat.*

Bar. in l. si quis ui. §. differentia. ff. de acquir. poss.

1 BART. in d.l. si quis ui. §. differentia, quærit, si quis † in animo suo constituit se nolle esse dominum rei, utrum possessionem amittat? vide Alex. in consi. 110. ver. præterea, in 5. vol. in hæc inducit ad pulchrum casum.

Summarium in l. quod meo. ff. de acquir. poss.

1 *Eius quod possidemus, possumus alium facere possessorem, constituendo eius nomine possidere.*

2 *Clausula constituti operatur, vt propria authoritate agi possit contra tertium possessorem absque alia excussione.*

3 *Ille, qui constituit se alterius nomine possidere, non transfert possessionem, nisi præcedat causa habilis.*

4 *Quando contractus principalis non tenet, inualida sunt ea quoque, quæ illi tanquam accessoria cohærent.*

Bar. in l. quod meo. ff. de acquir. poss.

1 BART. in d.l. quod meo, in principio sic ait in summa. eius, † quod possidemus, possumus alium facere possessorem, constituendo eius nomine possidere. Vide quid operetur clausula constituti apud Ias. in §. si quis in fraudem, col. 16. inst. de action. & inter cætera scias, clausulam constitu-

constituti non transferre possessionem, nisi probetur cõstituẽtem possedisse bona, de quibus agitur, tempore quo constituebat. Dec. in consi. 247. Alex. in consi. 9. in 4. vol. ubi bene loquitur in proposita re. maximè quando aliquis agit possessorio, & dicit se habere uenditionem cum ista clausula, quoniam obtinere non poterit, nisi possessionem probet. hoc tamen fallit in antiquissimis, in quibus sola ista clausula probat translationem possessionis secundum Soci. in consi. 139. col. fi. & in consi. 187. col. 5. in 1. vol. Item clausula † constituti operatur, ut propria authoritate agi possit contra tertium possessorem absque aliqua excussione. Alex. in cõs. 83. in consi. 85. & in consi. 185. in 6. vol. & in consi. 70. in fi. col. in 5. vol. Aret. in consi. 126. Ias. omnino in d. §. item si quis, nu. 77. & Cæpoll. in cautel. 31. & in hac re vide semper Antonium de Fano in tract. de pignoribus & hypoth. nu. 51. vbi singulariter dicit, hoc non habere locum quando mortuus esset ille, qui se constituit alterius nomine possidere. Et dum Bar. concludit, eum, † qui constituit se alterius nomine possidere, non transferre possessionem, nisi præcedat causa habilis. vide Alex. in consi. 40. Perspectis, col. pen. versi. pro hoc facit, in 3. vol. ubi ad hoc Bartoli documentum accedit. & in consi. 225. col. pen. in libro primi & secundi vol. & omnino in consi. 81. Lecto & discusso, col. 5. versi. ex his ergo, in 3. vol. vide etiam Barb. in consi. 28. col. 4. in 3. vol. ubi ait, quando contractus † principalis non tenet, inualida esse ea quoque, quæ illi tanquam accessoria cohærent: ut puta precarium. & in cons. 33. col. 2. eod. vol. Bal. in cons. 66. in 1. vol. Anch. in cons. 291. Soc. in cons. 40. colum. penul. in 1. volu. & Curt. in consi. 70. Postea Bar. hic in fi. tradit, eum, qui non possidet, sed detinet ut colonus, nullam in eum transferre possessionem quando illa res ab alio possidebatur. vide Aret. in consi. 32. colum. fi. Bald. in consi. 130. in fi. in 3. vol. vbi ponit quid in tutore. Et non ab re vide Barb. in cons. 35. colum. penul. in 3. vol. & Alexand. in l. j. colum. antepen. cum sequ. suprà eod. titulo. vbi latè docuit, an procurator, tutor, curator, & alij similes per clausulam constituti transferant possessionem. & Soc. in cons. 262. col. 4. in 1. vol.

Summarium in d.l. quod meo. §. si furioso. ff. de acqui. poss.

An ille qui uult in me transferre possessionem, perdat eam.

Bar. in d.l. quod meo. §. si furioso. ff. de acq. poss.

Bart. in ead. l. §. si furioso, quærit, an ille † qui uult in me transferre possessionem, perdat eam? & distinguit: aut ego consentio & uolo acquirere, & tunc eam perdit: aut ego non consentio, & tunc secus. vide Alex. in cons. 118. In causa & lite, col. fi. in 1. vol. ubi citat Bar. hic.

Summarium in d.l. quod meo. §. si uenditorem. ff. de acqui. poss.

Possessio sine corpore haberi non potest.

Bar. in d.l. quod meo. §. si uenditorem. ff. de acq. poss.

Bart. in ead. l. §. si uenditorem, ait, possessionem † sine corpore, haberi non posse. vide Ias. in l. j. §. iusserim, suprà eod. tit. vbi hoc limitat tribus modis.

Summarium in l. interdum. ff. de acquir. poss.

Qui precario alterius nomine sẽ constituit possidere, an teneat.

Bar. in l. interdum. ff. de acquir. poss.

Bart. in d.l. interdum, agit de illo, qui precario † alterius nomine se constituit possidere. vide Alex. in consi. 40. Perspectis, colum. penul. in 3. volum. vbi ait, clausulam hanc regi ac moderari debere secundum principalem contractum, ad quem accedit. Et an precarium transferat possessionem, & quotuplex sit precarium, & quæ sit natura precarij, & multa ad rem facientia, vide apud Abb. in c. precarium, de precar. & in c. 1. & fin. eod. titulo. Barto. in l. ab emptione. ff. de pact.

Summarium in d.l. interdum. §. qui alienam. ff. de acqui. poss.

An ille, qui alieno nomine possidet, transferat possessionem in locatorem.

Bar. in d.l. interdum. §. qui alienam. ff. de acq. poss.

Bart. in ead. l. interdum. §. qui alienam, tradit, an ille, qui alieno † nomine possidet, transferat possessionem in locatorem? vide Raph. Cuma. in consi. 54. Postea quærit Bar. si quis ciuiliter

uiliter tantùm possidet, & cõstituit se emphyteotæ nomine possidere, an ex hoc ei aliqua possessio acquiratur? & dicit aliquam acquiri ut hic per eum. Tu uerò pro limitatione uide Fran. posit. in tit. qui succedere teneantur, in princ. col. 1.

Summarium in l. cum hæres. ff. de acq. poss.

1 *Necessaria est apprehensio possessionis ad hæc ut possessio defuncti transeat in hæredem.*

Bar. in l. cùm hæredes. ff. de acquir. poss.

1 BART. in d.l. cum hæredes, uult, necessariam † esse apprehensionem possessionis, ad hoc ut possessio defuncti transeat in hæredem. vide Alex. in cons. 37. col. pen. in 1. vol. & in cons. 43. In causa mota, col. pen. in 3. vol.

Summarium in l. si aliquam rem. ff. de acquir. poss.

1 *Quomodo esse potest, ut ego ignorem, me possidere.*

2 *Ille qui habens suum podere, proprium, & illud accepit in emphyteosim à monasterio, utrum transferatur dominium in ecclesiam.*

3 *In dubio an aliquis conducere rem censeatur ratione proprietatis an dominij.*

Bar. in l. si aliquam rem. ff. de acq. poss.

1 BART. in d.l. si aliquam, quærit, quomodo † esse potest, ut ego ignorem me possidere, cùm ignorans possessionem amittat per obliuionem? respondetque hoc esse intelligendum quando per seruum possidebatur. Ex hoc colligitur, dominum posse ignorare factum procuratoris. vide Soc. in cons. 263. & seq. in 1. vol. Postea Bar. in uersi. ulterius quæro, tradit quomodo cognoscatur, quòd aliquis conducat rem suam, ut suam, uel ut alienam? & declarat ut hic habetur apud eum. vide Ias. in l. pen. ff. de offic. procur. Cæsar. & Alex. in cons. 9. Ponderatis, colu. in 5. vol. & in cons. 136. Viso & examinato. in fi. in 1. vol. Et dum Bar. subijcit quæstionẽ de illo,
2 qui habens † suum podere proprium, (ut uerbis eius utar) & illud accepit in emphyteosim a monasterio, utrum transferatur dominium in ecclesiam? vide Alex. in d. cons. 9. col. pen. & in d. cons. 136. in fi. Abb. in cons. 21. 14. & in cons. 94. in 2. dub. in 2. vol. Felin. in c. cùm Bertholdus, col. 13. uersi. dixit etiam Bal. de re iudic. Aret. in cons. 14. col. 5. & seq. & Alex. in cõs. 1. Viso & discusso, col. fi. in libro primi & secundi vol. ubi citat hoc documentum, & loquitur de emente rem suam, & in cons. 260. In causa & lite, col. pen. uersi. quinimmo in eod. lib. ubi quitur de illo, qui ab alio recognoscit rem, quam præscripserat. & in cons. 29. col. pen. in 5. & in cons. 69. in 2. dubio, nu. 2. eod. 5. vol. Paul. de Cast. in cons. 153. Curt. in cons. 70. Fulg. cons. 5. Bal. in cons. 333. in 5. vol. Barba. in cons. 181. col. 17. in 3. volu. & in multis alijs con-
3 lijs de hac re egit. Deinde Bar. in uersi. ulterius ego quæro, declarat, in dubio † an aliquis conducere rem censeatur ratione proprietatis an dominij? aitque si is dicat, conduco rem, primi eam conducere ratione proprietatis: atque ita sentit Bar. appellatione rei, intelligendum esse de proprietate. vide Alex. in cons. 151. Visis dicto themate, col. pen. in libro primi & secundi vol. Et quid rei appellatione contineatur, vide gl. & doct. in l. j. ff. de stat. homi.

Summarium in l. qui uniuersas. §. quod per colonum. ff. de acquir. poss.

1 *Possessio probatur ex solutione mercedis.*

Bar. in l. qui uniuersas. §. quod per colonum. ff. de acq. poss.

1 BART. in d.l. qui uniuersas. §. quod per colonum, ait, ex solutione † mercedis probari possessionem. vide Alex. in cons. 260. In causa & lite, col. fi. uersi. octauus, in libro primi & secundi vol. & in cons. 9. Viso processu, col. 1. in 4. vol. & in cons. 11. eod. vol. Feli. in c. cùm Bertoldus, col. 11. & seq. de re iudic. Soc. in cons. 266. col. 6. in 1. vol. & omnino Corn. in cons. 6. in 3. vol. vbi declarat. Et de hac re & multis ad eam facientibus vide apud doct. in l. ad probationem. C. de loca. Alex. in cons. 347. uersi. posset etiam responderi, in libro primi & secundi volu. & in cons. 69. in 5. vol. Dec. in cons. 146. col. 6. & seq. & in cons. 310. col. fi. Soc. in cons. 89. colu. 5. in 1. vol. & in cons. 187. eod. vol. ubi ait quamuis ex solo instrumento locationis dominium non probetur, illud tamen probari iunctis alijs coniecturis. Et quid de instrumento emphyteotico vide Soc. in cons. 266. col. 4. in 1. vol.

Summa-

Summarium in l.quamuis.§.si conductor.ff.de acq.poss.

Possessio acquiritur ex mercedis receptione nisi alius possideat.

Bar.in l.quamuis.§.si conductor.ff.de acquir.poss.

BART. in d.l.quamuis.§.si conductor,ait,ex mercedis † receptione possessionem acquiri, nisi alius possideat.vide Feli.in c.inter dilectos,col.5.de fid.instr.Curt.in cons.71.col.4.ubi limitat quatuor modis. Et dum Bar.postea quærit,si colonus uendidit & tradidit uerè,ita quòd dominum possessione priuauit,tamen domino semper pensionem soluit, an dominus retineat possessionem? & ait quod non. vide Abb. in consi.27.in 2. dub.in 2.volu. & omnino Barb.in consi.8.col.23.& 27.& seq.in 2.vol.Alex.in consi.260.col.fi. in libro primi & secundi vol. & aliquid in cõs.69.col.4.in 5.vol.Cor.in cõsi.6.in 3.vol.& Soc.in cõs.266.col.5. & seq.in 1.vol.

Summarium in l.fundi.ff.de acquir.poss.

Ille cui datus est à iudice executor non potest ingredi possessionem authoritate propria, sed executoris.

Bar.in l.fundi.ff.de acqui.poss.

BART. in d.l.fundi,ait,eum, † cui datus est à iudice executor,non posse ingredi possessionem authoritate propria sed executoris. posteà quærit,quid si executor scit dominum esse defunctum,utrum hoc solum sufficiat ad extinguendum mandatum? vide Ias.in l.pe. col.fi.versi. quas verò.ff.si cert.pet. Ad illud uerò quod hic propè finẽ inquit Bar. an executor, qui sciebat dominum mortuum,possit exequi? vide Feli.in c.ecclesia.S.Mariæ,col.12.vers.decimò nota, de const.Ias.in l.more,col.12.& seq.ff.de iurisd.omni.iudic.Bal.in cons.35.in 5.vol. vbi tradit an hæc licentia possit per successorem non citata parte reuocari? vide etiam Ias.in l.more,col. penul.ff.si cert.pet.

Summarium in l.qui absenti.ff.de acquir.poss.

Non perdit quis possessionem serui absentis, donec ad eum literæ libertatis perueniant.

Bar.in l.qui absenti.ff.de acq.poss.

BART. in d.l.qui absenti,sic ait in summa. non perdit † quis possessionem serui absentis, donec ad eum literæ libertatis perueniant. vide Feli.in c.2.col.4.de const.

Summarium in d.l.qui absenti.§.si quis possessionem.ff.de acq.poss.

Possessio & dominium sub conditione potest transferri.

Bar.in d.l.qui absenti.§.si quis possessionem.ff.de acquir.poss.

BART. in d.§.si quis possessionem,ait,possessionem, † & dominium sub conditione posse transferri. vide Alex.in consi.224. Perspectis his, col.3. in libro primi & secundi volu. & dum Bar.in versi.quare dicas sic,si dono uel uendo hoc pacto, ut tibi non liceat alienare, & si ad aliquem actum alienationis peruenieris, dominium ad me reuertatur, inquit, statim cum incipis alienare,me dominum effici. vide ad hæc Alex.in l.filiusfamiliàs.§.diui, & ibi Ias.ff.de leg.1. & Cæpoll.in caut.48.

Summarium in l.interesse.ff.de acquir.poss.

Iudex si facit sequestrari res tempore perituras, quid fieri debeat.

Bar.in l.interesse.ff.de acqui.poss.

BART. in d.l.interesse,quærit,si iudex † facit sequestrari res tempore perituras, quid fieri debeat? vide ad hoc quæ in simili ponit Alex.in l.pro hærede.ff.de acquir.hæred. Et dum Bar. subiungit,sequestrationem factã per iudicem,videri factam causa custodiæ.vide Anch.in cons. 247.& Abb.in c.examinata,col.4.ff.de iudic.

Summarium in l.si de eo.§.si fortè.ff.de acq.poss.

Si ego scio naturalem possessionem meam uacantem occupatam esse ab alio, & negligo per modicum tempus, perdo ciuilem.

In causa interdicti uti possidetis, admittuntur positiones, & articuli, & probationes.

Bar.in l.si de eo.§.si forte.ff.de acquir.poss.

BART. in d.l.si de eo.§.si fortè, inquit, si ego scio † naturalem possessionem meam uacantẽ occupatam esse ab alio,& negligo per modicum tempus, perdo ciuilem,quia uideor suspicari

suspicari me posse repelli,uide Felin.in c.vigilanti,colu.pen.& fi.de præscip.ubi pulchrè tangit hæc dicta Bartoli.Et dum Bar.subijcit,ex qualitate negligentiæ præsumi uelle ciuilem perdere,& reliqua ut hic per eum. vide Abb.qui hæc verba Bartoli adducit in cons.62. colu.7.in 2 vol.& ad hæc vide etiam Feli.in c.licèt causam,col.8.de probat.Alex.in consi.230.Eximie domine,col.2.versi.non obstat quòd requirebatur,in libro primi & secundi vol.Curt.in cons.24 in 1.dubio.Soc.in consi.38.col.7.in 1.vol.ubi ponit de eo,qui fuit etiam absens per decennij. Posteà Bar. hic propè finem,versi.quæro ergo,ita inquit, pro declaratione istorum debes so-
2 re,doct.tenent quòd in causa † interdicti uti possidetis admittũtur positiones & articuli & probationes,& reliqua ut hic per eũ. vide ad hæc Soci.in cõs.266.col.6.in 1.vol.& omnino Alex. in cons.110.col.2.in 1.vol.in cons.260.col.2.versi.item respondeo,in lib.primi & secundi vol. & in cons.45.col.2.in 3.vol.& in cons.81.col.4.eod.3.vol.Feli.in c.3.col.2.de probat.& in c. licèt causam,col.8.de probat.Ang.de Aret.in § quadrupli,colu.pen. & fi.inst.de action.& Cæpoll.in cautel.229.

Summarium in l.qui iure familiaritatis.ff.de acqu.poss.

1 *Fundum ingrediens iure familiaritatis,non dicitur possidere.*

Bar.in l.qui iurè familiaritatis.ff.de acquir.poss.

1 Bart. in d.l.qui iure familiaritatis,hoc in summa colligit. eum, † qui ingreditur fundum iure familiaritatis,non dici possidere. vide Alex.in consi.230. Eximie domine,col.fin.in libro primi & secundi vol.vbi hoc idem confirmat,& in consi.6.Circa processum, colu.4.versi. non obst.si dicatur quòd Philippus,in 3.vol.Bal.in consi.10.col.pen.in 5.vol. Angel. in cons.184. Paul.de Cast.in cons.136.col.3.& Soc.omnino in cons.60.col.3.versi. secundum probatur,& in cons.131.col.1.in 1.vol.

Summarium in l.prædia.ff.de acquir.poss.

1 *Possessionis traditio,quando probetur per instrumentum.*

Bar.in l.prædia.ff.de acquir.poss.

1 Bart. in d.l.prædia, tradit quando per instrumentum † probetur traditio possessionis vide Soci.in consi.205.Et dum Bart.postea inquit, si in instrumento continetur, Seius dedisse Titio fundum pro centum, quæ recepit, quamuis testes dicant numeratam non fuit pecuniam,propterea tamen instrumentum de falso redargui non posse:quia ista uerba uerificari possunt in actu ficto.scilicèt quia Seius confessus est se ea habuisse. vide Cæpoll.in cõs.11. col.4.Bal.in consi.8.in 1.vol.Contrarium tenuit Bar.in l.singularia,extra gl.col.8.vbi omnes ff.si cert.pet.Et dum subijcit Bar.si in instrumento dictum est aliquem tradidisse, non propterea probari traditionem ipsam, sed licentiam ingrediendi propria authoritate. vide Aret.a consi.17.col.2.& in cons.41.col.fi.& in consi.160.Alex.in cons.170. Viso & præhabito, verum unde aut uolumus,in lib.primi & secundi vol.ubi ad hoc Bartoli documentum accedit,& omnino vide Roma.in consi.509. in 6.dub. ubi loquitur etiam in bonis mobilibus,& non solum quando in instrumento adest uerbum,trado,sed etiam uerbum,cedo, & exhibeo, & nũquid in huius uerbi,exhibeo,præsentia rerum præsumatur,de quibus in instrumento agitur. & in cõs. 452.in 1.dub.ubi loquitur de uerbo assigno,Soc.in cons.43.in 1.vol.ubi agit de verbo, do, & de uerbo,consigno,& de uerbo,concedo. & uide aliquid apud Bal. in cõsi.508. in ultimo col. & Soc.in cõs.205.in 1.vol.vbi loquitur qñ res esset ibi coram cõtrahentibus,& Fulg. in cõs.2.

Summarium in l.possessio.§.si possessio.ff.de acq.poss.

1 *Possessio & dominium acquiritur per procuratorem,actio autem non acquiritur,nisi cedatur.*

Bar.in l.possessio.§.si possessio.ff.de acquir.poss.

1 Bart. in d.l.posseſsio.§.si possessio,sic ait in summa, possessio, † & dominium acquiritur per procuratorem,actio autem non acquiritur nisi cedatur. vide Alex.in cõs.13.ex his,col.6. uersi.plus dico,in 1.vol.& Ias.in l.nam & posteà.§.huiusmodi.ff.de iureiur.

Summarium in l.j.ff.de usucapionib.

1 *Præscriptioni an pacto possit renunciari.*

Bar.

Bar.in l.j.ff.de usucap.

BART. in hac.l.j.quærit,utrum pacto † renunciari possit præscriptioni? & dicit quandam esse præscriptionem 30.annorum,quæ currit odio negligentis, non autem fauore præscribentis; & huic renunciari non posse; alioqui verò in ea, quæ currit fauore præscribentis. De hac re vide Abb.in consi. 16.in 2.vol.& in consi.22.col.2.& in cõsi.53.col. 3.eod.vol.& plenè Feli.in rubrica de præscrip.col.6.& seq.& in c.si diligenti,de for.comp.col. 7.Roma.in cons.201.Ange.in consi.55.& Rapha.Cuma.in consi.90.ubi ait,præscriptioni, & præscriptæ probationi renunciari non posse. vide etiam Soc.in consi.86.in ultima subscriptione,in 1.vol.ubi agitur de ijs,quæ hac in l.habentur,& Alex.in consi.170.in 7. vol. ubi tradit ẽt an in casibus in quibus præscriptioni possit aliquis renunciare, censeatur per uerba generalia renunciasse? ut puta promittendo soluere ad omnem eius requisitionem & uoluntatem, & ex mente Imol.decidit non posse. Attende tamen quia præscriptioni tam legali, quàm statuariæ videtur esse renunciatum ab eo, qui in instrumento contractus promisit se perpetuò ratum & firmum habiturum illum contractum, & se nulla ratione uel causa ullo tempore contrauenturum esse.ita Cæpol.in cautel.68. & omnino uide eum etiam in cautel.75. Et an præscriptioni xxx.annorum,de qua hic agit Bar.renunciari possit,uide Fabianum de Monte in trac. de empt. & uendit.in 7.quæst. nu.4. cum sequen. Et circa præcedentia scias, quamuis præscriptioni renunciari nequeat,tamen si in instrumento diceretur,quòd finita præscriptione, iterum deberi incipiat, atque semper fieret hoc modo, infringeretur præscriptionis exceptio secundum Cæpoll.in caut.65.& de materia cuiuscunque præscriptionis vide Franciscum Balbum in tract.de præscriptionibus,in 1.par.quartæ par.in 4.quæst.

Summarium in l.usucapio.ff.de usucap.

Per præscriptionem an acquiratur dominium utile an directum.

Bar.in l.vsucapio.ff.de usucap.

BART. in d.l.vsucapio,quærit,an per præscriptionem † acquiratur dominium utile an directum? De hoc vide Feli.in rubrica de præscript.col.2.& Iaſ. in l.traditionibus. C. de pact. in glo.2. Et dum subiungit Barto.si in statuto diceretur,præscriptione acquiri dominium, in dubio intelligendum esse de dominio directo.vide Bal.in c.cum non liceat,in fi.de præscrip.& de hoc statuto uide etiam Alex.& alios in l.j.§.1.in fi.ff.ad trebell.

Summarium in l.sequitur.§.fructus.ff.de usucap.

Bonæfidei possessor tenetur restituere fructus extantes nisi possederit per triennium.

Bar.in l.sequitur.§.fructus.ff.de usucap.

BART. in d.l.sequitur.§.fructus,ait bonæfidei † possessorem teneri restituere fructus extãtes,nisi posederit per triennium: quia sunt præscripti. Limita hoc non procedere etiam lapso triennio,nisi adsit titulus,ut habetur apud Soc.in cons.251.col.fi.in 1.vol.vide Curt.in cõs.72. col.4.& fi.& declara iura dicentia bonæfidei possessorem teneri ad restitutionem fructuũ existentium,ut per Felin. in c.de quarta,colu.10.de præscript.& per Bellemeram in decis.412. & Barb.in cons.80.col.11.in 3.vol.

Summarium in d.l.sequitur.§.item Labeo.ff.de usucap.

Emphyteota qui rem uendidit irrequisito domino,& postea eam redemit an cadat in pœnam.

Emphyteota si uendit rem pro 40.irrequisito domino, & sic cecidit à iure suo, postea uidens se male fecisse requisiuit dominum si emere uolebat illam rem pro quadraginta,& dominus ei licentiã dedit alienandi,utrum ex hoc uenditionem iam factam ratam habuisse censeatur.

Bar.in d.l.sequitur.§.item Labeo.ff.de usucap.

BART. in ead.l.§.item Labeo,in fi. quærit an emphyteota, † qui rem uendidit irrequisito domino,& postea eam redemit,cadat in pœnã,& ipsa re carere debeat? & decidit eum in pœnam ceciditsse. vide Ang.in consi.169.Super puncto. Raph.Cuma.in consi.41.& in simili, in consi.65.Ant.de Butr.in consi.34.& in consi.38. & Fulg.in consi.2. Attende quamuis ille emphyteota

phyteota in pœnam ceciderit, eum tamen dignum esse excusatione per.c. si quis presbyterorum, de reb. eccl. non alien. & per c. potuit, de loca. Quid si uendita esset res cum pacto redimendi, & postea fuit redempta? Maria. Soc. iuni. in cons. 20. col. pe. videtur sentire eum esse dignum uenia, & ibi referendo Ias. & alios multa declarat ad rem hanc facientia, ideo videas omnino.

2 Quid si emphyteota † uendidit rem per 40. irrequisito domino, & sic cecidit à iure suo, postea uidens se malè feciſſe, requisiuit dominum si emere uolebat illam rem per 40. & dominus ei concentiam dedit alienandi, utrum ex hoc uenditionem iam factam ratam habuisse censeatur? vide tradita in l. si quis filio exhæredato. §. irritum, vers. qua ratione. ff. de iniust. testa. & Alex. in terminis in cons. 146. In causa & lite, col. 2. in 5. vol. vbi concludit, dominum sibi non præiudicare nisi sciuerit emphyteotam prius alienasse.

Summarium in d. l. sequitur. §. de illo. ff. de usucap.

1 *Ille qui ingreditur fundum animo retinendi & continuandi possessionem tanquam prius sibi acquisitam cum reuera illam prius non acquisiuisset, an acquirat de nouo possessionem hoc animo.*

Bar. in d. l. sequitur. §. de illo. ff. de usucap.

1 BART. in ead. l. § de illo, in fi. sentit, eum, qui ingreditur † fundum animo retinendi & continuandi possessionem tanquam sibi prius acquisitam, cum re uera illam prius non acquisiuisset, acquirere de nouo possessionem hoc animo, ut hoc documentum Bar. declarat & sequitur Alex. in cons. 146. col. 2. vers. comprobatur etiam, in 5. vol.

Summarium in d. l. sequitur. §. lana. ff. de usucap.

1 *Meum quod est, usucapi non potest.*

Bar. in d. l. sequitur. §. lana. ff. de usucap.

1 BART. in ead. l. §. lana, sic ait in summa. Illud, quod, meum † est, usucapi non potest, intellige hoc esse uerum in eo, quod est irreuocabiliter meum, alioqui uerò si reuocabiliter. ita Aret. in cons. 104.

Bar. in d. l. sequitur. §. si fundum. ff. de usucap.

BART. in ead. l. §. si fundum, sentit, dispositionem. l. extat. ff. quod met. caus. habere locum etiam in eo, qui est in culpa. vide Alex. in cons. 39. Visis & consideratis, in 3. vol.

Summarium in l. sequitur. §. si uiam. ff. de usucap.

1 *In præscriptione actionum personalium, non exigitur bona fides.*

2 *Malæfidei possessor nunquam præscribit.*

Bar. in d. l. sequitur. §. si uiam. ff. de usucap.

1 BART. in ead. l. §. si uiam, ait, in præscriptione † actionum personalium non exigi bonam
* dem, & hanc esse * communem opinionem testatur Soc. in cons. 40. col. fi. in 1. vol. sed contrarium consuluit Alex. in cons. 51. in 5. vol. & Fulg. in cons. 133. & hanc esse communem sententiam testatur Alex. in cons. 69. in 3. vol. in cons. 60. col. 3. in 4. vol. & in cons. 97. in eod. 4. vol. & in cons. 39. in 6. vol. ubi distinguit. Feli. in c. fi. de præscript. Dec. in cons. 559. & Mar. Soc.
2 iuni. in cons. 144. ubi communem opinionem esse ait, ut malæfidei † possessor nullo tempore præscribat, & Ant. de Fano in tract. de pignoribus & hypothec. in 6. par. nu. 28. quod tamen limita ut ibi per eum, & ad prædicta vide Raph. Cuma. in cõs. 90. Cæpol. in caut. 46. & Thom. Ferrat. in caut. 38. Alex. in cons. 39. in 3. vol. in cons. 63. in 4. vol. in cons. 99. & in cons. 121. col. 3. eod. 4. vol. Abb. in cons. 23. col. 1. in 1. vol. & in cons. 14. col. 3. in 2. vol. & in cons. 94. in 4. dubio. eod. vol. Paul. de Cast. in auth. quas actiones. C. de sacros. eccl. Feli. in c. ad aures, colu. 2. de præscript. Ant. de Butr. in cons. 46. col. 4. Imol. in cons. 44. & eleg. in cons. 123. Ana. in cons. 81. in fi. Barb. in c. ecclesia, col. pe. de const. Anchar. in cons. 5. col. fi. Soc. in cons. 203. in 1. volu. & Corn. in cõs. 177. in 4. vol. & de hac eadẽ re plenè iã egimus in nõnullis alijs lucubrationibus.

Summarium in l. naturaliter. ff. de usucap.

1 *Præscriptio in quibus casibus dormiat.*

2 *De præscriptione deducenda sunt tempora, in quibus suspensum est ius.*

3 *Quomodo præscriptio interrumpatur.*

Bar.

Bar.in l.naturaliter.ff.de usucap.

Bar. in d.l.naturaliter,col.pen.uer.quæro an ista usucapio dormiat,tradit an & in quibus † casibus præscriptio dormiat? vide Ias.in l.properandum.§.finautem utraque,col.12.ver. sed adde.C.de iudic. Et an requiratur aliqua protestatio uide eundem in l.de pupillo.§. si quis ipsi prætori,col.3.ver.secundò.ff.de oper.nou.nunci. Et dum Bart. ait, de iure canonico præscriptionem dormire tempore hostilitatis. adde alium casum de iure ciuili, in quo dormit præscriptio,& postea reuiuiscit,in l.fi.§.donec.C.de iur.delib.& ibi omnes animaduertunt, Bar.hic dixisse de iure ciuili casum non reperiri in quo præscriptio dormiat nisi in præscriptione. 30.annorum.& ibi Paul.de Castr. addit alium casum. Et dum Bar. subiungit,dici quoque posse præscriptionem dormire tempore pestis,quo iura non redduntur. vide ad hoc Abb.in consi.3.col. 17.& seq. quæst.18.in 2.uol.& in consi.18.col.fi.eod. uolu. & in consi.46.in fi.& in consi.57. col.pen.in 2.dub.eod.2.uol.& in consi.94.col.4.in 4.dub.eod.2.uol.Feli.in c.ex transmissa.de præscript. Alex.in l.scriniarios,col.3.ver.in gl.fi.C.de testam.mili.& in l.fi.C.de testa. & ibi Ias. col.3.& Alex.in cons.106.in 5.uolu. Et de præscriptione † deducenda esse tempora,in quibus suspensum est ius tradit Alex.in consi.208.in fi.in 7.uolu. & quamuis præscriptio currere non posit contra non ualentem agere, tamen si hoc ipsius creditoris culpa procederet, obijci non posset.Alex.in consi.58.in fi.in 5.uol.citat tex.sing.in c.quia diuersitatem, cum gl.de concess. præben. Et dum postea inquit Bart. præscriptionem dormire contra ecclesiam uacantem, & idem dici posse uacante imperio, vide Abb.in cap.1.de præscript.& attende xxx.casus in quibus non currit præscriptio apud Io.Monach. in tracta. nuncupato defensorium iuris. in §.contra præscriptionem.

Bar.in ead.l.col.fi.quærit quomodo † præscriptio interrumpatur. vide Io.Monach.in tracta. nuncupato defensorium iuris,in §.contra præscriptionem.& Alex. in consi.250. In causa & lite,col.2.in lib.primi & secundi uol.& Abb.in consi.19.nu.2.in 2.uol.vbi ait, præscriptionē interrumpi etiam per litem motam coram iudice incompetenti, quoniam quamuis iudicium sit nullius roboris,tamen quia superuenit mala fides, hoc sufficit. Attende quoque in proposita re, præscriptionem semel interruptam ex mala fide superueniente operari, ut res illa amplius præscribi non posit de iure pontificio, alioqui uerò de iure ciuili: sed ubi agitur de peccato standum est iuri canonico. hæc Abb.in consi.3.nu.10.in 2.uol.

Summarium in l.si aliena.§.hoc iure.ff. de usucap.

Castro præscripto præscribitur etiam iuris dictio,quæ illi territorio cohæret.

Bar.in l.si aliena.§.hoc iure.ff.de usucap.

Bart. in d.l.si aliena.§.hoc iure,inquit, præscripto † castro præscribi etiam iurisdictionē, quæ illi territorio cohæret; alioqui uerò si personæ cohæret. uide Ias. in l.j.in ulti.quæst. Bart. ff.de iurisd. omni.iudic.

Summarium in l.pignori.ff.de usucap.

Creditor possidet rem sibi obligatam,non sibi, sed creditori.

Bar.in l.pignori.ff. de usucap.

Bar. in d.l.pignori,ait, creditorem † possidere rem sibi obligatam non sibi sed debitori. vide Alex.in l.si finita.§.Iulianus,col.13.ff.de damn.infec. Postea Bar.agit de iure offerendi an & quando possit præscribi. vide Aret.in l.iij.col.2.ff.de acquir.poss.Signorel. in consi.140.incip. Casus. & Angel.in §.actionum,uer.ex ijs omnibus, insti. de action. & ad rem faciunt trad. per Feli.in c.cum accessissent.col.12.de consti. Quid dicemus de iure redimendi rem alienatam? & de iure adeundi hæreditatem? & de iure dicendi contractum nullum? vide Mari.Soc. iuni.in consi.22.vbi ait. hæc omnia tolli spatio 30.annorum. & in consi.145.& Soci.in consi. 63.in 3.vol.& Feli.in c.de quarta, de præscript.

Summarium in l.si is qui pro emptore.ff. de usucap.

Quæ uerba fictionem significant.

Quāuis lex possit fingere, tamen non potest ab homine fictio induci, quæ habeat iuris effectum.

3 *Paria sunt non esse, & non apparere.*
4 *Fictio non datur super re, quæ non est.*
5 *Fictiones legum non fingunt contra ius canonicum.*
6 *Verbum habetur, fictionem inducit.*
7 *Dispositio non retrotrahitur in conditione potestatiua.*
8 *Plures fictiones, an possint circa idem concurrere.*

Bar.in l.si is qui pro emptore.ff.de usucap.

1 BART. in hac l.si is,qui pro emptore, col.4. agit de uerbis † fictionem significantibus, & ponit exemplum in uerbo,uidetur,& in uoce quodammodo. vide tu Alex.in l.j.§. de illo.ff.ad trebell.& in consi.224.Perspectis his, col.2. versi. sed fideicommissarius non dicitur, in libro primi & secundi vol.& in consi.229.Visis codicillis,col.2.versi.decimò probatur,in eod.libro & in consi.257.Circa dubitationem.col.3.nu.29.versi.vel potest dici.eod.lib.ubi agit,de uoce,pro,quæ fictionem indicat,& in consi.114.Visa scripturarum,col.3.nu.3.in 5.vol.ubi tradit de uerbo,videtur,& citat hoc Bartoli documentum. Roma.in consi.405.Feli.in c.solitæ, col.2.de maior.& obed.& plenè Alexand.in l.j.in princ.col.pen.ff.de acquir.poss.& Ias.in §.prædiciales col.5.inst.de action.Bar.in l.si duo.ff.de acquir. hæred.& latè tradit. Ias. in l.sciendum col.4.ff.de uerbo.obligat.Et dum Bar.in 5.colum.post versiculum expediti,oppo.de l.j.C.de inofficio.donat.uide Ias.in l.de pupillo.§.si quis ipsi,in 4.oppos.in secunda lectura.ff.de oper.nou.

2 nunc.Et dum Bar.in 11.col.in fi.primæ quæst.concludit, quamuis lex † posit fingere, tamen non posse ab homine fictionem induci,quæ habeat iuris effectum. De hac eadem re vide Alex. in consi.292.Viso processu,col.2.versi.primò quòd talis fictio,in libro primi & secundi vol.& in consi.301.In causa & lite,colum.fin.in eod.lib.& in consi.1.colum.2.in 5.volum. & in consi. vltimo col.2.eod.5.vol.Postea Bar. in 2. & 3.quæst. tradit quid sit fictio,& quotuplex sit. Et dum Bar.ait fictionem non cadere super impossibili in genere, vide ad declarationem Aret. in l.eadem.ff.de duob.rei. & contra conclusionem Bartoli videtur facere tex.in §.uulgò quæsitos, insti.de success.cognat.ubi lex fingit uulgo quæsitum nõ habere patrem,id quod impossibile est in genere, ut quis sine patre nascatur. Responde illam non esse fictionem, sed præsumptionem: quoniam cum incertus sit pater,perinde est ac si ullum patrem non haberet.

3 l.duo sunt Titij.ff.de testa.tut.paria enim † sunt non esse,& non apparere.l.in lege fundi.& action.empt.In hac materia dicas fictionem idem operari in casu uero,quod operatur uerum in casu uero. Soc.in consi.29.col.6.in 1.vol.& fictionem quò ad iuris effectum idem operari, quod ipsa ueritas operatur. & fictionem super principali operari etiam quò ad accessorium docuit Soc.in consi.111.in 1.vol.Et ideo circa ea,quæ tradit Bar.in versi.item quæritur,circa materiam legitimationis,vide Alex.in consi.2.in 1.vol.& in consi.229.Visis codicillis,col.4.

4 libro primi & secundi vol.& Curtium in consi.16.& in consi.40.col.26.Et fictionem † non ferri super re,quæ non est,quia extremum à quo non est habile,sed quando fingitur aliquid rem non fuisse,tunc fictionem procedere,declarat Soc.in consi.117.col.pe.in 3.volu. dicens facile esse decipi in huiusmodi fictione.Attende etiam quamuis plures fictiones circa idē & ex eadē causa concurrere nõ possint.l.j.C.de dot.promiss.tamen multoties una fictio producit plures effectus,& nos credimus esse plures fictiones. ideo est aduertendum secundum Aret. in consi.

5 164.col.pe.item scias fictiones † legũ non fingere contra ius canonicum.Curt.in cõsi.35.nu.21. & 22.citat gl.in l.talis scriptura.ff.de leg.1.Et dum Bar.hic in 3. quæst. princ.col.13.quærit, nunquid illi,qui ita disponente statuto habentur pro ciuibus, comprehendantur in statuto disponente de ciuibus? vide Curtium in consi.30. & in consi.49. & in consi.48. Bald. in consi.

Bar.in d.l.idem est.§.eum igitur.ff.de ui & ui arma.

BAR. in ead.l.§.eum igitur, ait,incontinenti † posse aliquem recuperare &c. ad materiam huius tex.vide Iaſ.in l.j.colu.2.ff.de oper.noui.nunc.& in l.lecta,colu.13.ff.si cert.per. Et dum Bar.subdit de illo,qui est expulsus de locis suis,& post triduum redit,ut possit recuperare: Addetu unum memoratu dignum,scilicet ducem uel alium,qui de terris suis eiectus,posse,quandocunque sibi oblata erit facultas etiam post decennium,eas recuperare,& dicetur incontinẽti recuperasse. hoc fuit dictum Hugo. relatum à Bal.in c.in literis,de restit.spoliat. & Imol. in l.j.§.qui præsens.ff.de uerb.oblig.Ang.in §.quadrupli.col.16.inst.de action.uide Abb.in cons. 100.col.2.in 1.vol.& in consi.62.col.3.eod.vol.Feli.in c.licèt causam,colu.8.de probat. & in c.vigilanti,col.pen.de præscript.Barb.in consi.41.col.8.in 1.vol.Card.in consi.29.colu.1. Et quando aliquid dicatur esse factum incontinenti.vide etiam Alex.in l.cùm antiquitus.C. de testam.& ad prædicta uide Aret.in cons.21.col.pe.Cæpol.in cons.69.canonistas maxime Fel. in c.præterea,de testi.& in c.accedens.2.col.6.ut lit.non contest.

Summarium in l.qui possessionem.ff.de ui & ui arma.

Si ex interuallo ego recupero possessionem meam, an perdam condictionem.

Bar.in l.qui possessionem.ff.de ui & ui arm.

BART. in l.qui possessionem,quærit,si ex interuallo † ego recupero possessionem meam, an perdam condictionem ex l.si quis in tantam,saltem ad pœnam vide Alex.in cons.6.in 3.vol.

Summarium in l.j.ff.uti possi.

Quomodo in hoc interdicto contra contumacem procedatur.

Bar.

Vti posſidetis.

Bar.in l.j.ff.uti posſidetis.

1 BART. in hac.l.tradit materiam huius interdicti,quomodo † autem in hoc interdicto contra contumacem procedatur,atque ita ad miſsionem in poſſeſsionem ex primo & ſecundo decreto,vide *Bar.* in l.ſi prius.in colum.fi.in ultima quæſt.ff.de oper.nou. nunc.Et de hoc interdicto,& quomodo concipiatur libellus, uide Alex. in conſi.268. In cauſa & lite,col.3.in libro primi & ſecundi vol.& in conſi.71.Clariſsime domine.col.1.in 3.vol.Cæpol.in conſi.3.Feli.in c.veniens,in fi.de præſcript.Bal.& Feli.in c.licèt cauſam, de prob. videtur etiam *Bal.* in conſi.431.in 4.vol.& in conſi.58.in 5.vol.& in conſ.82.& in conſi.338.cod. vol. & in conſi.388.in 1.vol.*Barb.* in cõſ.25.in 4.vol.Poſteà *Bar.* quærit an hoc interdictum habeat locum pro rebus incorporalibus? vide Ang.de Aret.in §.quadrupli,col.16.inſt.de act.& Cyn. poſt ueteres in l.j.C.de ſeruit.& aqu.& doct.in d.c.licet cauſam.

Summarium in d.l.j.§.huius autem.ff.uti poſſi.

1 *Si commune Peruſij eſt in quaſi poſſeſſione iuris eligendi poteſtatem in ciuitate ſpoleti, & cõmune Spoleti turbat Commune Peruſij in iſta quaſi poſſeſſione, an contra illos de Spoleto competat hoc interdictũ.*

Bar. in d.l.j.§.huius autem.ff.uti poſsid.

1 BART. in ead.l.§.huius autem,quærit, ſi commune Peruſij † eſt quaſi in poſſeſsione iuris eligendi poteſtatem in ciuitate Spoleti, & commune Spoleti turbat commune Peruſij in ista quaſi poſſeſsione,an contra illos de Spoleto competat hoc interdictum?concluditque propter hoc non competere,niſi fortè ſi ob iſtam diffamationem commune Peruſij non poſſet eligere quos uolebat: quia timent eligi.hoc Bartoli documentum refert & ſequitur Alex.in conſi.194. Viſo teſtamento,uerſi.bene facit quod not.Bar. in libro primi & ſecundi vol. & in conſi.177. in 5.vol.quod conſilium eſt repetitum Bal.in conſi.447.in 3.vol. & aliquid in conſi.261.in 1. vol. Et de materia perturbationis & moleſtiæ,vide quæ pono ad *Bar.* in l.amplius non permittit rem rat.hab.Feli.in c.in præſentia,de probat.& omnino Mari.Soc.iuni.in conſ.113.

Summarium in d.l.j.§.interdictum.ff.uti poſſid.

1 *Clandeſtinus poſſeſſor deijci poteſt, quando per illam clandeſtinam apprehenſionem aliquis non priuatur ciuili poſſeſſione.*

Bar.in d.l.j.§.interdictum.ff.uti poſsid.

1 BART. in ead.l.§.interdictum,in fi.primæ col.ait clandeſtinum † poſſeſſorem deijci poſſe, quando propter illam clandeſtinam apprehenſionem aliquis non priuatur ciuili poſſeſsione, ut in re mobili contingit. vide Alex.in conſi.6.in 3.volu.Aret.in conſi.21. incip.Si diligenter. Ang.de Aret.in §.quadrupli,col.16.inſt.de action.Paul.de Caſt.in conſ.225.ubi dicit propter ciuilem intentari poſſe interdictum retinendæ & propter naturalem interdictum adipiſcendæ & vide Alex.in l.quemadmodum.ff.de acqui.poſſ.& omnino videas Aret. in l.clam poſsidens §.qui ad nundinas,col.pen.ff.eod.tit.de acquir.poſſ.ubi bene diſputat, & poſtea dupliciter limitat hoc *Bar.* documẽtum,& laſ.in l.ij.col.33.cum ſeq.C.de iur.emphy. Poſteà tradit *Bar.* hic in pen.col.quomodo concipiatur libellus in hoc interdicto,vide Feli.in c.licèt cauſam de probat.Alex.in cõſ.278.In cauſa & lite,col.3.in lib.primi & ſecundi vol.& Ang. in d.§. quadrupli, col.16.inſt.de actio.ubi in col.pe.tradit etiam an debeat in libello exprimi locus,& tempus,& Bal.in conſ.447.in 3.vol.& Alex.in l.j.col.8.ff.de eden.

Summarium in l.ſi duo.ff.uti poſſid.

1 *Quomodo in hoc interdicto ſententia concipi poſſit.*

Bar. in l.ſi duo,ff.uti poſsid.

1 BART. in hac l.ſi duo,col.2. verſi.circa principium, quærit quomodo † in hoc interdicto ſententia cnncipi debeat.Aduerte in hac re, quoniam ſententia lata in interdicto poſſeſſorio operatur,ut victor ſi cadat à poſſeſsione obtinere poſsit uigore huius ſententiæ: ita ſing. dicit Io.Faber.in §.retinendæ,col.10.uerſi.nunc quærendum,inſt.de interdict.

Summa

Summarium in d.l.si duo, §. hoc interdictum.ff.uti possid.

Ad hoc ut locum habeat hoc interdictum, requiritur, ut quis turbetur in possessione sua.

Bar.in d.l.si duo.§.hoc interdum.ff.uti posid.

BART. in ead.l.§.hoc interdictum,sic ait in summa. Ad hoc,ut locum † habeat hoc interdictum,requiritur ut quis turbetur in possesione sua,quæ autem & qualis turbatio exigatur, collige ex ijs,quæ posui ad Bar.in l.j.§.huius autem interdicti,supra eod.tit.

Summarium in d.l.si duo.§. in hoc interdicto.ff.uti possid.

Interdictum hoc datur ad interesse.

Bar.in d.l.si duo.§.in hoc interdicto.ff.uti posid.

BART. in ead.l.§.in hoc interdicto,inquit gl.hic ponere casum,& reliqua. Adde tu quòd gl.in l.clam posidere.§.fi.ff.de acqu.poss.per istum tex.dicit interdictum † hoc dari ad interesse,sed ibi reprobatur,ut per Ias.in col.pen. Ex his uero quæ Bar.hic subiungit, colligitur, aliud esse rem,& aliud esse possesionem. ad quod videas Alexan.in cons.184.col.fi.in 5.volum.ubi præcisè ad hoc citat hunc text.

Summarium in l.in summa.ff.uti possid.

Alia est possessio naturalis usufructuarij, & alia est possessio usuarij.

Bar.in l.in summa.ff.uti posid.

BART. in hac.l.in summa,uersi.alia est,ait aliam † esse possesionem naturalem usufructuarij,& aliam esse possesionem naturalem usuarij. sed contrarium,quòd immo sint eiusdem speciei docuit idem Bar.melius sentiens in l.j.col.4.ff.de acquir.poss.ubi Ias.in 18.col. Tu uerò attende quoniam dum Bar.hic ponit hanc differentiam inter species harum possesionum, capit speciem pro numero.& est sensus,ut istæ possesiones differant numero; & ita declarat Bar. in l.iij.§.ex contrario.ff.de acq.poss.ad quam declarationem hic se remittit,Et dum Bar.subdit de effectu huius interdicti,vide Dec.in c.licèt causam,col. 1.de probat.

Summarium in l.j. §. qui superficiem.ff.de superficieb.

Ille qui emit superficiem an habeat actionem ex empto.

Bar.in l.j.§.qui superficiem.ff de superficieb.

BART. in hac l.j.§.qui superficiem,versic. ulterius, tradit, an ille † qui emit superficiem, habeat actionem ex empto? vide Raph.Cuma.in consi.57.Barb.in consi.16.in fi. cum duob.seq.in 1.vol.Ant.de Butr.in cons.23.col.2.& ad hæc vide Soc.in cons.139.Fulg. in cons.9.& Paul.de Cast.in cons.139.in fi.

Summarium in d.l.j. §. quod autem.j.ff.de superficieb.

Longum tempus quod dicatur.

Si in instrumento locationis est apposita hypotheca omnium bonorum, colono acquiritur ius in re.

Conductor ad modicum tempus, non habet ius in re.

Bar.in d.l.j.§.quod autem.j.ff.de superfic.

BART. in ead.l.§.quod autem,quærit,quodnam † dicatur esse longum tempus? circa hoc * multæ possent afferri authoritates; sed satis sit habere communem sententiam,quæ est,ut dicatur decennium, teste Soc.in consi.32. in 1.vol. & quod dicatur multum tempus vide apud Abb.& Feli.in c.plerunque,de rescript.& ad prædicta vide Alex.in consi.17. col.1.in 4.vol. & in consi.4.col.2.in 5.vol.& in consi.122.eod. vol. ubi ait locationem ad quinque & sex annos esse modici temporis.& Card.in consi.95.col.2.Et dum Bar.in versi.& ideo,dicit,si in instrumento † locationis est apposita hypotheca omnium bonorum, colono acquiri ius in re. vide Alex.in l.si filiofam.§.si uir in quinquennium,col.3.versi.fallit.ff.sol.matr.& Bar.& Bal.in l.emptorem.C. loca.an autem huiusmodi conductor, qui habet hypothecam in rebus sibi locatis posit expelli à singulari successore ei interesse & pœnam offerente? vide Soc.in cons.90.in 4. volu. Et quoniam in hoc.§.agit Bar.de conductore † ad modicum tempus,ut non habeat ius in re.

re. Dicas eum hac ratione non facere fructus suos,qui breui tempore non renascuntur.l.diuortio.§.si fundum,& ibi Bal. & doct.ff.sol. matrim. Hinc infert Rochus de Curte in tract.de iure patronatus,in uoce,ipse,nu.56.huiusmodi cõductorẽ prẽsentare non posse si casus cõtingeret.

Summarium in d.l.j.§.quod autem.ij.ff.de superfic.

1 *Superficiem qui emit,an & quando cedere possit.*

Bar.in d.l.j.§.quod autem.ij.ff.de superfic.

1 BART. in ead.l §.quod autem.2.tradit,an & quando ille qui emit † superficiem,possit cedere?vide Soc.in consi.287.& Iason.in l.ij.col.12.& in l.iij.col.45.& col.18.C.de iur.emphyt.

Summarium in l.j.§.hoc interdicto.ff.de itin.act.priua.

1 *Ille qui uult uti hoc interdicto,debet usum esse ad minus triginta diebus.*

2 *In quasi possessione iuris locum habet illud,uim ui repellere licet.*

3 *Quando dominus possit eum repellere,qui est in quasi possessione.*

Bar.in l.j.§.hoc interdicto.ff.de iti.act.priua.

1 BART. in hac.l.j.§.hoc interdicto,uersi.ulterius,ait,eum, † qui uult uti hoc interdicto debere usum esse ad minus.30.diebus. uide latè Abb. in c.cùm ecclesia Sutrina,col.2 & 3.de caus.poss.& propriet.& Soc.in consi.258.colu.1. & quæ sint necessaria in hoc interdicto,& quis agat,& quomodo probare debeat seruitutem sibi fuisse cõstitutam,egregè docuit Paul.de Castr.in consi.243.Videtur quòd non possit,in 2.volu. & Alex.in consi.ultimo
2 in 1.vol.Postea Bar.hic in versi.nota istud,ait ex mente gl.in quasi † possessione iuris,locum habere illud,scilicèt,uim ui licet repellere. De hac re vide plenè apud Iason.in §.æquè,col.9.nu.42. inst.de action.ubi aperui omnes modos quibus acquiritur quasi possessio. Et dum Bart. agit de illo,qui contendit se esse in quasi possessione iuris eligendi, & ait, sufficere, si is docuit fuisse in ista quasi possessione in proxima præcedenti electione: vide Abb.post glo.in dictum
3 pitulo cum ecclesia Sutrina.Ad illud verò quod subijcit Bart.quomodo † possit dominus compellere,qui est in quasi possessione, vide Alexan.in d.consi.ultimo.colu.fi.in 1.volu. dum Bar.postea inquit hic in col.pen.versi.vlterius,quomodo probari possit,illi,qui uacuitute,non competere ius. vide Alex.in consi.65.col.2.versi.facit quod not.Bar.in 1.vol. & in consi.183.col.2.in libro primi & secundi vol.& in consi.112.col.3.in 4.vol. Deinde in versi.venio ad sequentem gl.quærit quomodo quis iuerit iure seruitutis.vide Feli.in c.de quarta,col.14.de præscript.& in c.si diligenti,col.2.eod.tit.Alex.in consi.ultimo in 1.volu. Aret.in consi.30.col.2.in 2.dub.& in consi.110.& in consi.133.col.3.& omnino Alexan.in consi.32. Ponderatis uerbis.col.fi.in 3.volu. ubi citat hoc Bartoli documentum,dicens, si uolo probare me adeptum esse quia tale, teneor probare, me id hoc animo feciisse ut illud adipiscerer,uel ut uterer iure mihi competenti.& ad rem faciunt trad.per Paul.de Castr.in consi.243. Videtur q non possit,in 2.vol. Et dum paulòpost inquit Bar.uerba huius edicti non exigere, ut quis possideat, uel quasi possideat sed simplicem usum facti,aduerte quoniam hoc uidetur esse contra tex.in l.fi.infra eod.tit.ibi ius fundi possediisse oportet,quamuis Bar.respõdeat. Postremò Bar. hic in col.fi.versi.ulterius quæro,tradit quomodo probabitur,aliquem non ui,nõ clam,nõ precario possediisse. vide Feli.in d.c.de quarta,de rescrip.Alex.in conf.6.in 1.vol.& in consi.250. in lib.primi & secundi vol.& in conf.69.Circa primum,in 5.vol.

Summarium in l.ueteres.ff.de itin.actuque priu.

1 *Ea uidentur tacitè concessa, sine quibus tacitum explicari non potest.*

Bar.in l.veteres.ff.de itin.actuque priu.

1 BART. in hac.l.veteres,colligit ex tex.ea uideri tacitè † concessa, sine quibus tacitum explicari non potest. De hac re uide quæ posui ad Bar.in l.ij.ff.de iurisd.omni.iudic. & Feli.in c. olim,col.2.de except.Attende tu istum tex.hic in fi.qui est memoratu dignus ad probandum,

intelligi

intelligi debere illam exceptionem esse excluſam,quę prouenit cauſa ipſius agentis & petẽtis: quia tunc non excluditur ab aduerſario,ſed à ſe ipſo.ita Soc.in conſi.27.col.6.in 4.vol.

Summarium in l.j.§.ſed & ſi iure.ff.de aqu.quot.& æſti.

Ille qui uult hoc interdicto uti,debet ſe credere uſum eſſe iure ſeruitutis,ex aliqua iuſta cauſa.

Bar.in l.j.§.ſed & ſi iure.ff.de aqu.quot.& æſtiu.

BART. in hac.l.j.§.ſed & ſi iure,ait,eum,qui uult† hoc interdicto uti,oportere ſe credere uſum eſſe iure ſeruitutis ex aliqua iuſta cauſa. dicas tu idem eſſe etiam in interdicto de itinere actuque priuato,alioqui uerò in interdicto uti poſſidetis, ut per Abb. in c. cùm eccleſia,col.5.de cau.poſſ.& propriet.& ad rem faciunt trad.per Alex.in conſ.142.in 1.vol.

Summarium in d.l.j.§.quæſitum.ff.de aqu.quot.& æſti.

Equus primo currens ſine regatio ad brauium an debeat illud habere.

Bar.in d.l.j.§.quæſitum.ff.de aqu.quot.& æſti.

BART. in ead.l.§.quæſitum,tradit an equus † primo currens ſine regatio,ut ipſe ait,ad brauium,debeat illud habere? & dicit inſpicienda eſſe uerba ſtatuti,ut hic per eum. De iſto text. vide Bar.in l.j.colu.5. verſi. quæro.ff.de acquir.poſſ.& Iaſ.in d.l.j.§.item acquirimus, ubi ponit quid in dubio.

Summarium in d.l.j.§.item quæſitum.ff.de aqu.quot.& æſti.

Ille qui non probat illud ad quod ſe aſtringit ad probandum,perdit cauſam.

Bar.in d.l.j.§.item quæſitum.ff.de aqu.quot.& æſti.

BART. in ead.l.§.item quæſitum,dicit,eum, † qui non probat illud ad quod ſe aſtringit ad probandum,perdere cauſam.vide Feli.in c.2.col.14.verſi.reſtringendę de reſcript.

Summarium in d.l.j.§.permittitur.ff.de aqu.quot.& æſti.

Emphyteoſis ſi finita eſt per generationem extinctam, deſcendentes poſſunt petere, ut eis confirmetur, & niſi fiat iſta conceſſio,eis fit iniuria.

In confirmando uel reformando feudum non dicitur nouum, ſed illud idem cum primo.

Bar.in d.l.j.§.permittitur.ff.de aqua quot.& æſti.

BART. in ead.l.§.permittitur,ait,ſi emphytheoſis † eſt finita pp generationem extinctam, deſcendentes poſſe petere,ut eis confirmetẽ: & niſi fiat iſta conceſsio,ei fieri iniuriam, à qua licet appellare. idem ait Dec.in conſ.130.Fulg.in cõſ.220. & Curt. in conſi.47. & hunc tex. ad hoc eſſe ſing.dixit Aret.in l.apud Iulianũ.§.cõſtat.ff.de leg.1.ſed Bologn.ait hoc nõ probari in iſto tex.& attende uerba Bartoli hic,dum loquitur de generatione finita: nam ſecus eſſet,ſi emphyteoſis ſeu feudum propter canonem non ſolutum extingueretur,ut per Iaſ. in l.ij. colu.6. C.de iur.emphyt. ubi declarat, hoc ius petendi huiuſcemodi confirmationem durare tantùm per annum,& in hac materia vide latè Curt.in tract.feudorum col.55.verſi.15.Quis autem præferri debeat an fœmina deſcendens,an agnatus? doct.idem Curtius in d.tract. col.84.in 3.pàr. & in confirmando,† uel reformando,factum non dicitur nouum,ſed illud idem cum primo. Bar. in l.ſi mihi & Titio,in fi.ff.de uerb.oblig.& ad rem propoſitam vide Imol.in c.1.col.pen. de loca.ubi videt hoc extendere etiam ad locationem. Sed contrarium tenet Rom.in conſ.22.col. pen.Aduerte autem circa prædicta,quia quamuis Fulgo. tenuerit hoc idem in feudo, quod in emphyteoſi,tamen cõtrarium uidetur uelle in cõſi.222.Et in hac re vide Curt.in conſi.49. ubi ait hoc,quod hic traditur per Bar.& per eum in conſ.47.fuiſſe obtentum in facti contingentia. & pro declaratione horum omnium vide poſt alios in c. exceptiones, in princip. de except. & Dec.in conſ.78.ubi tradit,an ſit neceſſe,ut iſti agnati ſint etiam hæredes? & Anch. in cõſ.134. ubi declarat.Et de hac re vide per eundem Bar.in d.l.ſi mihi & Titio.ff.de uerb.oblig. & plenè per Alex.in conſi.80.col.pen.in 1.vol.& in conſi.151.in libro primi & ſecundi vol.col.pen. & in conſi.10.col.fi.in 3.vol.Roma. in conſi.22.col.3. & in conſi.70.in 2.dubio.& in conſi.212. Barb.in conſi.18.col.3.in 2.vol.Imol.in conſi.27.col.2.& in conſi.38.& in conſi.68.Anan.in

conſi.

consi.84.col.2.Abb.in c.bonæ.2.col.& ibi addit.de postul.prælat. Bal.in c.in præsentia,col. 5.de probat.& vide Alex.in d.cons.151.ubi sentit hoc locum habere, scilicèt ut descendentes debeant exaudiri,etiam si eorum ascendens priuatus fuisset eo quòd uenisset contra conuentiones.videas etiam Bal.in rubr.de appell.& Feli.in c.2.col.2.de offi.iudic.

Summarium in l.hoc iure.§.si aquam.ff.de aqua quot.& æsti.

1 *Si habeo molendinum emphyteoticum in flumine publico, quod fuit destructum & postea refectum, num quid ecclesia possit illud repetere, ut emphyteoticum.*

Bar.in l.hoc iure.§.si aquam.ff.de aqu.quot.& æsti.

1 BART. in ead.l.§.si aquam,quærit,si habeo † molendinum emphyteoticum in flumine publico,quod fuit destructum,& postea refectum,nunquid ecclesia possit illud repetere ut emphyteoticum?de ista quæstione vide Ias.in l.quominùs,col.30.in 24.quæst.ff.de flumin.

Summarium in d.l.hoc iure.§.ductus.ff.de aqu.quot.& æsti.

1 *Consuetudo quæ memoriam hominum excedit, habet uim constituti.*

Bar.in d.l.hoc iure.§.ductus.ff.de aqu.quot.& æsti.

1 BART. in d.l.hoc iure.§.ductus aquæ,nihil dicit; tamen est tex.memorabilis, ex quo colligitur consuetudinem, † quæ memoriam hominum excedit,haberi loco constituti. vide Feli. in c.de quarta,nu.50.cum seq.de præscrip.& omnino in c.accedentes.nu.12.cum seq.eod.tit. de præscript.Limita tamen hoc habere locum in eo tantum,qui est capax; nam incapax nô acquirit. Abb.& alij in c.quanto,de consuet.

Summarium in l.cum constat.§.inter duos.ff.de aqu.quot.& æsti.

1 *Si habentes iurisdictionem in aliquo castro ad diuisionem deueniunt, unum per alium possidere.*

Bar.in l.cùm constet.§.inter duos.ff.de aqu.quot.& æsti.

1 BART. in hac l.cùm constet.§.inter duos,tradit, si habentes † iurisdictionem in aliquo castro ad diuisionem ueniunt, unum per alium posidere. ad rem hanc faciunt trad.per Alex. cons.7.& in cons.25.in 5.vol.& Roma.in cons.198.

Summarium in l.j.§.hoc interdictum.ff.de fonte.

1 *Statutum prohibens mulieres portare margaritas, utrum comprehendat margaritas fictas.*

Bar.in l.j.§.hoc interdictum.ff.de fonte.

1 BART. in hac.l.j.§.hoc interdictum,infert ex isto tex.ad statutum † prohibens mulieres portare margaritas, siue perlas ut ipse ait, utrum comprehendat margaritas fictas,& quæ non sunt ueræ & naturales? & decidit quòd non. Et ad hoc possent multa adferri exempla,ut est illud,quod quandoque tractauimus de moneta reproba,quæ non continetur a statuto disponente de moneta.l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pignor.actio.nam illa non potest dici moneta,ut per Alex.in consi.104.in 1.vol.ita nec istæ possunt margaritæ nuncupari, quæ sunt reprobæ & fictæ. & de hac re vide Ias.in l.Gallus.§.quod si is,colu.3.in 3.notab.ff.de liber.& posth.in 1.& 2.lectura.Dec.in c.at si clerici.col.5.vers.secundò,de iudic. Barb.in cons. 29.in 2.vol.Rom.in cons.147.Feli.in c.insinuatũ,col.2.in fi.de simon.Et ad rem faciunt trad. per Anch.in c.nouit,de his quæ fi.à præla. & doct.in c.translato, de const.Attende tamen quòd huic Bartoli decisioni reluctatur tex.in l.uellera.C.de uesti.lib.11.

Summarium in l.j.§.hoc interdictum.ff.de cloacis.

1 *Quando aliquid fit in hostio intra clausuram, dicitur esse factum in domo.*

Bar.in l.j.§.hoc interdictum.ff.de cloacis.

1 BART. in hac.l.j.§.hoc interdictum,dicit,quando † aliquid fit in hostio intra clausuram, dici esse factum in domo.uide aliqua apud Alex.in l.cætera.§.hoc semotus.ff.de leg.1.

Summa-

Summarium in l.j.§.& parui.ff.quod ui aut clam.

Si à principe, uel à statuto appellatio remouetur, debet intelligi de friuola.

Si à statuto prohibita est exceptio generaliter, nunquam tamen intelligitur excluſa esse exceptio illa, quæ insurgit ex alia parte statuti.

Exceptio deficientis iurisdictionis, nunquam censetur excluſa.

Licèt statuto cautum sit nullam exceptionem opponi posse, tamen si competunt legitimæ exceptiones, officium iudicis implorari potest.

Nunquam à statuto reijciẽte omnes exceptiones, intelligitur esse reiecta exceptio innocentiæ in delictis.

Appellatione remota, an intelligatur etiam reiectus actus porrigendi querelam de falso ad superiorem.

Bar.in l.j.§.& parui.ff quod ui aut clam.

BART. in hac l.j.§.& parui, inquit, si à principe † & ita etiam à statuto appellatio remouetur, debet intelligi de friuola. & ex hoc infert Bart. etiam ad instrumentum, contra quod ex forma statuti nulla potest opponi exceptio, & tamen opponi potest illud non esse instrumentum. vide Alex.in consi.309.Viso puncto, in 2.dub.in libro primi secundi volu. & in consi.101.in 4.vol.Abb.in consi.44.in 2.dub.in 1.vol.& in consi.64.& in consi.82.col. pen.cod.vol.1.& in consi.62.in 2.volum.Alex.in auth.quæ supplicato, in apostill.C.de precib. imper.offer.Roman.in consi.42.Barb.in consi. in 2.volu. Et in re proposita scias si à statuto prohibita † est exceptio generaliter, nunquam tamen intelligi excluſam esse exceptionem illã, quæ insurgit ex alia parte statuti. Iaſ.in l.ait prætor.§.iurari.ff.de iureiur. Item nunquam intelligitur excluſa exceptio contrarietatis, secundum Dec.in cõsi.644.in fi.& multas alias exceptiones, quæ non obstante huiusmodi prohibitione opponi possunt, uide apud Alex. in consi.113. in 5.vol.& latius apud Feli.in c.ex parte.2.de offic. deleg. Item nunquam reiecta censetur exceptio, quæ prouenit causa ipsiusmet agentis & petentis: quia tunc non excluditur ab aduersario, sed à se ipso. tex.est not.in l.veteres, in fi.& ibi posui suprà, de itin.actuque priu.tradit Soc. in consi.27.col.6.in 4.vol. & exceptionem nullitatis obijci posse, docuit Abb.in consi.55.in 2. vol.Alex.in consi.331.Visis subtilissimis, in lib.primi & secundi volu. & in consi.77.in 3.volu. Aret.in consi.75.& Bal.in rubrica.C.de prob. Limita tamen prædicta procedere, quando simpliciter statutum exceptiones excluderet, alioqui uerò si eas infra tempus admitteret, & eo elapso negaret; quia tunc opponi non posset. ita Alex.in consi.225.in 6.vol. Et circa prædicta vide Alex.in consi.60.col.pen.in 4.vol.ubi ait, exceptionem † deficientis iurisdictionis nunquam censeri excluſam. & videas Dec. in consi.410. Et ad rem hanc accedant ea, quæ docuit Alex. in consi.202.Visa legitimatione, col.4.in libro primi & secundi volu.& Ana.in consi.13.& in consi.80.col.3.in 1.vol.Aret.in consi.20.col.3.Bal.in c.cùm adeò, col.fi.de rescrip.& omnes in d.c.ex parte, de offi.deleg.& maximè ibi Barb.in 1.& 5.colu. cum seq.Præterea scias, quamuis statutum quascunque exceptiones excluderet, ptopterea tamen nõ tolli, quin de nullitate possit principaliter agi: quia paria non sunt, exceptionem opponere nõ posse, & de nullitate principaliter agi non posse: ita sing.ait Aret.in consi.75.col.pen.ubi multa quoque alia scitu digna de exceptionibus quæ opponi possunt non obstante legis prohibitione aperuit. Postea Bart. quærit in re proposita nunquid opponi posit instrumentum esse simulatum? & concludit nõ posse: quoniam huiusmodi instrumentum est publicum,& per talem exceptionem non oppugnatur instrumentum, sed uis contractus in eo contenti. Tamen huic sententiæ reluctantur trad.per eundem Bar.in l.nemo potest.in 4.quæst.ff.de leg.1.& ita tenet Bal.in l.fi.§.in computatione.col.fi.C.de iur.delib.& in l.cum precibus, per illum textum de probat.& in l.si non sortem, in princ.ff.de cõd.indeb.& in c.pastoralis, col.2.de appellat.& in l.si non uerum.C.de donat.int.uir.& vxor.& idem uoluit Imol.in c.cum contingat, in sexto membro, de iureiur.& Bal. in l.ij.§.testamentum, per illum tex.& ibi Ang.& Imol.ff.quemad.testa. aperi. sed uideas Abb. in consi.73.col.3.in 2.vol.Barb.in consi.43.col.12.in 1.vol.& in consi.51.col.22.cod. vol. &

in

in multis alijs ſuis conſilijs,quæ non curo aliter commemorare.& uide Alex.in l. ſeruum.§. chirographum.ff.de leg.j.Imol.in conſi.117.Barb.in c.ad noſtram,de empt.& vendit.& cùm Ioannes,colu.15.verſi.quartus caſus,de fid.inſtrum.Imol.in l.fin.ff.à quib.appell.non Aret.in conſi.75.col.6.& in conſi.106.col.4.& in conſi.108. & Alex.in conſi.69.in 3.volu ait aliud eſſe,exceptionem excludi per reſcriptum, & aliud per ſtatutum. Ad illud uerò quod ſubijcit Bar.ſcilicèt nunquam intelligi excluſam eſſe exceptionem,quæ prouenit ab aliqua pe te eorundem ſtatutorum, vide Alex.in l.non erit.§.dato.ff.de iureiur.Imol.in d.l. fin.ff.à quib. appell.non lic.& omnino uide Iaſ.in l.ait prætor.§.iurari,col.fin.ff.de iureiur.Poſtea Bar.dicit

4 quamuis ſtatuto † cautum ſit,nullam exceptionem opponi poſſe, tamen ſi competunt legitimæ exceptiones,officium iudicis implorari poſſe. vide tex.not.in l.planè, & in l.fi.ff. de pact. hæredit.& Soc.in conſi.27.col.6.in 4.vol.Et de hac materia,an ſublatis exceptionibus intelligatur eſſe ſublatum officium iudicis,an non,vide Feli.in c.dilecti,col.4.de except.& Imola. l.fi.ff.à quib.appell.non licet.& Iaſ.in l.j.col.1.ff.de iuriſd.omni.iudic. Item nunquam à ſtatu

5 † reijciente omnes exceptiones intelligitur eſſe reiecta exceptio innocẽtiæ in delictis, per quam aliquis dicit uelle probare ſe eſſe innocentem.Alex.in conſi.113.Viſo themate,in 5.volum. etiam non intelligitur eſſe ſublata exceptio,quæ ex inſpectione ſcripturæ colligi poteſt.Alex. in conſ.77.Viſis dubitationibus,col.fi.in 3.vol.& circa prædicta vide etiam Aret.in conſ.15. Barb.in conſi.44.in 3.vol.& Alex.in d.conſi.113.in 5.vol.col.2. verſi. nunc ſolum.ubi dicit eo,qui à ſtatuto compellitur ad ſoluendum omni exceptione iuris & facti remota. & ibi mult. ad rem hanc facientia docuit. & Barb.in conſi.85.in ultimo dubio,in 3.vol.ubi tradit an rem

6 ta † appellatione intelligatur etiam reiectus actus porrigẽdi querelam de falſo ad ſuperiorem. & in conſi.87.eod.vol.vbi agit de exceptione,quæ competit ex alio ſtatuto,de qua egimus ſuprà. & Anch.in conſi.73.ubi loquitur ſimiliter de exceptione, quæ inſurgit ex alio ſtatuto,& videas Dec.in conſi.44.& dum Bar.hic in fi.loquitur de repetitione eius, quod ſolutum ei dicit non obſt.tex.in l.j.C.de cond.indeb.uide Feli.in c.quod ad conſultationem,colu.3.de iudic.Roma.in conſi.76.in 4.dub.Ang.in l.fi.col.antepen.& ſeq.de appellat.& videas Cur. in caut.incip.Statuta quandoque diſponunt. Paul.de Caſt.in conſi.225.col.pen.& fi. anno vide Fulg.in conſ.192.col.pe.

Summarium in d.l.j.§.idem Labeo.ff.quod ui aut clam.

1 *Ad hoc ut probare ualeam,me impeditum fuiſſe,& propterea denunciari non potuiſſe,debeo probare, me à te facto tuo impeditum fuiſſe.*

Bar.in d.l.j.§.idem Labeo.ff.quod ui aut clam.

1 Bart. in ead.l.§.idem Labeo,inquit,ad hoc ut probare ualeam † me impeditum fuiſſe & propterea denunciare non potuiſſe, debeo probare me à te ſiue ab alio facto tuo impeditum fuiſſe,alioqui non ſufficere. vide Alex.in conſi.1.col.3.in 3.vol.Roma.in conſi.152.Ang. in c.Petrus,in fi.de ſimon.& ibi Feli.vide etiam Barb.in conſ.13. col.12.& ſeq.in 3.vol.& Bal. in conſi.506.in ultimo vol.

Summarium in l.prohibere.§.planè.ff.quod ui aut clam.

1 *In mandato generali alienatio rerum ſuarum non continetur.*
2 *Donatio Regis,etiam facta populo conſentiente,an præiudicet ſucceſſoribus,etiam ſi facta eſſet cauſa pu*
3 *Vendi an poſſint,uel concedi regalia,& alienare,uel priuilegia imperij.*
4 *Princeps alienare non poteſt ciuitatem ſuam inuitis ciuibus,niſi in caſibus neceſſitatis.*
5 *Princeps,an poſſit oppidũ concedere in feudũ inuitis oppidanis,uel alienare ſubditos nolentes & inuitos.*

Bar.in l.prohibere.§.planè.ff.quod ui aut clam.

Bart. in hac.l.prohibere.§.planè,ait,hunc textum eſſe ſing.ex quo colligitur, in mandato

1 † generali alienationem rerum ſuarum non continere. vide Soc.in conſi.302.col.fi.Et dum Bar.paulò poſt inquit, ſi reſpublica ſtatutum concederet cauſa alienationis, quæ fieri debent alicui tyranno,huiuſmodi alienationem reuocari poſſe tanquam factam iuſto metu interueniente. vide Abb.in conſi.62.in 2.dub.in 2.vol.& in conſi.94.in 3.dubio eod.vol.Poſtea Bart.hic in ucrſ.

in uerſ.tertiò nota,inquit.reſpublicas poſſe concedi à principe,vel ab eo cui hoc principes cõceſſerunt.vide Præpoſ.in proœm.feud.col.9.& ſeq.& Bal.in præludijs feudorum,col.6.& ſeq. Oldr.in conſ.95.Paul.de Caſt.in conſ.74.col.3. vbi loquitur in donatione † Regis etiam facta populo conſentiente,an præiudicet ſucceſſoribus,ẽt ſi facta eſſet cauſæ piæ?Et an ipſemet eam reuocare ualeat? et uideas Alex.in conſi.1.in 5.uol.Abb.in conſ.3.col.22. & in conſ.62. col.8. in 2.uol.& Feli.in c.1.de probat.col.4.& plenè in c.ad audientiam,de præſcri. Aret.in rubr.ff. de uerb.obl.Abb.in c.cùm ueniſſent,col.3.de iudi.& in c.intellecto, & ibi addita.& in c.ſedes, de reſcr.Curt.in conſ.38.& in conſ.137.col.3.& dum dicit Bar.an uendi,† vel concedi poſsint regalia & alienari,vel priuilegia imperij?vide Alex.in d.conſ.1.in 5.uol.col.5.& ſeq.verſ. nunc uidendum,& omnino Abb.in d.conſ.3.col.2.Soc.in conſi.4.col.3.cum ſequ.& in conſi.7.in 1. vol.vbi uidetur hanc diſtiñctionem Bar.ſubuertere.Et ad rem hanc uide Feli.in c.1. de probat. & Iaſ.in uſibus feudorum,col.28.Ana.in conſi.81.Paul.de Caſt.in conſi.70.col.4. in 1.uolu.& circa prædicta ſcias, ſi princeps uellet ciuitatem aliquam uel aliũ locum ſubijcere Domino alie no,poſſunt contradicere homines illius ciuitatis uel loci, qm̃ eorum intereſt, ne mutent dños ſuos.Abb.in c.dilecti,& in c.fi.de maior.& obed.ad quod faciunt trad.per Bald.in l.Barbarius. ff.de offic.prætor.in addit.col.3.vbi habetur, ſicut prælatus habet ius in ſubditos, ita ſubditos hr̃e ius in prælatum,vt ei ſubſint, in cuius iuris quaſi poſſeſsione ſunt, quemadmodum & filius in quaſi poſſeſsione filiationis.idem clarè ait Inno.in c.auditis,de præſcr.vbi ait,intereſſe ſubditorum ne mutent dños, & ideo principem † alienare non poſſe ciuitatem ſuam inuitis ciuibus, niſi in caſu neceſsitatis,tradidit Soc.in conſi.39.in 3.vol.Alex.in conſ.25.col.5.in 5.uol. Dec. in conſ.564.& in conſ.689.Et principem non poſſe alienare aliqua, quorum alienatio eſſet in magnam diminutionem iuriſdictionis regalis,ẽt ſi iuſm accederet,tradit idẽ Dec.in conſ.259. vbi citat hoc Bar.documentum in iſto §.planè. Et hæc intellige uera eſſe niſi hmõi bona ſolita eſſent concedi,& in feudum dari. ita Crauet.in conſ.54.Et an princeps † poſsit oppidum concedere in feudum inuitis oppidanis uel alienare ſubditos nolentes & inuitos, vide latiſsimè in conſ.12.inter conſilia Alberti Bruni. An autem principe irrequiſito poſsit ciuitas uel vaſallus ſe ſubmittere protectioni alterius principis? vide Albert.Brun.in conſi.86.

Summarium in l.aut qui aliter.ff.quod ui aut clam.

1 *Qui citatur ad aliquem actum, ſi ille actus aliter fit, uel in ſubſtantia, uel in qualitate, quàm fuerit dictum, non tenetur, & dicitur factus non citata parte.*

2 *Quicunque eſt obligatus parere præceptis concilij legitimè congregati.*

3 *Juriſdictio, quæ ad concilium ſpectat, ad uniuerſitatem habentium iura epiſcopalia pertinet.*

4 *Cauſæ aliquando ab effectu ſolent cognoſci.*

Bar.in l.aut qui aliter.ff. quod ui aut clam.

Bar. in l.aut qui aliter,inquit,eam eſſe ſcribendam literis aureis,ex qua colligitur,eum qui
1 citatur† ad aliquem actum,ſi ille actus aliter fit uel in ſubſtantia uel in qualitate quàm fuerit dictum,non teneri,& illum actum dici factum nõ citata parte? vide Soc.in conſ.20.& oĩno Abb. in conſ.38.in 1.uol.Feli.in c.quia iudicante,col.1.de præſcr.& in c.conſuluit, de offi.deleg.vbi ait,ſi citatus fuit aliquis pro certa hora,& actus fiat in alia hora,dr̃ factus non citata parte.& omnino uide eundem Feli.in c.1.nu.3.de iudi.vbi multa ſcitu digna in re propoſita cumulauit. Bar.in l.ſi uitem.§.ſi is qui infra hoc eo.tit.vbi uide quæ ibi pono.Imol.in conſ.97.colu.3.Hoc tñ limitandum vr̃ niſi pars ipſa præſens reperiretur. vt per Feli.in d.c.1.& in d.c.conſuluit, col. 1.& ſeq.& in c.ad petitionem,de accuſat.in verſ.iſtis ẽt. Et uide Abb.in d.c.conſuluit,vbi decla
* rat. Attende hic diligenter,qm̃ ex iſto aureo tex.& ex hoc Bar.documento,ad quod *oẽs(vt ui dimus) acceſſerunt, confutatur illa conſtitutio contra pontificiam poteſtatem edita in 4.& 5. ſeſsione à Concilio Conſtãtienſi,& à Baſilienſi deinceps repetita,qua cautum eſt, quemcunq;
2 cuiuſcunq;† ſtatus & dignitatis,etiam ſi papalis exiſtat, obligatũ eſſe parere præceptis illius & cuiuſcunq; alterius Concilij legitimè congregati,in ijs, q̃ pertinẽt ad fidẽ & extirpationẽ ſchiſmatis,& ad reformationem eccleſię in capite & mẽbris.quorũ uerborũ occaſione dici nõ põt,

quanta sit exorta perturbatio, & quàm multi conati sint supremi capitis imminuere potestat, qui & ingenio & doctrinæ gloria florentes quàmplurimis authores fuere ita sentiẽdi, & ciuile atq; intestini belli in ecclesia excitanda. Quicquid igitur de hac ipsa cõstitutione Card. Alex. in rubri. 15. dist. & alij alibi dixerint: nos salùo semper sanctæ matris ecclesiæ arbitrio, opinamur, sanctiones illas ita intellectas, vt futuris certis & indubitatis pontificib. normam dare nitantur, ferri nullo iure potuisse. idq; urgenti concluditur argõ. Nam animaduertendum est, iurisdictio
3 nem† quæ ad Concilium spectat, ad uniuersitatem habentium iura episcopalia pertinere. c. 17. dist. c. satis euidẽter. 96. dist. tradit Panor. in qõne incip. Episcopus. & Rosel. in tract. de con
* cilijs. idq; ab omnibus * cõiter confirmatur. vt uidere est apud doct. maximè Imol. in c. grave de præben. Hinc legitur apud acta Concilij Chalcedonensis, epos ibi commorantes, cum intelexissent, nonnullos Aegyptios, qui non erant episcopi, una cum Dioscoro petijsse, vt Concilio interessent, clamasse omnes, Concilium episcoporum esse, alios q; esse eijciendos. Tituli aũt eorum, qui in diuersis prouincijs hmõi ecclesias possident, enarrantur per Alberic. in rubri. ff. de stat. hom. Cùm igitur in synodo Constantiensi, minima eporum pars conuenisset, consequens est, apud eos iura totius uniuersitatis episcoporũ esse non posse, nisi accusata ac planè certa absentium contumacia. cum enim oẽs in urgentibus negocijs citentur, & requirantur, qui uenire negligunt, ipsi se ipsos à ferendis suffragijs excludunt. c. cùm nobis olim, de elect. & eo casu illorum potestas ad solos præsentes recidit, ẽt si numero sint pauciores. l. cum nauarchorum, ff. ibi Bar. C. de nauicul. lib. 11. c. bonæ, & ibi gl. & Innoc. de elect. c. vbi periculum, cum ibi tradit. eod. tit. in 6. facit tex. not. in §. si aũt sanctissimus, de eccles. tit. quẽ ad hoc citat Bal. in l. nec quisquam. §. fi. ff. de offi. procon. & lega. Cum igitur patres ad Conciliũ Constantiense requisiti fuerint & citati pro sedando schismate & procuranda inter fideles pace, vt colligit ex bulla Io. 23. in qua illius Concilij indictio continetur: et pariter cum constet, ẽt Concilium Basilien. sic celebratum fuisse, vt Græcorum & Latinorum antiqua diuisidia tollerentur, vt hæretici damnarentur, atq; ut bellorum discrimina sedari possent, ita. n. satis apertè percipitur ex capitulo illo, in quo illius Concilij intentio declaratur, qua authoritate potuerunt Constantienses alia in indictione non contenta, & præsertim tam ardua declarare? & certi pontificis imminuere potestatem? hoc nulla absentium citatio præcessisset? & rursus qua potestate freti Basilienses ualuerint constitutionem confirmare, ac etiam eius ui Eugenium. iiij. de sede eijcere? si. n. hæc, quæ ponderis sunt, ui propriæ potestatis egerunt, non licuit; quia cum illi patres in utroq; Concilio essent absentib. numero longe pauciores, explorati iuris est, ad eos ullo pacto totius uniuersitatis authoritatem iure proprio pertinere non potuisse. l. quod maior. ff. ad municip. tradam feli. & alij in c. cùm oẽs, de const. & Io. Andr. in c. cùm omnes, de reg. iur. in 6. Si uerò ui deuoluta ad eos potestatis ob absentium contumaciam id sibi licere existimassent, & hoc longè minus audere debuerant, cum absentium iura ad solos pñtes non recidant. nisi eorum cõtumacia precedente, vt suprà fuit iure cõclusum, absentes uerò ad alios tm̃ casus citati fuere, quos paulò antea memorauimus, non aũt ad restringendam Romani atq; indubitati Pontificis potestatem, neq; hmõi sanctionis ui ad eijciendum de sede Eugenium, igitur nulla fuerat eorum contumacia, quæ solùm à neglecta prouenit citatione. Multi. n. epi pro causis in indictione contentis ad illa Concilia non accesserunt, qui proculdubio pro istis alijs accessissent; si ad id citatio præcessisset, ideo à iuribus suis ueluti contumaces nõ ceciderunt, & consequenter neque eorũ potestas erat ad alios deuoluta, per istũ textũ & per ea quæ hic docuit Bar. in cuius sniam abomnibus itum est. cuius conclusio multò magis in proposito casu militat; nã si actus quicũque ẽt factus nõ citata parte, qñ aliter gerit uel in qualitate uel in substantia, immo ẽt in alia hora et p̃dixi, q̃ in citatione fuit expressum, longè magis istę cõstitutiones dñr nõ citatis absentib. promulgatæ, cum non solũ fuerint aliter factę in qualitate, q̃ dictũ esset in citatione, sed immo nulla prorsus ad id citatio præcessisset, nulla penitus de his rebus facta fuisset mẽtio in indictione Cõcilij. & ista cõclusio cõfirmatur ex ijs, q̃ docuit Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de his quæ fi. mat. par. cap. in rub. quẽ refert & sequit̃ Panor. in c. cùm ecclesia. nu. 35. de caus. possess. & ppria dicens.

dicẽs,quãuis potẽtiæ capitulares qñq; deuoluantur ad minorẽ partẽ capituli pro illa uice quò ad potentiã citandi,eas tñ non deuolui quò ad præiudicãdum alijs in futurũ.Quare ex defectu iurisdictionis,quę neq; iure proprio,neq; ui deuolutionis ad illa Concilii pertinebat,oppugnãtur ac tolluntur illæ constitutiones ac ẽt eiectio Eugenij ex Pontificatu. et profectò mirari nõ desino,q; illi magni nominis uiri,qui Eugenium.iiij. defendendum susceperant, hoc non inuenerint ualidissimũ argñm,quo defectus potestatis tam clarè ostenditur. qui ẽt illustrior fit,si effectus,qui ab illis constitutionibus prouenerunt, considerantur. Solent enim causæ ab effectu plerunq; cognosci.l.cùm de in rem uerso,vbi Bar.ff.de usur.l.si certis annis.C.de pact.cæterùm quid aliud quàm schismata,& magna in ecclesia Dei dissidia pepererunt? Basilienses enim earum authoritate potissimùm freti,Eugenium.iiij. sua sententia de sede eiecerunt electo in eius locum Felice. Tandem tamen nutu Dei,& Eugenio, & Nicolao eius successori uniuersalis adhæsit ecclesia. sic etiam non multò post ab eisdem constitutionibus aliud schisma contra Iuliũ ij.originem traxit,vt uidere est apud Dec.in consi.151. & tamen non modò Iulius, sed etiam Leo.x. eius successor à tota Christiana republ.uenerati fuerũt,& coram Leone Cardinales, qui contra Iulium insurrexerant, se palàm schismatis reos profitentes illud piaculum abiurarũt. ex quibus omnibus luce clarius constat, tùm ualidissimis rationibus à nobis adductis, tum malis euentibus ob hoc subsecutis, tunc ẽt uniuersalis ecclesiæ consensu p̃dictas constitutiones ullo iure contra pontificiam potestatem ferri non potuisse,& in eis condendis Dei spiritum nõ adfuisse.Neq; huic solidissimæ conclusioni reluctatur,si fortasse diceret,Concilium Constantiẽse legitimum fuisse,atq; ideo omnia eius gesta uenerari oportere. Nos enim Concilium illud legitimum fuisse concedimus,& fatemur,sed in illis duntaxàt casibus,in quibus in stãte necessitate ad illud deuoluta erat iuris dicendi potestas, & qui in citatione patrum & indictione Concilij memorati fuerunt,in alijs secus. et stant ista simul,Concilium quò ad quædam legitimum esse, & quò ad quædam alia non esse legitimum. Sic Leo.j. vir omni ueneratione dignissimus gesta Concilij Chalcedonensis comprobauit in ijs tm̃, quæ sine sua authoritate non fuerunt pertractata,reliqua uerò decreuit esse irrita & inania,vt uidere est in eius epistola.57.& 59. quamob rem Gelasius hoc potissimùm Leonis ductus exemplo,id quod prædiximus confirmauit, vt in tomo eiusdem Gelasij continetur. Possent multa quoque alia pro pontificia potestate afferri, suprà quam Concilium non habet imperium. sed de his hactenus: nam hæc sufficiunt quò ad illum tex.in quo de citatione agitur. Nunc pergamus.

Summarium in d.l.aut qui aliter.§.si quis se.ff.quod ui aut clam.

Citatio debet esse clara,& limitata,alioqui non ualet.

Bar.in d.l.aut qui aliter.§.siquis se.ff.quod ui aut clam.

Bar. in ead.l.§.si quis se,inquit,citationem debere esse claram & limitatã,alioqui non ualere.vide Barb.in cons.8.col.15.in 1.uol.Aret.in cons.50.col.2.Item dicas citationem esse debere secundum stylum curiæ.ita Barb.in c.de causis,col.4.de offic.deleg.Aret. in cons.68.col. 1.Alex.in cons.166.In causa & lite,col.fi.in lib.primi & secundi uol. vbi ait citationem claram esse,debere ẽt ratione loci.vide eundem Alex.in l.vt præfectus.C.de annal.except.& Roma.in cons.369.vbi loquit̃ in citatione Papæ.Alex.in cons.75.& in cõs.90.in 5.uol. vbi loquit̃ in protestatione.& Anch.in cons.77.col.fi.& ista faciunt ad q̃onem posit̃ in p̃cedenti lucubratione.

Bar.in d.l.aut qui aliter.§.hæc uerba.ff.quod ui aut clam.

Bart. in ead.l.§.hæc uerba,inquit,aliud esse, si statutum disponat pro homicidio aliquẽ esse puniendum in mille, aliud uerò si ita disponeret: si quis homicidium fecerit, puniatur in mille. nam in primo casu cùm uerba sint scripta in rem,etiam faciens facere homicidium contineatur. in secundo autem non; quia uerba in personam diriguntur. vide in hac re eundem Bar. in l.sed si unus.ff.de iniur.& in l.hæc uerba.ff.de adult.Alex.in consi.62.in 4.volu. Feli.omnino in c.fi.§.is autem,de offic.deleg. & melius in c.mulieres,de sent.excommun. Curt.in consi.79. Barb.in cons.14.col.2.in 1.uol.& in consi.40.col.16.eod.uol.Aret.in cons.131.& Baptistam Caccialupum in tract.de ludo,nu.68.cum seq.

Quod ui aut clam.

Summarium in l. si alius. §. belliſſimè. ff. quod ui aut clam.

1 *Ius ſibi ipſi dicere propria autoritate, an & quando alicui liceat.*

Bar. in l. ſi alius. §. belliſsimè. ff. quod ui aut clam.

1 BAR. in hac l. ſi alius. §. belliſsimè, tradit an † & quando alicui liceat ſibi ipſi ius dicere propria authoritate? vide Alex. in conſi. 11. col. 2. in ſeptimo dub. in 1. uolu. Cæpol. in conſi. 60. in 2. dub. Feli. in c. ſi quando, col. 2. & ſeq. de offic. deleg. & Iaſ. in conſ. 20. in 3. uol.

Summarium in d. l. ſi alius. §. eſt (et) alia. ff. quod ui aut clam.

1 *Domus uicini quando propter ignem deſtrui poſſit.*

Bar. in d. l. ſi alius. §. eſt & alia. ff. quod ui aut clam.

1 BAR. in ead. l. §. eſt & alia, tradit, quando domus † uicini propter ignem deſtrui poſſit. de Ana. in conſi. 71. & ibi addita.

Summarium in l. ſi is qui in puteum. §. quod ait prætor. ff. quod ui aut clam.

1 *Participium præteriti temporis iunctum cum uerbo eſt, factum, quod duret, exigere.*

Bar. in l. ſi is qui in puteum. §. quod ait prætor. ff. quod ui aut clam.

1 BART. in hac l. ſi is qui in puteum. §. quod ait prætor. ait perpetuò adnotandum eſſe, participium † præteriti temporis iunctum cum uerbo, eſt, factũ, quod duret exigere. et ex hoc differentiam inter inteſtatum & inteſtabilem pono ad Bar. in l. j. in princ. ff. de ſuis & legit. & ibi idem quod hic dicit Bar. videtur uelle etiam in l. edita, col. 1. C. de eden.

Summarium in l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. ff. quod ui aut clam.

1 *An uno ex pluribus delinquentibus conuento, alij liberati ſint.*

Bar. in l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. ff. quod ui aut clam.

1 BAR. in hac l. ſemper. §. ſi in ſepulchro, quærit an uno † ex pluribus delinquentibus conuento alij liberati ſint? vide Angel. de malefic. in uoce, Andream auxiliatorem. verſ. quæro.

Summarium in d. l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. quod ui aut clam.

1 *Intereſſe iuramento probatur.*

Bar. in d. l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. quòd ui aut clam.

1 BAR. in ead. l. §. in hoc interdicto, inquit, intereſſe † iuramento probari. Hoc limita clara, vt per Alex. in l. qui accuſare. in fi. C. de eden. & in auth. ſi quis in aliquo, eod. tit. Anto. 103. in 1. vol. & omnino Dec. in l. quatenus. ff. de regul. iur.

Summarium in l. ſi uitem. §. ſi is qui. ff. quod ui aut clam.

1 *Citatus pro una hora, ſi actus illa hora non fit, dici non poteſt contumax.*

Bar. in l. ſi uitem. §. ſi is qui. ff. quod ui aut clam.

1 BAR. in hac l. ſi uitem. §. ſi is qui, colligit ex iſto tex. citatum † pro una hora, ſi actus illa hora non fit, dici non poſſe contumacem. vide Ang. in §. omnes, verſ. item ex hoc etiam uerior. tit. de verb. oblig. Feli. in c. 1. col. pen. de iudic. & quæ poſui in l. aut qui aliter, ſuprà eodem tit. hoc facit ad ea quæ ſcripſi contra conſtitutionem Concilij Conſtantienſis.

Summarium in l. j. ff. de precar.

1 *Quæ ſint differentiæ inter precarium, & commodatum.*

Bar. in l. j. ff. de precario.

1 BART. in hac l. j. ponit quaſdam differentias † inter precarium, & commodatum. De hac re uide Iaſ. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ.

Summarium in l. cum precario. ff. de preca.

1 *Pactum non ualet ſi te conſtituo procuratorem, ita, vt te mihi reuocare non liceat.*

Bar. in l. cum precario. ff. de precario.

1 BAR. ex iſta l. cum precario, colligit, pactum † non ualere, ſi te cõſtituo procuratoré, ita ut te mihi reuocare non liceat. videas Dec. in conſ. 293. & in conſ. 475. vbi inquit, procuratorem etiam

etiam cum iuramento constitui non posse hoc pacto, ut reuocari non possit. idem ait Feli. verum esse uno casu excepto in c.si diligenti.nu.44.cum seq. & in col.pen.de for.compet.ubi infert ad multos alios casus, in quibus iuramentum non operatur quin actus, super quo interuenit, reuocari non possit, quamuis ille, qui iurauit, in periurium incidat. & de hac re vide Feli. in c.cùm.M.Ferrar.col.23.& seq.de const.& aliquid in c.si diligenti, de præscript.& in c.ex parte decani, col.5.& seq.eod.tit.de præscript.Card.in cons.46.Ant.de Butr.in c.tua nobis, col.2.de offic.uicar.Abb.in c.ad monasterium, colu.2.& seq.de stat.monac.Imol.in c.dilecto, colu.2.de præbend.Archid.in c.placuit.§.sed aliud, col.2.13.q.3.Abb.in c.edoceri, col.pen. de rescript. Alex.in cons.29.in 5.vol.& de hac re vide per Curtium iuni.in præludijs feudorum in 6.quæst. princ. Attende tamen quia ista regula limitatur procedere solùm, quando pactum contra naturam contractus tendit ad augendam obligationem, secus si tenderet ad diminutionem: quoniam tunc ualidum esset,& irritum redderet ipsum contractum. ita limitat Aret. in l.j.§.penul. uers.non obstat.ff.de uerb.obli.vbi aliam quoque limitationem tradidit. Item limita ut per Iaſ. in auth.ingressi, col.6.vers.secundò.C.de sacros.eccles.

Summarium in l.j.§.si arbor.ff.de arbo.cæden.

1 *Arbor tua quando pendet in ædes meas, primò debeo tibi denunciare, ut eam adimas, &c.*

Bar.in l.j.§.si arbor.ff.de arbor.cæden.

1 BART. in hac l.j.§. si arbor, ait, quando arbor † tua pendet in ædes meas, primò debeo tibi denunciare ut eam adimas, & reliqua ut hic per eum. vide Alexan.in l.j.§.nunciatio, colu.2. ff.de oper.nou.nunci.

Summarium in l.j.ff.de glan.legen.

1 *Interdicta per quantum tempus durent.*

Bar.in l.j.ff.de gland.legen.

1 BART. in hac l.j.tradit, per quantum † tempus durent interdicta. vide Bart. & Iaſ. in l.si prius, col.fi.ff.de oper.nou.nunci. & ad rem hanc faciunt trad.per Feli.in c.ecclesia sanctæ Mariæ, col.12.de const.& Roma. in consi.212.

Summarium in l.j.§.si pensio.ff.de migran.

1 *Pensio domus, an solui debeat in principio, an in fine anni.*

Bart.in l.j.§.si pensio.ff.de migrand.

1 BAR. in hac l.j.§.si pensio, tradit an pensio † domus solui debeat in princip.an in fine anni? vide etiam Bar.in l.si in lege domus.ff.loca.& Paul.de Cast.in l.si uno.§.item cum quidam, eodem tit.& tex.in l.inquilino.ff.de damn.infect.

Summarium in l.j.ff.de exceptio.

1 *Actor sicut tenetur edere actionem in scriptis, ita etiam tenetur reus exceptionem proponere in scriptis.*
2 *Exceptio generalis non prodest excipienti.*
3 *An exceptione uti possim, quæ mihi post litem contestatam superuenit.*

Bar.in l.j.ff de exception.& præscript.

1 BART. in hac l.j.col.2.vers. primo quæro, tradit an sicut † actor tenetur edere actionem in scriptis, ita etiam teneatur reus exceptionē proponere in scriptis? vide Feli. in rubr.eod.titu.col.2.& Bar.in l.scire oportet,& quæ ad eum posui.ff.de excusa. tutor.Bal.in c.ex parte, col.1.de rescrip.Ang.de Aret.in rubr.inst.de except.col.15.vers.quartò. & an sufficiat dicere, propono meas exceptiones? vide Bal. in d.l.scire oportet.§.sufficit. & de hac re uide Alex.in l.j.col.2.ff.de eden. Postea Bar.hic col.3.vers.quæro quid si non dico, concludit, etiam si non dico, excipio contra intentionem tuam, sed narro factum simpliciter, ex quo colligitur exceptio, sufficere, & perinde esse ac si exceptionem proposuissem. Aduerte hic quia contra hoc Bartoli documentum, scilicet necesse esse, vt dicatur, excipio, uidetur tex. in c.cùm dilectus.ij. & ibi Bal. & Barb. de rescript. & in c.significante, eodem titulo. & in c.ex parte, de for.comp.Solutio, dicas ibi fortasse poni contingentiam, non autem necesitatem. et

ad rem hanc uide Barb.in c.cùm ſuper,col.pen.de offic.deleg.Feli.in rubr. eod.tit.col.2. uerſ. ſufficit. Barb.in c.cùm.M.col. 41.de conſt.Ang.de Aret.inſt.de except.col. 16.Ant.de Butr. d.c.ex parte,de reſcript.Aret.in conſi.48.col.fi.& Barb.in c.cùm cauſam,col.2.de offic.deleg.

1 BART. in hac l.stipulationum,in princip.quærit,an sub † simplicibus mixta contineantur: vide Ias.in §.1.col.6.ver.vtrum priuilegium,inst.de action.vbi affert eos, qui contrà dixerunt, & distinguit. vide eundem latè in §.omnium,col.5.ver.in quo brocardo, inst. eodem tit. de actio.& latissimè Feli.in c.at si clerici.§.de adulterijs,de iudic.vbi tandem ad concordiam redigendo dissentientes opiniones distinguit,dicens,aut agitur de præiudicio; & mixta non continerẽtur; aut non,& tunc continentur. & omnino in re proposita vide Ang.in consi.257.vbi ait,ex tribus causis dici posse, mixtum sub simplici contineri, & aliter non. Item scias mixtum non contineri sub simplici,quando statuto cautum est,statuta ad literam esse intelligẽda.Ang. in l.si ita scriptum.ff.de liber.& posthum.Ias.in consi.188.col.fi.in 1.uol. Et in hac materia an sub simplici mixtum contineatur? vide Alex.in consi.82.viso processu, col.5.nu.22.in 3.uol. & in consi.76.visis dubitationibus,col.pen.in 5.vol. vbi ait quamlibet dispositionem strictioris loquentem in casu simplici non comprehendere casum mixtum. & in consi.140.Circa primum dubium,col.2.eod.vol.& in l.cætera.§.fin.ff. de lega.1.Roma.in consi.259.& omnino in consi.400.Dec.in consi.27.Bal.in consi.490.in 1.uol.Anchar.in consi.37.vbi tradit an in materia odiosa disponente de Florentino locum habeat in eo,qui origine est Florentinus, & domicilio est Pisanus? & in consi.79.& in repet.capituli canonum statuta,col.89.de const. Corn.in consi.19.in 4.vol.Oldr.in consi.128.col.2.& aliquid per Felin.in c.fraternitatis, colu.6.versi. item limita ex his quæ dixi,de testi.& in c.dilecto colu.2.versi. ex istis habes,eod.titu.& in cap. pastoralis,colum.2.versi.& dum dicit Abb.de except.& aliquid in cap.fin.in principio. de except.& in rubrica de præscript.colu.6.versi.fallit tertiò. & vide tex.in l.j.si uir.ff. ad Syllanian. Cæpoll.in consi.9.Roman.in consi.294.Imol.in consi.35.col.2.& seq.& in consi.145.colu.3. Ana.in consi.63.& in consi.95.col.fi.Aret.in consi.20.tex.in c.statutum, & ibi Gemin. de elect. & Ias.

& Iaſ. poſt alios in l.vt liberis,col.8.C.de collat.& ad rem hanc uide Bar. in l.naturalis.in fi.principij.ff.de præſcript.verb.

Summarium in d.l. ſtipulationum.§.& harum.ff.de verb.obliga.

Stipulatio ſeruitutis, an ſit iuris uel facti.

Si alicui ſit factum legatum unius ſerui in ſpecie, & alteri ſit legata optio ſerui in genere, is poterit optare illum ſeruum alteri legatum in ſpecie.

Bar.in d.l.ſtipulationum.§.& harum.ff.de uerb.oblig.

BART. in ead.l.§.et harum,col.2.verſ.quæro aliquis ſtipulatur, tractat, an † ſtipulatio ſeruitutis ſit facti an iuris? & concludit,eam continere ius & factum. Et in hanc opinionem Bar. communiter itum eſſe ait hic Roma.idem tenet Bar.in l.ſi is qui pro emptore,in 3.quæſt.princip.verſ.dixi.ff. de uſucap. Et dum Bart.hic reprobando opinionem Petr. & Cyn. declarat.l.ſi ſeruus communis meus & tuus.ff.de ſtipulat.ſeru.dicens,quando ſeruus ſtipulatur factum fiendum à ſe ipſo non acquiri domino. d.§.ſed cum factum, ſecus verò cum ſtipulatur factum fiendum ab alio ipſi ſeruo; quia tunc acquiritur domino. Attende iſtam declarationem Bar.quia licèt in ſe uera ſit,tamen non ſatisfacit quò ad.d.l.ſi ſeruus communis. quoniam ibi quoque factum explicandum erat à promittente,& à ſeruo, ſicut & in d.§.ſed cum factum. Cæterum dicas in d.§.ſed cum factum,ſeruum ſtipulatum fuiſſe ſibi ire, & agere licere. atque ideo alij non competebat,ſed in d.l.ſi ſeruus communis,ſeruus ſtipulatus fuerat ſimpliciter, & ideo cõtinet etiam ius quando ad dominum poteſt tranſire. Et in re propoſita vide glo. in l.pro parte.ff.de ſeruit.quæ facit differentiam,an ille,qui ſolùm ſtipulatus eſt ipſam ſeruitutem ſit ductus in poſſeſſionem an non? & eſt tex.in l. ſi ſub una.§. 1.infra eodem. Poſtea Bart.in verſ.quæro an ceſſet, tradit an ceſſet obligatio uel executio actionis, aitque ſi ab initio obligatio non eſt nata, ſed eſt in pendenti,& tunc natiuitatem obligationis pendere propter ſpem quòd naſcatur. Ad hoc facit text. in l.cùm hic ſtatus.§.ſi ſponſus, verſ.ſiue autem.ff. de donat.inter uir.& uxor.ibi pendere ad acceptilationem non ipſum ſed effectum eius. et dum agit Bar.de glo.quam redarguit Dyn. dicens eam malè loqui in obligatione generis, ſed in obligatione alternatiua bene dicere. Bartolus approbat opinionem Dyni, quia in alternatiua utrum eſt in obligatione: & ideo ſoluendo Stichum ſoluitur pars eius. quod eſt in obligatione: ſed in ſtipulatione generis nihil eſt in obligatione. Tu uerò aduerte hic diligenter, quoniam iſta ratio Bartoli uidetur ueritate carere, quamuis enim in obligatione generis ante ſolutionem nihil præcisè cenſetur eſſe in obligatione, tamen poſt ſolutionem res ſoluta cenſetur in ſpecie fuiſſe ab initio in obligatione. et hoc uſque adeò uerum eſt, ut ſi alicui † ſit factum legatum unius ſerui in ſpecie, & alteri ſit legata optio ſerui in genere, is poterit optare illum ſeruum alteri legatum in ſpecie. ea ratione, quia ille, cui legata eſt optio in genere, optando cenſetur habuiſſe hoc legatum in ſpecie.l.ſi Heros.ff.de opt.lega.tradit Dec.in capitulo quoniam, de reſcript. & Iaſ.in l.re coniuncti, nume.58.ff. de lega. 3. & ideo cum hic tractemus de tempore poſt factam ſolutionem, nullum uidetur eſſe diſcrimen inter obligationem generis & alternatiuam.l. cum incertus.ff. de leg. 1.tradit Bar.hic in fi. & huiuſcemodi argumento utitur etiam Iaſ. in l.cum ijs.§.fin.ff.de condi.indebit. et quamuis reſpondeat, tamen eius reſponſio ad rem propoſitam applicari nõ poteſt,ideo cogita. Illud uerò,quod hic ait Bar.de uno ex pluribus hæredibus ſoluente,declara & intellige quando creditor vult accipere partem, alioqui autem non cogeretur: ita declarat Bar.in §.ſeq.col.pen.verſ.illud.

Summarium in d.l. ſtipulationum.§.ex his.ff.de uerb.oblig.

1 *In obligatione diuidua natura, ſed indiuidua effectu, ſi ſunt plures hæredes promiſſoris, quilibet tenetur pro parte.*

2 *Debitor in centum non poteſt ſoluere quinquaginta.*

3 *Qualitas iuris tam formati & in eſſe deducti, amplius mutari non poteſt.*

4 *Si unus consentit in soluendo hominem, & alij dissentiunt, quid fieri debeat.*
5 *Vnus ex hæredibus in obligatione generis soluere totum compellitur.*

Bar. in d.l. stipulationum. §. ex ijs. ff. de uerb. oblig.

1 BART. in ead. l. §. ex ijs, colligit in summa. In obligatione † diuidua natura, sed indiuidua effectu, si sunt plures hæredes promissoris, quemlibet teneri pro parte, sed partis præstationem non præbere liberationem: in indiuidua uerò hæredes promissoris teneri in solidum. Ad materiam huius. §. vide aliqua apud Anch. in c. peccatum, col. 28. de regul. iur. in 6. Et quoniam ex isto text. maximè in ratione decidendi, sola illa potissimùm fieri collectio, ex persona hæredis non mutari conditionem & qualitatem obligationis. Huic sententiæ opponit Bart. de Ligatarius. ff. de lega. j. & inter alias solutiones approbat solutionem Petr. quæ est, cùm summa indiuiduis qualitas rei. quæ est in obligatione non mutatur, vt noceat stipulatori, quamuis diu datur, alioqui uerò esset in indiuiduis. sed contra istam solutionem facit, quia immo in diuidua
2 mutatur cõditio obligationis in præiudicium ipsius creditoris, patet: nam ille, † qui debet centum, non potest soluere quinquaginta. l. inter. §. Lucius. ff. de usur. nam solutio partis multa incommoda afferre incommoda. l. planè. ff. famil. erciſc. & tamen defuncto debitore relictis duobus hæredibus unusquisque tenetur pro dimidia, & solutio partis liberat unumquemque. l. j. ff. ſicert. pet. l. si testamento. §. 1. ff. de fideiuss. & hoc sentit Bar. hic & ibi, & citat. d. l. si testamento, atque ita contra Petri solutionem infertur, & istud argumentum de solutione partis adducitur in risconsulto. in l. ij. §. incertam. ff. de prætor. stipul. & tamen eo non obstante contrarium decidit, & ibi Paul. de Castr. posuit rationem. Redeundo autem ad regulam memoratu dignam, quæ ex isto tex. colligitur, scilicet qualitatem obligationis ex persona hæredis inuariabilem esse, ita intelligas hoc esse uerum quando obligatio aliqua iam est formata & perfecta, ita quòd omnis sententia non pendeat amplius, nec aliquid ulterius expectetur. ita Bal. in auth. quas actiones. C. de sacrosanc. eccles. ad quæ accedit tex. cum glo. in l. Polla. C. de his, quib. vt indign. vbi Bal. cit, qualitatem † iuris iam formati, & in esse deducti, amplius mutari non posse. & hoc
3 habet etiam si obligatio originem sumeret hæreditate. iacente text. est not. in l. nam & seru. §. qui negocia. ff. de negoc. gest. & ibi Bald. Ex ijs ego inferebam ad decisionem pulcherrimæ questionis in quibusdam præcedentibus lucubrationibus meis. quæ est, si pater promiserit filiæ, in cuius persona hoc debitum est necessarium, quoniam originem trahit à lege, quæ
* git patrem ad dotandam filiam, vt * communiter aiunt doct. in l. si cùm dotem. §. si pater. ff. de matrimo. in l. huiusmodi. §. cùm pater. ff. de lega. primo. & in auth. præterea, vbi latè Iaſon. uir. & vxor. et defuncto patre hæres uel adiuit, uel se immiscuit hæreditati, nunquid hoc debitum sit pariter necessarium etiam in persona huius hæredis, qui sponte se obligauit ad dotem, uel se immiscendo hæreditati? dicebam ego qualitatem huius obligationis, quæ iam in persona patris erat perfecta, non posse uariari ex persona hæredis, per istum textum. & effectus magnus, sit ne debitum necessarium an uoluntarium: quia legatum simpliciter factum censetur factum animo compensandi cum debito necessario, secus uerò cum uoluntario, vt dicunt doct. paulò ante memorati. Et quoniam de hac re (vt dixi) plenè iam antea egi, nunc non repetam, sed tantum sufficiat dicere, ita decidi per Petr. de Ancha. in consi. 26. in fi. ad quem accessit Dec. in l. hæredem. ff. de regul. iur. & Crauet. in consi. 131. nu. 14. & ferè in terminis decisio Fulg. in consi. 81. vers. in oppositum. vbi loquitur de legato facto à fratre sorori, cum bonis paternis supplementum legitimæ debebatur. & de hoc hactenus. Postea Bar. hic in ead.
4 2. vers. glo. quærit, tractat, si unus consentit † in soluendo hominem, & alij dissentiunt, quid fieri debeat? aitque glo. hic malè dicere, quæ sentiebat standum esse dicto maioris partis. Tu uerò dicas etiam alia ratione opinionem glo. sustineri non posse, esto enim quòd dicto maioris partis staretur, tamen non propterea esset plenè prouisum: quia si essent duo uel plures hæredes, & pares essent numero qui dissentiunt, documentum glo. proposito casui non prouideret. ideo cogita. & vide tex. in l. si quæ sunt cautiones. ff. famil. erciſc. Et dum Bar. hic in uers. circa secundum, tradit, an hæredes cogi debeant ad concordiã. Dicas tu eos cogi debere capere

pignoribus

pignoribus per tex.in l.j.ff.de uentr. inſpic. tamen uidetur huic ſententiæ reluctari text.in l.huiuſmodi.§.fi.ff.de leg. 1.niſi fortè diceretur præiudicium fuiſſe hæredi ſi cõuentus fuiſſet diuerſis actionibus,vt colligitur ex glo.in §.ſin autem.inſt.de ſatiſd. tut. iuncta glo.in §.debitoris,inſtit.de lega.ſed hoc nihil eſt. quia hæres non ſoluit,donec iſti diſſentiunt: & quia re uera, plusquàm legatum eſt,ſoluere non tenetur. De hac tamen re uideas glo.in §.ſic itaq;, in uoce,prælati,in fi.inſtit.de action.& melius facit tex.in l.ij.ff.de ſeruit. Ad illud uerò quod ait Bar.hic,in pen.col.hic eſſe caſum, in quo unus ex hæredibus † in obligatione generis ſoluere totum compellitur,quia poteſt repetere per actionem familiæ erciſc.l.hæredes.§.ſi unus.ff. famil.erciſc.di cas ibi hoc ſorte dirimi. vide Alex.in d.l.huiuſmodi.§.fi.ff.de leg.1.& Feli.in c.capitulum, col. pen.de reſcript. Ad illud uerò quod hic ait Bar.in fi.ibi,pone econuersò, vide Paul.de Caſtr.in l.proprium.ff.commu.prædi. vbi Bar.redarguit, qui ſentiebat locum habere ius accreſcendi, quia immo eſt ius non decreſcendi. de qua re Bar.quoq; agit in l.ſi mihi & Títio, infrà eod.tit.

Summarium in d.l.ſtipulationum. §.item ſi in facto.ff.de uerb.obli.

Hic agitur de illo qui propter repræſalias fuit coactus ſoluere.

Bar.in d.l.ſtipulationum.§.item ſi in facto.ff.de uerb. oblig.

Bart. in ead.l.§.item ſi in facto,agit de illo,qui propter † repræſalias fuit coactus ſoluere. vide Alex.in conſi. 37.in 4.vol.& Iaſ.in l.iij.§.fi.ff.de cond.ob cau. & quoniam ego alibi in alijs lucubrationibus de hac re pertractaui,hic ulterius non progrediar.

Summarium in l.iij. §.Cato.ff.de uerb.oblig.

1 *In indiuiduis obligatione & ſolutione quilibet tenetur inſolidum.*
2 *An ex facto unius pœna committatur contra omnes.*
3 *Pœnalis ſtipulatio quomodo committatur.*
4 *Collegium & uniuerſitas ut una perſona conſideratur.*
5 *Si unus ex hæredibus illius qui promiſit aliquem non offendere, eum offendat, nunquid cõtra omnes pro hæreditaria portione pœna committatur.*
6 *Utrum remiſſio unius ex hæredibus offenſi proſit offendenti.*

Bar.in l.iiij.§.Cato.ff.de uerb.oblig.

Bart. in d.l.iiij.§.Cato,col.2.verſ.nam quoddam eſt indiuiduum,ait,in indiuiduis † obligatione & ſolutione, quemlibet hæredum teneri in ſolidum. Tu intelligas hoc procedere quò ad hoc ut obligati ſint omnes in ſolidum, non tamen re ipſa & ueritate inſpecta: quia eorum quiſque conueniri non poterit,niſi prius in mora ſint conſtituti. ita not. dixit idem Bart.in l.fideicommiſſa.§.ſi in opere,per illum tex.ff.de lega.3.Et dum Bart.in 3.colu. hic in uerſ. vt ergo iſta, declarando diſtinguit quomodo quis ad ipſum indiuiduum teneatur, aduerte quia licèt Bar.diſtinguat inter plures principales, & plures hæredes unius promiſſoris, tamen hæc effectu inſpecto nihil differunt, vt colligi poteſt ex eius dictis. Poſtea Bar.in 4.colum. verſ.quartò opp.agit an ex facto unius,† pœna committatur contra omnes? vide omnes doct.hic, quamuis contrarium teneant in l.ſi ſeruus.§. ſi plenum.ff.ſi quis caut.poſt glo.& uide Ruin.hic in 13.colu.verſ.Inſuper. Et dum ſubiungit Bar.in quinta oppoſ. in obligationibus quæ ex cauſa hæreditaria deſcendunt,illum ſolum teneri,qui contrafecit. aduerte quia contrafaciens tenetur inſolidum,& tamen in prętorijs ſtipulationibus tenetur tantum pro rata portione,vt per Iaſ.hic. in 19.col.verſ.ſecundò.ſed hoc durum uidetur. Poſtea Bar.hic.paulò poſt, ait obligationem ad rem reſtituendam ſolùm quò ad ſolutionem dici indiuiduam, ſed obligationem, quæ contrahitur ratione doli & culpæ ex eo quod debetur cuſtodia & diligentia, eſſe utroque modo indiuiduam. ex hoc uidere potes Bar.hic fundare ſe ſuper cuſtodia & diligentia, igitur ubi nõ eſt cuſtodia ſumus extra propoſitum. & ideo infertur Bartolum infrà non rectè opponere de iſto tex. cum hic non cadat cuſtodia. ſic etiam Ruin. hic dum tenet, in contractibus ſtricti iuris omnibus contrafacientibus pœnam committi pro portione, per l.ſtipulationes non diui-

duntur,vers.Celsus,infrà eodem titu.quia in illa l.non potest cadere custodia,igitur nil ad pro-
positam rem attinet. Deinde Bar.in 9.col.ver.nunc restat,quærit si pro parte contrahat, quo-
3 modo † pœnalis stipulatio committatur? vide ad hoc Orian.in tract.de arbitris,quæst.9.& a-
præterea Bar.hic in antepen.col.in princip.in ver. dicebant quidam,inquit si aliquis stipulatur
sibi & hæredibus suis usum alicuius fundi, & iste decedat pluribus relictis hæredibus, quæri-
bet hæredum habere actionem in solidum,tamen prædium seruiens non grauari in plus quàm
si esset uiuus dominus. quam quidem opinionem ait Bar.procedere secundum æquitatem,sed
non secundum puncta rationis. Tu uerò cogita pro ea facere etiam ipso iure inspecta, quoniam
hæredes collectiuè defuncti præsentiam exhibent. sed distributiuè considerati pro parte, pro
qua non sunt hæredes,censentur extranei,secundum glo.in l.ij.§.fi.ff.de prætor.stipulat. igitur
collectiuè debent considerari, vt æqualis sit determinatio stipulationis factæ sibi & hæredibus
suis. nam si usus deberetur collegio uel uniuersitati, omnes personæ pro una tantùm consi-
derantur,itaque unus usus debetur: igitur hoc idem est & in hæredibus uel facilè concedendum.
4 Et quòd collegium † & uniuersitas,ut una persona consideretur, patet in legato usufructus e-
dem facto, quod finitur spatio centum annorum,sicut uerisimiliter in una persona extingue-
tur.l.an ususfructus.ff.de usufruct.& l.si ususfructus municipibus.ff.de usufruc.lega.nec dico re-
test perinde esse,ac si ipsi hæredes stipulati fuissent; quia stipulatio extincto stipulante est ha-
reditaria.l.hæreditariam.ff.de bon.aut.iud.possid.& isto casu hæredes debent collectiuè con-
derari ut repræsentent defunctum, secus uerò si ipsi stipulati essent: quia distributiuè acce-
rentur,cùm stipulatio non sit hæreditaria. item si distributiuè sumerētur,pro ea parte, pro qua
non essent hæredes,tanquam extranei haberentur, ut prædictum est: atq; ideo eis ususfructus
stipulari non potuisset. Ad exemplum autem allatum de usu legato uniuersitati, dicas ibi om-
nes non posse considerari ut singulos; quia essent quid diuersum ab ipsa uniuersitate.l.fin.
hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius uocan. Postea Bar.hic in pen.colu.versi. sed dices,quæri
5 unus ex hæredibus † illius,qui promisit aliquem non offendere,eum offendat,nunquid om-
omnes pro hæreditaria portione pœna committatur? aitq; eam committi, sed cohæredes
bere actionem contra ipsum offendentem: quoniam & si illa stipulatio quò ad stipulantē
personalis,tamen quò ad promissorem est realis. & adducit simile de usu & usufructu lega-
uerte quia istud simile non est bonum: nam ususfructus quò ad promissorem ideo durat,
ita ut eo mortuo non extinguatur,quoniam non debetur ab ipso sed à fundo. hinc hodie
seruitus mixta nuncupatur: siquidem debetur à re personæ,nimirum fundo extante, quamuis
decedat dominus fundi, ususfructus durat. sed in proposito casu promissio erat personalis,&
à persona debebatur,ideo non mirum est, si persona mortua liberatur. fecit enim quod pro-
6 misit,hoc est non offendere. Ad illud autem de quo denique agit Bart.vtrum remissio † unius
ex hæredibus offensi prosit offendenti, quoniam hoc ius uindicandi sit indiuiduum? videatur
li.in c.cùm omnes,col.1.in ultima fallen.de const.& ibi Dec.col.3.ver. vltimò. circa prædicta
quæro quid si pax facta est inter plures ex utraque parte,& promissa sit pœna, utrum si aliquis
offenditur,possit agi contra omnes? vide Alex.in consi.114.in 4.uol.

Summarium in l.stipulationum aliæ.ff.de uerb.obli.

1 *Stipulatio rem ratam haberi,est communis.*
2 *Cautio de dolo dicitur merè iudicialis.*
3 *Cautio de iudicio sisti,est prætoria.*
4 *Stipulatio de rato est introducta à prætore in personam actoris.*
5 *Statutum conditum à prioribus ciuitatis accedente authoritate consilij generalis dicitur ius ciuile.*

Bar.in l.stipulationum aliæ.ff.de uerb.oblig.

Bar. in hac l.stipulationum aliæ. in princip.in vers. præterea quòd illa glo. reprehendo-
1 do glo.ait,stipulationem † rem ratam haberi esse communem, sed in ea nunquam principaliter
adiri iudicem,sed incidenter. videas glo.instit.de diuis.stip. in princ.in uoce,cōes. quæ propter
declara-

declarat quãdoque principaliter iudicem adiri si quis circa iudicium promisit cauere de rato · ad rem faciunt trad.per Bar.in l.j.§. 1.col.pen.ff.de prætor.stipul. Et dum hic subiungit Bar.stipulationem esse iudicialem quando à legibus iurisconsultorum uel imperatorũ descendit, siue iudex principaliter siue incidenter adeatur,prætoriam uerò ait esse illam, quæ à iudicis officio
2 introducitur. Aduerte hic,quoniam huic Bar.sententiæ refragatur; nam cautio det dolo,dicitur mera iudicialis,vt hic in tex. & tamen quandoque descendit à mero iudicis officio ut hic.& quandoque à prætore,ut habetur in l.j.in princ.ff.si cui plusquam per leg.falc. & in l.j.in princ. ff.vt lega.nom.caue. & in l.j.iuncta.l.huic stipulationi.ff.usufruct.quemad.cau.& tamen secundum rationem Bart.hic deberet dici communis. sed ad hoc argumentum responderi potest, quia in legibus allatis in contrarium cautio de dolo nunquam petitur principaliter & ex se, sed tantùm accessoriè & in consequentiam alterius, pro ut est quando petitur restituendum esse quod habetur de falcidia,& dolum abfuturum.atq; ita hoc accessoriè. & similiter quando petitur caueri præstaturum se esse legata,& dolum abfuturum accessoriè,& sic de singulis. cæterùm in tex.nostro agitur de cautione de dolo, quæ principaliter petitur. Item unum aliud obstat huic Bar.documento:nam cautio de qua in tit.ut lega.nom.caue.quæ descendit à prætore, descendit etiam à lege ciuili.l.inter omnes.ff.qui satisd.cog.& tamen dr̃ prætoris, & non communis.Posset fortasse responderi,illam,de qua hr̃ in d.l.inter omnes,esse diuersam ab alia.Præ-
3 tereà etiam dictis hic per Bar.reluctatur,nam cautio † de iudicio sisti,est prætoria.l.j.ff.de prætor.stipul.& tamen ex parte actoris descendit à lege ciuili.auth.generaliter.C.de episc. & cler. fortè dici posset istam cautionem esse prætoriam, ac etiam esse communem. Tamen cogita. Postea Bar.subdit de stipulatione in qua decernitur administratio uni ex pluribus tutoribus. Attende quia hic fit aliqualis mentio de prætore.& idem in §. 1. instit. de satisd.tut.Ideo potest aliter dici,scilicet eam esse iudicialem, quãdo iudex cogeret ex causa tutorem testamentarium satisdare. id quod à prætore non permittebatur. inst.de satisd. tut.in princip. ideo dicitur quò ad hoc iudicialis,& consequenter communis.l.in confirmando.ff. de confirm. tut. Et dum in-
4 quit Bar.stipulationem de † rato introductam esse à prætore in persona actoris, eamq́; extendi ad reum,& introductam esse à iurisconsulto : Aduerte quia Bart. melius probasset cautionem de rato esse prætoriam in persona actoris per tex.in l.seruum quoq;.§. ait prætor.ff. de procur. quàm in l.per eum adducta in qua de prætoria nulla fit mentio. Demum Bar. hic propè fi. tradit statuta condita ab Episcopo,Comite, vel Marchione,esse ius prætorium. Hoc idem tenuit Ias.in §.sed istæ,colu.5.inst. de action.vbi docuit ét quæ sit utilitas,sit ne prætoria an ciuilis,qñ tractatur de successione,& in l.non dubium,col.4.in 5.fall.C.de legi.vbi ait,si statutum prætorium prohibet actum fieri,& ulterius nõ procedit, nihilominus actum ualere, secus uerò si hoc ipsum à lege ciuili uetaretur:quia nullius esset roboris & momenti,vt ibi per eum.et ad prædicta adde quæ ex ista differentia intulit Alex.in l.more,col. 3.ver.& talis.ff.de iurisd. omn.iudic.
5 Ad statutum † aũt,de quo agit Bar.hic in fi.conditum à priorib. ciuitatis accedente authoritate consilij generalis,vt dicatur ius ciuile:vide Abb.in cons.vlt.in 1.vol.Ancha. in repet.c.canonum statuta,col.60.Barb.in rubr.de const.col.5.Ias.in d.§.sed istæ,inst.de actio.et aduerte quo niam hic Bar.videtur sentire ius condendi legem delegari posse. contrarium autem ait Bart.in l.omnes populi,in 5.q.secundæ quæst.princ.ff.de iust.& iur.

Summarium in d.l.stipulationum aliæ.§.stipulatio autem.ff.de uerb.oblig.

1 *Si quis dicit do,& concedo tibi stipulanti fundum meũ,quando fundus non est præsens, hæc uerba debent interpretari,hoc est dabo.*

Bar.in d.l.stipulationum aliæ.§.stipulatio autem.ff.de uerb.oblig.

1 Bart. in ead.l.§.stipulatio autem, colu. 2.ait,si quis dicit Do † & concedo tibi stipulanti fundum meum,quando fundus non est præsens,hæc uerba debere interpretari, hoc est dabo. vide Alex.in consi.41.viso puncto,col.2.vers.Et etiam satis, in 3.uolu.vbi tradit exemplum de eo,qui promittendo dixit: Ego scribo, vt intelligatur se obligasse ad scribendum. & citat hoc Bartoli documentum.

Summarium in d.l.ſtipulationum aliæ.§.ſi ſortem.ff.de uerb.obli.

1 *Præſtatio partis ab uno ex cohæredib.non impedit quin pœna cõmittatur in ſolidũ in obligationib.dandi.*

Bar.in d.l.ſtipulationum aliæ.§.ſi ſortem.ff.de uerb.obli.

1 BAR. in ead.l.§.ſi ſortem,ſic ait in ſumma. præſtatio † partis ab uno ex cohæredibus non impedit quin pœna committatur in ſolidum in obligationibus dandi. Ex iſto tex. infert Oldr. in conſi.29.emphyteotam, qui ceſſat in parte ſolutionis, cadere à toto. vide Paul.de Caſtr.in auth.qui rem,col.2. C.de ſacroſ.eccl.& in ſimili uide eundem in l.quoties, in fi.C.de precibus impe.offer.Et dum Bar.opponit dicens, idem eſſe etiam in obligationibus faciendi, prout eſt parere arbitro. & reſpondet ſe intelligere hoc quando in obligatione arbitri, venit dari. vide de hac re Lanfranc.de Oria.in tract.de arbitris,quæſt.10.Anch.in c.peccati uenia,col.9.& ſeq. de regul.iur.in 6. Et parere ſententiæ arbitri eſſe quid facti,docuit Alex. in conſi.174. Opportunè conſiderato,in lib.primi & ſecundi uolu.& ad illud quod hic ait Bar.in verſ.ſed non creat quòd glo.vide Card.in conſi.37.in fi.

Summarium in l.is cui bonis.ff.de uerb.oblig.

1 *Is, cui bonis interdictum eſt, poteſt ſibi acquirere,non autem obligari, etiam naturaliter.*

2 *Natura ipſa declarat,an quis ſit pupillus,vel adultus.*

Bar.in l.is cui bonis.ff.de uerb.oblig.

1 BART. in hac l.is cui bonis,ſic ait in ſumma, Is cui † bonis interdictũ eſt,poteſt ſibi acquirere, non autem obligari etiam naturaliter. Ad materiam huius l.uide aliquid per Felin.in c.venerabilis,col.2.de offic.deleg.& in c.cæterùm,de reſcrip.Et dum Bar.ſubiungit, manifeſti, & ſententiam æquiparari: declara ut per Bal.in l.j.colu.2.ff. de rebus eor.vide Alex.in l.ſi conſtante,in princip. col.pen.verſ.item in quantum Bar.ff.ſol.matr.& de hac re uide Abb.in c.ſtoralis,col.2.de iudic.Aret.in conſi.14.col.fi.Feli.in c.ſciſcitatus,col.1.de reſcrip. Soc.in conſil.22.col.pen.in 1.uol.Bal.in conſi.52.& in conſi.259.in 2.uol.in conſi.28.& in conſi.3.in * 5.uol.& iſta opinio Bar.quæ eſt* communis,vt hic dicunt Iacob.de Puteo,& Hieron.de Torr. tis,confirmatur per Bal.in c.ex parte,de conſuet.& in c.1.§.item ſacramenta,propè fi.&in ratus,in tit.de pace iuramen.firman.& per Franciſcum Cremen.in ſing.118. incip. Tenãt Imol.in conſi.1.col.3.& ſeq.& Bal.in conſi.259.& ſeq.in 2.uol.& in conſi.241.in 5.uol.& ibi
2 lud uerò quod ait Bar.hic in colu.fi. ſcilicet naturam ipſam † declarare ſit ne aliquis pupillus an adultus? Dicas hoc eſſe falſum,quoniam aſpectus demonſtrare ſolet plus & minus.l.minor.25. annis.ff.de minor.maximè ſi de anno tantùm uel de ſex menſibus dubitaretur, vt patet alibi ſum.et de hac re uide Bar.in l.de ætate.ff.de minor.& quæ ibi poſui in lucubrationib.meis.

Summarium in l.in illa ſtipulatione.ff.de uerb.oblig.

1 *Rei promiſſæ interuentu, ſtipulatio non euaneſcit, ſed expectanda eſt dies.*

2 *Qui negat, debet probare.*

Bar.in l.in illa ſtipulatione.ff. de uerb.obli.

BART. in hac l.in illa ſtipulatione,colligit ut hic per eum in ſumma. Tu uerò circa iſtam l.
1 quæ vult,rei promiſſæ † interitu ſtipulationem non euaneſcere,ſed expectandam eſſe diem.ar tende quia reluctatur tex.in l.pater Seuerinam,in princip.ff. de cond.& demonſtra. vbi,ſi Procula non nuberet Elio,legatus erat fundus eidem Elio. mortua Procula infra tempus pubertatis, Elius à legato repellitur,atque ita euaneſcit,contra id,quod ex iſta.l.colligitur. nec dicendum eſt ibi legatum fuiſſe factum in pœnam,vt ibi Bar.ait,quem ibi reprobo, ut uideri poteſt. Et dum Bar.in hac inueſtigatione,verſi.ſed contra iſtam, opponit de l.vxori uſumfructum legæ,de uſufruct. leg.vide Bart.in l.lecta.ff.ſi cert. peta.& Alexand.in l.Seius Saturninus.ff.ad Trebell. Ad illud uerò quod poſtea inquit Bar.ſcilicet ei, qui negat, † incumbere onus probandi,
2 ait Angel.in l.veteribus,in fi.ff. de pact.hanc regulam ſemper eſſe ueram, & nullam habere falſentiam. quamuis Bar.hic fallentiam ponere uideatur de non numerata pecunia. & de hac regula uide Feli.in c.in præſentia,nu.49.de proba.vbi etiam tradit quid ſi actus eſſet iam factus, in qua

in quo certa ætas requiritur, nunquid eo casu ętas præsumatur? Et quot sint ætates hominis & quomodo probentur, vide Fel. in c. quoniam frequenter, in princ. ut lit. non const. & Bar. in l. de ætate. ff. de minor. iunctis ijs, quæ ibi ad eum posui. & ad id quod ait Bar. hic in fi. vide Ias. in l. cum ea quæ, col. 2. & seq. C. de transact.

Summarium in l. qui ante calendas. ff. de uerb. oblig.

Valet argumentum de contumacia rei ad contumaciam actoris.

Bar. in l. qui ante Calendas. ff. de uerb. oblig.

BART. in hac. l. qui ante calendas, col. 1. arguit de contumacia † rei ad contumaciam actoris. Tu uerò dicas immo maiorem esse contumaciam actoris quàm rei. Alex. in l. si finita. §. Iulianus, col. 11. vers. sed. ff. de damn. infec. Et dum Bar. quærit si ad petitionem actoris datus est terminus reo octo dierum ad aliquid faciendum, debeat ne actor stare semper infra octo dies, an non? vide Feli. in c. 2. col. 9. in 3. quæst. de testi.

Bar. in l. si id quod aurum. ff. de uerb. oblig.

BART. in hac. l. si id quod aurum, sic ait in summa. Error in materia non uitiat stipulationem. & declarat hoc esse uerum in contractibus stricti iuris, ut hic, alioqui uerò in contractibus bonæfidei. sed animaduerte quoniam immo in cõtractibus bonæfidei error in qualitate nõ uitiat contractum, sed dat actio ad rescindendum. l. exempto. §. si quis uirginem. ff. de actio. empt. & ex eodem tex. infertur contra aliam declarationem Bartoli immediatè sequentem dum loquitur de causa onerosa: nam ibi est causa onerosa, & tamen error non uitiat.

Summarium in l. scire debemus. ff. de uerb. oblig.

1 *Stipulationes tot sunt quot sunt res & summæ.*

Bar. in l. scire debemus. ff. de verb. oblig.

1 BART. in hac. l. scire debemus, ait tot esse stipulationes, † quot sunt res & summę. Intelligetu hoc esse uerum in summis ęquè principalibus, alioqui verò si sunt accessorię; quia loco unius haberentur, ut per Ias. in l. petens. col. 7. vers. secundò aduerte. C. de pact.

Summarium in l. sciendum. ff. de uerb. oblig.

1 *Solennitas intrinseca & extrinseca an & quando præsumatur interuenisse.*

2 *Testamentum Cardinalis præsumitur factum & conditũ fuisse de consensu summi Pontificis, ex quo diu habitum fuerat pro ualido testamento.*

3 *Solennitas intrinseca an & quando præsumatur, & quando non.*

Bar. in l. sciendum. ff. de uerb. oblig.

1 BART. in hac. l. sciendum, agit de solennitate † intrinseca, & extrinseca, an & quando præsumatur in contractibus interuenisse. aitque cum quibusdam tamen distinctionibus solennitatem extrinsecam communiter non præsumi, secus uerò in solennitate intrinseca per istum tex. Tu uerò in re proposita dicas, solennitatem extrinsecam ex diuturnitate temporis præsumi debere, ut habetur per Soc. in cons. 55. col. pen. in 1. vol. de cuius rei ueritate uide Soc. latè in cõs. 46. in 4. vol. & omnino Alex. in consi. 9. & in consi. 45. in fi. in 3. vol. ubi ait etiam in alienatione bonorum ex cursu. 10. uel 20. annorum præsumi solennitatem requisitam interuenisse, quamuis Dec. in consi. 409. exigat tempus 30. annorum in alienatione bonorum ecclesiæ. Ad hæc vide eundem Alex. in consi. 218. & in consi. seq. col. 4. in 6. vol. & omnino in consi. 94. & in cõs. 2 101. in 7. vol. in 1. col. ubi decidit testamentum † Cardinalis præsumi factum & conditum fuisse de consensu summi pontificis, ex quo diu habitum fuerat pro ualido testamento, & ad hoc citat pulchram decisionem Archid. in c. nemo ecclesiam, de consecrat. dist. 1. ubi ait, si locus aliquis est in forma ecclesiæ, & ibi publicè à sacerdotibus celebratur, eum præsumi cum episcopi authoritate fuisse constructum. Declara tamen ex diuturnitate temporis solennitatem extrinsecam præsumi, solùm quò ad acquirendam. secus verò quò ad prędiudicium tertij: quia tũc spacium. 30. annorum exigitur, secundum Alex. in consi. 179. col. fi. in 6. vol. & in d. consi. 218. & seq. eod. 6. vol. & in consi. 179. in 7. vol. Et ad prædicta uide omnino eundem Alex. in consi. 1. col. pen. & in 4. vol. & in consi. 11. col. fi. & in consi. 16. & in consi. 134. col. 6. eod. vol. Felin.

in c.

in c.Albericus,de testi.& in c.sicut.nu.31.cum seq.de re iud.& in c.illud,de præsumpt.Curtius consi.76.& Dec.in l.j.nu.8.C.qui admit.Limita etiam & declara ut per Dec.in consi.442.hic scias,quamuis solennitas extrinseca communiter non præsumatur,hoc tamen fallit in expressis, quæ licèt sit extrinseca solennitas,tamen ab eo facta præsumitur,ad quem tale onus pertinebat. Feli.in c.sunt & alij.nu.18.de rescrip.& multas alias fallentias vide per eundem Fel.in d.c.sicut,
3 de re iudic.atque ita etiam ibidem tradit,quamuis solennitas † intrinseca præsumatur,hoc tamen non habere locum in multis casibus,ut ibi videre est nu.47.cum seq.Et per quantum tempus inducatur præsumptio solennitatis extrinsecæ,vide Mari.Soc.iuni.in cons.22.nu.17.Et an & quando solennitates requisitæ in iudicijs præsumantur interuenisse,vide Soc. in consi.151. col.5.in 1.vol.Et ad id quod ait Bar.hic in 1.col.de solennitate,quæ in instrumento relata etc. vide Bar.& Ias.in auth.si quis in aliquo.C.de eden.Et dum Barto. opponit de l.optimam.C.de contrah.empt.uide Bar.in ead.auth.Posteà Bar.hic in 2.col.agit de ratione differentiæ,quæ est inter instrumentum & testes.vide ad hoc trad.per Bar.in l.iiij.§.prætor ait,colu.2.ff.de dam. infect.& Abb.in c.causam,de dol.& cont.ubi quærit,quid si iudex committit nuncio,ut conueniat aliquem personaliter uel ad domum,uel simpliciter,an censeatur hæc fuisse secundum ordinem iuris,scilicet ut primo personaliter,& reliqua.deciditque hæc esse in iudice præsumenda,sed non in nuncio.

Summarium in l.multum interest.ff.de uerb.oblig.

1 *Stipulatio non ualet,si res non est in commercio stipulantis.*

Bar.in l.multum interest.ff.de uerb.oblig.

1 Bar. in hac.l.multùm interest,sic ait in summa.si res † non est in commercio stipulantis, non ualet stipulatio,secus si non est in commercio promissoris.Ad istam.l.& gl.hic,quæ distinguit,vide Roma.in sing.743.incip.Quæstio in ciuitate.& Aret.hic,& in cons.28.col.fi.ubi loquitur de eo,quod hic tradit Bar.distinguendo inter legatum & stipulationem,aduertenter quia constitutio dotis æquiparatur legato,& debetur æstimatio.Curt.in cons.27.col.fi.Quo modo autem cognoscatur sit ne res in commercio an non,vide Bal.in l.iij.col.fi.C.de iur.

Summarium in l.si quis cum aliter.ff.de uerb.oblig.

1 *Nouatio fit cum omnibus qualitatibus & priuilegijs,quæ habebantur primo ex natura contractus, uel rei in obligationem deductæ.*

2 *Dictio plus,semper refertur ad modicam quantitatem.*

Bar.in l.si quis cum aliter.ff.de uerb.oblig.

1 Bart. in hac l.si quis cum aliter,in uersi.prætereà,ait nouationem † fieri cum omnibus qualitatibus & priuilegijs,quæ habebantur primò ex natura contractus,uel rei in obligationem deductæ,nisi animo adijciendi priuilegium sint factæ.Aduerte quia doct.dissentiunt super intellectu uerborum Bartoli hic,ideo uide Ias.in l.bonæfidei col.2.versi.item ultra.ff.de eo quod cert.loc.ubi ait,si stipulatio interponitur super contractu bonæfidei,actionem,quę oritur ex stipulatione esse bonæfidei.Posteà Bar.hic quærit si in instrumento aliquis rem uendidit pro tanto pretio,& illud,quod plus est,uendidit & donauit,an ex hoc sublatum sit remedium.l.secundæ.C.de rescind.uend.deciditque distinguendo,aut uenditor sciebat ualorem rei,& cessabit illud remedium:aut ignorabat,& tunc secus;quia ignorans non censetur donare nisi modicum.
2 Tu autem aduerte,quia hæc uox,† plus,semper refertur ad modicam quantitatem,siue à sciente,siue ab ignorante proferatur,ut colligitur ex l.hæc adiectio.ff.de uerb.signif.& ex trad.per Bar.in l.cùm filius.§.pater.ff.de leg.2.& in l.cùm furti.ff.de in lit.iuran.& hoc modo non cessabit remedium.d.l.secundæ.vide ad hoc doct.& maximè Salic.in d.l.ij.quando autem ista uox plus,est prolata à lege uel à statuto,importat arbitrium boni uiri.Alex.in consi.212.in lib.primi & secundi vol.Et dum Bar.hic in fi.ait,si in instrumento diceretur expressè,se donare illud quod est plus,siue sit magna quantitas,siue modica,tunc tolli beneficium illius.l.secundæ.cogita si etiam hoc limitari posset,nisi esset nimis magna quantitas,per ea quæ tradit Bar.in l.socie-tatem.§.arbitrorum,col.5.ff.pro soc.ubi uide,quæ ibi posita sunt.Et quot modis dicatur plus

& minus

& minus, vide Bar. in l. si creditori. ff. de lega. 1. & per Ias. post alios in §. plus. inst. de action. Et hanc uocem, plus, esse referendam ad modicam quantitatem, vide per Alber. in opere statutorum, in rub. 172. in 1. par. & Specul. in 1. par. tit. de arbitris. §. 8. vers. quid ergo. Abb. in c. literæ, de dilation. & Bar. in l. & si post tres. ff. si quis caut.

Summarium in l. stipulatio ista habere. ff. de uerb. oblig.

1 *Stipulatio habere licere, simpliciter interposita omnes continet, inspecto rigore uerborum.*

Bar. in l. stipulatio ista habere. ff. de uerb. oblig.

1 BART. in hac. l. stipulatio ista, in princ. sic ait in summa, stipulatio † habere licere simpliciter interposita, omnes cõtinet inspecto rigore uerborum, sed iuris interpositione ex facto promissoris & successoris ipsius tantum committitur. De materia huius. l. vide Soc. in consi. 288. col. fi. in libro primi & secundi vol. & in conf. 26. in 3. vol. & ad ea quę tradit Bar. hic in vers. oppono ad secundum, vide eundem Bar. in l. cùm filiusfamilias. §. 1. infrà eod. tit.

Summarium in d. l. stipulatio ista habere. §. hæc quoque stipulatio. ff. de uerb. oblig.

1 *Verbum possidere, intelligitur ciuiliter, nisi conditio personæ faciat intelligi de naturali detentione.*

Bar. in d. l. stipulatio ista habere. §. hæc quoque stipulatio. ff. de uerb. oblig.

1 BART. in ead. l. §. hæc quoque stipulatio, ait, uerbum, possidere, † intelligi ciuiliter, nisi cõditio personæ faciat intelligi de naturali detentione, & ad hoc facit, quia si testes dicunt aliquem præscripsisse, neque faciant mentionem de possessione, non probant tanquam sit quid iuris. Feli. in c. cùm causam, col. 4. de testi. ubi loquitur etiam de ijs, quæ hic subiungit Bar. de rusticis, qui loquuntur de possessione, ut intelligatur, de possessione facti; quia ipsi nesciunt quid sit possessio, ut ibi per Feli. in 6. col. Et dum Bar. hic paulò post agit de teste, qui deponit aliquẽ mutuasse &c. aduerte quia hic Bar. præsupponit, testem loquentem de mutuo probare. idem tenet in l. j. col. 2. versi. ff. si cert. pet. sed intellige hoc esse uerum si reddit rationem per sensum corporis, ut per eundem Bar. in l. solam. C. de testi. alioqui non ualet, cùm deponat de eo, quod est iuris, ut per Bar. in l. sciendum. col. 2. supra eod. tit. & in l. j. C. de usur. Ad illud uerò, quod hic in fi. ait Bar. scilicet si plures testes sunt, quorum unus ait, Titium possedisse, alius autem Seium, ut intelligantur horum quemlibet de facto detinuisse. vide Ias. in l. iij. §. ex contrario, col. fi. ff. de acquir. poss. ubi hoc dictum Bartoli reprehendit.

Summarium in l. stipulatio ista habere. §. alteri stipulari. ff. de uerb. oblig.

1 *Alteri stipulari nemo potest, nisi filius uel seruus.*
2 *Judex & officialis publicus possunt alteri stipulari.*
3 *Stipulatio alteri facta de re non mea, nec mihi debita, non ualet.*
4 *Quare appositio pœnæ accessoriè ualeat, quando contractus principalis irritus est, & inanis.*

Bar. in d. l. stipulatio ista habere. §. alteri stipulari. ff. de verb. olig.

1 BART. in ead. l. §. alteri stipulari, sic ait in summa. Non potest † quis alteri stipulari nisi filius uel seruus, sed metu pœnæ illi stipulationi paretur. Circa istam. l. vide trad. per Ang. Aret. in §. si quis alij, inst. de inutil. stipulat. ubi inter cætera tenet regulam hanc tantùm procedere, quando quis promittit factum personæ certæ, secus si incertæ, ut per Paul. de Castr. in l. fi. in fi. ff. si cert. pet. relatum ibi per Ias. in 1. colu. versi. Bar. hic. & * communiter doct. ubi Curt. oppugnat hanc limitationem, & aliam tradit. & de materia huius. §. vide Feli. in proœm. decretal. super tex. nu. 25. cum seq. in 5. col. & Fulg. in consi. 202. & aduerte, quia hoc, quod dicitur, alteri stipulari neminem posse, sibi tamen pœnam stipulari posse: quia etiam si pœnam alteri stipularetur, adhuc stipulatio inutilis redderetur, ut per Ias. in l. non dubium, col. fin. versi. respondeo. C. de legib. An autem requiratur partem esse præsentem? vide Ias. in l. postquam liti, colu. 1. C. de pact. & an per unum solum actum fieri possit? vide Bar. in l. non solùm. §. liberationis, uerba. ff. de liberat. lega. & in l. Pantonius, col. 3. ff. de negoc. gest. ubi distinguit, an sit actus à sola ipsius uoluntate pendens, & tunc possit, alioqui non. Et limita hunc tex. quando iuramentum accederet; nam tunc ualeret huiusmodi stipulatio, secundum Bar. in l. si quis pro eo, colu. fin. versi. 2 sexto. ff. de fideiuss. Item limita hunc tex. non habere locum † in iudice, uel officiali publico, quoniam

quoniam alteri ſtipulari poſſunt. Dec.in conſi.407.Et ad materiam huius.§.vide Iaſ.in l.Gallus,in princ.in 1.lectura,col.5.verſi.ſecundò.ff.de liber.& poſthum.& in ſecunda lectura col. 4.verſic.contra iſtam. Adde quòd teſtator ſtipulari poteſt rem legatam nomine legatarij ab hærede,& iſto caſu legatum per duos teſtes probari poteſt. Iaſ.in l.ij. col.4. C.de bonor.poſſ. ſecundum tabul.Et ad id quod hic ait Bart. aliquem poſſe alteri ſtipulari,quando ſua intereſt, uide tex.qui reluctatur in l.ſi unus ex ſocijs. ff. de ſeruit. ruſtic.prædi. ubi dominus fundi communis ſeruitutem ſtipulari non poteſt,quia ſibi non poteſt,cum ſeruitus pro parte conſtitui queat;& tamen ſtipulatio ualeret,ſi poſſet etiam ſocio ſtipulari,hic enim ſua intereſt, acquæ contra Bar.hic,de qua re vide Iaſ.in l.ſtipulationes non diuiduntur,col.3.verſ.tertiò,infrà eod. tit.Et dum paulòpoſt agit Bar.de illo,qui alteri ſtipulatur id,quod eſt ipſius ſtipulantis,uel ſibi debitum,ita ut eum facere procuratorem cenſeatur, vide Bar.in l.quæ dotis,col.3.verſi. quid ſi maritus.ff.ſol.matr.& ibi Iaſ.col.43.verſi.extra gl.quærit Bar.& ibi concludit ſtipulationem
3 alteri factam de re non mea nec mihi debita non ualere,nec tanquam donationem,neque uti procuratore,ſi autem uel rem meam uel mihi debitam ſtipulor,& tunc ſi is eſt extraneus,præſumor ei ſtipulari tanquam procuratori meo,uel filio,uel alteri deſcendenti, & tunc ſtipulatio ualet.& ei donare uideor.hæc Iaſ.ibi.Et dum Bar.opponit de l.ea quę ciuiliter.ff.de acquir.rer. dom.Dicas per iſtam.l.limitari communiter regulam huius tex.non procedere in actu naturali. de qua re vide Iaſ.in l.certi condictio.§.ſi nummis,col.1.ff.ſi cert. pet. vide Curtium in l.ſi.col.26.ff.eod. tit. ſi cert.pet.Subijcit poſtea Bar. quia dicitur hic quamuis ſtipulatio non ualeat,tamen pœnam in huiuſmodi ſtipulatione poſitam ualere. & dicit hoc uideri contra l.ſtipulatio hoc modo,infrà eod.tit.ubi ſi non ualet ſtipulatio,nec pœna: reſpondet hic ſtipulationem
4 eſſe præter legem, ibi verò contra legem. De hac re quare † appoſitio pœnæ acceſſorię ualeat,quando contractus principalis irritus eſt & inanis,ſcilicèt ſtipulatio illa, quę fit pro ero,uide Iaſ.in l.non dubium.col.fi.C.de legi.Et circa iſtam diſtinctionem Bar.& gl. hoc eſt ſi lex aſsiſtat an non, dicas tu etiam ſi lex fauore publico non aſsiſteret, tamen acceſſorium ualere. Iaſ.in l.cum quis,col.3.verſi.ſecundò quòd.C.de iur.& fact.ignor. & in l.j.col.ſecundò quòd.ff.de cond. ind.per l. quod de bonis.§.1.ff. ad leg. falcid. & circa.l.ſeruus ſeru.expor.de qua hic opponit Bar.vide Iaſ.in l.in bonæfidei.ff.de pact.Deinde in colūna Bar.an ex tali promiſsione naturalis obligatio oriatur,tenetque eam oriri. Hoc idem tenet Bart.in l.ſi quis pro eo, colu.fi.ff.de fideiuſſ. ubi ex hoc infert huiuſmodi promiſsionem iuramento firmari. Denique Bar.hic in fi.in verſi.quæro dicitur hic,concludit, ubi eſt certa quantitas expreſſa, ſuper qua adijcitur pœna,tunc pœnam aſcendere poſſe ad ſummam,quam partes uoluerunt. ſed aduerte quoniam contra hoc eſt tex.in l.cùm allegas. C. de uſur. ubi pœna appoſita eſt certa quantitate ſortis expreſſa, & tamen non ualet quò ad id, in quo ipſæ partes conſenſerunt. cogita.

Summarium in l.ſi quis arbitratu.ff.de uerb.oblig.

1 *Arbitratore non arbitrante non ualet ſtipulatio,& ab eius perſona non receditur.*
2 *Debitor ſoluens ſi non eligit ſtatim,& declaret pro quo debito ſoluat, electio transfertur.*
3 *Arbitrator an cogi poſſit ad arbitrandum.*

Bar.in l.ſi quis arbitratu.ff.de verb.oblig.

1 Bart. in hac.l. ſi quis arbitratu, ſic ait in ſumma Arbitratore † non arbitrante non ualet ſtipulatio, & ab eius perſona non receditur. Limita iſtam.l.non habere locum, ubi ſi non recedatur à perſona arbitratoris, altera partium damnum pateretur: nam tunc recedi poteſt. ita Soc.in conſi.44.col.3.in 1.vol.Et dum Bar.in 3.col.in fi.ait,huiuſmodi poteſtatem finiri eo nolente arbitrari. ad rem iſtam benefacit tex. in l.mulcta, ibi arbitrari nolit.ff.de condit.& demonſtr. Ad id uerò,quod hic ſubijcit immediatè Bar.quando aliquis dicatur nolle, vide tex.
2 l.j.ff.de ſolut.ubi ſi debitor ſoluens† non eligit ſtatim,& declaret pro quo debito ſoluat,electio transfertur,& ſic ibi parum durat. Item vide Bar.in l.eum qui certarum.§.fi.infrà eod. tit. ubi ait debitore non eligente electionem transferri in creditorem.Idem habetur.in l.legato generaliter.

raliter,in gl.1.versi.in primo.ff.de leg.1.atque ita hæc reluctantur ijs,quæ hic tradita sunt, tum quòd aliud tempus statuitur,tum etiam quòd contractus nõ redditur inanis,sed electio in aliũ transfertur,& sic à persona recedimus. Denique Bar.quærit an arbitrator † cogi possit ad arbitrandum. vide Bar.in l.j.col.2.uersi.quærit gl.ff.de leg.2. & quæ ibi dicuntur, ubi habetur, eum cogi posse necessitate causatiua quando habebat commodum. & hoc non potest in contractibus militare,nisi ab utraque parte hoc fuerit actum,& non ab una sola, ut ibi posui. Præterea ibi inquit Bar. ubicunque arbitrio tertij committitur, tunc nunquam posse cogi, sed in contractibus semper intelligitur conditionaliter, igitur nunquam poterit cogi, id quod videtur absurdum.

Summarium in l.centesimis.§.si ita stipulatus fuero.ff.de uerb.oblig.

Promissio cum uolueris, ualet si ante mortem declaras te uelle, secus in promissione si uolueris.

Mandatum quando morte non extinguatur.

Bar.in l.centesimis.§.si ita stipulatus fuero.ff.de verb.oblig.

Bart. in hac l.centesimis.§.si ita stipulatus fuero,sic ait in summa. Promissio † cum uolueris,ualet si ante mortem declaras,te uelle,secus in promissione si uolueris,in hac re, scilicet stipulationem collatam in alterius uoluntatem euanescere eo decedente priusquam declaret uoluntatem suam.aduerte quoniam hoc in ultimis uoluntatibus non procedit, ut per Bar. in l. fideicommissa.§.sic fideicommissum.ff.de leg.3.pro ut Bar.hic dicit,& in l.post dotem, colu.2. in 5.lectura.ff.solu.matr. ubi ait etiam hoc non procedere in dote, & hoc sit speciale in dote, quamuis doct.ibi reprobent Bartolum in hoc,& limitent aliter & singulariter istum tex. ut locum habeat solum quando substantia ipsius dispositionis in tertij uoluntatem confertur. nam tunc aiunt mortuo illo tertio, dispositionem extingui, alioqui verò si eius uoluntas executioni aut exercitio fuit adiecta; quoniam tunc eius morte non extinguitur,sed effectum absque alia declaratione sortitur. proinde iste tex.non militaret,si stipulatus essem centum cum uolueris; quia uoluntas adiecta esset executioni,ut per Iason.in d.l.post dotem,in 5.lectura.gl.uersi.in ea gl. ibi,vel quintò,ubi ipse non videtur huic limitationi acquiescere. Et dum Bar. hic declarat id, quod prædiximus de ultima uoluntate,dicens non esse ullo pacto intelligendum, ut quis moriendo uelle uideatur, & reliqua ut hic per Bar. Scias Bartolum hic melius quàm alibi loquutũ fuisse,secundum Alex.in d.l.j. col.4.& 5. de leg.2. ubi latè prosequitur hanc inuestigationem, & Iason.in d.l.post dotem,in 5.lectura.ff.fol.matr.quid verò sit in iudicio, & in sententia, infrà in col.seq.ponit Bar. Et ad id quod dixi de ultima uoluntate,vide Aret.in consi.93.colu.2. & seq. Postea Bar.hic in col.pen.versi.ultimò formo,quærit,quid si iudex dicit, pono Titium ad confinia donec uoluero. Tu de hac quæstione & similibus vide Feli.in c.ex literis,col.8.de const. Et dum ait Bart. uoluntate cessante finiri confinia: Dicas hoc modo limitari multos casus, ubi mandatum † morte non extinguitur,de quibus habetur per Iason.in l. pen.in versi. placebat.ff. si cert.pet.Circa ea verò quæ dicit Bar.hic in col.pen.versi.si verò diceret,ubi ait si iudex ait,pono te ad confinia ad meam uoluntatem & beneplacitum,te non esse confinatum, nisi iudex declarauerit se uelle, cum dicta uerba faciant dispositionem conditionalem. Et attende quia hoc documentum Bartoli est contra tex.in c.si gratiosè,de rescrip.in 6.vbi si à summo Pontifice alicui conceditur,ut possit beneficia possidere usque ad beneplacitum suæ uoluntatis, ista concessio durat usque ad obitum ipsius Pontificis. Et quæ dicta sunt in quæstione præcedenti,sunt in actu non habente tractum successiuum,& ideo substantia obligationis collata in uoluntatem alterius uitiat,hic verò habet tractum successiuum, & uerba indicant eum esse positum ad confinia, & actum esse perfectum, quamuis tempus ipsorum confinium, scilicet usque ad quod tempus durare debeant, ponatur sub iudicis uoluntate, etiam conditione expressa, quæ non potest actum reddere inanem,cum semel uoluerit. Et ad rem hanc optimè facit iste tex.ubi quando ista uerba,ad uoluntatem, uel si uoluero, referuntur ad personam, quæ debet obligari,non ualet. cæterum in proposito casu ad personam iudicis referuntur, & sic tertiæ personæ non partis ipsius,quæ obligatur,& isto casu etiam si expressa esset conditio, non irrita

fieret

fieret obligatio. per trad. per Bar. hic in prima oppos. & per Ias. in versi. tertiò principaliter. & ista uerba, ad beneplacitum, significāt in perpetuum. l. iurisgentium, in princ. ff. de excus. tut.

Summarium in l. cum filiusfam. ff. de uerb. oblig.

1 *Mora principalis nocet fideiussori,*

Bar. in l. cum filiusfamiliàs. ff. de uerb. oblig.

1 BART. in hac. l. cùm filiusfamiliàs sic ait in summa. Mora † principalis nocet fideiussori & patri, secus econtrà. & ad id quod ait Bar. in versi. tertiò in modo exequendi. & reliqua, dicas item contra fideiussorem iudicatum solui, executionem fieri condemnato principali etiā per absentiam, & sic quia erat contumax. l. cùm quærebatur. ff. iudic. solu. tamen si statutum cogeret patrem soluere condemnationem filij, si delinqueret, lata sententia contra filium contumacem, non posset fieri executio contra patrem, ut per Bar. hic in fi. huius principij.

Summarium in l. in illa stipulatione. ff. de uerb. oblig.

1 *Si aliquis promisit non petere sub pœna, & ille non petat, sed eius procurator generalis, an ille in pœnam incidat,*

Bar. in l. in illa stipulatione. ff. de uerb. oblig.

1 BART. in hac l. in illa stipulatione, dicit si aliquis promisit † non petere sub pœna, & ille non petat, sed eius procurator generalis, eum propterea in pœnam nō incidere. sed ista opinio Bartoli reprobatur, quia iste fuit in culpa, cum non monuerit procuratorem ne peteret, ut per ll.

Summarium in l. in conuentionalibus. ff. de uerb. oblig.

1 *Cum aliquid detrahitur stipulationi prætoriæ, uel additur, cui remaneat prætoria.*

Bar. in l. in conuentionalibus. ff. de verb. oblig.

1 BART. in hac. l. in conuentionalibus, tradit, cum † aliquid detrahitur stipulationi prætoriæ, uel additur, cui remaneat prætoria? & distinguit ut hic per eum in vers. sed quæro. Adde tex. ita distinguentem. in §. si quis alij, inst. de inutil. stipulat.

Summarium in l. eum qui. §. qui sibi aut filio. ff. de uerb. oblig.

1 *Adiecto ad solutionem, etiam post emancipationem, potest solui.*

Bar. in l. eum qui. §. qui sibi aut filio. ff. de verb. oblig.

1 BART. in hac. l. eum qui. §. qui sibi aut filio, sic ait in summa. Adiecto ad solutionem etiā post emancipationem, potest solui, secus si adijciatur ad obligationem. Adde quod adiectus solutioni terminū prorogare non potest. l. qui Romæ. §. Callimachus, infra eod. tit. item non mutare nō potest. l. iij. §. idem Iulianus. ff. de eo quod cert. loc. nec nouare, nec delegare potest. l. cui rectè. ff. de nouat. neque constituere potest. l. sed & si. ff. de const. pecun. tamen aliud per alio recipiēdo liberat debitorem ope exceptionis. l. fi. §. fi. ubi Bar. infrà eod. tit. id quod videtur mirum. Et ad materiam hanc vide. §. si quis alij, ubi gl. & doct. inst. de inutil. stipulat. Et dū lat. subdit oppositionem de. l. cum quis. ff. de solut. & respondet ibi conditionem mutari in deterius, hic in melius. vide an mutatio in melius impediat reuocationem mandati, apud Barto. in l. quis seruo, & quæ ibi posui. ff. de solut.

Summarium in d. l. eum qui. §. qui ita stipulatur. ff. de uerb. oblig.

1 *Dies aliquando apponitur dispositioni.*

2 *Dictio usque, infra, & ad, quid significent.*

Bar. in d. l. eum qui. §. qui ita stipulatur. ff. de verb. oblig.

1 BART. in ead. l. §. qui ita stipulatur, ait, quandoque diem † apponi dispositioni, & tunc dies apponitur per uocem, ex, ut ex die Calendarum, & eo casu uidetur appositus causa differendæ solutionis, ut in l. obligationum ferè, suprà tit. 1. Tu uerò aduerte, quia ibi fit mentio Calendarum simpliciter, non autem cum illa uoce, ex, & ideo nihil ad rem facit. Aut apponitur dies per uocem, ad, uel, quò ad, uel quousque, & tunc aut præcedit obligatio, & reliqua. vide tex. in l. si mandato Titij. §. ille. ff. mand. intelligendo maximè secundum sensum gl. in uoce, perpetuum. Deinde ait Bar. aut præcedit obligatio simpliciter, & reliqua, ad hoc facit tex. in Lege stola. §. fi. ff. de pact. sed tenendo hic & ibi faciēdam esse unam tantum præstationem, cum aliàs dictum

dictum non fuerit,& ſimus in contractibus,ut hic habetur per Bar. in quæſt. ſequen. & in l. legatum.ff.de ann.lega.tunc probat contrarium.ſed pro Bar.facit.d.l.legatum,iuncta gl.& l.ſi cũ præfinitione.ff.quand.di.leg.ced.Aut continet aliquid,quod cauſam habeat momentaneam, & tunc cauſa differendæ ſolutionis uidetur facta, niſi contrarium agant contrahentes, & reliqua. ſed aduerte quoniam iſte tex.in uerſi.Ad diem,probat contrarium,ubi habetur,quòd uſque ad calendas uidetur appoſitum cauſa limitandæ obligationis. & uelle dicere,hoc actum fuiſſe à contrahentibus, eſt diuinare. Item obſt.l.epiſtola.§.fi.ff. de pact. ubi fuit appoſita dies quò ad uiuam, & tamen iſta uox, quò ad,fuit appoſita cauſa limitandæ obligationis: quia ad hæredes non tranſit,uel ipſo iure uel ope exceptionis,& eſt neceſſe dicere eam eſſe ſemel præſtandam nõ annuatim,ex quo hoc non fuit dictum,& ſumus in contractibus,ſecundum ea,quę tradit Bar.hic in quæſt.ſeq. & in d.l.legatum.ff.de ann.lega. Et dum Bar.citat hic tex.in l.ſi mãdato Titij.§.Paulus reſpondet.ff.mand.dicas fuiſſe ibi appoſitam uocem, intra,non autem, ad, 2 vel quò ad,uel uſque,ut eſt in propoſita quæſtione. Et de uoce, uſque, infrà, & ad,uide apud Oldr.in cõſ.49.& de hac uoce,quò ad,vide Bar.in l.ij.§.quod ſi quis.ff.de ſuſpect.tutor.Nicol. de Neap.in l.Titius.ff.eod.tit.& in l.ij.ff.de cond.& demonſtr. in 2.quæſt.principali. Ad illud verò,quod agit Bar.in colu.fin.ſcilicet an exceptio,quæ non fuit appoſita,allegari poſsit? vide Alex.in l.qui Romæ.§.duo fratres.col.9.verſi.in ea gl.infrà eod.tit.

Summarium in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.oblig.

1 *Stipulatio non ualet per quam auſertur teſtandi uoluntas.*

Bar.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig.

1 Bart. in hac.l.ſtipulatio hoc modo concepta,ſic ait in ſumma. Non ualet † ſtipulatio per quam auſertur teſtandi uoluntas. Ad materiam huius.l. vide Alex. in conſi.225. in libro primi & ſecundi vol.& omnino in conſi.156.in 7.vol.& Ang.in conſ.179.ubi egregiè loquitur.Abb. in conſ.48.in 2.vol.& Dec.in conſi.30.ubi bene aperit materiam huius.l.& inter cętera inquit, ſi ille qui donat omnia ſua bona præſentia & futura,reſeruato tamen ſibi uſufructu, huiuſmodi donationem ualidam eſſe. & ad.l.hanc vide eundem Decium in conſi.135.& in conſi.136.& in conſi.251.& in conſi.293. Limita iſtam.l.non procedere quando donatio omnium bonorum præſentium: & futurorum iuriſiurandi uinculo eſt ſubnixa; quia ualida eſt; ita Aret.in cõſ. 54.ad quem accedit Marc.Ant. Bauerius in tract. de uirtute iuramenti, verſi. ſeptima infertur deciſio. Item iſtam.l.non habere locum quando facta eſſet omnium bonorum alicui eccleſiæ uel hoſpitali: quoniam eo caſu ualet etiam abſque ulla reſeruatione,nõ obſtante hac.l.ita Dec. in conſ.488. de qua re vide Abb. in conſ.102. in 2.volu.& ad prædicta vide plenè doct.hic, & Soc.in conſ.101.in 3.vol.& omnino Feli.in c.in præſentia.nu.7. cum ſeq. de probat. & Maria. Soc.iuni.in conſi.47.& in conſi.65.nu. ubi loquitur etiam quando ad huiuſcemodi donationem iuſiurandum accederet.& in conſ.143.

Summarium in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de uerb.oblig.

Quædam ſunt ſtipulationes penitus indiuiduæ ab initio,& ex poſt facto,& quædam ſtipulationes indiuiduæ ex poſt facto.

Obligatio operarum an indiuidua ſit.

In obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe.

Utrum in contractu permutationis præſtando intereſſe reus liberetur.

Seruitus uſus fructus quare ſit indiuidua.

Dominus qui fecit inueſtituram abuſiuam an teneatur tradere poſſeſſionem uaſallo.

Emptor licèt poſſit uenditorem ad rem tradendam compellere,tamen intelligitur ſi uult.

Fideiuſſor non poteſt accedere ad aliud,quàm ad id quod principalis eſt obligatus.

Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig.

Bart. in hac.l.ſtipulationes,in principio,docet quaſdam † eſſe ſtipulationes penitus indiuiduas ab initio & ex poſt facto,& quaſdam eſſe ſtipulationes indiuiduas ex poſt facto.Circa hæc vide Iaſ.infrà in 9.col.verſi.ultrà. Circa id autem,de quo agit Bar. in 4.col. verſi. octauò opp.

uò opp. de obligatione rem tradi, an sit indiuidua, vide Soc. in consi. 16. in 4. volu. Et dum posteà Bar. agit de obligatione rem restitui, dicens eam tenere medium, & reliqua. Dicas solutionem, quam dat Bar. in col. seq. uersi. respond. non curo, ex multis confutari per Ruin. in Cato, col. 9. versi. sed ad hoc, suprà eod. tit. Et ad illud, quod subiungit Bar. in uersi. nonò oppo-
2 an obligatio † operarũ indiuidua sit? vide gl. in l. j. §. si usufructus, in uerbo, decedere. ff. ad leg. falcid. & uide gl. in l. ij. §. 1. in gl. 1. suprà hoc eod. tit. Posteà Bar. in 5. col. versi. cùm ergo quæritur, concludit, operas numero diuidi posse. contra, nam in legato operarum non fit diuisio neque detractio falcidiæ in numero operarum, immo æstimantur, & de æstimatione detrahitur falcidia. d. l. j. §. si usufructus. ff. ad leg. falcid. idque ea ratione, quoniam diuidi non possunt. cogita. Item sequi posset inconueniens. de quo in l. in executione. §. pro parte, infrà eod. nam si solutio fieri posset in parte operarum, & in alia succederet obligatio ad interesse, tam respectu promissoris quàm hæredum, igitur ista obligatio iudicanda est indiuidua, pro ut in obligatione rem tradi concludit Bar. Dum verò Bar. hic in 6. col. versi. sed iuxta prædicta, quærit quæ ratio, quare aliud in obligatione dandi, & aliud in obligatione fiendi fuerit constitutum? Duabus istis rationibus vide remissiones apud Ias. in §. actionum, col. 9. in ea gl. ibi secus. instit. de act.
3 vbi ad regulam, qua cautum est, in obligationibus † facti succedere obligationem ad interesse, tradit tres limitationes, ut ibi uidere est. & ibi etiam limitat, & declarat id, quod dicitur de obligatione dandi, ut quis teneatur præcisè ad dandum, quando sumus in contractibus stricti iuris, secus in contractibus bonæfidei; quia succedit obligatio ad interesse, quamuis de hoc multum dubitet. Istam tamen regulam, quòd, in obligationibus facti succedat obligatio ad interesse, limita sing. non habere locum, quando factum debetur per uiam pœnæ, quia tunc potest ire ad factum, secundum. gl. fi. in l. si pacto quo pœnam, ibi, solue hic erat pœna in facto. C. de pact. ubi gl. relata ad tex. sentit, in illa. l. factum fuisse in obligatione, & tamen ibi habetur in tenebrum, exigere, quod significat, ab inuito extorquere. Item limita not. eam non habere locum in eo, qui perpetuò promisit seruire hospitali, uel ecclesiæ, uel reipublicæ: nam eo casu obligatio non succedit ad interesse, sed præcisè cogitur ad factum; ita Roma. in singul. 629. incipit. si quis, cum ibi addit. per Castillion. Et circa rationem differentiæ, quam in prædicta distinctione Bar. dicens, dari, fit de leui, & potest explicari in momento. vide Abb. ir. c. cùm venerabilis, col. 4. de except. ubi simpliciter ad Bartolum accedit. quamuis Decius ibi eum relinquat in
4 inaduertentia. Ad ea verò, quæ tradit Bar. in 11. opp. quærendum est, utrum in contractu permutationis præstando interesse reus liberetur? vide aliquid apud Ias. in d. §. actionum, col. 10.
* versi. & uerum, instit. de action. sed si conclusio ista generaliter procedit, reluctatur ei communis doct. sententia, in §. pretium, in uerbo tradatur, instit. de uendit. & in materia uenditionis, venditor, qui habet rem, cogitur eam præcisè tradere. Et ex hac ratione allata per Bar. haberent obligationes esse debiliores, videtur dicendum ex interitu speciei debitorẽ liberari. contra eam, quæ tradit Ias. in l. quod te, col. 4. versi. tertiò. ff. si cert. pet. & dum Bar. hic in 7. col. versi. quandoque dari est ita qualificatum, ait posse interesse & non. attende quoniam immo semper videtur ibi interesse: nam adiectus solutioni, tenetur actione negociorum gestorum, uel mandati, ergo ita cum stipulator possit repetere videtur semper sua interesse. Et dum Bar. hic in 9. colu. agit de obligatione, in qua debetur species in genere, uel alternatiuè, uide in hac re regulam cum fallentijs apud Ias. in l. ij. §. 1. col. 4. suprà eod. tit. Ad ea verò, quæ dicit Bar. hic in 10. col. de obligatione, fossam fodi. cogita quare non afferat tantam utilitatem in parte quò ad partem, quam affert in toto quò ad totum. præcipuè cum possit facere fieri reliquum. & propterea Pau. de Cast. in l. si seruus. §. si plurium, in fin. ff. si quis caut. tenet esse factum indiuiduum. Aduerte tamen circa tradita hic, obligationem, pecuniam tradi, esse diuiduã; quia licèt succederet obligatio ad interesse, tamen esset pecunia, & sic esset idem, ut infrà per Bart. dum respondet ad Cato. Quò ad ea, quæ dicit Bar. hic in 10. col. vers. sed alia ratio est, quare fundum tradi factum indiuiduum iudicatur, scilicet quia si quis posset præstare partem fundi, postea præstaretur interesse pro alia parte, & sic fieret solutio in diuersis rebus, contra. l. in executione. §. pro parte, infrà

infrâ eod. Aduerte, quia Bar. ampliat tex. in d.§. pro parte, ut procedat etiam in obligatione faciendi: nam si pro parte factum fieret, & pro alia parte interesse præstaretur, solutio facta esset in diuersis rebus: & ideo indiuidua est. & hoc * omnes sequuntur hic, & Paul. de Castr. in l. j. §. si ususfructus. ff. ad leg. Falci d. sed huic collectioni reluctatur, quoniam attenta ista ratione stipulatio operarum nõ deberet posse diuidi numero, sed iudicanda esset indiuidua, cum pariter in ea hoc idem inconueniens contingere posset, & tamen Bar. suprà in nona oppositione contrarium (ut ibi dixi) concludit. Præterea interesse, quod succedit loco facti, fictione iuris dicitur esse idem cum ipso facto: & ideo principali ad factum obligato fideiussor accedit. & si agi ad factum iudex potest iudicare & condemnare ad interesse, igitur non est alia res, neque poterit dici facta solutio in diuersis rebus, atque ita neque debebit iudicari factum indiuiduũ, cùm solutio in diuersis rebus fieri possit, sed refragatur, quia rem tradi dicitur esse factum indiuiduum si istud inconueniens non consideratur, ad quod ipse Bar. non aduertit. item quare obligatio rem restitui sit indiuidua solutione. & vide Roma. in d.§. Cato, quæst. 4. col. 25. Ad id autem quod ait Bar. in 11. col. verſ. unum restat, scilicet quare † seruitus usufructus sit indiuidua, vide Cæpoll. in tract. de seruit. urb. prædi. cap. 10. Posteà Bar. hic in 11. colum. quinto loco quærit, quando cõmittatur stipulatio ad interesse. inter cætera inquit, aut dies non erat apposita, & tunc aut factum erat explicandum in iudicio; ut puta, promisit aliquis iudicatum solui, & sic uidetur promittere de defendendo, & tunc si non facit aliquo tempore committitur statim ad totale interesse. Adde quòd ideo, quia statim committitur ad totale interesse, atque ita in hoc grauatur promissor contra regulam, in alio postea ei succurritur: quia usque ad sententiam potest moram purgare. l. iij. §. fi. vbi Bar. ff. iudic. solu. & in l. si insulam, infrà eodem. Ad ea uerò, quæ subiungit Bar. in eadem colu. in verſ. Resp. scrib. hoc non tangunt, quando quis non defendit interesse actoris in totum. Dicas hinc esse quòd ubi peruenitur ad diffinitiuam contra contumacem extinguitur prima commissa in non defendendo, & transfunditur in secundam, scilicet soluere iudicatum. l. cum quærebatur. ff. iudic. solu. Vel si non transfunditur, quia lis esset contestata super interesse propter rem non defensam, non agitur nisi ex una clausula. d. l. cum quærebatur. & ibi Bart. & Paul. de Castr. Dum autem Bar. in 12. colum. verſ. ego dico Dyn. ait, in obligatione rem restitui non statim post moram succedere obligationem ad interesse, sed cum reus desinit habere facultatem rei restituendæ: quæro quare secus sit in obligatione, rem tradi, in qua præcisè post moram quis potest compelli, vt hic, & tamen etiam succedit obligatio ad interesse? vide Paul. de Castr. hic in uerſ. Celsus. Ad ea uerò, quæ posteà subijcit Bar. in uerſ. respondeo sicut in obligatione, scilicet sicut in obligatione dandi non committitur obligatio ad interesse post moram; quia stipulatoris interest dari, ita in obligatione rem restitui. quæro quare non extante re succedit obligatio ad interesse, cum sit quòd quò ad ortum obligationis ad interesse, rem dari, & rem restitui, æquiparentur, & in obligatione rem dari non succedit obligatio ad interesse? cogita. Deinde Bar. in 17. colu. verſ. Quid ergo dicemus, tradit an & quando quis possit præcisè cogi ad factum. Attende in hac re, quoniam si promitto non petere sub pœna, me petentem stipulator potest exceptione repellere, & sic isto casu præcisè teneor ad factum, hoc est non petere. neque possem ego promissor dicere, uolo petere, & quia contrauenio, dolo in pœnam incidere, non cogi non agere. l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pact. tradit Paul. de Castr. in §. Cato, col. 4. suprà eodem tit. atque ita excipiendo præcisè ad factum compellor. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Sed dici posset, eum qui obligatus est non petere, non esse obligatum ad faciendum, immo ad non faciendum, & huiusmodi pactum æquiparatur solutioni, & acceptilationi. Ias. in d. l. si unus. §. si cum mihi. et ideo non mirum est, si sola exceptione repellitur. Sed in re proposita de illo agitur, qui est obligatus ad factum. Et dum hic Barto. in colu. sequ. verſ. Ad secundum uenio, indistinctè ait, eum, qui obligatus est ad rem restituendam, si non habet facultatem rei restituendæ, teneri ad interesse. aduerte quia huic sententiæ reluctatur, nam quando restitutio est meri facti, neque importat dominij translationem, ut est in commodato & depositо, tunc debitor præstando in-

teresse non liberatur. vide Bar.in documento hic immediate sequẽti in uers. ad tertium. Quid
6 autem in domino,† qui fecit inuestituram abusiuam, utrum teneatur tradere possessionem uassallo? vide Curt.in tract.feud.col.66.vers.secundò principaliter. Et dum Bar.subijcit rationem de eo,qui tenetur ex causa emptionis, vt non teneatur ad merum factum, obstat quod dixi suprà in uers.ad secundum.& attenta ista ratione Bar.infertur isto casu certi condictionem competere, quæ tamen non competit quando merum factum est in obligatione. Bar.in l.certi con-
7 dictio.col.4.ff.si cert.pet.& ibi Paul.de Castr.in 1.col. Et aduerte quoniam & si emptor† possit uenditorem ad rem tradendam compellere, hoc intelligitur, si uult, potest enim etiam agere ad interesse,vt hic per Paul.de Castr.in uers. Celsus,col. 1.secus uerò est in obligatione rem restitui,si res extat. & ex ista distinctione uidetur posse inferri, stipulationem primo casu esse de uiduam obligatione, licèt indiuiduam solutione, cùm participet de natura dandi. secundo autem casu etiam obligatione indiuiduam esse,cum ad merum factum promissor teneatur,vt per Ruin.in d.§.Cato,col. 8.vers.dicendum uerò. Et dum Bar.hic in pen.colu.vers. præterea si petitur,inquit,si factum petitur,& condemnatio fiat ad interesse, hoc non esse aliud, sed idem uris interpretatione. huic documento Bar.refragatur,quoniam illa obligatio facti dicitur indiuidua,in qua pro parte factum fieri posset, & pro alia parte solui interesse; quia solutio fiens in diuersis rebus,ut docuit idem Bar.suprà in col.2.vers.posse.igitur consequens est, ut factum & interesse idem etiam iuris fictione iudicari non possint. vide Dec.in c.1.col.13.de iudic. si
8 quia Bar.hoc suum documentum probat colligendo argumentum à fideiussore, † qui non potest accedere ad aliud quàm ad id,ad quod principalis est obligatus: declara hoc ut per eundem Bar.in l.si fideiussorem.ff.de fideiuss. & per Ias.in l.non amplius.§.fi.col.2.& 3.ff.de lega.1. ad illud uerò quod hic immediatè Bar.subiungit de illo,qui per sententiam obligatus est ad dandum ut soluendo interesse liberetur, vide Ias.in l.certi condictio, col.6.vers. sed redeundo.ff.de cond. indeb. pet. vbi contra hanc Bar.decisionem adducit glo.in l.qui restituere,in uoce condemnandus de rei uendic.sed sustinendo opinionem Bar.responderi potest,glo.illam procedere in condemnato rem restituere; nam huiusœmodi obligatus,quando extat res,tenetur præcisè ad illam vt in præcedentibus fuit iure conclusum. & ideo hoc prouenit uigore naturæ ipsius obligationis,non autem uigore sententiæ.& de hoc agit Bar.hic. Posteà in eadem col.vers.sed iuxta dicta,quærit Bar.hic,quando factum desijt posse fieri, vtrum adhuc factum in libertate possit? dicitque quoddam esse factum,quod postquam desijt posse fieri, actor in hoc iudicium prætendere non potest; & eo casu petendum esse interesse. sed aduerte quoniam huic sententiæ reluctatur.l.si quando.ff.de oper.libert.vbi habetur,operam præteritam peti posse,& tamen ea præstari non potest,sicut nec ususfructus præteritus,nec destruatur ille tex.exponendo pro operæ,hoc est,æstimationem. Deinde Bar.in col.fi.quærit,quomodo petatur interesse? & concludit,illud,quod est incertum peti debere certi condictione. & porrigendum esse libellum incertum. sed ista ratio Bar.confunditur per tex.in l.si stipulatus, in princip.ff.de usur. vbi agitur in certi condictione ad fructus perceptos: meum enim non est declarare quantitatem,quam ignoro. cogita. Denique Bar.hic propè finem sentit certi cõdictionem competere ad id,quod est incertum apud nos,dummodò sit certum in rerum natura. benefacit pro hac opinione quod in l.vbi autem non apparet.§.illud,infrà eod.tit.per quem ita tenet Bar.in d.l.certi cõdictio.in pen.de quo uide ibi Ias.col.antepenul.vbi citat tex.in d.l.si stipulatus, de usur.qui multum huic sententiæ reluctatur, ut prædixi.

Summarium in l. si procuratori.ff. de uerb.oblig.

1 *Personæ præsentia operatur, ut alteri per alterum acquiratur.*

Bar.in l.si procuratori.ff. de uerb. oblig.

1 Bar. in hac l.si procuratori,ait,personæ† præsentiam operari, vt alteri per alterum acquiratur.hoc idem sequitur Paul.de Cast.in l.j.§.si iusserim.ff.de acquir.poss.vbi Ias.

Summarium in l. quoties in ſtipulationibus. ff. de uerb. oblig.

1 *Verba ambigua quæ dicantur.*

Bar. in l. quoties in ſtipulationibus. ff. de verb. oblig.

1 BART. in iſta l. tradit, quæ nam dicantur † uerba ambigua. tu verò quæ differentia ſit inter ambiguum & obſcurum, vide apud Bar. in l. veteribus. ff. de pact. & quæ ibi poſui in lucubrationibus meis.

Summarium in l. inter ſtipulantem. §. Stichum. ff. de uerb. oblig.

1 *An & quando declarari poſſit de qua re ſenſerit actor & reus.*

Bar. in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. ff. de uerb. oblig.

1 BAR. in hac l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum, tradit, an † & quando declarari poſsit de qua re ſenſerint actor & reus, & ex eius dictis hic in 1. col. colligitur, etiam ipſum iudicem declarare non poſſe: quia eſſet interpretari factum alienum, vt per Bar. in l. ea quæ. C. comminat. & epiſt. & in l. ſi ut proponis. C. de exec. rei iudic. qua in re ſcilicet an aliquis poſsit declarare, ui de Feli. in c. qualiter & quando, col. 15. & ſeq. de accuſat. & in c. cum uenisſent, col. 2. de iudic. & ſemper allegatur, facultatem declarandi ad hæredem non tranſire. In contrarium facit glo. in l. poſt dotem. ibi, alioquin requirit. ff. ſol. matr. vbi amplius noluit, ſcilicet poteſtatem declarandi ad hæredem tranſire, etiam ſi uoluntas poſita eſſet in conditione, quo caſu debet impleri in forma ſpecifica. de qua re uide ibi Iaſ. col. 54. verſ. in ea glo. alioquin, vbi reſpondet concludens, facultatem declarandi eſſe perſonaliſsimam. Item in contrarium facit, quia iuri declarandi non præſcribitur per centum annos, igitur tranſit ad hæredes!. vide ibi per Iaſ. in 4. col. verſ. ex iſta glo. Et adde quòd ſi mortuus eſt ille, qui multos actus fecit in hæreditate ſibi delata, & dubium eſt, geſſerit ne ſe pro hærede an non. facultatem declarandi hoc ad hæredē non tranſferri, ſecundum Bar. in l. pro hærede, in princip. verſ. dubitaui. ff. de acquir. hæred. quamuis contrarium & malè, (ut mea fert opinio) ſenſerit idem Bar. in l. gerit, col. 6. verſ. ad tertium, eodem tit. de acquir. hær. dum ait, quædā eſſe, in quibus non eſt præſumptio. & ſtaretur interpretationi hæredis. Et de hac re nunquid ius declarandi uolūtatem ad hæredes tranſeat, vide plenè apud Aret. in l. naturaliter. §. nihil commune, col. 8. ff. de uſucap. & ibi Alex. poſt Bar. & Iaſ. in col. 24. verſ. item inquantum. & uideas. l. generaliter. & glo. & quæ ibi pono. C. de reb. cred. & omnino quæ poſui in lucubrationibus meis, in l. idem Pomponius. §. ſi plures, ſuprà, de rei uend. Poſteà Bar. hic in fi. huius. §. ait, bonos aſſeſſores conſueſcere quando aliquem bannitum capiunt, ſi alij fortè reperiuntur eiuſdem nominis, facere illum confiteri ſe eſſe illum hominem, & reliqua. ad quæ uideas Ang. de maleficijs, col. 84. in uoce, Caium Sempronij.

Summarium in d. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerb. oblig.

1 *An, & quando illud, quod operatur oppoſitum in oppoſito, operetur etiam propoſitum in propoſito.*

Bar. in d. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerb. oblig.

BAR. in ead. l. §. ſacram, colu. 3. verſ. oppo. quod operatur, tradit an & quando illud, quod
1 operatur † oppoſitum in oppoſito, operetur etiam propoſitum in propoſito. De hac regula uide tex. & ibi omnes in l. ſi ex toto, in princip. ff. de lega. j. Et dum Bar. in eadem col. verſ. & ut tibi liqueat, tradit, quando fructus debentur ex certo fundo, vtrum obligatio extinguatur uel differatur. vide Dec. in conſi. 183. vbi agit de illo, qui promiſit decem ſoluere ex tali pecunia, & quæ ſit differentia inter contractus & ultimas uoluntates. et poſteà dum agit Barto. vtrum euentus triſtis ſit conſiderandus: dic ex iſto tex. colligi quòd non, ſed hoc limitatur non habere locum quando fit prouiſio ei, cuius triſtis euentus conſideratur; tunc enim debet conſiderari, ut ei prouideatur, ſecus quando conſideratur, vt alij prouideatur. Iaſ. in l. ſi conſtante, nume. 46. ff. ſolu. matrim.

Summarium in l. ſi inſulam. ff. de uerb. oblig.

1 *Moræ purgatio an & quando admittatur.*

2 *Moræ purgatio admittitur infra modicum tempus.*

3 *Pœna quando est maior quàm ipsum principale debitum, tunc peti potest principale debitum & pœna in eo quod excedit.*

4 *Si aliquis ignorans se posse moram purgare soluit pecuniam, vel interesse, nunquid possit repetere.*

5 *Ille qui impedit conditionem impleri, moram purgare non potest.*

Bar. in l. si insulam. ff. de uerb. oblig.

1 BART. in hac l. si insulam, tradit, an & quando admittatur purgatio moræ. Quid si aliquis non probauit in termino dato, utrum admittatur purgatio moræ, vide Feli. in c. licèt causam, col. 10. & seq. & moram purgari non posse in casu, in quo iuramentum interceſsit, habetur in l. si quis maior. C. de transact. & per Alex. in consi. 148. in 7. vol. Ant. de Butr. in c. breui, de iurisiur. & Decium in consi. 451. Et an & quando possit mora purgari, uide Fulg. in consi. 154. Soc. in consi. 199. in 1. vol. & Card. Iacobat. in tract. de concilio, in 7. lib. Et dum hic in 1. col.

2 ait Bar. purgationem † moræ admitti infra modicum tempus, dicitque dubitari posse, quomodo iudex arbitrabitur istud modicum tempus. vide Dec. in consi. 146. colu. 1. Posteà Bar. hic in 4. col. quærit, quomodo admittitur purgatio moræ, uide Paul. de Castr. in l. qui Romæ §. Flauius, infrà eod. tit. Posteà hic in cad. col. versi. uenio ad secũdam, ait, post litem contestatam non admitti moræ purgationem. De hac re vide Ias. in l. si pacto quo pœnam, col. 3. in 4. notab. ff. de pact. ubi uult moræ purgationem admitti post litem contestatam. immo etiam post sententiam. Et hoc locum habet solùm in purgatione moræ propriæ, secus in purgatione conditionis. & ibi habetur exemplum quando ex pacto nudo agi non potest, sed tantum ex secundo, vbi est interposita pœna. non enim ex primo potest esse in mora: quia nulla est petitio pacto nudo. Et dum in 4. col. hic oppo. Bar. de l. fideiussor euictionis, suprà, de dol. excepti. ibi non tractari de moræ purgatione. vide Soc. in consi. 199. col. 3. vers. nec obst. in 1. notab. tradit, moram quoque purgari posse post sententiam, quando mora committitur post sen-

3 tiam. Posteà Bar. hic paulò post in vers. tertiò quia, inquit, quãdo † pœna est maior quàm ipsum principale debitum, tunc peti posse principale debitum & pœnam in eo, quod excedit. ut leges ut hic per eum. Sed aduerte, quia illæ leges procedunt in casu contrario, scilicet quia pœna est maior: quia tunc peti potest principale, in eo quod excedit. Sed quid in casu Bar. hic? Ratio suadet contrarium, tamen uideas Alex. in l. rescriptum. §. si pacto, & quæ ibi possit dici.

4 Deinde Bar. quærit, quid si aliquis † ignorans se posse moram purgare, soluit pecuniam, interesse, nunquid possit repetere? quæro nunquid idem esset in solutione ficta, vt in casu l. qui iurasse. §. fi. ff. de iureiur. Postea Bar. hic in col. pe. vers. septimò quæro, tradit quid si, qñ res perijt infra tempus, quo mora purgari poterit. de hac re uide Ias. in l. quod te, col. 2. versi. subdit. ff. si cert. pet. Postea Bar. in 9. quæstione ait, prædicta locum habere in reo, qui uult moram purgare. sed quid in actore? vide Alex. in cons. 102. in 1. vol. vbi ait, eum, qui impeditionem impleri, moram purgare non posse. Ex ista quæstione infertur, si quis fecit pactum

5 retrouendendo per x. annos, eis elapsis moram posse purgari. quod est singulare. & ad rem dicunt trad. per Alex. in l. qui Romæ. §. cohęredes. in fi. infrà eod. tit. vbi dicit, eum, qui emerat, & neglexit posse moram purgare, & iterum emere. sed in contrarium uidentur esse tradita per Ang. in cons. 199. Titius. & Aret. in l. si ita quis. §. Seia, col. fi. infrà eod. titu. Ias. in l. eum qui ita. §. qui ita, 1. col. 4. suprà eod. tit. & Curt. in consi. 59. maximè in col. fi.

Summarium in l. triticum. ff. de uerb. oblig.

1 *Si tibi mutuaui decem, & postea reperitur te mihi per stipulationem promisisse decem, an sit intelligendum de illis decem, an de alijs.*

Bar. in l. triticum. ff. de uerb. oblig.

1 BART. in hac l. triticum, vers. sed quid si mutuaui, quærit, si tibi † mutuaui decem, & postea reperitur te mihi per stipulationem promisisse decem, sit ne intelligendum de illis decem an de alijs? de hac re uide Soc. in cons. 129. in 4. uol.

Sum-

Summarium in l.cum ſeruus.ff. de uerb.oblig.

1 *Contractus à quo impleatur, an referat.*

Bar.in l.cùm ſeruus.ff.de uerb.oblig.

1 BAR. in hac l.cùm ſeruus,quærit,vtrum † referat,à quo impleatur contractus? & dicit,aut agitur de obligatione inducenda,aut quò ad pœnæ commiſsionem, & reliqua. ſed quid ſi tractatur de pœna inducenda & ſic obligationi,ſi tale quid factum fuerit,idque fato cõtingat, vel per ignorantiam fiat,an committatur pœna? an verò ſcientia exigatur? vide tex.in l.ſi filiusfamiliàs.§.in hac,& ibi Iaſ.in 1.notab.ſuprà eod.vbi ait pœnam committi.

Summarium in l.ſtipulatus ſum Damam.ff.de uerb.oblig.

1 *Verbum præciſum recipit limitationem.*

Bar.in l.ſtipulatus ſum Damam.ff.de uerb.oblig.

1 BART. in hac.l.ſtipulatus ſum Damam,ait,verbum † præciſum recipere limitationem.vide Dec.in c.2.in 3.notab. de reſcrip.

Summarium in l.à Titio.ff.de uerb. oblig.

1 *Stipulatio collata ſub conditione, quamuis non habeat aliam cauſam ualet.*

Bar.in l.à Titio.ff.de uerb.oblig.

1 BART. in hac l.à Titio in princip. colligit ex iſto tex. ſtipulationem † collatam ſub conditione,quamuis non habeat aliam cauſam,ualere: quia ipſa conditio eſt ſufficiens cauſa.Ex hoc infertur.quamuis ſtipulatio ſine cauſa non ualeat.l.ij.§. circa.ff.de dol.except.eam tamen uiribus eſſe ſubnixam ſi fiat ſub conditione,vt per Iaſ.in l.filiusfamiliàs.§.diui,in prima lectura,col. 1.verſ.limita quinto.ff.de leg.j.

Summarium in d.l.à Titio. §. nulla.ff.de uerb.oblig.

1 *Stipulatio an conferri poſſit in uoluntatem ſtipulantis.*

Bar.in d.l.à Titio.§.nulla.ff.de uerb.oblig.

1 BART. in ead l.§.nulla,quærit,an ſtipulatio † conferri poſsit in uoluntatem ſtipulantis? vide Bar.in l.centeſimis.§.fi.in 1.oppo.ſuprà eod.tit.& ibi Iaſ.col.3.verſ.limita.

Summarium in l. ſi mihi & Titio.ff.de uerb.oblig.

1 *In contractibus non eſt locus iuri accreſcendi.*

Bar.in l.ſi mihi & Titio.ff.de verb.oblig.

1 BART. in hac l. ſi mihi & Titio,ſic ait in ſumma. In contractibus † non eſt locus iuri accrescendi. quando autem in feudis ſit locus iuri accreſcendi, vide Curtium in tract.feud.colu.78. vbi,ponit regulam quòd non,cum multis limitationibus. Et dum ſubiungit Bar. quãdo res eſt diuidua,& ſumus in diſpoſitione principis,locum habere ius accreſcendi: vide tex.in §.fi. inſti. de donat.vbi in re indiuidua dicitur locum habere ius accreſcendi. ſed opinor ibi rem eſſe diuiduam,ſcilicet dominium ſerui pro parte. Sed eſto, quare lex admittit iure antiquo ius accreſcendi cum non interſit concedentis,immo in contrarium ſit uoluntas. item ibi agitur de emolumento iam acquiſito,igitur non habet locum ius accreſcendi. Sed dici poteſt ibi eſſe indiuiduum alia ratione,quia quis nõ poteſt pro parte eſſe ſeruus,& pro parte liber. vt ad alium tex. hic Iaſ.in 3.col.exponit,accreſcit,ideſt non decreſcit. ſicut in ſimili dicit Bar. in l.re coniuncti, col.8.quæſt. 1.ff.de lega. 3.& in re propoſita uide Curt.in conſi.49. & in conſi.50. & in conſi. 51.vbi etiam docuit quid dicatur indiuiduum. Et dum Bar.hic propè fi.tradit quãdo finita eſt emphyteoſis in perſona patris,quamuis gratia ſit,ſi filijs denuo concedatur,eis tamẽ fieri iniuriam ſi non concederetur. vide Curt.in tract.feud. col.58. & ſequ. & Franc. Curt.in conſi.48. incip.Super controuerſia, vbi limit.

Summarium in l. ſi ſtipulatus fuero.ff.de uerb. oblig.

1 *Contractus ſtricti iuris recipit interpretationem extenſiuam quando aliter non haberet effectum.*

Bar.in l.ſi ſtipulatus fuero.ff.de uerb.oblig.

1 BAR. in hac l.ſi ſtipulatus, ait in ſumma,contractum † ſtricti iuris recipere interpretationẽ

extensiuam,quando aliter non haberet effectum. Tu uide quid per istum tex. dicat Bar. in l. §.fi.in 1.col.suprà eod.tit.vbi Ias.col.4. vers.expedit.

Summarium in l. si quis stipulatus.ff. de uerb.oblig.

1 *Quæ sit differentia inter futurum subiunctiui, & futurum indicatiui.*

Bar.in l.si quis stipulatus.ff.de uerb. oblig.

1 BART. in hac l.si quis stipulatus, quærit, quæ sit differentia † inter futurum subiunctiui & futurum indicatiui. vide quid per istam dñiam teneat glo.in l. quod si ab initio.ff.si cert.pe

Summarium in l.ita stipulatus.ff. de uerb.oblig.

1 *Dies est qualitas, sed non substantia.*
2 *Stipulatio non ualet quando non interest.*
3 *Contractus emphyteoticus per sequentem pœnalem non nouatur.*
4 *Ex arbitri sententia de iure antiquo non oriebatur actio neque de iure codicis.*
5 *In actione in dote præscriptio incipit finito matrimonio.*
6 *Quando stipulatio, quæ habet diem certam causæ differendæ solutionis committatur.*
7 *Tutor est obligatus pupillo ex quasi contractu.*
8 *Ille qui promisit se facturum, & curaturum in mora non constituitur nisi per interpellationem.*

Bar.in l.ita stipulatus.ff.de uerb.oblig.

BAR. in hac l.ita stipulatus,ait,eam esse famosam & utilem,& hic in 2.col.vers.istud dic
1 re,ait,diem,† esse qualitatem, & non substantiam. sed in contrarium uidetur esse ueritas, per ea,quæ pono in l.duobus.infrà tit.1.& dum Bar.hic in uers.præterea,subiungit,in l.cùm pro §.meos.ff.de lega.2.omissam fuisse conditionem: dicas tu, immo ibi non esse conditionem,& ita ibi declarat Bar.post glo. nam si esset conditio,institutio non ualeret.l.quoties.§.2.ff.de red.insti. Postea Bar.hic in 4.col.tradit de opere,quod fieri debet,vtrum solo cohærea
2 & in vers.assignat rationem; quia interest. & ex dictis Bar. elicitur, stipulationem † non re,quando non interest, igitur pœnalis deberet ualere per documentum Bar. hic in fi.col. quod esset contra textum nostrum. Et dum Bar.in 6.col.in 12.opp. ait, quando principa stipulatio defecit ab initio solum ea ratione,quia non interest,& tunc pœnalem ualere,quam interest. attende quoniam rationem hanc sequitur Ias.in l.pacta quæ contra,in fi.C.de pact. eam redarguit ipse idem Ias.in l.pen.col.1.vers.quis.ff.si cert.pet.vbi aliter soluit. & in hoc Bar bium,in fi.C.de legi.& contra istam uide quæ dixi paulòante. Ad illud autem quod ait Bar. in 8.col.hic in fi.circa solutionem.l.si Titius,suprà eod.dum inquit, fateor quia per litis contestationem desijt alteri posse solui. adde tex.in l.nuda.C.de contrahen.stipul.vbi committitur pœna ex euentu conditionis. quæ dicitur desinere posse extare per litis cõtestationem.ita Bar. declarat in 11.col.in 6.oppos.Et dum Bar.in 9.colu.inquit in d.l.nuda,committi pœnam, non mora,sed ex euentu conditionis. adde q̃ idem tenet Bar.in l.si pupillus,infrà eod. tit. vbi hoc declarat rationem.Postea Bar.hic in 12.col.tractat an & qñ fiat nouatio? & distinguit, aut præcedit conuentio iurisgentium,& non fit nouatio: aut præcedit conuentio siue obligatio ciuilis,& nouatio fit per pœnalem,ut hic. Istam distinctionẽ in simili casu posuit Paul.de Cast. quem retulit Alex.in l.si diuortio,col.1. suprà eod. tit. vbi reprobat eam per fundamenta Bar. hic. Et dum Bar.subiungit,contractum † emphyteosis per sequentem pœnalem non nouari ci
3 tat gl.magnam.l.j.C.de iur.emphyt. attende illam gl.quia non facit ad propositã rem; itaq̃ dem ibi quæritur an pœna imposita inter contrahentes tollat pœnam iniunctam à lege. nec ibi agitur de nouatione contractus,ut est qõ nostra. Ad illud uerò quod ait Bar.hic in 13.col.ad versiculum quid ergo dicemus,ibi,quando ex causa lucratiua debetur,tunc uidetur agi,q̃ non dabit illud, pœna tantùm peti possit,& in tui promissoris fauorem hoc uidetur actum.l.si quan do.§.hæres.ff.de lega.j. Aduerte quoniam text.in d.§.hæres, non facit ad rem; quia ibi aliud erat in obligatione & aliud in solutione à principio. immo Bart.ibi propè fi.ait,pœnã ibi fuisse

appositam

appoſitam in odiũ promiſſoris, & fauore ſtipulatoris. id quod repugnat ijs, quæ hic dicit Bar. idem uoluit Bald.in l.j.C.de his quæ pœn. nomi.vbi citat Innocen.hoc idem ſentientem. et ſic iſta opinio ſuſtineri non poſſe uideretur. Circa illud autem quod ſubijcit Bart.uſque ad litem conteſtatam poſſe quem offerendo quod uenit in pœna liberari. vide Paul. de Caſtr. in l.qui Romæ.§.Flauius,infrà eod.tit.& ad ea,quę hic ait Bar.in verſ.ſecundò oppo.vide Aret.hic col. 26.verſ.præterea. Et dum Bar.in tertia oppo.agit de contrario.d.§.Flauius,dicitq; ibi promiſſionem de manumittendo fuiſſe ex cauſa oneroſa, non lucratiua. ſed iſta ſolutio non uidetur eſſe uera, quoniam in ultimo reſponſo ſeruus agit ad libertatem, & tamen reſpectu ipſius ſerui cauſa dici non poteſt oneroſa ſed lucratiua, ut patet ad ſenſum. Circa uerò quartã oppoſ. Bar. de.l.qui Romæ.§.duo fratres,dicas illum tex.non urgere, vt ibi pono ad Bar.in 4.col.in octaua oppoſ.& eſt quod in contrarium facere,ibi pono duas nouas ſolutiones. Poſtea Bar.hic in 14. col.circa medium,ait in ipſo actu contrahendi ſtipulationem inſpici animum promittentis pro ut ueriſimiliter adaptari poteſt ad uerba ſtipulantis. et ideo cum ſimul & ſemel ſtipulor, dari. & ſi non detur, ſtipulor pœnam,inſpicitur ſecundum Bar.mens promittentis,quæ eſt,vt ſi non datur Stichus, pœna tantùm peti debeat, neque inſpicitur an ſit plus an minus. Attende hic, quia iſta ratio ita militat in cauſa oneroſa, ſicut in lucratiua; & tamen non fit nouatio, ut ſuprà uidimus,igitur ratio Bar.redditur falſa. niſi reſpondeas ut colligitur ex tradit.per Bar.ſuprà in prima oppoſ.ultimæ par.in ſua octaua ſolutione. vel aliter ut per Aret. hic in 21.col. verſ.& ultra. Et dum Bar.ait pœnam eſſe appoſitam fauore debitoris, vt eligere poſsit quod eorum ſoluat: contrarium (ut dixi paulò ante) docuit idem Bar. in d.l.ſi quando.§. hæres. dicens immo pœnam eſſe appoſitam fauore creditoris. Ex dictis autem Bar.hic in 15.col. verſic. vndecimò opp.colligas Bar.in l.ſi inſulam,quæſt.2.verſic.2.ſuprà eod.ineptè citare.l. ſi quis rem.ff.de arbitr.Et dum hic Bar.agit de actione deſcendente ex ſententia arbitri, aduerte quoniam ex arbi
4 tri ſententia † de iure antiquo non oriebatur actio, neque de iure. C. quando pœna eſt poſita, vt uidere eſt in l.cum antea.C. de arbitr. neque obſt.l.Celſus, quam hic Bartolus adducit, vbi non agitur ad pœnam,quia debitor purgauit moram uolente creditore, & ideo nõ mirum eſt, ſi pœnam conſequi non poteſt. Deinde Bar.hic in fi.huius 15.col. ver. ſed circa prædicta dubitatur,tractat an omnis ſtipulatio quantumcunque pura habeat diem? concluditque,eum,qui conſtituit, ſtatim teneri; ſed tempus x. dierum eſſe datum miſerationis cauſa. Ad hoc accedit Iaſ.in §.in perſonam,col.11.ver.circa ſecundum caſum,inſt.de action. Et dum Bar. in ſeq. col. ait confitenti dari x.dies, & condemnato quatuor menſes, quæ ſit ratio huius differentiæ, videas apud Iaſ.in l.ſi domus.§.in pecunia.ff.de leg.1.Ad illud autem quod ſubdit Bar.in actione
5 † in dote præſcriptionem incipere finito matrimonio.l.in rebus.C.de iure dot. dicas tu illam.l. procedere quando mulier agere uellet contra extraneos, contra quos locum non habet anni dilatio,ſed tantum contra maritum.l.unic.§.exactio.C.de rei uxor.action. ideo non mirum eſt, ſi in d.l.in rebus,tunc incipit præſcriptio. Poſtea ſubiungit immediatè Bar.quis ſit effectus,an tempus inſit obligationi,an uerò miſerationis cauſa ſolutioni indulgeatur? vide in hac re propoſita remiſsiones quas tradit Alex.in l.intra dies.ff.de iudic.Adde alium effectum,quia ſi tempus ineſt obligationi, ante litem conteſtatam debet opponi exceptio, ſi uerò executioni poſt ſententiam ſecundum doctrinam Bar.in l.j.C.de iur.& fac.ignor. Tamen cogita quia ẽt illa exceptio temporalis,quæ obſtat obligationi, uidetur poſſe proponi poſt ſententiam ad differendam executionem,vt hic in ſimili caſu habetur apud Aret.colu.25.verſ.dico. Et alia eſt utilitas quia tenetur cauere quòd adueniente die ſoluet, & tamen ſi dies ineſſet obligationi & actioni, cauere non cogeretur niſi cauſa cognita. De qua re uideas tamen Alex.in l.ſi conſtante.§.quoties,in princ.ff.ſol.matr.Item iſto caſu fructus in illo medio tempore percepti reſtituuntur, vt per Bar.in d.§.quoties,col.2.verſ.opp. & tamen ſi dies eſſet ex natura obligatione, ſecus diceretur.l.in fideicommiſſaria.ff.ad trebel.& alium effectum poſuit Alex. in l.diuortio,col.8.ff.ſol. matr. Ad ea uerò,quæ hic in fi.huius col.tradit Bar. circa ſolutionem.l.mulier.§.rerum,, & l.obæs.ff.rer.amot.dicens illud contingere propter delictum mulieris. aduerte quia iſtam ſolutio-

nem posuit Alex.in l.si fortè.§.intus. ff.solu.matr.quamuis non citet Bartolum hic. sed cert
eam est tex.secundum unum intellectum in l.unic.C. si dos const. matr. vbi Bar.affert aliam
stinctionem & solutionem, quam latius prosequitur in §.Lucius.vbi Imol.reprehendit. de q
ibi habetur per Alex.

6 Bar.in ead.l.col.17.in illa quæstione, quando stipulatio, † quæ habet diem certam causa
ferendæ solutionis, committatur quò ad obligationem, quò ad actionem, & quò ad mor
inter cætera inquit, si in stipulatione adijcitur dies ab homine,& deuenit aliquid quod no
transitorium ad hæredes, vt ususfructus,& usus,& tunc ante diem non nasci obligationem
que actionem. & rationem esse ait,quia stipulator posset mori ante,& sic dubium est an
latio possit habere effectum. Aduerte hic quoniam attenta ista ratione Bar. dicendum e
si promitto Stichum ad diem, sequeretur quia Stichus potest decedere, atque ita dubium e
possit ne stipulatio habere effectum an non, obligationem ante diem non nasci: id quod
sum est,igitur uidetur etiam esse falsa ratio Bar.Et dum Bar.subiungit,aut in stipulatione
nit aliquid,quod est transitorium ad hæredes,& eo casu statim committi quò ad obligatio
& actionem. huic documento reluctatur tex.in l.in illa stipulatione,suprà eod.tit.vbi oblig
erat in diem.& tamen dicitur expectandam esse diem actionis. Et dum Bar.hic agit de tuto
7 qui est † pupillo obligatus ex quasi contractu, dicitque eum esse obligatum ante finitam
lam,quamuis actio non oriatur.l.si tutor reipublicæ.ff.de tutel. & ration.distr.& l.iij.ff.rem
pil. salua.for.in §.hanc stipulationem. attende quia mihi uidetur ibi contrarium probari
ibi habetur, finita tutela committi stipulationem, igitur ante non erat orta obligatio. in
subdit exinde diem cedere, id quod indicat diem obligationis uenire.l. cedere diem.ff.de
bor.signific.& de hac re uide quæ pono ad Bar.in d.l.si tutor. Et ad id, quod hic subdit Bal
cens,quando dies inest ex natura rei,statim oriri obligationem, sed non actionem.l.si ita
latus essem abs te, suprà eodem titu. Ex hoc uult Bar.si stipulor domum fieri, immediat
obligationem, sed non actionem. Tu animaduerte quòd cùm illa dies, quæ inest,
terpellet,vt habetur in d.l.si ita stipulatus. probatur hic eodem tempore actionem orir
& in mora constitui, quamuis secus sit in obligatione.l.quoties in diem, suprà eod.
facit, quia etiam dies tacita posita ab homine interpellat eodem tempore, quo
ptio actionis.l.magnam.C.de contrahen. & commit. stipul. Et dum Bar. affert
dictorum dicens, cùm actio oriatur ex obligatione & potestate legis, contrahentes
per adiectionem dici impedire natiuitatem actionis. Aduerte quia per adiectionem
claratur uoluntas partis, ex qua lex debeat impedire ortum actionis, sicut in die
à lege impeditur ortus actionis ex præsumpta mente contrahentium, & uide Ias.in
in fi. principij suprà eodem,vbi tenet quando dies tacitè inest à lege, obligationem
Postea Bar.hic in versic.secundò iuxta, quærit quando committatur stipulatio, quæ
certam. dicitque si dies est incerta quando, sed certa an, vt est dies mortis, & tunc
ri obligationem, & reliqua ut hic per eum. vide Paul.de Castr.in l.pupillus.§. qui
tione.ff.de nouat. vbi tenet ortam esse obligationem sed non actionem. vide eundem
in l.Iulianus uerum debitorem, columna fin.ff. de condi.indebi. vbi concludit, diem
an,& incertam quando, in contractibus esse puram, & in ultimis uoluntatibus esse
nalem, cuius contrarium uult Bar. hic. quamuis ipse de eo nullam faciat mentionem.
Bar.hic in antepenul.colum.versicu.alia est conditio, ait, quandam esse conditionem
riam, quæ habet dependentiam de futuro, ut si moriar promitto centum, & eo casu
utrum faciat aliquam suspensionem? De hac re uide Ias.in l.quodcunque.§. non solùm,
eodem. Quid autem si sub duabus conditionibus contrarijs promitteretur, ut putà si
Asia uenerit,aut non, utrum tunc promissio sit pura an conditionalis? & an
ante euentum soluta an repetatur? vide Bar.in l.Iulianus uerum debitorem.ff. de cond.
columna antepenul. & in l.huiusmodi.ff. quand. di. lega. ced. vbi Bar. agit de d.l.si pupillus
qui sub conditione.ff.de nouat. Quò uerò ad ea, quæ hic ait Bar.in uersic.quartò principa
quæritur

* quæritur, vide Aret. in consi. 72. Supponitur in facto, ubi ex hoc Bartoli documento * communiter approbato ait, eum, qui † promittit se facturum & curaturum, in mora non constitui nisi per interpellationem. quamuis dicat contrarium tradi ab Alex. in l. quod te, in gl. 1. ff. si cert. pet. & ibi Ias. & idem ait Aret. sibi contrarius in l. si ex legati causa, suprà eod. tit. & in consi. 143. Ex facto præsupponitur, col. 4. Feli. in c. ex rescript. de iureiur. de qua re vide Curt. in d. l. quod te, in uersi. secundus casus principalis, & ibi Dec. col. antepen. & dum Bar. in hac. l. propè fin. ex mente gl. ait, in quacunque parte iudicij ius actoris perimatur, sequi debere absolutionem ab instantia. Aduerte quia posset pati reus iudicium de facto procedere. Bar. in l. si Titius, suprà eod. tit. & maximè ad euitandam aliam actionem, ut est hic, scilicet pœnalem, Bar. in l. cùm mota, col. fi. C. de transact. Item actio ab initio competebat. & ex post facto deficit, & reus cum aliena iactura locupletaretur, si minus sit in pœna, cum fit nouatio, igitur iudicium procedit de facto. Item posset contingere, quòd iudici ex actis non constaret: ut putà quia diuerso tempore facta esset principalis & pœnalis. argumento eorum, quæ tradit in l. nam & postea. §. si dãnetur, in 2. notab. ff. si cert. pet.

Summarium in l. decem. ff. de uerb. oblig.

1 *Prius excutiendus est principalis, & postea fideiussor.*
2 *Excussio fieri debet super bonis, quæ non sunt in controuersia.*
3 *Excussio principalis dicitur facta si citationi de eo factæ, & eius defensionibus nemo compareat.*
4 *Priuatio an, & quando præsupponat habitum.*
5 *Bonorum mentium est, ibi culpam timere ubi non est.*
6 *Papa qui ab obiectis criminibus coram concilio se purgauit, & suas attulit excusationes, an fateatur se in huiusmodi re concilio esse subiectum.*
7 *Papa est supremus iudex in ecclesia Dei.*
8 *Iudicium quando pro discretione sumatur.*

Bar. in l. decem. ff. de uerb. oblig.

1 BART. in hac. l. decem, in 1. notab. ait, prius esse excutiendum † principalem, & postea fideiussorem. De materia excussionis uide plenissimè apud Ias. in §. item si quis in fraudem, col. 5. in gl. in voce, possessis, in stit. de action. Et in hac re quæro si excussionis exceptio opponitur creditori agenti contra tertium possessorem, utrum detur aliquod remedium creditori, quo mediante iudicium cœptum sustineatur? & dicas dari, ut per Ant. de Fano in tract. de pignoribus & hypot. in 1. par. octauę par. princ. nu. 46. Item scias excussionem fieri non debere quando bona principalis publicata fuere propter rebellionem. Abb. in consi. 29. in 2. vol. Item excussio † fieri debet super bonis, quæ non sunt in controuersia. Ant. de Fano in d. tract. in 1. par. octauæ par. num. 55. Quid si facta fuit excussio contra fideiussorem, & postea de nouo apparet principalem esse soluendo, utrum creditor iterum excutere compellatur? Dicas quòd non, per tex. sing. in l. fi. in uersi. desijt causa. ff. si cert. pet. de qua re vide Ias. in l. si constante. nu. 223. ff. sol. matr. Quid si principalis de voluntate fideiussorum conueniri non potest, utrum sit excutiendus? dicas eum excuti non debere, secundum gl. sing. in l. nisi. ff. de pact. Item scias, excussionem † principalis dici factam, si citationi de eo factæ & eius defensionibus nemo cõpareat. gl. est sing. & unic. secundum Bal. in l. pe. C. ad trebell. & de hac materia vide omnino Ias. in d. l. si constante. ff. sol. matr. & in l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. & in l. nec quicquam. ff. de offi. proconsul. & in l. filiusfamiliàs. §. diui. ff. de leg. 1. & in l. sciendum. §. 1. ff. qui satisd. cogan. & in l. si ego. ff. si cert. pet. & ad id quod ait Bar. de fideiussore tyranni, qui erat rebellis & non poterat conueniri, ut ad eum deueniri possit ante excussionem ipsius principalis. vide Ias. in d. §. si quis in fraudem, col. 17.

4 Bar. in hac ead. l. agit de illa regula, an & quando priuatio præsupponat habitum. & distinguit, ut hic per eum. De hac re vide Alex. in l. j. col. 2. ff. de oper. nou. nunc. & dum infertur ad eum, qui allegat siue petit absolutionem ab excommunicatione, utrum fateatur se esse excommunicatum? vide Abb. & alios in c. cùm dilectus, de ord. cognit. Ias. in d. l. j. ff. de oper. no. nunc.

& ad

& ad rem facit illa quæstio nunquid solutionem adducens,debitum fateatur ? de qua habetur apud Alex.in consi.183.col.fi.in 6.vol.ubi tenet quòd non. & citat gl.not.in l.Iulianus uerum debitorem.ff.de cond.indeb.quam ibi extollit Bar.in 6.col.versi.oppo. quòd est impossibile, tamen contrarium ait idem Alex.in consi.185.col.pe.in eod.6.vol.vide Feli.in c.cùm uenerabilis,nu.10.cum seq.de except.sed redeundo ad propositam quæstionem,utrum petens absolutionem se excommunicatum esse confiteatur ? gl.in c.venerabilem, in verbo, postulauit, de elect.affirmatiuam partem amplectitur.& idem ibi ait Host.& in c.2.de ord.cognit.sed in utroque loco contrarium tenuit Innoc.& Abb.in d.c.venerabilem.& Archid.in c.pia,de except. sexto cuius opinio tanti est super sexto ut præferenda sit communi aliorum sententiæ secundum Feli.in c.1.nu.104.de const.& Thom.Ferrat.cautel.19.ubi ad hoc citat Dominos de Rota, & multi præterea alij ad hanc sententiam accesserunt. pro quibus facit quoniam aliquando ad
5 cautelam peti solet,& bonorum mentium est ibi culpam † timere ubi culpa non est.c.consilij de obseruat.ieiun.& c.interfecisti,de homicid.sed quia multi contrariam partem senserunt,pro quibus facit,quia uenia præsupponit culpam,l.si ideo. C. de his quib. ut indig. propterea non nulli pro opinionum concordia tradiderunt. aut quis petit solenniter absolutionem in iudicio & eo casu se esse excommunicatum intelligitur confiteri.d.c. venerabilem, & ibi Abb. in pe. col.si autem extra iudicium,& cum aliqua protestatione, uel ex quadam humilitate,& tunc sic
6 cus. & ex ijs omnibus quæ prædicta sunt,inferri potest ad id,de quo fuit aliquando in facti contingentia dubitatum,scilicet,an Papa, † qui ab obiectis criminibus coram Concilio se purgauit,& suas attulit excusationes, fateatur se in huiusmodi re Concilio esse subiectum ? id quod dicendum videretur per text.in c.nos si, in principio 2.q.7.præterea id Symmachi & aliorum pontificum probatur exemplo.§.hinc etiam.17.dist.& c.mandastis,2.q.7. & hoc ratione indetur; nam purgatio coram superiore fieri solet, toto titulo de purg. can. proinde qui coram Concilio sibi obiecta crimina diluit,videtur se eius potestati tanquam superiori subiectum confiteri. In contrarium tamen est ueritas : nam Papa † supremus est iudex in ecclesia Dei
7 se etiam volens non potest Concilij subijcere censuræ, ut diximus in l.est receptum, sanctæ iurisd.omni.iudic.& ideo quamuis nonnulli pontifices aliquando coram Concilio comparuerint excusationes suas ab obiectis criminibus allaturi, dicimus eos non ut se imperio Concilio subijceret,id egisse,sed ut quadam honestate & humilitate ducti uitæ suæ rationem redderent, exemplo Dei,quem quandoque facti sui rationem reddidisse diuina monumenta commemorant,ut Esaiæ 44.& exemplo Iob.31.si contempsi subire iudicium cum seruo tuo &c. Iob.9. ait Dominus,quis ex uobis arguet me de peccato ? sic quoque Io.18.inquit, Si male loquutus sum,testimonium perhibe de malo,&c.hoc enim modo uidemus Christum ipsum obiectamina diluisse,nec propterea sequitur, eos, apud quos eiusmodi excusationes afferebantur, eum ius aut potestatem aliquam habuisse,sed hoc ex perfectione modestię & humilitatis fecisse fuisse docuit tex.in c.testes.2.q.7.id quod de pontificibus quoque,qui aliquando id fecerunt, est uel facile concedendum,nec aliter sentire uidentur canones,qui dictorum pontificum exempla commemorant,ut sentit tex.in d.c.mandastis,ibi, suspicionem fugiens, atque ita iudicium illud fuit potius iudicum inspectionis quàm potestatis. Nec obst.d.c.nos si quia ibi iudicium
8 pro discretione sumitur,ut per Feli.post Io.And.in c.ecclesia sanctæ Mariæ, de const. nô obst. §.hinc etiam 17.dist.immo ibi probatur Papam etiam si uellet, se Concilio subijcere non posse. ibi enim de Papæ Symmachi iudicãdis criminibus agebatur,& ipse suam authoritatem ad eum pertinendo,se eius potestati ultrò subiecerat,& tamen Synodus haud causa fuit in eum ius habere,sed hoc modo arbitrata est. Symmachus Papa & apostolicæ sedis præsul,quantum ad homines respicit sit immunis & liber.perinde ac si dixisset,non sit liber, quia eum nostra sententia liberemus, neque sit immunis, quia eum nostra authoritate absoluamus, sed quia ipse est Papa,ipse est apostolicæ sedis præsul,& nos homines sumus,quibus non licet de eo sententiam ferre qui supra homines est. Hoc igitur pacto quamuis Symmachus se ab obiectis criminibus purgauerit,patres tamen in sententiæ suæ uerbis non hominis innocentiæ, sed dignitatis eccle-

tudini honorem detulerunt. Hoc idem probatur in c.nunc autem.21.dist. ubi Nicolaus Papa probare volens maiores ab inferioribus iudicari non posse,Marcellini & Syxti pontificum adducit exempla. aitque concilia contra eos coacta dixisse,nemini primam sedem iudicare licere,ac eis propterea dictum fuisse, ut se ipsos iudicarent. Attende textum in d. c.nunc autem, cum Syxti exẽplum adducit,sensisse de Concilio,quod Valentiniani Augusti iussu conuenerat, cui quidem Concilio Syxtus à quodam Basso accusatus se sponte subiecerat, ut habetur in d.c. mandastis.2.q.7.& tamen tex.in d.c.nunc autem, expresse testatur, eum à Concilio tanquam ab inferiore iudicari non potuisse,atque ita ipsum Concilium declarasse.sed de ijs hactenus.

Summarium in l.liber homo.§.decem hodie.ff.de uerb.oblig.

Adiectio instantis temporis non differt executionem.

Bar.in l.liber homo.§.decem hodie.ff.de uerb.oblig.

BART. in hac.l.liber homo.§.decem hodie,sic ait in summa. Adiectio† instantis temporis non differt executionem. postea Bar.declarando istum tex.& refellẽdo decisionem illius quæstionis,de iudice,qui dixit parti,hodie eris ad audiendam sententiam,inquit,istam uocem, hodie,hic adiectam uideri ad indicandum tempus, in quo fit promissio, non autem solutio. sed aduerte,quoniam ista declaratio Bartoli uidetur esse contra tex.in l.fi.§.si inter,infrà eod.tit. & in §.loca.inst.eod.tit.ubi habetur,si quis promittit hodie Cartagine soluere,stipulatio irrita est, cum impossibile sit,hodie in d.loco soluere,igitur adiectio,hodie,refertur ad solutionem, non autem ad promissionem; quia eo casu ualeret stipulatio,cuius contrarium sentiunt iura prædicta. ideo cogita solutionem.

Summarium in d.l.liber homo.§.decem mihi.ff.de uerb.oblig.

Si datio refertur ad stipulatorem,obligatio continet certum, si uerò ad alium continet incertum.

Bar.in d.l.liber homo.§.decem mihi.ff.de uerb.oblig.

BART. in ead.l.§.decem mihi,ita inquit in summa. Si datio † refertur ad stipulatorem obligatio continet certum:si uerò ad alium,continet incertum. iste tex. adduci solet,ad probandum,quòd quando aliquis debet dare ipsi stipulatori,dicitur datio: quando autem alij dicitur factum. de qua re vide Iaſ.in l.quod te,col.pe.ff.si cert.pet.ad rem facit.l.stipulatio ista.§.alteri, suprà eod.tit.ibi si ita factum non sit,& tamen datio alteri fieri debebat.

Summarium in l.doli clausula.ff.de uerb.oblig.

Clausula generalis non refertur ad specificata.

Bar.in l.doli clausula.ff.de uerb.oblig.

BART. in hac.l.doli clausula,sic ait in summa,Clausula † generalis non refertur ad specificata. contra regulam huius tex.facit tex.not.in l.si alij.§.rerum.ff.de usufr. quem textum in casu suo singularem esse ait Roma.in sing.246.incip.Lego Titio.& ibi vide addita per Castil. De materia uerò huius.l.vide Imol.in cons.140.Soc.in cons.22.& in cons.63.in 3.volu. & omnino Aret in cons.96.& ad hæc vide Bal.in l.j.C.de legit.hæred.& Soc.in cons.43. in 4.vol. & an & quando generalis dispositio comprehendat ea,de quibus facta fuit prouisio specialis,vide Soc. in cons.300.col.1.ubi not.loquitur.

Summarium in l.ex parte.§.in insulam.ff.de uerb.oblig.

Non sufficit aliquid ciuiliter esse factum.

Bar.in l.ex parte.§.in insulam.ff.de uerb.oblig.

BART. in hac l.ex parte.§.in insulam,dicit,non † sufficere ciuiliter aliquid esse factum. De hac re vide latissimè Ruin. post alios in rep.§.& quid si tantũ,in l.Gallus.ff. de liber.& posthu.

Summarium in l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de uerb.oblig.

Si aliquis donauit alicui fundum hoc pacto ut post certum tempus esset cuiusdam ecclesiæ & iste uult hoc pactum remittere an possit.

Bar.in l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de uerb.oblig.

BART. in hac.l. qui Romæ.§.Flauius,quærit,si aliquis donauit† alicui fundum,hoc pacto, ut post

ut post certum tempus esset cuiusdam ecclesiæ, & iste uult hoc pactum remittere, an possit vide omnino Dec.in cons.58.& Aret.qui subtiliter loquitur in cons.74.col.antepen.& seq.

Summarium in d.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de uerb.oblig.

1 *Qui tenetur sub pœna uni alienare, illo existente in mora potest alienare cui uult.*

Bar.in d.l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de uerb.oblig.

1 BART. in ead.l.§.cohæredes, sic ait in summa. Qui tenetur † sub pœna uni alienare, illo existente in mora potest alienare, cui uult. Et ex hoc ex mente Dyn.infert Bar.prohibitum alienare bona extra familiam, posse uendere extraneo cohæredibus nolentibus emere. Attende quoniam ista decisio, ut arbitror, sustineri non potest, sunt enim diuersi termini huius tex.à decisione proposita; si quidem hic habetur, eum, qui uult uendere, teneri uendere cohæredi: quo casu si cohæres emere non uelit, extraneo uendere non prohibetur: quia hic nulla est prohibitio, qua is uendere non possit, sed solùm si uult uendere, cohæredi uendere compellatur, ut hic necessariò subintelligitur, si cohæres emere uult. quapropter & nolente emere, ille non agit contra pactum si alteri uendit. Alioqui uerò est, quando aliquis prohibitus est extra familiam alienare, atque ita constat eum fauore totius familiæ alienare non posse; nam isto casu non desse non debet denunciatio facta cohęredi. quoniam isto casu etiam illi, qui nondum nati sunt tempore huiusmodi denunciationis habent interesse, & eis pręiudicari non potest, etiam si omnes eorum antecessores huic alienationi expresè consenserint: quia nihilominus reuocare poterunt. l. quoties ab omnibus, & ibi Ias. in 2. limit. C. de fideicommiss. ideo cogita. quamuis hoc idem dixerit Bar. per istum textum in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. etiã in illo casu, in quo præcesserat prohibitio alienandi, ut facta denunciatione cohęredi, & liceat etiam extraneis alienare, & de hac re vide Soc. in cons. 227. col. 3. & in cons. 251. col. 7. vers. aliquando.

Summarium in d.l.qui Romæ.§.Seia.ff.de uerb.oblig.

1 *Non currunt usuræ si creditor est in mora recipiendi.*

Bar.in d.l.qui Romæ.§.Seia.ff.de uerb.oblig.

1 BART. in ead.l.§.Seia, sic ait in summa. Non currunt usuræ † si creditor est in mora recipiendi, postea quærit sufficiat ne semel interpellare, an non? De hac re vide Alex.in d.loco.§.si quis ipsi prætori.ff.de oper.nou.nunc.& Feli.in c.ex literis, col.4.& seq.de consti. qui ponit regulam cum nouem fallent.

Summarium in d.l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uerb.oblig.

1 *An & quando semel decisum in uno iudicio possit in alio iterum obijci.*

2 *Hæres an præsumatur scire contenta in testamento.*

3 *Emphyteosis ecclesiastica qñ est concessa alicui pro se et quibus dederit, transit ad extraneos facultat.*

4 *Quis non præsumitur renunciare iuri quod ignorat.*

Bar.in d.l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uerb.oblig.

BART. in ead.l.§.duo fratres, in 2.colu.vers.quintò opp. tradit an & quando semel decisum † in uno iudicio, possit in alio iterum obijci? vide Dec.in cons.96.& Alex.hic in fi.& Pla. de Castr.in 4.col.& omnino vide Abb.in cons.5.incip.Circa quæstionem uertentem inter.& Feli.in c.causam quæ,col.2.& 3.de testi.Et dum Bar.hic in 3.col.vers.octauò opp. obijcies dicens primam conuentionem uideri nouatam per stipulationem pœnalem, & sic ex ea non agi non posse. Tu circa hanc obiectionem dicas, ex quo pœna committitur uigore sententiæ iniquæ, non esse mirum si non tollit exceptionem; cum dicatur pœna committi de rigore & re speciali. Vel aliter dicas, hanc exceptionem non tolli per pœnalem stipulationem, quia exceptio dicitur esse quodammodo liberatoria, quæ non tollitur per pœnalem, ut trad.in l.scriptum.§.si pacto.ff.de pact.uide tamen solutionem, quam ibi pono, quę magis placet. & alias hic est commissa stipulatio pœnalis, quia contrauenisti, igitur debet nouare præcedentem obligationem siue exceptionem ex transactione mihi competentem, & tamen tex.uult contrarium, quia immo uti possum exceptione, & te repellere. Attende hic quia dici potest, tenetur hunc non reluctari, quoniam hic pœna nõ committitur, quamuis fideicommissum petas, quæ ex

ex eo constat,quia,ut communiter hic aiunt doctores,iniqua fuit sententia, atque ideo petendo,non contrauenio, & non contraueniendo pœna non committitur; & ideo non est mirum si non nouatur exceptio. verum est pœnam committi lata sententia, atque ita non utor exceptione,non tamen dicitur pœna committatur an non, sed tempore quo ego exceptionem oppono,clarum est pœnam non esse commissam,ut prædictum est,igitur non cadit nouatio. Postea Bar.in 5 col.in uers.præterea pro hoc,aduerte dum citat textum in l.Paulo Callimacho.§. 1.ff.de leg.3.aduerte quia ille tex.non uidetur facere ad rem de qua agit Bart. quoniam non fuit conuentum sub pœna non uenire contra diuisionem.item ibi fideicommissum non erat reciprocum. Et dum in ead.col.paulò post quærit Bar. an hæredes † præsumantur scire contenta in testamento,uide Socin. in consi.75.in fi. in primo volumine. Dec.in consi. 267. & in cons. 303.Et dum Bar.in ista.l.tractat, an & quando per diuisionem factam inter aliquos censeatur remissum esse fideicommissum? vide Dec.in consi.79.& in cons.86.col.2.& latè in cons.287. & in consi.495.& Raph.Cumæ.in consi.141.Soc.in consi.31.in 4.vol. & in consi.61.col.5. in 1.vol.& in consi.283.Aret.in consi.92.uel 93.col.pen. Alex.in consi.46.in 1.volu. & omnino Mari.Soc.iuni.in consi.116.nu.32.cum seq.& in consi.128.nu.105.cum seq.Deinde Bar. hic in antepe.col.in versi.octauò quæro,tradit quid sit, quando in instrumento diuisionis dictum fuit quòd unus alterum,& alter alterum facit procuratorem in rem suam? & reliqua ut hic per eum,de hac re vide Alex.in cons.334.in libro primi & secundi vol.& per hoc Bartoli documẽ
3 tum fuit decisum quãdo emphyteosis † ecclesiastica est concessa alicui pro se & quibus dederit,transit ad extraneos successores.c.primo ubi Aluarot.ponit in specie,de feud.non hab.propr.natur.feud.& moder.in l.etiam.ff.sol.matr.& Dec.in consi.171.ut non solùm hoc procedat ex testamento, verùm etiam ab intestato. de qua re vide Curt.in consi.4.post tract.de feud. & dum Bar.in ista quæstione concludit,si alienatio sequatur,emptorem molestari posse, siue fratres diuidentes fuerint scientes,siue ignorantes.citat.l.si fundum per fideicommissum, in principio.ff.de leg.1.sed aduerte quia illa.l.bene probat quando erant scientes,alioqui uerò si erãt ignorantes; quia quis non præsumitur † renunciare iuri quod ignorat, maximè quando pendet à testamento; quo casu nisi habita scientia transigi non potest.l. de his.ff.de transact. cum ijs,quæ ibi posui in lucubrationibus meis. Et ad ea quæ subiungit Bar.in 10. quæst.de duobus fratribus habentibus fundum emphyteoticum, vide Alex.in ḍ. consi.334. in libro primi & secundi vol.Et dum Bar.hic in fi.pen.col.in versi.secundo casu,agit de illo, qui rem sibi obligatã emit,nunquid ex hoc iuri suo renunciasse uideatur?& distinguit, aut res erat obligata sub conditione,aut purè.primo casu non præiudicat sibi siue sciens fuerit,siue ignorans. ad hoc benefacit.l.cui res.ff.de action.empt.& ita ibi tenet Paul.de Cast.quia iuri futuro etiam expressè renunciari non potest. Tamen Aret.hic.d.l.cui res,retorquet in contrarium, in uoce imprudẽs, & ibi gl.& respondet diuinando ibi tempore emptionis conditionem esse purificatam,sed cõtra hanc solutionem tenet ibi Paul. de Cast.dicens, idem esse etiam si non fuisset imprudens. quæ quidẽ expositio magnam uiolentiam continet. & de ista quæstione uide omnino ibi Pau. de Cast.qui limitat sing.non procedere,quando res nõ esset empta iusto pretio,sed potius empta esset conditio,ut indifferenter legatum consequeretur eueniente & non eueniente conditione.& ibi in hac materia posuit pulchram quæstionem, & declarat etiam, quæ sit differentia an res euincatur ab alia persona,an verò ipsa se ipsam euincat.Et dum Bar.hic citat.d.l.cui res, in secundo casu,quando legatum erat purum,aduerte quia illa.l.expressè ponit casum de legato conditionali,non autem puro,ut paulò ante declaratum est.

Summarium in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff.de uerb.oblig.

Qualitas quæ ipsam dispositionem respicit,non intelligitur repetita.

Bar.in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff.de uerb.oblig.

Bart. in hac.l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus,col.pen.uersi.aut talis qualitas,ait,qualita-
1 tem, † quæ ipsam dispositionem respicit,non intelligi repetitam. vide Dec.in c.1.col.13.vers. circa secundum,de iudic.Et dum Bar.in fi.huius.§.quærit,an ille qui sub pœna promisit me nõ offendere,

offendere,cadat in pœnam si fratrem meum offenderet? Adde quid si iste mihi uirginem filiã rapuisset,an pœna committatur? vide Alex.in cons.255.in lib.primi & secundi vol. & quia in huiusmodi promissione latè aliquando egi in alijs lucubrationibus,non insistam.

Summarium in l.si duo rei stipulandi.ff.de uerb.oblig.

1 *In alternatiua obligatione utrunque est in obligatione.quod limita.nu.2.*
3 *In alternatiua in gratijs siue beneficijs an tribuat electionem beneficiato.*
4 *Alternatiua quomodo explicetur.*
5 *Alternatiuarum quatuor sunt species.*

Bar.in l.si duo rei stipulandi.ff.de verb.oblig.

1 BART. in hac.l. si duo rei, in primo notab. colligit ex isto tex. in alternatiua † obligatio utrunque esse in obligatione. Adde tu secus esse in obligatione generis. l. cùm incert.ff. leg.1.l.Mæuius.§.2.ff.de leg.2.quamuis quò ad multa istæ duæ obligationes æquiparentur.l. §.1.in fi.suprà eod.tit.l.cùm is.§.fi.ff.de condit.indeb.ibi tamen ponitur magna quædam differentia,quare in ista utrunque sit in obligatione. & aliam posuit Bar. in d.l.ij.§.1. eod.col.2.uersi.ostendo aliam quoque tradit tex.in l.si unus.§.si stipulat.cum §.seq.ff. de pac. ubi Ias.in ultimo notab.& aliam colligе ex tex.in l.si stipulatus sum Damam,iuncta gl.in uer. continuo,suprà eod.tit.& aliam docuit Aret.in l.ij.§.si tamen hominem,suprà ead.l. Ista ampla regula,qua cauetur,in alternatiuis utrũque esse in obligatione, non procedit quando pro-
2 to,† x.aut mel, quia mel propter incertitudinem non est in obligatione, sed in solutione tùm; ita Bar.in l.si stipulatus fuero.x.in melle,col.1.ff.de solut.ubi teneo contrarium.& etiã quòd utrunque sit in obligatione,infertur sing.decisio tex.in l.si hæreditas.§.si Titius.ff.quib. a quib.& in re proposita attende,quoniam alternatiua operatur electionem esse ipsius debitoris,quando utrunque principaliter est in obligatione, alioqui verò si unum principaliter in obligatione,& aliud est adiectum pro cautione ipsius obligationis: ut puta, promitto dare uel dare pignus, nam eo casu electio est creditoris. ita sing.ait Bar.in l.quamuis,in princ. pignor.actio.& Antonius de Fano in tract.de pignoribus & hypoth. in primo membro 2ę par.nu.7.cuius autem sit electio in pœnis alternatiuis, docuit Dec.in c. inter cæteras. de
3 scrip.& ibi uide etiam Feli. post Abb. ubi habetur an alternatiua † in gratijs siue beneficijs tribuat electionem beneficiato? & ibi latè hĩ materia alternatiuę. Quid si alternatiua obligatio uno tm̃ casu potest operari,utrũ ualeat perinde ac si pro illo tm̃ casu esset expressa? vide Bald. Cuma.in cons.63.Quid de alternatiua posita in libello? vide Innoc. & Abb.in c.cum sit. de restit. in integ. col.6.& Ant.de Butr.in c.dilecto,de testi.& Abb.in c.ex parte,de fur. Quæro quæ sint uoces,quæ significant alternatiuam? Respondeo,vel,seu,siue, aut; ista enim in fauorabilibus copulatiuè exponuntur,alioqui uerò in non fauorabilibus. Bar.in l.si quis gauerit.ff.de aur.& arg.leg.& Abb.in d.c.inter cæteras,uersi.sed pro intellectu,de rescrip.
4 modo † autem explicetur alternatiua,vel,quæ ponitur inter genus & speciem, vide quæ dic. in l.vbi pactum.C.de transact.& si alternatiua,vel,adijcitur aduerbio certi, stat correctiue.l. ut ait lex.ff.de legi.& quandoque ista vox,vel,ponitur pro,&,ut per Abb.in c.qualiter & quando.2.versic. sed quò ad secundum, de accusat. & de natura alternatiuæ vide Ias. in l.si ita scripto.§.si ita scriptum,& in §.si ita legatum.ff.de lega.primo. & in l.qui rem.C.de sacrosanc.eccles. & in l.cum quidam.C.de uerbor.significa.& in l.Gallus.§. quidam rectè.ff. de liber. & posth. & in l.vbi pactum.C.de transact.& de alternatiua quæ cadit inter totum & partem,vide Ias. in l.planè.§.si ita.ff.de leg.1.& ad rem, de qua hic agitur, scilicet in alternatiuis utrunque esse in obligatione,uide eundem Ias.in l. non quocunque.§. cum mihi.ff. de leg.1. Et alternatiuam
5 † quatuor esse species docuit idem Ias.in l.non utique.ff. quod cert.loc. Ad rem uerò, quæ hic ait Bar.de alternatiua posita inter res in quibus cadit affectio, adde affectionem hanc procedere solùm respectu debitoris,cui hoc priuilegium à lege indulgetur, ut possit alium solutem quàm eum,qui minus ualet. huic tamen priuilegio maius onus annectitur,quoniam percipit una specie,cum alia quoque sit in obligatione, non liberatur; ideo debebat alia tantùm re-

se in solutione; quia eo casu liberatus esset per mortem. sicut in simili casu habetur in l.si miles.§.decem.ff.de re iud.non autem inducere ut utrunque sit in obligatione,fauore debitoris, cum sit in eius damnum.sed istam distinctionem Bartoli sequitur Feli.in d.c.inter cæteras, col. 4.vers.aduerte secundò de rescript.

Summarium in l.quod dicitur.ff.de uerb.oblig.

Mater si accepit rem in emphyteosim pro se & filijs suis, an eis quæsitum esse ius uideatur.

Bar.in l.quod dicitur.ff.de uerb.oblig.

BART. in hac.l.quod dicitur,in fi.quærit,si mater † accepit rem in emphyteosim pro se & filijs suis,an eis quæsitũ esse ius uideatur? vide Alex.in l.ex facto.§.si quis rogatus. ff. ad trebell. & in l.stipulatio ista.§.si stipulor,col.fi.supra eod.tit.

Summarium in l. Julianus. §.qui fundum.ff.de uerb.oblig.

Ille qui donat rem causa remunerandi tenetur de euictione.

Bar.in l.Iulianus.§.qui fundum.ff.de uerb.oblig.

BART. in hac l.Iulianus.§.qui fundum,ait,eum qui donat † rem causa remunerandi teneri de euictione. & ita consuluit Alex.in consi.47.Visis instrumentis, col.fi.in 3.volu. & Roma. in consi.310.

Summarium in l.quidam cum filium.ff.de uerb.oblig.

Filius non potest cogi emancipari nisi ex causa.

Bar.in l.quidam cùm filium.ff.de verb.oblig.

BART. in hac.l.quidam cùm filium,ait,filium † non posse cogi emancipari nisi ex causa, & eo casu cogitur filius recipere emancipationem. Ad hoc accedit Bar.& Bald.in l.quamuis. C.de fideicommiss.& in l.utrum,suprà eod.tit.ubi Ang. ponit pulcherrimam causam. & an & quando pater cogi possit ad emancipandum filium,vide Cæpoll.in caut.115.

Summarium in l.Titia quæ.ff.de uerb.oblig.

Si quis promisit se curaturum, & si non fecerit, promisit centum nomine arrharum, ista promissio non ualet.

Bar.in l.Titia quæ.ff.de verb.oblig.

BART. in hac.l.Titia quæ,in principio.col.2.versi.quæro quid si dixit.ait si quis promisit † se curaturum,& si nõ fecerit,promisit centum nomine arrharum,promissionem hanc non ualere; quia in arrhis requiritur traditio. hoc idem ait Ias.in causa matrimonij contrahendi in l. fuit quæstionis,in ultimo notab.ff. de acquir.hæred. atque ita in isto casu promissio & solutio non æquiparantur pœnam.& quia Bart. hic æquiparat pœnam & arrhas, uide an idem sint & vtrum arrharum promissio inualida sit in casibus in quibus pœnę promissio inualida est, apud Ang.in cons.234.reliqua verò quæ ad materiam arrharum pertineat, vide hic per Ias.

Summarium in d.l.Titia quæ.§.idem respondit.j.ff.de uerb.oblig.

In præfationibus quæ dicuntur,in stipulationibus intelliguntur repetita.

Responsio simplex ampliatur & restringitur secundum petitionem.

Bar.in d.l.Titia quæ.§.idem respondet.j.ff.de verb.oblig.

BART. in ead.l.§.idem respondet.j.sic ait in summa,quæ in præfationibus † dicuntur,in stipulationibus repetita intelliguntur. De hac re an posita in præcedentibus,repetita in sequentibus videantur? vide gl.in contrarium.in l.transigere,in verbo,non licet, in princ. C. de transact. ubi uult uerbum,pacisci,positum in præcedẽti,non intelligi repetitum esse in sequenti oratione. & ibi Bar.in col.fi.versi.quæro an pactum ualeat,ex regula huius tex. reprobat illam gl. ibi. Tu amplia regulam hanc multòmagis procedere quando in clausula sequenti ponitur aduersatiua; quia tunc in clausula sequenti quamuis perfectam habeat orationem,tamen propter aduersatiuam clausulæ & qualitatis præcedentis repetitæ intelliguntur, ut not. habetur apud Ias.in d.l.transigere.C.de transact.Alex.in consi.9.col.fi.in 7.vol.& Dec.in consi.561.& Mari. Soc.iuni.in consi.83.Et limita hanc regulam ut per Ias.in d.l.transigere. Adde quod responsio † simplex ampliatur & restringitur secundum petitionem.§.præterea,inst.de inutil.stipulat.

& de

& de hac regula, vide Iaſ. in l. ſi quis cum aliter, ſuprà eod. tit. col. 1. Et dum Bart. hic diſtinguit * an ex interuallo, an incontinenti. iſtam diſtinctionem quamuis ſit * communiter approbata, probat Iaſ. in l. qui in aliena. §. fi. col. 78. verſ. tertiò principaliter. ff. de acqui. hæred.

Summarium in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de uerb. oblig.

1 *Prohibitio alienationis in contractu non impedit translationem dominij licèt contra faciens ad interesse teneatur.*

2 *Pactum de non alienando an extendatur ad alienationem factam eccleſiæ.*

3 *Prohibitio legis uel teſtatoris uel contrahentium de non alienando an impediat inſtitutionem hæredis.*

Bar. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de uerb. oblig.

1 BART. in hac l. ſi ita quis. §. ea lege, ſic ait in ſumma. Prohibitio † alienationis in contractu non impedit translationē dominij, quamuis contrafaciens ad intereſſe teneatur. De hac materia vide omnino Bar. in l. filiusfamilias. §. diui, col. 3. verſi. quæro an per contractum. ff. de leg. & ibi latè Alex. & Iaſ. in 1. lectura, col. 12. verſi. quartò quæritur. & in 2. lectu. col. 18. ver. quæritur, ubi ponit multas rationes diuerſitatis, quare per contractum dominij translatio impediri non poſsit, ſecus autem ſi fiat in ultima uoluntate, & ibi tradit regulam cum fallent. & etiam tradit an in donatione cauſa mortis tranſlatio dominij impediri poſsit, an non? & vide

2 Feli. in c. quæ in eccleſiarum, col. 23. de cōſt. verſi. in quo, ubi tradit an pactum † de non alienando extendatur ad alienationem factam eccleſiæ? & ſicut impedire non poteſt dominij translationem, ita nec hypothecam. Soc. in conſi. 198. col. 3. verſi. reſpondetur, in 1. volu. Adde quod prohibitio alienationis facta ab eo, qui poteſtatem habet legis condendæ, impedit dominij tranſlationem. Opiz. in repet. d. §. Diui. col. 87. in 15. limit. & hoc procedit etiam in inferente à principe. Bal. in l. j. ff. de conſt. princip. & in l. j. C. de hæred. vel action. vend. Ad ea veniens

3 hic tradit Bar. in verſi. procedo ulterius, ubi quærit an prohibitio † legis uel teſtatoris uel contrahentium de non alienando impediat inſtitutionem hæredis, vide latiſsimè Iaſ. in d. §. illi in 1. lectura, quæſt. 7. Bar. col. 15. & in 2. lectura, col. 21. & Ang. in §. fin. inſt. quib. modis infir. & in pulchro caſu vide Soc. in conſi. 251. col. 5. & ſeq. ubi multa dicit ad rem facientia obſtant primo membro hic tradito per Bar. ea, quæ dixit Alex. in l. Titius, col. fin. ff. ad trebel. ubi permiſſus alienare, non poteſt per ultimam uoluntatem. & ad ea quæ hic ſubiunguntur in col. fi. ibi, aut eſt prohibitus hæres legitimus, & reliqua, vide Curtium in conſ. 46. ampliata ſæpe, col. 11. & Paul. de Caſt. in conſ. 115. col. 2. in 1. vol. & ad ea quæ ponit Bar. hic in verſi. per hoc formo, vide Iaſ. in d. §. diui. in 2. lectura, col. 21. verſi. valde not. limit.

Summarium in l. continuus. §. illud inſpiciendum. ff. de uerb. oblig.

1 *Difficultas an impediat exactionem.*

Bar. in l. continuus. §. illud inſpiciendum. ff. de verb. oblig.

BART. in hac l. continuus. §. illud inſpiciendum, col. 2. verſic. prædicta ſunt uera, tradit

1 difficultas † impediat exactionem? & diſtinguit inter difficultatem, quæ eſt in præſtatione ſpeciei, & in præſtatione quantitatis. De ueritate huius concluſionis vide Alex. in l. quod te. ff. si cert. pet. & ibi videas Curt. Et dum Bar. hic in col. fi. opponit contra differentiam, quam facit inter obligationem quantitatis & ſpeciei, de iſto tex. ubi hæc duo æquiparantur: adde quod eandem oppoſitionem facit etiam Alex. in l. quod te, col. pe. in verſi. potuiſſet. ff. ſi cert. pet. & aduerte quia ſolutio Bartoli hic videtur eſſe contra text. Poſtea Barto. in uerſic. habemus videre tertium & quartum, quærit de ijs. Tu verò quæras quid ſit in eo, qui promiſit facturum alienum ſub pœna, utrum faciendo quicquid poteſt excuſetur ab ea? vide per Iaſ. in l. ſtipulatio iſta, in prin. col. 3. verſ. iuxta, ſuprà eod. & circa ea, de quibus hic agit Bar. vide omnino Soc. in conſ. 288. col. 7. & ſeq.

Summarium in d. l. continuus. §. præterea ſciendum. ff. de uerb. oblig.

1 *An quis poſſit unum ex hæredibus contrahendo grauare.*

Bar. in d. l. continuus. §. præterea ſciendum. ff. de uerb. oblig.

1 BART. in ead. l. §. præterea ſciendum, col. fi. verſi. venio ad tertium, quærit an quis † poſſit unum

unum ex hæredibus contrahendo grauare? Ex hoc infertur ratio quare in pluribus hæredibus obligatis ad indiuiduum, uno contrafaciente cõmittatur pœna contra omnes pro hæreditaria portione.l.ij.§.item si in facto, vbi Iaſ.in 5.notab. & in §.Cato.vbi Ruin.in 5.notab.ſuprà eod. Et ea denique ratio eſt,quia defunctus unum tantùm grauare non potuiſſet.

Summarium in l.eum qui certarum. §. cum purè.ff.de uerb.oblig.

An & quando ille qui electionem habet poſſit uariare.
Electionem qui habet à lege,uel ab homine, poteſt quandocunque etiam poſt ſententiam uariare.
Variatio ubicunque à lege permittitur, ſemel tantum licet uariare, & non amplius.
Variare an liceat tempore executionis.
Variatio an & quando fieri poſſit in electionibus.
In iure patronatus an & quando liceat uariare.

Bar.in l.eum qui certarum.§.cum purè.ff.de uerb.oblig.

Bart. in hac l.qui certarum.§.cum purè, tradit an & quando † ille,qui electionem habet, poſsit uariare ? Et dum ait,eum,qui iterum bis eligit,uariare non poſſe. Aduerte quia propterea impediri non debet quin ei liceat uariare,vt per Aret.hic in 2.col.vbi reprobat Bar.qui tenuit,reum,qui bis circa idem conſenſit,uariare non poſſe: igitur eodem modo & actor, & ratio,quæ mouit Bar.hic,qui tenebat eſſe idem in reo,corruit,& propterea,ſi eius documentum
2 eſt falſum in reo,igitur idem eſt in actore. Quapropter poteſt regula tradi, ut qui † electionẽ habet à lege uel ab homine poteſt quandocunque etiam poſt ſententiam uariare, vt hic. Limita niſi electionem habeat cum adiectione huius uerbi, uoluero, quia tunc uariare non poteſt.l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum,ſuprà eodem tit. Præterea limita in actore, qui ſiue à lege ſiue ab homine habeat electionem,& per quæcunque uerba, poſt litem conteſtatam uariare non poteſt.d.l.ſi quis ſtipulatus. & rationem ponit Bar.hic in princip.Et hæc procedunt in contractibus,alioqui uerò in ultimis uoluntatibus: quia tunc nunquam licet uariare.l.ſerui electione, in princ.& ibi omnes.ff.de lega.j. & attende quia ubicunque † permittitur uariatio à lege, ſemel
3 tantùm licet uariare,& non amplius.l.ſi quis iuſiurandum.C.de reb.cred. Item hanc regulam, vt quis poſsit uariare, limita ut colligitur ex tradit. per Bart.hic in uerſ. venio ad aliam. Ad ea uerò quæ hic ſubiungit Bar.in uer.& prædicta ſunt uera, dicens quando unum eſt in obligatione,& aliud in ſolutione,actorem, poſtquàm elegerit,uariare non poſſe.l.ſi pluribus. in fin.ff.de leg.j. Attende iſtam declarationem quam ſequitur Iaſ.in d.l.ſi pluribus.ſed uidetur ueritate carere,quoniam vbi unum eſt in obligatione,& aliud in ſolutione, facultas per ſimplicem electionem non tollitur,ſed tantum per litis conteſtationem ad minus, ut infrà per Bar.hic, igitur iſta declaratio per quam præſupponitur ex ſimplici electione tolli, non eſt bona: niſi fortè intelligas per litis conteſtationem . ſed tunc reluctatur,quia unum erat in obligatione,& aliud in ſolutione ex diſpoſitione legis,ut patet,igitur per litis conteſtationem facultas uariandi non tollitur.l.item ueniunt.§.cum prædiximus.ff.de petit.hæred.& tradit Bar. hic pro ſolutione vide quæ poſui in d.§.cum prædiximus.& dum Bar.hic in verſ.venio ad aliam,agit an etiam tempore † executionis liceat uariare,ſi unum eſt in obligatione,& aliud in ſolutione ? vide Bar. in l. ſi quando.§.1.ff.de leg.3.ubi pono per litis conteſtationem ſuper actione rei iudicatæ tolli uariationem , quare verò non ſit idem quando utrunque eſt in obligatione , cogita . Ad illud verò quod ſubijcit Bar.hic in uerſ.videte alterum, benefacit.l.ſi.§.ſi quis.C.commu. de lega.& Bart. in l.j.col.4.ff.de leg.2.Tamen aduerte,quia duo iura hic per Bar.allata, loquũtur in ultimis uoluntatibus,quo caſu recurre ad diſtinctionem Bar.in d.l.j.colu.3.& 4.nam quæſtio noſtra eſt in contractibus,quo caſu recurrendum eſt ad Bar. in l.ſi quis arbitratu,col.3.verſ. quæro quanto, ſuprà eod.vbi aliter diſtinguit quàm hic: ideo cogita . Et dum Bart. ſubdit tertium remedium eſſe,vt habetur per glo.in l.ſi quando.§.hæres, de leg.j.aduerte , quia ibi unum erat in obligatione, & aliud in ſolutione, hic autem utrunque erat in obligatione, igitur non facit ad rem.
5 Et an & quando † uariatio fieri poſsit in electionibus, Bar.in l.abſenti.ff.de don. Feli.in c.præſentata,de teſti.ver.quid autem.Et an in ſpiritualibus poſsint electores uariare electionem iam

factam? vide Abb.& alios in c.causam quæ, de elect. Item scias eum,qui habet facultatem eligendi ab alio,& non iure proprio, sed alieno,si semel etiam inutiliter elegerit, amplius eligere non potest. Ias.in l.qui per salutem,in secundo notab.ff.de iureiur. Mar.Soci.iuni.in consil. nu.26. Et ad præcedentia vide Io.And.in c.mutare,de reg.iur.in 6.Abb.in c.bonę.2.de elect. ubi aiunt, sæpe uariari posse antequam sit ius quæsitum alteri. Et an & † quando in iure patronatus liceat uariare? vide Abb.in c.cum autem,de iure patron. & de hac re uide Ioan.Cal. consi.15.incip: An laicus,in tit.de iur.patron.& ad rem faciunt trad.per Bal.in auth.habita.ff.lu.12.vers.quæro.C.ne fil.pro patr.& eligentes aliquem ad officium seculare,uariare non posse,tradit Abb.in c.postulationem, de postulat.prælat. Et de materia uariationis uide Ias.in serui electione.ff.de leg.j.& in l.si mihi & tibi,& in l.si ex toto.§.si ita legatum,eod.tit.de leg. & in l.cùm res.ff.eod.tit. Et quid in iudice,vide eundem Ias.in l.quod iussit.ff.de re iudic. Et uariatio admittatur in libello,Ias.in l.si quis.C.de codicil.& uariationem non posse fieri nisi in casibus in quibus permittitur,docuit Ias.in l.quicquid astringendæ. suprà hoc eod.tit.

Summarium in l.cum ex causa.ff.de uerb.oblig.

1 *In causa euictionis si pro parte non defendatur, pœna in solidum committitur.*

Bar.in l.cum ex causa.ff. de uerb.oblig.

1 BART. in hac l.cum ex causa,sic ait in summa. In causa euictionis † si pro parte non defendatur,pœna in solidum committitur. Tu uide Ias.in §.Cato, colu.18.suprà eod.vbi disputat obligatio de indiuidua sit,& ibi Soc.col.2.vers.circa secundam.

Summarium in l. si seruus aut filius.§. pupillus.ff.de uerb.oblig.

1 *Si filius fam.minor est in iudicio,an sufficiat authoritas patris? an debeat dari curator?*

Bar.in l.si seruus aut filiusfamiliàs.§.pupillus.ff.de uerb.oblig.

1 BART. in hac l.si seruus aut filiusfamiliàs.§.pupillus, in fi.ait,si filiusfamiliàs † minor sit iudicio,an sufficiat authoritas patris? an debeat dari curator? vide Angel.de maleficijs.in vers.quæro,in uoce,nec non ad querelam.

Summarium in d.l.si seruus aut filius.§.cum mihi aut Titio.ff.de uerb.oblig.

1 *Si aliud pro alio adiecto soluitur,non contingi liberationem.*

2 *Conditio quæ respicit executionem obligationis non reddit eam conditionalem.*

Bar.in d.l.si seruus aut filius.§.cum mihi aut Titio.ff.de uerb.oblig.

1 BART. in ead.l.§.cùm mihi aut Titio,colligit ex tex.si aliud † pro alio adiecto soluitur non contingi liberationem. idem tenet Ias.in l.ij.§.1.in fi.ff.si cert.pet.& ibi Dec.in fi.ait eum ipso iure non liberari, sed ope exceptionis. cæterùm uidetur, eum neque ope exceptionis liberari; quia positus ad solutionem recipiendam,non potest prorogare, nec aliud facere.l.qui Romæ.§.Callimachus,suprà eodem tit.vbi omnes,nec potest mutare locum. l.iij.§. item Iulianus, suprà de eo quod cert.loc.nec nouare nec delegare.l.cui rectè.ff.de nouat.& fortasse si interesset,principalis posset agere prima actione,ut interesse consequatur, sicut in d.§. item Iulianus, arguendo de loco ad rem. Et uideas glo.in l.obligationum ferè.§.accessio,in uoce soluto,de
2 prà tit.1.et dum hic in fi.ait Bar.conditionem, † quæ respicit executionem obligationis, non reddere eam conditionalem. vide Aret.in l.ij.§.1.suprà eod.& de hoc est text. & ibi glo. in l. ff.de in die.adiect.Bar.in l.j.col.4.ff.de cond.& demonstra. & clarius hoc tradit Alex.in cons. 90.col.3.in 4.uolu.

Summarium in rubr.ff.de duob.reis.

1 *Beneficium excussionis principalis non competit duobus reis.*

Bar. in rubrica.ff.de duobus reis.

1 CIRCA hunc titulum de duobus reis,scias beneficium † excussionis principalis non competere duobus reis,quia ipsi tanquam principales obligantur, vt per Ias.in recollectis ad si constant.

si constante,vers.ultimò inquantum,ibi,ego tamen.ff. solu.matr. & ibi etiam docuit duos reos debendi esse posse in dote,quamuis fideiussores interuenire non possint,toto tit.C.ne fideiuss. dot.dent.atque ita attende differentiam,quæ est inter reos debendi,& fideiussores.

Summarium in l.cum duo.ff.de duob.reis.

Aduerbium,uiol.nter, potest intelligi actiuè & passiuè.

Bar.in l.cum duo.ff.de duob.reis.

BART. in hac l.cum duo,propè fi.dicit,quendam aduocatum,qui uolebat probare,Seiam fuisse cognitam à Titio per uim, fecit articulum,in quo continebatur,Titium uiolenter Seiam cognouisse. & ita quoque testes dixerunt. proinde ipse decidit,istos testes non probare, quia hoc aduerbium,uiolenter, † potest intelligi actiuè & passiuè, vt hic per eum. De ueritate huius decisionis uide Ias.in l.non hoc,colu. 2.C.unde legit. & Dec.in consi. 100.colu. 2. & in c.in præsentia,in 13.notab.col.8.vers.quartò, & colu.9.versi.quintò, de probat.& in c.quia Gu.in princip.de iudic.

Summarium in l.in duobus. §. vbi duo rei.ff.de duob.reis.

In his in quibus electio unius non liberat alium mero iure,uno conuento, posse alterum conueniri.

Bar.in l.in duob.§.vbi duo rei.ff.de duob.reis.

BART. in hac.l.in duobus.§.vbi duo rei,col. 3.in princip.ait, in ijs,in quibus electio unius † non liberat alium mero iure,uno conuento posse alterum conueniri. Dicas tu immo alterum non posse allegare pendentiam litis, nisi ei primo adhæserit,vt per Aret.in consi.33.col.3.quē omnino uideas,& Paul.de Castr.in consi.87.in primo uol.Postea Bar.hic in pen.col.vers.quæro,tradit si tota quantitas ad unum ex correis peruenit,vtrum peti possit, eum esse prius excutiendum? vide Alexan.in l.si cùm dotem.§.transgrediamur,col. 2.ff.sol. matr. & omnino Hippolyt.de Marsilijs in sing.2.incip. Si plures,vbi citat Rom. & Aret. & hoc procedit in duobus non correis, vt per Barb.in consi.43.col.3. & sequ.in secundo uolu. & in isto casu dari debent expensæ necessariæ.l.cùm in plures.§. vestimenta.ff.loca.Angel.in §.duo, insti.de duobus reis. vbi etiam alia traditur declaratio, vt hoc non procedat quando difficile esset alterum conuenire. quæ quidem difficultas arbitrio iudicis est relinquenda. Item limita quando renunciatum esset cuicunque legum auxilio, quia hoc remedium ei non prodesset, alioqui si beneficio fideiussorio tantum esset renunciatum,cum hæc sint diuersa. vide Alex.in consi.33.Cōsultus aliàs, in 4.uol.vbi docuit etiam quid si iuramentum interceßisset.

Summarium in l.nemo est qui nesciat.ff.de duob. reis.

Obligationi operarum potest accedere fideiussor.

Bar.in l.nemo est qui nesciat.ff.de duob.reis.

BART. in hac l.nemo est qui nesciat,sic ait in summa. Obligationi † operarum potest accedere fideiussor,& in ea actiuè & passiuè possunt duo rei constitui. iste tex.ad duci solet ad hoc, scilicèt,factum explicari posse per alium,qui sit eiusdem peritiæ. Limita tamen hoc non procedere in facto negatiuo,secundum Ias.in l.cum filiusfamiliàs.§.1.in 1.notab.suprà, de uerbor. oblig.& ad id quod postea inquit Bar.de consuetudine studij,vide Feli.in c.cùm omnes, colu. 20.de const.& in c.cùm.M.in 4.notab. eod.tit.

Summarium in l.ex duobus reis.ff.de duob.reis.

Disparitas qualitatis,quæ speratur reduci ad concordiam,non impedit constitutionem correorum.

Bar.in l.ex duobus reis.ff.de duob.reis.

BART. in d.l.ex duobus reis, agit de disparitate † qualitatis, quæ speratur reduci ad concordiam,ut non impediat constitutionem correorum. Et ex isto tex.colligitur disparitatem in tempore constitutionem duorum reorum non impedire, & tamen eam impedit diuersitas in substantia.l. si id quod.§.primo. & l.eandem.§.fi.hoc eodem titu.igitur illud sequitur, ut diuersitas in tempore non inducat diuersitatem in substantia. & ita arguendo tenuit Barto. in l.denunciasse.§.quid tamen.ff.de adulter. in prima quæst.& in l.ita stipulatus, in prima oppositio.

ſuprà de uerb.oblig. ſed contrarium & melius tenuit idem Bar.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter, ſuprà
* de uerb.oblig. cum quo * omnes ibi tranſeunt. vbi Iaſ.in 3.notab.

Summarium in l.eandem.ff.de duob.reis.

1 *Impoſſibile eſt ſecundum naturam, ut eadem pecunia perueniat ad plures inſolidum.*

Bar.in l.eandem.ff.de duob.reis.

BART. in hac l.eandem, verſ.tene ergo ſolutionem glo.dum reſpondet ad illud obiectum,
1 ſcilicet, impoſsibile eſſe † ſecundum naturam, ut eadem pecunia perueniat ad plures inſolidi, inquit, fingi pecuniam prouenisſe ad quemlibet pro ſolido. Aret. hic ſolutionem iſtam reſtringit, dicens impoſsibile eſſe in genere & in ſpecie duos eſſe dominos eiuſdem rei. ideo ſaluat in alio caſu, quem reprobat Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore, in 3.quæſt.principali. Bar.ff.de uſucap. vbi ait, quamuis impoſsibile ſit ſimul & ſemel utrunque eſſe dominum, tamen conſiderata perſona utriuſque ſeiunctim, erit poſsibile. prout dicitur de filio adoptiuo. nam conſiderando patrem uerum & fictum erit impoſsibile quem eſſe filium duorum: ſed conſiderando utrunque ex ſe, poſsibile erit habere filium talem, ut ibi per Iaſ. in 56.colu. Ad illud uerò quod hic ait Bar.col.pen.de duobus procuratoribus factis in ſolidum, vide Aret. in conſi.26.col.3.& ſeq. Poſtea agit Bar.de duobus ſocijs exercentibus negociationem ſeparatim, utputa unus Perusij & alius Florentiæ, ut quilibet inſolidum teneatur. cõtra Bartolum, hoc eſt, abſentes in ſolidum non teneri, conſuluit Raph.Cuma.in conſi.8.incip. Duo ſunt ſocij.

Summarium in l.reos.ff.de duob.reis.

1 *Alia eſt adhibenda ſolennitas in fideiuſſione expreſſa, quæ in tacita non requiritur.*
2 *An duo rei ſibi inuicem fideiubere uideantur.*

Bar.in l.reos.ff.de duob. reis.

1 BART. in hac l.reos, in ſecunda oppoſ. aliam ait eſſe adhibendam † ſolennitatem in fideiuſſione expreſſa, quæ in tacita non requiritur. facit ad rem hanc Bartol. in l.ij.C. de pactis
* communiter omnes, & præcipuè Iaſ.in quarto notab. & iſtam ſolutionem Bar. præciſe ſequitur Alex. & moder. in l.v.§.ſtipulatio. & §.ſatis acceptio.ff.de uerbor.oblig. ſed nunquid requiratur ſaltem habilitas, vt ſtipulari potuiſſent, quia nec muti, nec ſurdi, nec infantes eſſent? vide Bar.in l.j.colu.3.ff.ſolu.matrimo. Poſteà Bart.hic in 2.colu.verſic.ſi ergo quæritur ad an
2 duo † correi ſibi inuicem fideiubere uideantur. vide Aret.in conſi.33. col.pen. Et an hanc diſponens de fideiuſſoribus comprehendat correos? vide Alexand.in conſi.41. uiſis quæ ſubtiliter, in quinto uolumine. Bal.in conſi.198. Ad intelligentiam, colu.3. Signor. in conſi.76. col.fi. & Roma.in conſi.114.

Summarium in l. ſi ex duobus. § ſi à Titio pupillo.ff.de duob. reis.

1 *Beneficium quod competit duobus reis an renunciari poſſit.*

Bar.in l.ſi ex duobus.§.ſi à Titio pupillo.ff. de duob.reis.

1 BART. in hac.l.ſi ex duobus.§.ſi à Titio pupillo, quærit, nunquid beneficium, † quod competit duobus reis, renunciari poſsit? dicitque renunciari poſſe. quid uerò huiuſmodi renunciationes operentur, quomodo fieri debeant, & an ſufficiat renunciatio generalis, & quid excludant, vide apud Dec.in conſi.27. & Aret.in conſi.33.col.pen.& fi. vbi ponit an clauſula generalis cum iuramento ſufficiat? et de materia renunciationis legum uide plenè apud Iacobũ Butrigarium in tract.de renunciatione legum.

Summarium in l. ſi id quod.ff.de duob. reis.

1 *Diſparitas rei debitæ uel cauſæ debendi impedit conſtitutionem duorum reorum.*

Bar.in l.ſi id quod.ff.de duob. reis.

1 BART. in hac l.ſi id quod, ſic ait in ſumma. diſparitas † rei debitæ uel cauſæ debendi impedit conſtitutionem duorum reorum. Ad rem hanc uide Ruin. in repet.§.Cato, col.16.verſic. ſecundus, ſuprà tit.1. & Aret.in cõſi.29.col.10.& ſeq. & dum poſtea inquit Bar.hic. ſi tu & ego ſtipulati ſumus centũ noïe dotis, nos tñ propterea nõ eſſe duos reos credendi: quia quãuis res eadem

eadem sit, tamen diuersa est causa, cùm mulier duobus nupta esse non possit. Adde quæ habentur per Bar.in l.fi.in 5.quæst.infrà eod.vbi dicitur,eos non esse correos, quorum uni acquiritur ex facto proprio, & alteri ex legis dispositione.

Summarium in l.ex duobus.ff. de duo.reis.

Solutio facta uni ex correis credendi, an tollat actionem alterius.

Bar.in l.ex duobus.ff.de duob.reis.

BAR. in d.l.ex duobus, col.1. quærit an solutio † facta uni ex correis credendi tollat actionem alterius? quære tu quid de confessione solutionis? & vide Raph.in consi.24.vbi loquitur de tutoribus. Et dum Bar.hic in uers.secundò quæro,agit de acceptilatione facta uni,an prosit alteri, & reliqua. Limita hæc sing.vt per Rapha.Cuma. in d.consi.24.vbi loquitur etiam circa ea,quæ tradit Bar.hic in 6.quæst.

Summarium in l. fi.ff.de duob.reis.

Diuersitas qualitatis circa diem,uel conditionem,ideo irritam reddit stipulationem,quia una est secundum ueritatem, & secundum fictionem.

Filius si acquisiuit obligationem ex causa peculij profectitij, patri acquiritur obligatio,quanquam apud filium remaneat naturalis.

Bar.in l.fi.ff.de duob.reis.

1 BART. in hac l.fi.vers.sed posset dici,ait,diuersitatem† qualitatis circa diem uel conditionem ideo irritam reddere stipulationem,quia una est secundum ueritatem,& secundum fictionem, propterea diuersas non recipit qualitates, alioqui uerò esse in stipulatione duorum reorum; quia sunt plures obligationes rei ueritate inspecta, quamuis una sit in effectu. De hoc argumento uide Ias.in l.j.§.si quis simpliciter,col.2.in 3.notab. vbi hoc attulit argumentum nulla facta mentione Bar.hic. Ad ea uerò,quæ hic ait Bar. in col.fi.vers. quintò quæro,vbi dicit,si fi-
2 lius † acquisiuit obligationem ex causa peculij profectitij,patri acquiri obligationem,quanquã apud filium remaneat naturalis. dicas hoc esse falsum, & contra opinionem eiusdem Barto. &
* communem in l. frater à fratre,col.6.ff.de condi.indeb. vbi traditum est nullam obligationem apud filium residere, sed tantùm in persona patris; atque ita est una dũtaxàt obligatio. ex quo ibi in uers.quæro,infert Bar.duos reos esse non posse,& hoc uidit Aret.hic.

Summarium in l.j.ff.de stipul.seruor.

Monachus cui magis æquiparetur filiofamiliàs,an seruo.

Bar.in l.j.ff.de stipul.seruor.

BART. in hac l.j.in vers.vltimò ad ostendendum, agit de utilitate huius tituli. vide in hac re Ias.in l.cùm fundus.§.seruum tuum imprudens,col.fi.ff. si cert.pet. vbi multas attulit remissiones contra Bartolum hic, & demum fœdere distinctionis ad concordiam omnia redigit. & Ias.in §.actiones,col.3.& sequ.inst. de action. & cui magis æquiparetur † monachus an filiofamiliàs an seruo? vide Bar.in l.j.colu.6.quæst.4. principali.in primo effectu,& ibi Ias.in uers. tertiò principaliter.ff.de uulg.& pupill. & Bald.in tract.de substitutionib. inter numerum 14.& 15. vbi hoc declarat, dicens eum esse magis similem filio quàm seruo. Illud tamen quod disponitur in seruo in l.iij.C.de pact. locum habet in monacho, ut ibi docuit Ias.& seruum monacho æquiparari tradidit idem Ias. in l.interpositas, colu.fi.in ultimo notab. C.de transact.

Summarium in d.l.j. §.communis seruus.ff.de stipul.seruor.

Quod uni ex dominis non acquiritur, alteri quæritur cui insolidum quæri potest.

Bar.in d.l.j.§.communis seruus.ff.de stipul.seru.

BART. in ead l.§.communis seruus, sic ait in summa. quod uni † ex dominis non acquiri-

tur,alteri quæritur,cui in solidum quæri potest. vide quid per istum tex.decidat Abb.in c.quoniam Abbas,col.fi.vers.ego.de offic. deleg.

Summarium in d.l.j.§.cum seruus communis.ff.de stipul.seruor.

1 *Ex interuentu nouæ personæ facilè præsumitur nouatio.*

Bar.in d.l.j.§.cùm seruus communis.ff.de stipul.seru.

BAR. in ead.l.§.cùm seruus communis, in vers.dices tu, ait, dices tu contrariũ quia immo
1 interuentu † nouæ personæ facilius præsumitur nouatio.vide Bar.in l.quod traditur.ff. de sol. & demonstr.quem sequitur Aret.in l.ita stipulatus,col.20.suprà de uerb.oblig.

Summarium in l.seruus communis ipse.ff.de stipul.seruor.

1 *Ille qui est iudex, simul & notarius utrum possit scribere gesta coram se.*

Bar.in l.seruus communis ipse.ff.de stipul.seruor.

1 BART. in hac l.seruus communis, uersi.quæro pono, tradit an ille qui est iudex † & notarius possit scribere gesta coram se? pro declaratione & limitatione vide omnino Dec.in cons. 2.colum.2.& seq.

Summarium in l.item si seruus.§.sed & si cum duos.ff.de stipul.seruor.

1 *Qui stipulatur pluribus dominis, quibus æqualiter quæri potest, inutiliter alternatiuè stipulatur.*
2 *Quando filius stipulatur sibi, & patri, si patri acquiritur, dicitur adiectus obligationi, & ad solutioni.*

Bar.in l.item si seruus.§.sed & si cum duos.ff.de stipul.seruo.

BART. in hac.l. item si seruus.§. sed & si cum duos, cum quatuor legibus seq. hoc dicit
1 summa. Qui stipulatur † pluribus dominis,quibus, æqualiter quæri potest, alternatiuè inuiter stipulatur,secus si sibi primo; quia tunc domini ut adiecti habentur. Attende quia iste leges sunt difficiles intellectu, maximè propter.l. sed si sibi, quæ sibimet contraria esse videtur. dicas igitur quando seruus sibimet stipulatur, aut primo, aut secundo, ualet obligatio ad seruũ certum, sed respectu dominorum obligatio nõ ualet propter incertitud nemo certi debeat.cum igitur isti domini respectu obligationis adiecti esse nõ possint, sunt adiecti respectu solutionis,ita ut eis solui possit: ita sentit tex.in d.l.si in princi. vsque ibi reticulum cur ergo,ibi enim mutatur casus quando dominis alternatiuè seruus stipulatur non opponendo se in stipulatione,& iste tex.eo casu refertur ad.§. & si quum. 2. & tunc stipulatio nihil valet ratione incertitudinis, cui ex dominis acquiri debeat, nec persona serui in stipulatione ponita sit,cuius intuitu obligatio consistat,sicut in primo casu: ita intelligit glo. textum in uoce. ibi in fi.& in uoce, dominis. & sic differentia est,persona serui sit ne posita in obligatione an non. si enim posita est, ualet stipulatio, & domini sunt adiecti in solutione; si uerò non est posita, tunc stipulatio non ualet. & sequitur Bar.hic. quamuis Iaſ.in l.eum qui ita.§.qui tibi,colum.fi. de uerb.oblig.malè intellexerit istum tex.sed cogita,quia primo casu, quando seruus sibi stipu-
2 latur,dicendum uideretur obligationem non ualere: nam quando † filius stipulatur sibi & patri,si patri acquiritur,dicitur adiectus obligationi & filius solutioni.l.Stichum.§. quæsitũ. & ibi Paul.de Cast.ff.de solut.igitur idem dicendum est & in seruo, vt solutioni adiectus esse intelligatur, domini uerò obligationi. quæ tamen stipulatio ualere non potest propter incertitudinem,igitur contra textum infertur. Dicas si dominis quæritur obligatio, seruus habebitur adiectus solutioni, & ita procedit contrarium: si uerò non acquiritur dominis, vt hic, sed acquiritur seruo sicut etiam filiofamiliàs,& eo casu pater & dominus habentur pro adiectis.d. §.quæsitum. Et dum Barto. hic subiungit istas leges esse correctas, dic istam l.corrigi in §. fi. cum; vsque ad l.sed si sibi, cuius finis corrigitur etiam cum.ll.sequen. dum sentiunt stipulationem nullam propter incertitudinem causatam ex alternatiua, lex uerò sed si, corrigitur in eo quod dicitur respectu dominorum obligationem non consistere propter incertitudinem, non autem intuitu personæ serui, cui bene acquiritur, vt hic. Et hanc l.esse correctam tenuit Ec. in l.

in d.l.eum qui ita.§.qui sibi,col.2.in 2.limit. de uerb. obliga. & Paul. de Castr.in d.l.Stichum.§. quæsitum.ff. de solut. & ita credo corrigi.l.si seruus communis ita, infrà eodem tit.

Summarium in l. si seruus communis.ff.de stipul. seruo.

Alternatiua stipulatio inter personas, quibus æqualiter quæri potest, uitiatur.

Bar.in l.si seruus communis.ff.de stipul.seruor.

BAR. in hac l.si seruus communis,sic ait in summa, stipulatio † alternatiua inter personas, quibus æqualiter quæri potest, uitiatur. arbitror hanc l.esse correctam per l.cum quidam. C. de uerb.signifi.& ad rem faciunt trad.per Bar.in l.item si seruus.§.fi. suprà eod.tit.& ibi dixi.

Summarium in l. si seruus communis ita.ff.de stipul. seruor.

Quando propria nomina exprimantur, uocantur domini in uirides, quando uerò appellatiua, uocantur in dominicas.

Bar.in l.si seruus communis ita.ff.de stipul.seruor.

BART. in hac.l.si seruus communis ita,sic ait in summa.Si propria † nomina exprimuntur, uocantur domini in uiriles,si exprimuntur appellatiua, uocantur in dominicas,sed si utrunque exprimitur,in dubio inspicitur quod præcedit.vide Ias.in l.j.§.nunciatio,col. 2.ff.de oper.nou. nunciat.vers.secunda conclusio. Et dum Bar.hic in 2.colu.vers.et ista faciunt ad quæstionem, agit de literis mercatorum, in quibus unus nominatur nomine proprio, & omnes alij nomine appellatiuo,vt puta Titius,& socij, & reliqua.vide Ias.in l.si pater, col. 2.ff.de uulga.& pupill.& in l.fi.col.fi.in 7.limit.C.de impuber.& Dec.in c.pastoralis,in fi.principij. de rescript. vbi ait se ita consuluisse in consi. 132.

Summarium in rubrica.ff.de fideiusso.

Fideiussor quomodo accedat obligationi facti.

Fideiussor condemnatus si non est soluendo potest alienare & satisfacere de bonis principalis debitoris.

Qui diu fuit obligatus pro alio utrum agere possit ut eximatur à dicta obligatione.

Ille dicitur fideiussor idoneus, qui etiam quòd sit inops, tamen solitus est seruare promissa.

Fideiussor qui se obligat pro certa & expressa quantitate respectu sortis, non tenetur pro usuris.

Fideiussor utrum teneatur ad pœnam, quæ augetur debitori non soluenti.

Fideiussor utrum teneatur si principalis agnouit debitum, & interrumpit præscriptionem inchoatam.

Fideiussor, mandator, sponsor, & expromissor in quo differant.

Si fideiussor promisit pro aliquo quòd bene exercebit officium suum, an teneatur pro falsitate ab eo commissa extra officium suum.

Rubrica.ff.de fideiussor.

CIRCA materiam huius tituli uide unam differentiam inter istum titulum,& titulum de duobus reis, quam ibi posui ad Bartolum scilicèt in uno casu posse interuenire reos debendi,quamuis secus sit in fideiussoribus. quomodo autem fideiussor † accedat obligationi facti,vide Bar.in l.si quis pro eo,infrà eod.tit.& an fideiussor possit promittere pecuniam principaliter obligato ad rem,vel ad factum? vide Bar.in l.si ita fideiussorem,& in l. stipulatus es,infrà eod. Ad quid autem teneatur ille, qui promisit pro alio fideiubere, & non fideiusserit,uide l.si quis ab alio,in princip.ff.de re iudic. Adde quòd † fideiussor condemnatus,si non est soluendo, potest alienare & satisfacere de bonis principalis debitoris.l.si procuratorē. §.si ignorantes.& ibi Bar.ff.mand.tradit Feli. in c.si qui testium.nume.9. de testi. vide Paul.de Cast.in auth.si captiui, in fi.C.de episc. & cleric. Item fideiussor dicitur habere mandatum soluendi.l.indebitum.ff.de cond.indeb. Item scias unum, quod est singulare in hac materia,nam fideiussor alicuius, si uult ire ad studium,potest illum cogere, pro quo fideiusserit, ut alium fideiussorem loco sui constituat.Roma.in sing. 100.incip. Quæro à te. Abb.in c.fi. de fideiuss.vbi ait idem esse quando ire uellet ad partes longinquas, vel inimicitiæ interuenerint inter eum &

3 principalem. An autem ille,† qui diu fuit pro alio obligatus, agere posit ut eum exime à facta obligatione? vide Alexan.in apostill.ad Bar.in l.Lucius.ff.mand. An autem fideiussor obligatus pro aliquo contractu liberetur, si alius datur fideiussor? vide Soc.in consi.18.col.5.in 1. uolu. Item fideiussio principaliter fit ad fauorem & commodum debitoris, non autem creditoris, cui promittitur. Quid si fideiussor compareat ornatus uestę, vt idoneus uideatur? vel aliquis talem det in fideiussorem? Dicas contra eos agi posse de dolo malo.glo.est sing. & ibi
4 Bal.in l. si quis affirmauerit.ff.de dol.mal. Scias tamen fideiussorem, † idoneum dici eum, qui etiam si sit inops, tamen solitus est seruare promissa. Iaſ.in auth.iubemus.C. de iudic. & in l. quis stipulatus sit Stichum.§. si quis.ff.de uerbo. obliga. Et quis dicatur idoneus, vide Iaſ.in l. ij.ff.solu.matrimo.& in l.fideiussor.ff.qui satisda.cog. Quid si obligatus dare fideiussorem, cum dederit non idoneum, & creditor illum accepit, utrum is cogi posit à creditore, vt alium idoneum præstet? vide Alexan.in consi.60.in quinto uol.& in consi.34.in 7.uol. Item scias, fideiussorem,† qui se obligat pro certa & expressa quantitate respectu sortis, non teneri pro usuris, alioqui uerò si pro obligatione & actione promitteret. Antonius de Fano in tracta.de pignoribus & hypothec.in quarto membro secundæ par.nu.49. An ille, qui promisit dare fideiussorem, dando pignora liberetur? vide Antonium de Fano in d.tract.in primo membro quæ par.nu.1.cum seq.& Bal.nouel.in tract.de dote in septimo priuilegio.in fi.vbi ait, dationem fideiussoris,& dationem pignoris à pari procedere: & ideo de uno ad aliud argui posse. Vide
6 fideiussor † teneatur ad pœnam, quæ augetur debitori non soluenti? dicas quòd nō; quia hoc non est debitum obligationis.pro qua intercedit, sed contumaciæ. Cæpoll. in caut.126. an fideiussor teneatur pro tempore prorogato debitori? vide Decium in c.de causis, de offic.delega.& in consi.103. vbi ait eum teneri. Sed quid si principalis tempore prorogationis est soluendo,& postea efficitur non soluendo,vtrum isto casu fideiussor teneatur? & eum teneri docuit Soci.in consi.21.col.pen.in primo uol.Feli.in d.c.de causis.& in c.1.nu.4. de iur.& de hac re uide omnino Alexan.in consi.72.in 6.volu.Angel. & alios in l.si unus,§. fin
7 pact.& canonist.in c.constitutis,eodem tit.Vtrum † fideiussor teneat si principalis agnouit debitum,& interrupit præscriptionem inchoatam? vide Ang.in consi.32. Quid si fideiussor iniustè coactus soluere. vtrum agere posit contra principalem? respondeo posse, secundum Abb.in consi.60. in 1.uolu. Quid si quis iurauit se nolle unquam pro alio fideiubere, an teneat hoc iuramentum? Oldr.in consi.90. ait iuramentum ualere, nisi uita illius periclitaretur. sed Feli.in c.si uerò, de iureiur.inquit non ualere quotiescunque charitas exposcere, vt si deberet
8 iuberet. In quo † autem differant fideiussor,mandator, sponsor, & expromissor, vide glo.in authen.de fideiussor.in princip.glo.in l.si uerò non remunerandi. §. post creditam.ff. mand.& in l.Stichum.§.aliquando.ff.de solut.& aliquid per glo.& Bal.in rubr.C.de fideiuss. Anch.& Imol.
9 & alios in rubrica.extra de fideiuss. Quid si fideiussor † promisit pro aliquo,& quòd beneficium cebit officium suum,an teneatur pro falsitate ab eo commissa extra suum officium? resp. quod non secundum Feli.in c.cùm ordinem,col.fi.de rescript. Item scias fideiussorem ad pias causas nudo pacto obligari. Feli.in c.1.ver.octaua declaratio,de pact.Quot uerò sint beneficia & priuilegia fideiussoris,tradit Abb.in c.peruenit,in glo.prima.de fideiussor.

Summarium in l.j.ff.de fideiussoribus.

1 *Ciuili obligationi utrum accedat fideiussor.*

Bar.in l.j.ff. de fideiussor.

1 Bart. in hac l.j.quærit an obligationi † ciuili posit accedere fideiussor? & distinguit, et hic per eum. Tu de hac distinctione uide Iaſ.in §. in personam,colu.8.instit.de action. Et dicit Bar.in hac l.col.fi.distinguit, aut quis tenetur satisdare iure actionis,& tunc dando non idoneos facultatibus liberatur à prima obligatione, & tenetur ad interesse. Aut tenetur officio iudicis & reliqua. vide circa istam distinctionem Aret.in consi.133.& ad materiam huius l.vide Abb. in rubr.de fideiussor.

Sum-

Summarium in l. Græcè. ff. de fideiuss.

Fideiussor de iudicio sisti non tenetur post sententiam.

Bar. in l. Græcè. ff. de fideiussor.

BART. in hac l. Græcè, in principio ait fideiussorem † de iudicio sisti, non teneri post sentẽtiam. vide Feli. in c. in causa, col. 2. de testi.

Summarium in d. l. Græcè. §. & post. ff. de fideiuss.

Fideiussor de iudicio sisti, non tenetur post sententiam.

Bar. in d. l. Græcè. §. & post. ff. de fideiuss.

BART. in ead. l. §. & post, ait, fideiussorem † de iudicio sisti, non teneri post sententiam, vide Feli. in c. in causa, col. 2. de testi.

Summarium in d. l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuss.

Fideiussor non tenetur in plus, quàm reus principalis, sed minus.

Vile per inutile non utiatur.

Bar. in d. l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuss.

BART. in ead. l. §. illud commune, ait, fideiussorem † non teneri in grauiorem causam quam reus principalis, sed in leuiorem. ad rem hanc facit gl. in c. & si Christus, de iureiur. Circa istum textum ex quo colligitur, fideiussorem obligari posse in diem vel sub conditione pro principali obligato purè, aduerte quia hoc videtur reluctari, scilicèt obligationem in diem uel sub conditione differre in substantia & qualitate à prædicta obligatione. l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. igitur ualere non debet. vide pro solutione & declaratione huius obiectionis Ias. in d. §. si quis simpliciter, col. 2. in 3. notab. Et dum Bar. paulò post respondet ad illud contrariũ,
2 scilicèt utile pro inutile † non uitiari. & inter cætera inquit, isto tex. obligationem esse indiuiduam ratione formæ, istam solutionem, ex qua infertur limitatio ad l. primam. §. si stipulatus. ff. de verb. oblig. quia isto casu in maiori summa non inest minor, sequitur Alex. ibi in 1. colu. ubi Ias. col. 4. in 6. fallent. Et an & quando utile per inutile non uitietur, vide Soc. in consi. 307. in 1. vol. Doct. & præcipuè Ias. in d. l. j. §. pen. de uerb. oblig. & de hac re vide pulchra argumenta ad utranque partem apud Laurentium de Rodulphis in tract. de usuris, quæst. 135. & Felin. in c. cùm super. de offic. deleg. Et dum Bar. hic in uersi. aut loquimur in indiuiduis & non separabilibus, capit indiuiduũ & inseparabile pro eodem, aduerte quoniam differunt hæc ut per Ias. in l. stipulationes non diuiduntur. col. 17. versi. secundò. ff. de verb. oblig.

Summarium in d. l. Græcè. §. si quis Stichum. ff. de fideiuss.

Alternatiuæ obligationi non accedit fideiussor.

Bar. in d. l. Græcè. §. si quis Stichum. ff. de fideiuss.

BART. in ead. l. §. si quis Stichum, sic ait in summa. Alternatiuæ † obligationi fideiussor accedere non potest. circa istum tex. ex quo colligitur, fideiussorem in aliam causam intercedere non posse. vide quæ posui suprà in §. præcedẽti, in princ. Præterea iste tex. videtur velle, si principalis tenetur dare Stichum, fideiussorem, non posse obligari se ad interesse, cõtra. l. stipulatus es opus, infrà eod. sed ibi loquitur in obligatione facti, hic verò dationis, ut per Ias. in l. cùm filiusfamiliàs. §. 1. ff. de verb. oblig. ubi vide Bar. & alios, qui tradunt, quomodo fideiussor possit accedere obligationi facti, ita ut non dicatur esse res diuersa.

Summarium in l. si dubitet. §. ita demum. ff. de fideiuss.

Fideiussor, qui negat se esse fideiussorem, amittit beneficium diuisionis, quod cõpetit pluribus fideiussorib.

Bar. in l. si dubitet. §. ita demum. ff. de fideiuss.

BART. in hac. l. si dubitet. §. ita demum, ait, fideiussorem, † qui negat se esse fideiussorem, amittere beneficium diuisionis quod competit pluribus fideiussoribus. vide in hac re Ias. in l. sicut autem. §. quod autem. ff. de re iudic. Et dum Bar. hic in fin. ait, eum, qui negat narrata pro ut narrantur esse uera, non propterea negare se esse fideiussorem. vide Decium in c. cæterum, col. pen. versi. & prædicta, de iudic.

Summa-

De fideiussoribus.

Summarium in l.si stipulatus esses à me.§.si ex duobus ff.de fideiuss.

1 *Pactum unius fideiussoris non præiudicat creditori contra alium fideiussorem agenti.*

Bar.in l.si stipulatus esses à me.§.si ex duobus.ff.de fideiuss.

1 BART. in l.si stipulatus.§.si ex duobus, ait in summa,pactum † unius ex fideiussoribus non præiudicare creditori contra alium fideiussorem agenti. & reliqua prosequere,ut hic per Bartolum. Attende tamen quoniam eius dicta non procedunt in vxore, quæ renunciat hypothecæ,quam habet in bonis mariti: nam ea non obst. poterit agere ad alia,ut * communiter adnot.in l.iubemus.C.ad uelleian.quamuis alioqui distinguant,an prius alienata sit res,cui vxor consensit,an postea,& hoc est ibi speciale. Et generaliter de materia eius, qui renunciauit, an excludatur à beneficio cedendarum, vide Bal.in consi. 109.& in consi. 189.in 3.volu Socin. consi.200.Roma.in consi.472.& Dec.in consi.27.ubi tradit quomodo intelligatur esse renunciatum beneficio cedendarum. & cogita circa id,quod de muliere prædiximus,quia immo videtur esse debere omnibus commune,propter illam rationem generalem, quòd possessor non contraxit intuitu huius iuris,& ita firmat Bal. in d.consi.109.& in d.cõsi.189.ubi limitat nisi dolo fieret huiusmodi renunciatio in præiudicium possessoris. & in hac materia videas semper Antonium de Fano in tract. de pignoribus & hypothec. Ad ea verò quæ hic subiungit Bar. versi.& ideo pro declaratione,vide omnino Soc.in d.consi.200.ex cuius dictis multæ limitationes colligi possunt. & Roma.in d.consi.472.incip.Quod quæritur. Et dum subijcit Bar.rationem esse,quia uidentur fideiubere ratione mutui periculi.Dicas rationem istam cessare in duobus reis; quia unus potest agere contra alterum sine cessione, ut inquit Bart. in l.Modestinus, col.4.in 4.quæst.infrà de solut.

Summarium in l.fideiussor obligari.§.cum fideiussor.ff.de fideiuss.

1 *Fideiussoris obligatio concepta,si reus principalis non soluerit,ex mora rei principalis, uel ex eius morte committitur.*

Bar.in l.fideiussor obligari.§.cùm fideiussor.ff.de fideiuss.

1 BART. in hac l.fideiussor.§. cùm fideiussor, ait, fideiussoris † obligationem committi reus principalis non soluerit, ex mora rei principalis uel ex eius morte committi. Circa tex.vide Bar.in l.ita stipulatus,col.10.in quinta par.in tertia oppositione.ff. de uerb.oblig.& ibi omnino Alex.in 14.col.uersi.in ea,ubi multa docuit ad rem hanc facientia. Item aduerte,quoniam dispositio pendens,qua reus principalis erat obligatus, operatur, ut quamuis iste secundus promiserit sub conditione,tamen extat cum primum interpellatus principalis soluit,& exponitur,si fuerit in mora dandi,ut hic per Paul.de Castr.ita ut statim pœna committatur,& non expectetur casus in quo conditio desinat posse existere,secundum.l.ita stipulatus.ff.de uerb.oblig.licèt si non præcessisset illa dispositio,ut puta quia dixisset, si Titius non dederit fundum,promitto.x.isto casu interpellatio non faceret, ut statim pœna committeretur, sed expectaretur casus in quo conditio desinat posse contingere.d.l. ita stipulatus. & sic operatur perinde ac si dispositio & conditio esset in una & eadem persona.Tu verò aduerte, quando dispositio & conditio sunt in eadem persona,hæres habet facultatem implendi,immo non committitur pœna nisi interpelletur.tamen hic secus est;quia hæres implere non potest,etiam si defunctus nunquam fuisset interpellatus. cogita rationem differentiæ inter istos casus.

Summarium in l.hæres à debitore.§.cum fideiussor.ff.de fideiuss.

1 *Successio quando uim habeat solutionis.*

Bar.in l.hæres à debitore.§.cùm fideiussor.ff.de fideiuss.

1 BART. in hac.l.hæres.§.cum fideiussor,in fi.tradit quando successio † habeat uim solutionis,scilicèt quando creditor successit uni correorum. vide Ias.in l.si is qui pro emptore. col.2. ff.de usucap.ubi loquitur de intellectu huius.l.

Summarium in l.Lucius.ff.de fideiuss.

1 *Latori literarum credendum est.*

Bar.in l.Lucius.ff.de fideiuss.

BART. in hac.l.Lucius,in fi.ait credendum † esse latori literarum, quia fides huiusmodi ab utraque parte est approbata. ad hoc accedit Ias.in l.j.§.fi.col.4.ff.de verb.oblig. & Felin. in c. proposuisti.col.3.vers.secundò fallit,de probat.

Summarium in l.Marcellus.ff.de fideiuss.

Fideiussor interuenire potest pro eo,qui nulla actione tenetur.

Bar.in l.Marcellus.ff.de fideiuss.

BAR. in hac l.Marcellus,col.2.ver.quæro quid,ait,fideiussorem † interuenire posse pro eo, qui ulla actione tenetur,sed exigi potest officio iudicis. Hoc idem sequitur Ange. in §.1. versi. ex quo nota,inst.de fideiuss.idem uoluit Bar.in l.si finita.§.Iulianus,col.fi.versi. item dubium.ff. de damn.infect. ubi ex hoc infert, eodem modo pignus prætorium posse constitui. accedit Paul.de Cast.in l.j.§.si quis ita,& ibi Aret. in ultimo notab.ff. de verb. oblig. & dum Bar. citat ad prædicta tex.in l.pecuniæ uerbum.§.fi.ff.de uerbor.signif.vide Ias.in l.centum Capuæ. col. 5.ff.de eo quod cert.loc.Et dum Bar.hic in col.fi.ait,auth.præsente.C.de fideiuss.debere intelligi quando principalis de iure uel de facto discuti potest. vide Ias.in l.fi. in princ. col.fin.versi. aduerte.ff.si cert.pet.

Summarium in l si plures.ff.de fideiuss.

Qui condemnatus est in una parte non uidetur absolutus in alia.

Bar.in l.si plures.ff.de fideiuss.

BART. in hac.l.si plures,in fi.opponit dicens,condemnatum † in parte,non videri absolutum in alia parte. sed respondet hoc ideo esse, quia contra aliam partem opposita erat exceptio peremptoria. Hoc documentū Bartoli putat esse sing. Aret.in l.j.§.si stipulanti.col.3.vers. adde.ff.de verb.oblig.ad probandum ex actis colligi posse absolutionem in alia parte, quando in una fuit condemnatus.

Bar.in l.si contendat.ff.de fideiuss.

BART. in hac.l.si contendat,ait,istam.l.habere unam gl.sing.ad istum tex.iunctis hic traditis per Bar.vide Soc.in cons.94.in 3.vol.

Summarium in l.si eum hominem.ff.de fideiuss.

Instantia iudicij utrum transeat in fideicommissarium.

Bar.in l.si eum hominem.ff.de fideiuss.

BART. in hac.l.si eum hominem,col.2.versi.quæro an transeat,tradit an † instantia iudicij transeat in fideicommissarium? aitque eam,quæ erat incepta cum defuncto,transire, sed quid in clerico succedente alicui seculari? vide gl.in c.clericum nullus.11.quæst.1.& Abb.in c.quia Gu.in fi.de iudic.

Summarium in l.hi qui accessionis.ff.de fideiuss.

Si principalis est obligatus simpliciter, fideiussor uerò promisit pœnam,utrum teneatur.

Bar.in l.hi qui accesionis.ff.de fideiuss.

BART. in hac.l.hi qui,col.fi.quærit,si principalis † est obligatus simpliciter, fideiussor verò promisit pœnam,an teneatur? vide Ias.in l.centum Capuæ,col.4.ff.de eo quod cert.loc.

Summarium in l.si ita fideiussorem.ff.de fideiuss.

Si principalis promisit decem corbes frumenti, fideiussor uerò æstimationem,utrum teneatur.

Bar.in l.si ita fideiussorem.ff.de fideiuss.

BART. in hac l.si ita,quærit,si principalis † promisit.x.corbes frumēti,fideiussor verò estimationem,an teneatur? vide Bar.in l.stipulationes non diuiduntur,colu.2.vers. præterea.ff.de verb.oblig.& Ias.in l.non amplius.§.fi.col.2.ff.de leg.1.

Summarium in l. stipulatus es.ff.de fideiuss.

Si quis emit domum,& fuit euicta ab eo qui fuit etiam aduocatus in causa, utrum possit petere mercedem suam in expensis litis.

Bar.

De fideiussoribus.

Bar. in l. stipulatus es. ff. de fideiuss.

1 BART. in hac.l.stipulatus es,quærit, si quis emit domũ, † & fuit euicta ab eo,qui fuit ei aduocatus in causa,utrum possit petere suam mercedem in expensis litis? vide Ias.in l. properandum.§.sin autem alterutra,colu.6.versi.adde etiam quod si.C.de iudic. ubi sequitur Bart. hic,scilicèt,si petit hoc tanquam damnum passum,quia nõ potuit alias causas agere,& potest, secus si petat ex labore.

Summarium in l.cum lex.ff.de fideiuss.

1 *Nemo alteri de præsenti stipulari potest, secus in futurum.*

Bar. in l. cùm lex. ff. de fideiuss.

1 BART. in hac l.cùm lex,col.pen.in versi.non obstat.§.alteri,ait neminem † alteri stipulari posse de præsenti,secus in futurum.sed hanc distinctionem inter uerbi præsentis uel futuri temporis confutat Ias.in l.Gallus,in principio.col.5.ff.de lib.& posthum.& videas Angel.& Imol. qui opponunt de d.l.j.in princ.iuncto.§.si quis ita,de verb.oblig.& respondent ibi limitari hoc Bartoli documentum,quando actus peccaret in forma.& ita loquuntur adducta in contrarium alioqui verò si peccaret in materia; & ita loquitur Bar.hic. sed contra istam distinctionem dicit.l.obligari,in principio.ff.de action.ubi est defectus in forma, quia deest authoritas tutoris, qui pro froma exigitur.l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acquir.hæred. & tamen ibi obligatur naturaliter,quamuis dicatur,non potest.Aliter igitur respondendum est ad d.l.primam in fin.§.si quis ita,scilicèt,immo ibi naturalem obligationem regulariter oriri,sed illud ideo ibi dicitur,quoniam constabat partes uelle omnino stipulari, sed in dubio secus esset, quia, ut dixi, oritur naturalis. atque ita est defectus uoluntatis partium. Ad ea verò quæ ait Bar. hic in versi. tertiò dixi lex. aduerte quoniã contractus facti contra legẽ sunt inutiles.l.non dubiũ.C.de legi.

Summarium in l.inter eos.§.bonis damnati.ff.de fideiuss.

1 *Fiscus utrum habeatur loco hæredis extranei.*

2 *In publicatione bonorum non ueniunt ea quæ ex testatoris dispositione alienari non possunt.*

Bar. in l. inter eos. §. bonis damnati. ff. de fideiuss.

1 BART. in hac.l.inter eos.§.bonis damnati, tradit an fiscus † loco hæredis extranei habeatur? De hac re dicas regulam esse,fiscum haberi loco hæredis extranei, & in eum transmitti nisi ea,quæ ad huiusmodi hæredes transmitti possunt.l.iura libertorum. & ibi Bart.de iur. patron.l.eorum.& ibi Ang.ff.ad leg.Iul.maiest.Bar.& alij in l.j.C.de bon.liber. Bar.in l.cum quæstionem.ff.de interd.& releg.Soc.in consi.121.col.4.in 4.vol.Et ideo dubitari solet,nunquid in publicatione bonorum ius patronatus delinquentis contineatur? de qua re agit Rochus de Curte in
2 tract.de iure patronatus,propè fi.hinc etiam est,quòd in publicatione † bonorum non ueniunt ea,quæ iudicio testatoris extra familiam alienari non possunt.l.imperator, ubi Bar.ff.de his qui commiss.liber.Alex.plenè in consi.23.in 1.vol.& latè habetur per doct.in l.filiusfamilias.§.sibi.ff.de lega.1.vide etiam ad præcedentia Bart.in l.fin.in fine principij.ff.si cert.peta.ubi notat scum,qui alicui successit propter delictum,non teneri,sed tantùm fideiussorem. de qua re inquitur ibi Ias.in col.fi.

Summarium in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.

1 *Iuramentum non est modus inducendi obligationem ingenuo.*

2 *Inter patrem,& filium prohibetur donatio.*

3 *Iuramentum,utrum confirmet contractus celebratos, sine solennitate à lege requisita.*

4 *Iurans contra ueritatem in quo agitur de periculo sanguinis ipsius,utrum efficiatur periurus.*

5 *Deferens iuramentum uerisimiliter deieraturo,est plusquam homicida.*

6 *Iurans omnia contenta in contractu esse uera,utrum possit allegare falsa esse in contractu apposita.*

7 *In primitiua ecclesia quomodo sumebatur iuramentum.*

8 *Illud quod inducit peccatum,dicitur esse contra bonos mores.*

9 *Maritus dotalem fundum alienare prohibetur.*

10 *Donatio inter uirum & uxorem utrum iuramento firmetur.*
11 *Donatio inter patrem & filium iuramento firmatur.*

Bar.in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.

BART. in hac.l. si quis pro eo, sic ait in summa. Iuramentum † non est modus inducendi obligationem ingenuo: & ideo ei fideiussor accedere non potest. & quia Bar. hic ponit materiam iuramenti,aduerte quia statutum de iure ciuili potest remittere iuramentum & reprobare secundum Ias.in l.non dubium, col.5. in 5.notab. C.de legi. & in hoc dicitur habere uim apostolicam,secundum gl.sing.in l.adigere.§.fi.in uerbo,remittitur.ff.de iur.patron.& multos effectus quos operatur iuramentum posuit Ias.in §.item si quis postulante. col.1.& seq.inst. de action.sciasque iustam causam excusare ab obseruatione iuramenti.c. significante, de pignor. Item limita omnes casus hic enarratos per Bartolum in quibus contractus reprobatus confirmatur iuramento,procedere tantùm quãdo contractus est reprobatus de iure speciali, alioqui uerò si de iure communi reijceretur: quia tunc iuramento confirmari non posset. ita not. inquit Ias.in auth.sacramenta puberum,col.8.versi. Tu responde.C.si aduer.uendit. Quid autem si contractus fieri non potest ratione filiationis,& patriæ potestatis? ut puta inter † patrem & filium donatio prohibetur,vide Ias.in l.frater à fratre, col.fin.in 7.limit.ff. de cond.indeb.scias etiam iuramentum appositum in aliquo contractu recipere omnes conditiones, limitationes, & subauditiones, quas habet ille contractus cui adijcitur. Abb.& alij in c.quemadmodnm,de iureiur.Item iuramentum constituit in mora absque ulla interpellatione secundum * communem doct.sententiam. quamuis limitetur hoc non habere locum quando tempore contractus interponeretur; quia tunc noua interpellatione opus est,ne uno & eodẽ tempore quis obligetur,& in mora constituatur. Bar. in l. eum qui.§. si iurauero.ff.de iureiur. & Marcus Antonius Bauerius in tract.de mora,in 2.par.nu.21 attende etiam & non obliuiscaris,quia iurantes fidelitatem alicui iniusto occupatori,non tenentur illud iuramentum seruare,& unus dominus poterit dictos subditos liberare etiam cum strage hominum tam de iure canonico quàm ciuili, ut latè & not.traditum est in consi.12.col.23.& seq.inter consilia Albert.Bruni. Et utrum iusiurãdum † confirmet contractus celebratos sine solennitate à lege requisita? vide argumenta ad utrãque partem,& solutiones,apud Abb.in sua 2.quæst.incip. Stante statuto condito in Italia. Vtrum iuramentum susceptum ab aliqua uniuersitate, ut puta à dominio Venetorum obliget ad periurium succedentes in eadẽ uniuersitate si contraueniunt? Bartolus Brixien.in suo tract. quæstionum dominicalium,in 38.quæst.ait eos teneri ad seruanda ea,quæ sui præcessores promiserunt, non tamen esse periuros si contraueniunt. Quid si aliquis † iurat contra ueritatem in casu,in quo agitur de periculo sanguinis ipsius, utrum periurus efficiatur? & eum non esse periurum, dicit Alex.fuisse consultum à multis peritis iureconsultis,in addit. ad Bar. in l.j. ff.de bon.eor.qui ante sent.sibi mor.consciu.quem sequitur Paulus Grillandus in tract. de relaxatione carceratorum,in titulo de fuga carcerati,quæst.1.num.9.Ex ijs fortè inferri possit, si maritus habens suspectam uxorem de adulterio,ei de hac re iuramentum deferat,& ipsa timẽs mortem si uel fateatur,uel iuramentum nolit suscipere,ut iurando non efficiatur periura. Tamen hoc affirmare non audeo. Sic quoque possit inferri, quando aliquis contraxit matrimonium cum aliqua muliere,& postea quædam alia dicit hunc virum prius cum ea matrimonium contraxisse,& quia nõ habet probationes sufficientes,offert se paratam stare iuramento ipsius viri; vtrum iurare teneatur,& iurando efficiatur periurus? quia si constaret hunc duas uxores duxisse,corporaliter puniretur. Tamen isto casu credo iudicem debere abstinere à delatione huiusmodi iuramenti,in qua timore pœnæ ille uerisimiliter esset periurus. Abb.in c. clericos, de cohab.cleric.& muli.& † iuramentum deferens verisimiliter deieraturo est plusquam homicida. Feli.in c.apostolicæ, versi. & est plusquam homicida. de except. An iuramentum de non loquendo cum aliquo,vel de non subueniendo ei,arctet iurantem? an verò absque aliqua absolutione possit contrauenire? vide Feli.in c.cùm quidã. nu.16.de iureiur.Scias quoque iuramentum uergens in deteriorem statum,ut puta,si quis iurasset non acceptare dignitates ecclesiasticas,

cleſiaſticas,quando eſt idoneus,non ualere. idem ſi quis iuraſſet ſe nolle loqui alicui prorsus, vel nolle ingredi domum eius,vel nolle pro aliquo fideiubere,etiam ſi charitas id expoſceret.

6 Feli.in c.ſi uerò,de iureiur. Quid ſi quis iurauit † oĩa cõtenta in contractu aliquo eſſe uera? poſsit allegare falſa eſſe in contractu appoſita? Alex.in conſi.131.in 1.vol.Item ſcias iuramentum habere hanc uim,ut ſi partes iurauerunt ſtare contractui, ſeu ijs,quæ ab arbitris laudabitur,& aliqua pars contraueniat,ipſa efficitur periura,& ad omnia promiſſa tenetur,altera vero pars ab omnibus promiſsis liberatur. per l. ſi quis maior. C.de tranſact. quæ l. habet locum quocunque contractu,& ſi hoc dictum diligenter adnotabitur,multoties honorem facies,quia Io.Baptiſta Caccialupus in tract. de tranſactionibus quæſt.15. & quoniam longum eſſet adnotare omnes effectus iuramenti recenſere,vide pleniſsimè de hac re apud Marcum Antonium Bal-

7 rium in tract.de virtute iuramenti. Quomodo † autem iuramentum in primitiua eccleſia meretur,trad.gl.in c.& ſi Chriſtus.de iureiur. & de ijs hactenus. Ad ea verò quæ hic trad. Bal. in 1.col.verſi.extra gl.vide Iaſ.in d.auth.ſacramenta puberum,col.2.verſi.præclara.Poſtea Bal. hic in 2.col.verſi.primò dixi, ait contractum quandoque reprobari,quia contra bonos mores & reliqua ut hic per eum. Attende tu quia ubi iuramentum confirmat contractum, uel ubi iuramentum eſt ſeruandum,tollitur etiam reſtitutio in integrum.d. auth. ſacramenta puberum & aduerte quia licèt iſti caſus hic enumerati per Bartolum ſcilicet de futura ſucceſsione,de uendenda facultate teſtandi,& contrahendi matrimonium,ſint contra bonos mores, quòd ibi dicitur ultimi caſus quamuis ſint contra bonos mores de iure ciuili,tamen tales non ſunt de iure pro-

8 tificio; quoniam hoc iure illud dumtaxàt † dicitur eſſe contra bonos mores,quod inducit peccatum,ut declarat Iaſ.in l.pacta quæ contra,col.1.in 2.notab.C.de pact.igitur cum hi duo caſus non ſint contra bonos mores de iure canonico,debent iureiurando confirmari,cum iuramentum confirmet contractum,qui eſt contra bonos mores de iure ciuili tantùm, ut eſt donatio inter uirum & uxorem,ut ibi per eum latè. & ego poſui in rubrica.ff.de donat.int.uir.& uxor. atque ita limitatur hoc Bartoli documentum quando eſt contra bonos mores de iure canonico,non autem de iure ciuili. & hoc idem ſentit Curtius in conſi.67.in 4.colu. Et adeo ſubiungit Bar.in 3.col.verſi.ſecundò tamen,vide in d.auth.ſacramenta puberum.& idem in l.properandum.C.de iudic.vide Bar.in d.l.properandum,in princ.& Iaſ.in 17.col.ad ista quæ hic dicit Bar.ibi,& per hoc dicebam in ciuitate iſta. vide Alex.in l.j.col.1.ff.de rit.nup. & ad verſiculum tertiò dixi,faciunt trad.per Iaſ.in l.de his, col.pen.ff. de tranſact. Poſtea Bal. hic in ead.3.col. inquit, ſi lex præciperet perſonæ ut non alienet, eo caſu contractum iuramento firmari non poſſe. ſed huic Bartoli documento reluctatur tex. inſt. quib. alie. licet uel non.

9 principio ubi maritus † dotalem fundum alienare prohibetur, atque ita perſonæ præceptum nihilominus ualet huiuſmodi alienatio iuramento ſubnixa.c. licèt mulieres de iureiur. nisi per alia quoque argumenta iſta deciſio Bartoli confutatur,ut videre eſt apud Iaſ. in d. auth. ſacramenta,col.2.verſi.ſecundò. Ad ea verò,quæ ponit hic Bar.in 4.col.verſi.quartò dixi, ſcilicet iuramentum appoſitum ſuper contractu in odium creditoris eſſe ſeruandum, cum illa declaratione,quam ſubijcit Bar. dicens,non dixi pactum confirmari per iuramentum, ſed ſeruandum eſſe ſeruandum.vide Iaſ.in d.auth.ſacramenta,col.9.verſi.ego,& in 10.col.verſi. Bar. ſubiungit paulòpoſt Bar.ſi quis iuraſſet ſe non repetiturum, & ſic non poſſet impleri, eo quod debitorem poſſe petere ſe abſolui. De iſta abſolutione vide Alex.in l.qui Romæ.§. duo ſimul. col.35.de uerb.oblig.& latè Abb.& alios in c.1.de iureiur.maximè Feli.& quomodo per-

fit abſolutio,vide Alex.in conſi.42.col.fi.in 1.vol.& dum Bar. poſtea agit de eo, qui prohibetur contrahere non eius odio,ſed fauore alterius,& uerba legis in perſonam prohibiti dirigitur; & eo caſu dicit Bar.idem eſſe dicendum,quod dixit in contractu prohibito odio creditoris. cogita quid uelit dicere hic Bart. nam ſi iſto caſu uult idem quod in contractu prohibito odio ceditoris,iuramentum erit ſeruandum quamuis contractum non confirmet, ut paulò ante dictum eſt. ſed hoc eſt contra id,quod dixit Bart.in col. præcedenti, poſt verſiculum tertio dixi,ubi conſtanter ait, quando perſona contrahere prohibetur à lege, tunc iuſiurandum nihil

operatur,

operari,nec etiam seruandum esse per easdem rationes; quia peccarent contrahentes iurando. sed hic præsupponit Bar.verba legis prohibitiua esse directa in personam, igitur conclusio Bartoli falsa redderetur. cogita bene quid sentiat Bar.& circa istam distinctionem vide Ias. in d.auth.sacramenta.col. 12.versi.alibi,ubi inquit,Bartolum hic in ista distinctione uideri corrigere errorem suum,ut ibi ait satis obscurè. Et ad ea,quæ hic ait Bar. in versi. prædicta quæ dixi,ut ea quæ dixit Bar.de effectu solennitatis formalis uera esse nisi sit defectus circa cõsensum, adde quòd ad Bartolum hic accedit Aret.in cõsi. 24.Quatuor dubia.col.2.& Ias.in l.sancimus. C.de testa.& in l.eam quam,col.10. de fideicommiss. Ad illud verò quod hic postremò tradit
10 Bar.circa donationem † inter virum & vxorem vtrum iuramento firmetur? Dicas eam firmari iuramento ac roborari. Alex.in consi. 150.in libro primi & secundi volu.Soci. in consi.103. col.pen.in 1.vol.& in hanc sententiam * communiter itum esse testatur Alex.in consi. 152.col. 2.in 6.volu. & Aret. in consi.74.& Dec.in consi.688. vide eundem Dec.in consi.239.Ias.in l. pacta quæ contra,colum.2.in 2.notab.C.de pact.ubi etiam ipse affirmat hanc esse communem opinionem,& respondet ad fundamentum Bartoli in l.j ff.de donat. int.uir. & vxor. dum dicit Bar.hoc esse contra bonos mores. nam respondet Ias. esse contra bonos mores de iure ciuili, non autem de iure canonico,quo casu iuramentum operatur, ut dixi in præcedentibus. Hanc autem conclusionem,scilicèt donationem hanc iuramento firmari, limita multis modis ut per Ias.in d.auth sacramenta puberum,col. 12.Adde ad prædicta Alex.in consi. 54.in 7. vol. Soci. in consi.65.col. 5.in 1.vol.Barb.in consi.66.inter cõsilia Curtij Abb.in cõsi.95.in 2.vol.& om-
11 nino Cæpol.in consi. 112.& Crauet.in consi. 19.An autem donatio † inter patrem & filium iuramento corroboretur? dicas eam roborari,& ideo talis donatio cum sit efficax,filio in legitimam imputari nõ potest,vt docuit Alex.in d.consi. 150.in lib.primi & secundi vol.& Soc. in d. consi.103.col.pe.in 1.vol.& de hac re vide Ias in l.frater à fratre.ff.de cond.indeb.col.fin.versi. septimò.& an & quando donatio facta filio à patre sit cum fratribus conferenda, vide latè in tract.Vitalis Nemausensis,de collationibus,in 1.quæst.

Summarium in l.si ut proponitur.ff.de fideiuss.

Existens in ciuitate Perusij,& mandans quibusdam,ut interficerent quendam in ciuitate Florentiæ, an conueniri possit Florentiæ.

Bar.in l.si ut proponitur.ff.de fideiuss.

Bart. in hac.l.si ut proponitur,quærit,si quis † existens in ciuitate Perusij mandauit quibusdam ut interficerent quendam in ciuitate Florentiæ,an is conueniri possit Florentiæ, ubi factum est delictum an non? vide Ang.de malefic.in uoce,Florentiæ,vers.quæro.

Summarium in l.fideiussor.ff.de fideiuss.

Si fideiussor denunciauit creditori ne numeraret, vtrum creditor numerare possit, ita vt non noceat fideiussori.

Bar.in l.fideiussor.ff.de fideiuss.

Bart. in hac l.fideiussor, quærit si fideiussor † denunciauit creditori ne numeraret, an creditor numerare possit,ita ut non noceat fideiussori? De ista quæst.uide Bar.& alios in l. decem.ff.de uerb.oblig.

Summarium in l. sicut reus.ff.de fideiuss.

Fideiussor factum alienum promittere non potest.

Bar.in l.sicut reus.ff.de fideiuss.

Bart. in hac l.sicut reus,inquit,aliquem † etiam fideiubendo factum alienum promittere non posse,contra casum huius.l.dixit gl.in l.cùm filiusfamiliàs.§.1.vbi Bar.ff. de verb.oblig.

Summarium in l.exceptione.ff.de fideiuss.

Culpa quomodo committitur à fideiussore.

Bar.in l.exceptione.ff.de fideiuss.

Bart. in hac.l.exceptione,versi.quæro quomodo,tradit quomodo † culpa fuit commissa à fideiussore. Tu alias culpas vide apud Paul.de Castr.in consi.136.col.4.in 1.vol. ubi tenet

etiam

etiam contra ea, quæ hic tradit Barto. in uersi. secundò quæro. & ad ea quæ hic propè fin. Bar.dum citat.l.si procurator.§.si ignorantes.ff.mand.uide Salic.in l.iusiurandum,col.7.uers. ultimò.C.de procurat.

Summarium in l.j.ff.de nouat.

1 *Nouatio est transfusio obligationis in aliam.*

2 *Nouatio præcedentis obligationis vtrum per alium contractum fieri possit, quàm per stipulationem.*

Bar.in l.j.ff.de nouat.

1 BART. in hac.l.j.tradit,quid sit nouatio. & ex tex.ibi, nouatio † est transfusio obligationis in aliam,colligitur,rei uendicationem, uel officium iudicis, uel exceptionem nouari non posse,de qua re vide Bar.in l.j.col.fi.ff.de prætor.stipul.Et quid sit nouatio,& quomodo fiat,vide Alex.in consi.152.in lib.primi & secundi volu. & in consi.173.in vol.Aret.in consi.6.Soc.in consi.89.in 3.vol.& omnino Albertum Brunum in tract.de augusto,in tertia conclusione principali.nu.40.cum seq.Posteà Bar.hic in versi sed quæro,

2 nunquid per alium contractum quàm per stipulationem nouatio † præcedentis obligationis fieri possit? circa hoc vide Bar.in l.singularia,col.11.versi.aduerte.ff.si cert.pet.ubi posuit quod in pacto nudo in foro ecclesiastico & in curia mercatorum. Tu vide textum in l.si unus,§.pactus ne peteret.ff.de pact.ubi dicitur per stipulationem tolli præcedētem obligationem,licet est actum,quamuis gl.ibi destruat. Et dum Bar.hic in 3.col.versi.si verò est maior, ait pupillum neque ciuiliter neque naturaliter obligari suo tutori,tamen contractus inter tutorem & pupillum factus bona fide & palàm ualidus est,ut tradit Bar.in l.pupillus,hic allata, in §. sanè, ubi ego posui aliqua in lucubrationibus meis. Et dum Bar.paulòpost,dicit rationem prohibitorum esse,quia ille,cui bonis est interdictum,non obligatur naturaliter,& sic lex huic contrariè resistit. vel dicas tu rationem esse quia concurrit duplex prohibitio,scilicèt,legis & iudicis in pupillo solùm legis. hinc est quòd si in pupillo concurreret etiam prohibitio iudicis, non obligaretur naturaliter secundum Bar.hic in fi.& ex ista ratione cum in prodigo concurrat duplex prohibitio contractus iuramento non firmatur,Ias.in l.is cui bonis,in fi.ff.de rebus eor. Et circa hoc quando lex non resistat,sed non assistat,vide Ias.in l. eius qui in prouincia,col.5.fi. cert.pet.vbi tenet contra Bar.& aliter argumento respondet. De hoc tamen an liceat contra legem, an secundum legem, an præter legem, vide glo.in l.pacta quæ contra,& ibidem 1.colu.C.de pact.

Summarium in l.omnes res.ff.de nouat.

3 *Vtrum uideatur facta nouatio præcedentium, si Titius Seio centum promisit, computato in illo omni alio instrumento.*

Bar.in l.omnes res.ff.de nouat.

1 BART. in hac.l.omnes res,quærit,si in instrumento dicitur. Titium † Seio centum promisisse computato in hoc omni alio instrumento: vtrum ex hoc videatur facta nouatio præcedentium? vide Ias.in l.j.col.7.& seq.ff.sol.matr.

Summarium in l.si Stichum.§.legata.ff.de nouat.

1 *In nouatione, quæ fit per sequentem stipulationem, utrum censeatur repetita dies.*

Bar. in l.si Stichum.§.legata.ff.de nouat.

1 BART. in hac.l.si Stichum.§.legata,tradit de nouatione, † quæ fit per sequentem stipulationem,& an dies censeatur repetita? vide Aret.in consi.17.col.7.& in consi.21.col.1.ubi tenet,& ibi ponit quid de alijs clausulis executiuis.

Bar.in l.qui rectè.ff.de nouat.

BART. in hac.l.qui rectè,opponit secundum gl.& reliqua. Tu vide Bar.in l.extraneus de hæred.inst.vbi dicit hunc textum procedere tantùm in contractibus.

Summarium in l.delegare.ff.de nouat.

Delegatio quid sit.

Bar.in l.delegare.ff.de nouat.

BART. in hac.l.delegare,tradit † quid † sit delegatio.vide Ias.in l.singularia,colu.14.versi. quid tenendum.ff.si cert.pet.& omnino Aret.in cons.6.

Summarium in l.doli mali.ff.de nouat.

Mulier beneficio uelleiani renunciare non potest.

Bar.in l.doli mali.ff.de nouat.

BART. in hac l.doli mali,ait ex versiculo,diuersum,colligi,mulierem † beneficio uelleiani renunciare non posse. & ita solet iste tex.in d.versi.diuersum,adduci ad probandum renunciationem alicuius legis specialiter prouidentis non ualere,quando eadem ratio militat in renunciatione,quæ militat in primo contractu. Tu videas Ias.in l.j.col.2.versi.nec obstat.ff.de cond. indeb.ubi restringit istam regulam ut non procedat nisi ubi subest defectus ætatis,quia tunc si propter fragilitatem ætatis impeditur contrahere, ita & renunciare. sed hoc est falsum, nam etiam sine fragilitate ætatis procedit, per istum textum qui generaliter considerat,militet ne eadem ratio in renunciatione quæ in contractu an non? & isto casu renunciatio inualida est, & ista conclusio confirmatur, nam renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ non ualet ea ratione; quia ea fragilitate qua renuncians ductus est ad promittendum,eadem ducetur ad renunciandum. Bar.in l.si ex cautione.C.de non numer.pecun.& tamen ibi non habetur ratio imbecillitatis ætatis vel sexus, sed dumtaxàt,an ratio quæ locum habet in contractu, subsit etiam in renunciatione. & declara istum text.ut per Ias.in l.fi.§.idem quęsijt.ff.de cond.indeb. Attende tamen quia prædictæ conclusioni uehementer reluctatur, aiunt enim si pubes minor tamen 25.annis contrahat inualidè non seruatis solennitatibus,& iuret,contractum hunc iureiurando roborari,& tolli restitutionem in integrum, etiam si læsus reperiatur: & tamen restitutio est inducta fauore ætatis, & eadem ratio quæ militat ut sine solennitatibus contrahere non possit, viget etiam ut nequeat renunciare etiam expresè, & tamen per iusiurandum intelligitur solùm tacitè renunciare, ut latè habetur in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. uend. Item obstat tex.in c.cùm contingat,de iureiur.& in c.licèt mulieres,de iureiuran.in sexto nisi forte respondeas,hoc non procedere propter religionem iurisiurandi,quod quidem seruare compellimur,etiam si totam substantiam absorbeat,ne periuri efficiamur: si quidem anima est cunctis rebus prę ferenda.atque ita nouam habes limitationem,quamuis eam affirmare nō ausim.sed cogita,& ad rem hanc uide. l. si qua mulier.C.ad uelleian.

Summarium in l.aliam.ff.de nouat.

Per litis contestationem non fit deterius ius agentis.

Priuilegia & qualitates competentes in prima actione non amittuntur per litem contestatam.

Bar.in l.aliam.ff.de nouat.

BART. in hac l.aliam,inquit per † litis contestationem ius agentis deterius non fieri. Tu autem aduerte quoniam iste tex. adduci solet ad probandum, nouationem uoluntariam non præiudicare priuilegio dotis, & tutelæ, nisi contrarium sit actum expresè. qui quidem intellectus est multùm absonus: nam intentio huius.l.est declarare nouationem uoluntariam differre à necessaria, si quidem uoluntaria deterior est quàm necessaria. postea rationem affert & exemplum,& secundum hunc intellectum assignaret exemplum contrarium & falsum. & contra hoc est regula,qua cauetur, priuilegia non amitti propter uoluntariam nouationem, nisi expresè dicatur,atque ita ex hoc apparet uoluntariam non esse conditionis deterioris, cùm in necessaria præiudicium non fiat,nisi expresè agatur,& tamen in tex.habetur,neminem postea lite contestata,& reliqua. & sic attende exemplum huius tex.quod nullo pacto ad propositum facit secundum istum intellectum,& malè applicari possunt illa verba, nemo post. ideo cogita.& istum tex.dum sentit per litem † contestatam nō,perdi priuilegia, & qualitas competentes

tentes in prima actione,limita procedere quando ipse debitor litem contestatur,alioqui si ex tius pro eo nomine proprio promittendo proprijs expensis satisfaceret; isto enim casu fieret nouatio uoluntaria,& priuilegia competentia in prima actione amitterentur,secundum tamen distinctionem Bar.in l.solutionem.ff.de solut.ubi de hoc agam Deo fauente. Postea hic quære Bar.utrum priuilegia primæ actionis in stipulatione nouante repetita esse intelligantur? Tu de hac re vide Ias.in l.j.col.4.versi.vltimò.C.de iudic.& omnino Aret.in consi.21.colu.1.& Dec. in cons.190.col.3.cum seq.

Summarium in l.j.ff.de solut.

1 *Debitor ex pluribus causis, qui soluendo certam quantitatem eligere potest in quam causam soluat, si non eligit,creditor eligere potest.*

2 *Solutio in dubio censetur facta ad extinctionem antiquioris debiti.*

3 *Si creditor petijt ex una causa tantum, solutio præsumitur facta ex illa causa.*

Bar.in l.j.ff.de solut.

1 BART. in hac.l.j.agit de debitore † ex pluribus causis, qui soluendo certam quantitatem,eligere poresť in quam causam soluat,& si non eligat,eo casu creditor potest eligere,& reliqua ut hic per Bar. Per istam.l.quæ uult,debitore non eligente, electio transferri in creditorem,vide quid dicat glo.1.in l. legato generaliter, in princip.ff.de leg.1. & Bar.in l.eum qui certarum.§.fi.ff.de verb.oblig.ubi Aret.colu.2. & seq. sed contra hoc facere trad.per Bar.in l.si quis arbitratu,col.3.versi.quæro quartò.ff. de verb. obliga. circa mediu

2 verò huius.l.in eo,quod dicitur,in dubio solutionem † censeri factam ad extinctionem debiti antiquioris,limitatur,quando creditor pro quantitate recepta debitorem soluentem constituit creditorem,pro ut communiter mercatores facere consueuerunt: nam iste cum fieret ditor constitutus potest semper compensare in quam causam uelit etiam debiti iuniorisdum Alex.in consi.85.in 3.volu. qnem vide omnino. Item aduerte quia si quis debeatur pro una causa, & 300.pro alia, si soluit.cap.præsumitur compensare cum debito ad cuius pro qua debentur centum,siue.300.præsumitur cum illo illius summæ compensatio: ita colligitur in l.si ex pluribus, in principio infra eod.titulo.& ex tradit p Bal.in l.j.Cod.com

3 lo.Item si creditor † petijt ex una causa tantùm, solutio præsumitur facta pro eadem causa l.si ex pluribus.§.primo cum ibi tradit. Et dum Barto.subiungit creditori prodesse quando est electio, quia potest eligere causam leuiorem, vide Alexand.in consi.47.colum.4.versica idem,in 1.volum.Cæterum ut plenius & clarius de hac re agamus, attende quoniam debitor ex pluribus causis si soluit aliquid, neque constat in quam causam soluere uoluerit, in dubio censetur in duriorem soluere uoluisse, & postea in antiquiorem, ut habetur apud Bart. & Paul. de Castr. in l. cùm ex pluribus, infra eod. titulo & ibi Alber. & plenè apud Imol.hic. Fulgos.in consi.7.& Dec.in consi.308.Limita tamen, ut prædixi,nisi debitor factus sit creditor pro illa quantitate in libro crediroris. Vnum tamen in hac re aduertendum est, nam si debitor in causam duriorem soluisse censeatur,tamen hoc non procedit quando esset debitor sortis & usurarum, vel aliarum accessionum, ut puta dotis & interusuriorum; tunc enim quamuis sors durior sit, tamen usuræ in primis solutæ existimantur.l.prima.C.de solut.& huius rei ratio est secundum Cyn.Alber.& Salic.ibi,quia sors & usura pro uno tantùm debito habentur, creditor autem de iure communi particularem solutionem recipere non tenetur, quia habet multa incommoda. proinde cùm in hoc grauetur creditor particularem solutionem recipiendo,congruum est,ut in alio releuetur,atque prius accessiones solutæ censeantur, quam

✶ sors.hæc ibi. Tamen istam rationem redarguit Imol.hic. & doct.hic * communiter magis adhærent alijs rationibus,quàm huic.sed eam tenendo, dicas eam non debere procedere quando statuto cautum esset,creditorem teneri particularem recipere solutionē, ut est statutum in ciuitate

ciuitate Bergomi, cùm enim ita statuto sancitum sit, cessat grauamen allatum à prædictis, & cõ sequenter cessat etiam ratio per eos adducta.

Summarium in l. sub conditione. ff. de solut.

Conditio, cui adijcitur dictio, ut, modum significat, secus uerò quando dictio, si.

Bar. in l. sub conditione. ff. de solut.

BART. in hac l. sub conditione, col. 2. versi. alij dicunt, uult conditionem, † cui adijcitur uox, vt, modum significare, alioqui verò quando uox, si, fuisset adiecta. Ias. in l. 3. col. 5. ff. de leg. 1. sustinet singulare dictum Baldi reprobando Aret. & Alex. qui contrarium tenuerunt. & ad ea quæ hic tradit Bar. in vers. aduertatis contra prædicta, dicens traditionem factam sine causa dominium non transferre, vide omnino Soc. in cons. 170. col. 1. & seq.

Bar. in l. Cassius. ff. de solut.

AD ea, quæ ait Barto. in hac. l. Cassius, in fin. ibi quæro dicitur hic si nummos consumpsit sine dolo malo. quid si eos dolo malo consumpsit? vide Ias. in l. rogasti. §. fin. in quarto notabili. ff. si cert. petat.

Summarium in l. solutionem. ff. de solut.

Inuitus liberatur quando alius pro eo soluit, uel iudicium suscipit.

Bar. in l. solutionem. ff. de solut.

BART. in hac l. solutionem, agit de illo, qui etiam inuitus † liberatur, quando alius pro eo soluit, vel iudicium suscipit. de hac re vide Salic. & Pau. de Cast. in l. j. C. ubi in rem acti.

Summarium in l. ubi fideiussor. ff. de solut.

Vtrum inter decem, & decem; & uiginti sit aliqua differentia.

Bar. in l. ubi fideiussor. ff. de solut.

BART. in hac. l. vbi fideiussor, quærit † vtrum inter x. & x. & xx. sit aliqua differentia. Tu verò attende gl. hic, quàm Alex. ait esse sing. ad probandum in summis coaceruationem admitti non debere: ita ipse ait in cons. 134. in 4. vol.

Summarium in l. cum Stichus. ff. de solut.

Obligatio specierum diuiditur per quotas, obligatio generis uel quantitatis, diuiditur numero.

Bar. in l. cùm Stichus. ff. de solut.

BART. in hac l. cùm Stichus, ait, obligationem † specierum diuidi per quotas, obligationẽ verò generis uel quantitatis diuidi numero. attende hunc tex. qui est expressus contra gl. Bar. & Alex. in l. singularia. ff. si cert. pet. ubi uolunt in pecunia numerata tãtum fieri diuisionem per numerum, secus in alijs naturalibus quia scinduntur secundum eos, & contra istum tex.

Summarium in l. cum quis. ff. de solut.

Mandatum procuratoris cuius conditio mutata est in deterius, reuocatum censetur.

Bar. in l. cùm quis. ff. de solut.

BART. in hac l. cum quis, in principio, ait mandatum † procuratoris, cuius conditio mutata est in deterius, reuocatum censeri. vide Feli. in c. qualiter & quando. nu. 4. de accusat. & in c. ex parte. nu. 42. de rescript. ubi limitat hoc esse verum, quando debitores ei soluentes sciebant eius conditionem esse mutatam, aliter non, vide eundem Bar. in l. si cùm Cornelius, infrà eod. tit. quid si conditio in melius mutaretur, an mãdatum esse reuocatum censeatur? Fulg. in l. eius qui in prouincia, in 2. par. primæ oppos. ff. si cert. pet. ait, non reuocari per tex. in l. eum qui ita. §. qui sibi. ff. de uerb. oblig. & vide Bar. hic in princ.

Summarium in l. si quis aliam. ff. de solut.

Quando tibi aliquid datur in solutum, fac ut pactum apponas, quòd si contingat rem euinci, à prima obligatione non discedatur.

De solutionibus.

Bar.in l.si quis aliam.ff.de solut.

1 BART. in hac.l.si quis aliam,docet te,ut quando † tibi aliquid datur in solutum,pactum ponas, quòd si contingat rem euinci,à prima obligatione non discedatur. vide Cæpol.in tel.123.& ad quæstionem Bar.positam hic in fi.de duobus vendentibus rem cum pacto mendi,& unus uult redimere & alius non,deciditque isto casu emptorem retrouendere teneri. vide quæ posui ad Bar.in l.cui usufructus legatus.ff.de usufr.lega.& limita ex tradi Bar.in l.vxorem,in fi.ff.de leg.3.vide Aret.omnino in cons.129.ubi egregiè declarat.

Summarium in l.in pupillo.ff.de solut.

1 *Pupillus dicitur locupletior factus quando non efficitur pauperior.*

Bar.in l.in pupillo.ff.de solut.

BART. in hac.l.in pupillo,dicit,ut hic per eum. Tu verò circa istum textum ex quo col-
1 gitur,pupillum † dici locupletiorem esse quando non efficitur pauperior. attende quomo huic sententiæ reluctatur; nam pupillus potest agere & stipulari quando melior efficitur conditio, & tamen quando rem suam deteriorem non facit, stipulari non potest; quia propterea non dicitur eam facere meliorem, ut habetur apud Ias. in l. certi. conditio. §. quoniam ff.si cert.petat.

Summarium in l.solutionis.ff.de solut.

1 *Solutio,uerbum hoc,quid significet.*

Bar.in l.solutionis.ff.de solut.

1 BART. in hac l.solutionis,tradit,quid significet hæc uox,solutio,† & declarat ut hic videtur est. sed eius documentum reprobat Alex.in l.iiij.§.soluisse.ff.de re iudic.tamen utitur fragilis gumento.vide ibi Ias.in 28.col.ubi ponit alium intellectum ad d.§.soluisse.

Summarium in l.si quis stipulatus.ff.de solut.

1 *Si una pars stipulationis alternatiuè continet certum,alia uerò non,stipulatio non ualet.*
2 *Verba dubia declarantur à uerbis ei adiunctis.*
3 *Per litis contestationem amittitur facultas soluendi aliud pro alio.*

Bar.in l.si quis stipulatus.ff.de solut.

1 BART. in hac.l.si quis stipulatus, sustinendo gl.inquit, si una † pars alternatiuæ utrique certum,alia non; ut si promittuntur decem,aut mel,obigationem mellis esse incertam,& ideo non ualere. Tu verò cogita,quia qua ratione mel certificatur quò ad solutionem,scilicet quantum mel,quantum important.x.eadem ratione dico id certificari posse, hoc est, ut pro eadem summa sit mel in obligatione,si quidem una pars alternatiuæ ab altera declaratur.l.j.ff.de re dub.& ibi Soc.ubi citat Roma.in consi.231.Præmissorum,in secunda ratione,ubi dicit uerb.
2 † dubium declarari à verbis ei alternatiuè adiunctis. hinc Maria.Soc.iuni.in consi.112.num.4. ait si testator prohibuit hæredem uendere,pignori dare,& alienare,hoc verbum, alienare, est restringendum ad solam alienationem inter uiuos,ratione uerborum quæ illi sunt adiecta; citat prædictas authoritates,quæ de alternatiua loquuntur. cùm igitur in proposito casu una pars alternatiuæ certa est in obligatione,hoc idem & de alia parte sentiendum est. neque obstat illud simile de persona adiecta solutioni; quia ibi sumus in casu in quo non potest quis uideri adiectus obligationi,cùm nemo possit alteri stipulari,sed hic utraque potest esse in obligatione,igitur à parte certa alternatiuę alia quoque declaratur ac moderatur,per prædicta,& ita tenuit Ruin. in l.ita stipulatus,circa principium.ff.de verb.oblig.quamuis Pau.de Cast.hic implicite ad Bartolum accedat.Postea Bar.hic in 2.col.vers.expedito primo casu,ait,per litis con-
3 testationem † amitti facultatẽ soluendi aliud pro alio. vide quæ posui ad Bar.in l. itẽ veniũt, & cũ p̃diximus.ff.de re iud.Quid autẽ si utrũque fuisset in obligatione, usq; quò licebit variare: vide Bar.in l.si quis stipulatus sit,& in l.eum qui certarum.§.1.ff.de verb.oblig.Ad ea verò quæ hic Bar.ait propè fi.de eo,qui condemnatus est in hypothecaria ad rẽ restituendã, ut facultatem habeat

habeat offerendi debitum principale. vide Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem,col.28.verſ.& uſq; inſtit.de action. & omnino uide plenè Antonium de Fano in tract.de pignorib.& hypoth.in 3. membro quintæ par.vide pulchrum caſum apud Bal.in cõſ.50.in 1.uol.& in conſ.84. in 3.uol.

Summarium in l.qui decem.ff. de ſolut.

Debitor generis, re perempta poſt oblationem liberatur ope exceptionis, debitor uerò ſpeciei ipſo iure.
Oblatio an & quando proſit.

Bar. in l.qui decem.ff.de ſolut.

BAR. in hac l.qui decem, ſic ait in ſumma. Re perempta † poſt oblationem debitor generis liberatur ope exceptionis,ſed debitor ſpeciei ipſo iure. Quæ autem ſit ratio quare debitor generis liberetur ope exceptionis,& non ipſo iure,uide Alex.in l.quod te.ff. ſi cert.peta. & ibi Iaſ.in 5.col.verſ in glo.1.quam rationem ibi oppugnat Curt.& aliam affert,in 13.colu.verſ.ſecunda limitatio. et debet fieri oblatio realis,non autem uerbalis,vt hic probatur. de qua re uide Alex.in l.qui Romæ.in princip.col.1.ff.de uerb.obliga.vbi eleganter hoc limitat. item uide not.diſtinctionem Bart.in l.interdum.§.fi.& in l.ſi inſulam, in prima oppoſ.ſecundæ part.ff. de uerb.obliga.vbi ante moram ſola oblatio ſufficit, poſtea uerò etiam depoſitio requiritur. Et an & quando oblatio † proſit, vide Bar.in l.acceptam.C. de uſur. Antonium de Fano in tracta. de pignoribus & hypothecis,in tertio membro ſecundæ par.nu.97. & Mari. Soci.iuni.in conſilio 34. Et dum Bar.in uerſic.ſed contra opp.inquit, ſpeciale eſſe fauore dotis, adde alium caſum in quo quis per ſolam oblationem liberatur re etiam non perempta, ut habetur in l.nulli. C.de erogat.milit. an non.

Summarium in d.l.qui decem.§. ſi cum mihi. ff. de ſolut.

Debitor liberatur, quando alius offert pro eo perinde ac ſi ipſemet debitor obtuliſſet.

Bar.in d.l.qui decem.§.ſi cum mihi.ff.de ſolut.

BAR. in ead.l.§.ſi cum mihi, colligit ex tex. debitorem † liberari quando alius offert pro eo,perinde ac ſi ipſemet debitor obtuliſſet. Idem uoluit Bald.in l.ſolennibus.ff.de rei uendica. Contrarium tenet idem Bal. ſibi cõtrarius,in l.acceptum,col.25.C.de uſur. ſed hoc modo eius dicta ſeruari poſſunt: quia Bal.in d.l.ſolennibus, loquitur quando dominus acceptauit huiuſmodi ſolutionem,tunc enim prodeſt emphyteotę.ſed in d.l.acceptam,loquitur quando dominus non cogitur accipere talem pecuniam. attende tamen diſtinctionem Baldi in d.l.acceptã, an & quando oblatio tertij in materia emphyteoſis liberet debitorem.

Summarium in l.Modeſtinus.ff.de ſolut.

Non ualet ceſſio facta poſt ſolutionem contra correum pariter obligatum, niſi pactũ de cedendo præceſſerit.

Bar.in l.Modeſtinus.ff.de ſolut.

BAR. in hac l. Modeſtinus,ſic ait in ſumma. Non ualet ceſsio † facta poſt ſolutionem contra correum pariter obligatum,niſi pactum de cedendo præceſſerit. In hac materia aduerte, quoniam iſta exceptio cedendarum nunquam uidetur ſublata per ſtatutum, quamuis tollat omnes exceptiones.Dec.in conſi.99.& tenetur quis cedere actiones & inſtrumenta. Bald.in l. nomen.ff.de hæredit.uel action. uend. vbi ſubdit iura debere eſſe ita bona, ut ſi per iniuriam contra principalem obtinuiſſet,poſsit cedendarum exceptione repelli. Dum verò Bart.hic in 2.col.verſ.primo caſu,ait,ſi renunciatum eſt beneficio diuiſionis,ceſsionem peti non poſſe. vide Soci.in conſi.200.Item ſubdit Bar.idem eſſe quando huic beneficio renunciatum eſſet, ſed per quæ uerba cenſeatur ei renunciatum,vide Dec.in conſi.99.& in conſi.27.

Summarium in l.ſi alieni.ff.de ſolut.

Solutio reconciliatur commixtione nummorum.

Bar.in l.ſi alieni.ff.de ſolut.

BART. in hac l.ſi alieni, ait, commixtione nummorum † reconciliari ſolutionem; & hoc eſſe ſpeciale in nummis. & hanc differentiam inter commixtionẽ nummorum & aliarum rerũ

comprobat Iaſ.in l.ſingularia,col.5.ff. ſi cert. pet. vbi tamen tenet contrarium, ſcilicet non eſſe differentiam. & dum Bar.hic ſubiungit, commixtione non reconciliari ſolutionem neque dominium acquiri, quando quis accepit mala fide. circa hoc uide text. in §.furtiuæ,inſtit. de uſucap. vbi habetur etiam cum bona fide, iuncta regula.l. alienationis uerbo.ff.de uerb.ſignif.

Summarium in l. ſi cum Cornelius.ff. de ſolut.

1 *Procurator cuius conditio mutatur in deterius, reuocatus eſſe cenſetur.*

Bar.in l.ſi cum Cornelius.ff.de ſolut.

1 BART. in hac.l.ſi cùm Cornelius,ait,procuratorem, † cuius conditio mutatur in deterius reuocatum eſſe cenſeri. vide quæ de hac re poſui in l.cùm quis, in princip.ſuprà hoc eod.tit. Feli.in c.3.col.16.de reſcript.vbi agit de procuratore qui efficitur inimicus.

Summarium in l. filiæ.ff. de ſolut.

1 *Mandatum, qui habet ad uendendum, habet etiam mandatum ad ſolutionem recipiendam.*

Bar.in l.filiæ.ff.de ſolut.

1 BART. in hac l.filiæ,ait, eum, qui habet mandatum † ad uendendum, habere etiam mandatum ad ſolutionem recipiendam, non ſic in negociorum geſtore. & Bar. hic repetit hunc textum eſſe ſingularem. ſed Paul.de Caſt.in l.ſi urbana prædia.ff.de cond.indeb. ait illum non eſſe concordem,& meliorem iſto. & miratur Bartolum hoc dixiſſe, tamen etiam Alex. putat hunc tex.eſſe ſing.in conſi.61.in 6.vol.

Summarium in l. ſi is cui. §. Flauius.ff. de ſolut.

1 *Solutum ſimpliciter, uidetur ſolutum in cauſam efficacem.*

Bar.in l.ſi is cui.§.Flauius.ff.de ſolut..

1 BART. in hac.l.ſi is cui.§.Flauius,ſic ait in ſumma. ſolutum † ſimpliciter, uidetur ſolutum in cauſam efficacem,& mandatum de ſoluendo ad cauſam efficacem uidetur directum. Ita dupliciter,ut per Aret.in conſi.92.col.2.& attende iſtum textum in fine, ex quo colligo, adminiſtratorem,quamuis liberam habeat adminiſtrationem,ſi ſoluit indebitum,non transire dominium. ita Fulg.in conſ.190.col.2.

Summarium in l.pupilli.ff. de ſolut.

1 *Quomodo ſubueniatur pupillo contra creditorem ipſius pupilli, qui fraudem participauit.*

Bar.in l.pupilli.ff.de ſolut.

1 BART. in hac l.pupilli,verſi.tertiò quæro qualiter,tradit quomodo † ſubueniatur pupillo contra creditorem ipſius pupilli,qui fraudem participauit. vide remiſsiuè apud Iaſ.in §.ſi quis in fraudem,col.1.& ſeq.inſt.de action. & in l.nam & poſtea.§.ſed & ſi quis, col.2.verſ.aliquando.ff.de iureiur.

Summarium in l. Paulus.ff. de ſolut.

1 *Debitor an poſſit unam pecuniam pro altera ſoluere.*

2 *Moneta quando eſt mutata, ſolutio quomodo fieri debeat.*

3 *Si dedi tibi in dotem tot florenos, & florenorum ualor eſt mutatus, nunquid tempore reſtitutionis oneris eos reddere inſpecto illo tempore, an uerò ſecundum ualorem huius temporis.*

Bar.in l.Paulus.ff. de ſolut.

1 BART. in hac l.Paulus, quærit utrum debitor † poſsit unam pecuniam pro altera ſoluere? De hac re uide doct. in l.ij.§. mutuum.ff. ſi cert. peta. & ad illud, quod paulòpoſt hic ſubiungit Bar.dicens,non uideri aliud ſolui pro alio fictione huius.l. ſed idem uideri, dicas cõtra hoc congere quæ habentur apud Iaſ.in l.talis ſcriptura,in princip.col.2.verſ.ex iſto tex.ff. de legat. primo. Et dum Bart.declarat, ſi tu debes mihi bologninos argenteos, & tu des aliam monetam argenteam, quæ ſit eiuſdem ligæ,& eiuſdem bonitatis in materia, quamuis eſſent diuerſæ in forma, hoc fieri poſſe. Sed contrarium hic tenuit Rapha. Cuma. & Chriſt.de Caſtill.& Petr. de Beſur. vide practicam Papienſem in forma libelli, quo agitur hypothecaria, in gl.retractatus & Curt.iuniorem in d.l.ij.§.mutuum, vbi comprobat iſtam opinionem.& ibi Bald.in hoc inſtit. concludit,

* concludit, quamuis cæteri ibi * cõmuniter contra Bar. sentire uideantur. pro qua opin. faciunt trad. per Bart. & alios in l. quæ extrinsecus. ff. de uerb. obli. & de omnibus ijs, quæ ad monetam artinent, vide plenissimè Albertum Brun. in tracta. monetarum, cum quodam consilio collegij Papiensis illi annexo. & Curt. in tract. monetarum. Ad ea uerò quæ subiungit hic Bar. quando
2 moneta † est mutata quomodo solutio fieri debeat: vide Abb. in c. quanto, col. 5. de iureiuran. Alex. in l. cùm qu d, col. pen. vers. item inducitur. ff. si cert. pet. vbi omnes latissimè, & præcipuè Dec. col. fi. uers. secundò, ubi reprobat Bar. hic. in uers. aduertatis. & de hac re uide Aret. in consil. 11. Soc. in consi. 298. & omnino in consi. 6. & Roma. in consi. 123. sed recurre semper ad tractatus prædictos. Et dum Bar. in hoc loco agit de moneta ueteri, vt si reperiatur, & eius cursus non sit reprobatus, ut solutio de illa fieri possit. vide Bart. in l. quod te, colu. j. ff. si cert. pet. vbi Alexan. col. 2. uers. iuxta, & Ias. in 7. colu. vers. suprascripta. & Aret. omnino in consi. 84. Postea
3 Bar. hic propè fi. versi. sed quæro, tractar, quid si dedi tibi in dotem † tot florenos, & florenorum ualor est mutatus, nunquid tempore restitutionis tenearis eos reddere inspecto illo tempore, an uerò secundum ualorem huius temporis, in quo fieri debet restitutio? vide Soci. in d. consi. 6. in 1. uol. Roma. in singu. 513. incip. Quod tempus. & ibi addit. per Castill. & omnino Aret. in consi. 11. Abb. in consi. 56. in secundo uolu. Crauet. in consil. 47. & omnino uideas in hac re tractatus monetarum, quos antea memoraui, in quibus latè tota monętarum materia pertractatur.

Summarium in l. creditor. ff. de solut.

1 *Si una pars fuit expulsa de ciuitate, & illi qui remanserunt, exigunt omnes illorum debitores, an ex hoc liberati sint illi debitores, qui soluerunt.*

Bar. in l. creditor. ff. de solut.

1 BART. in hac l. creditor, quærit si una pars † fuit expulsa de ciuitate, & illi, qui remanserunt, exigunt omnes illorum debitores, an ex hoc liberati sint illi debitores, qui soluerunt? Ad istam quæstionem uide Dec. in consi. 21. col. 1. & 2. vbi citat multa consilia, inter quæ consiliũ quoddam Rapha. Cuma. qui uoluit denunciationem fieri oportere. & Aret. in consi. 35. vbi ait iudicem debere esse competentem, & causam iustam excusare. vide etiam Feli. in c. 1. col. 1. de offic. delega. Paul. de Castr. in l. ij. §. consensisse. ff. de iudic. & in hac materia non prætermittas Abb. in consi. 61. in 1. uolu. Anchar. in consi. 64. in fi. quid autem quando debitor est in mora? vide Barb. in consi. 26. in 3. uol. & ad prædicta uide omnino Salic. & Aret. in l. si te bonis. C. de iur. delibe. vbi uidentur concludere contra Bartolum hic.

Summarium in l. fi. ff. de solut.

Illi, qui contraxit procuratorio nomine acquiritur actio directa, ita, ut solui possit inuito domino.

Bar. in l. fi. ff. de solut.

BART. in hac l. fi. declarat hunc textum. Dicas tu principium huius l. disponere, ei, qui cõtraxit † procuratorio nomine, acquiri actionem directam, ita ut ei solui possit inuito domino. de qua re uide Ias. in l. eum qui ita. §. qui sibi, col. 3. vers. secundò aduerte. ff. de uerb. obligat. sed obstat, quia iste ex huiusmodi contractu agere non potest, nisi caueat de rato. l. nõ solùm. §. sed & interdum. ff. de procur. vbi Paul. de Cast.

Summarium in l. an inutilis. ff. de acceptil.

Acceptilatio si peccat in forma, ut puta, quia sub conditione, uel in diem, uel inter absentes sit facta, tunc non habet in se pactum tacitum; si uerò peccat in materia, & tunc secus.

Bar. in l. an inutilis. ff. de acceptil.

BART. in hac l. an inutilis, ait, aut acceptilatio † peccat in forma, ut puta quia sub cõditione, uel in diem, uel inter absentes, sit facta, & tunc non habet in se pactum tacitum, aut peccat in materia, & tunc secus. vide Abb. in c. significasti, col. pen. de for. compet.

Summarium in l. j. §. quod si sit aliqua. ff. de præto. stipul.

In his, quæ mero iudicis officio expediuntur, durat officium iudicis, postquàm semel iudicauit.

De prætorijs ſtipulationibus.

Bar. in l.j.§.quòd ſi ſit aliqua.ff.de prætor.ſtipul.

1 BART. in l.j.§.quòd ſi ſit aliqua,col.fi.ait in ijs, † quæ mero iudicis officio expediuntur, durare officium iudicis poſtquam ſemel iudicauit. Hic diligenter aduerte, quòd etiam ſi lata eſſet diffinitiua ſententia, tamen officio nobili ipſius iudicis imploratò reuocari poſſet. de qua re uideas Alex.in l.quod iuſsit,col.2.verſ.adde.ff.de re iudic. & ia Iudex poſtquam,eodem tit.de re iudic.

Summarium in l. in omnibus prætorijs.ff.de præto. ſtipul.

1 *Ex ſtipulatione prætoria per procuratorem quæritur actio ſine ceſſione.*

Bar.in l.in omnibus prætorijs.ff.de prætor.ſtipul.

1 BART. in hac l.in omnibus,ſic ait in ſumma. Ex ſtipulatione† prætoria per procuratorem quæritur actio ſine ceſsione,& reliqua. Iſta l.adduci ſolet ad probandum in prætorijs ſtipulationibus licere alteri ſtipulari; & ideo actionem acquiri ſine ceſsione. De qua re agit Iaſon.l. ſerui electione.§.fi.col.5.verſ.in ea glo.ff.de leg.j.

Summarium in l. Valerianus.ff.de præto. ſtipul.

1 *Nouatio quomodo,& quando præſumatur.*

2 *Quomodo,& quando interuentu nouæ perſonæ fiat nouatio.*

3 *Nouatio fit, facta prorogatione termini, ſed ope exceptionis.*

4 *Nouatio an inducatur ex noua dilatione conceſſa debitori.*

Bar. in l. Valerianus.ff.de prætor.ſtipul.

1 BAR. in hac.l. Valerianus,col.2.verſ.& ideo pro declaratione, tradit † quomodo & quando nouatio præſumatur. De hac re uide Alex.in l.iiij.§.ſi ex conuentione,col.2.in glo.1.nouatio.ff.de re iudi.vbi præcipuè agit de ijs,quæ hic per Bar.adducuntur,ſcilicet,ſi debitor obligatio plusquam prima continet,fieri nouationem de iure fforum. an hoc procedat ſi plus in aliquo acceſſorio contineret? an uerò in principali? in hac materia uide omnino in conſi.155.Viſis & conſideratis,in lib.primi & ſecundi uol. Et limita quando ſecundus tractus ſtipulatione celebratur, alioqui uerò ſi ſine ſtipulatione conficeretur.l.item illa.ff. de conſt.pecun.vbi Bar.& Alex.in rubr.ff.de uerb.oblig.in 2.col. iſto enim caſu quilibet dus contractus ſine ſtipulatione fiebat, non nouabat de iure fforum, niſi id expreſsè fieret. Item limita omnes caſus,in quibus olim fiebat nouatio,locum habere ſolum quando ſecundus contractus ex interuallo conficiebatur, alioqui uerò ſi incontinenti; quoniam tunc nouatio nunquam præſumebatur. Bar.in l.ſingularia,in ſexto ſpeciali.ff.ſi cert.peta. Et ad hic quod hic ſubiungit Bar.in verſ.tertio caſu,dicens, quando ſecundus contractus tantundem continet, & tunc noua perſona interueniente nouatio præſumebatur,niſi actum eſſet,ut eſſent duo rei. limita hoc,ut prædixi,quando ſecundus contractus ſtipulatione conficiebatur, alioqui nouatio non præſumeretur,quãuis expreſsè fieri poſsit.Bar.in d.l.item illa.§.fi.ff.de cõſt.pecun.vbi poſui.Item limita quando noua perſona ex parte promittentis interueniebat: nam ſi ex parte ſtipulantis interueniret,difficilius nouatio præſumeretur.l.j.§.fi. & ibi Bar.ff.de ſtipu.ſeruo.lib.

2 die autem quomodo † & quando interuentu nouæ perſonæ fiat nouatio, uide apud Alexan.in conſi.152.in lib.primi & ſecundi uol.& in conſi.155.eod.lib. Et ad id quod hic ſubijcit Bart. verſ.aut non interueniebat noua perſona,vide eundem Bar.in l.certi condictio.§.ſi nummos.ff. ſi cert.pet.vbi contrarium tenuit & malè,vt ibi per Iaſ.colu.6. verſ.in ea.& de hac re uide dicta in l.iiij §.ſi ex conuentione.ff.de re iudic. Dum uerò proſequitur Bar. dicens, hodie nouatio-

* nem fieri ope exceptionis. dicas hoc non eſſe uerum; quoniam ſecundum magis * communem ſententiam non præſumitur ipſo iure,neque ope exceptionis.Soc. in conſi.89.in 3.uol.Iaſon.in j.in fi.de iudic.de qua re agit idem Iaſ.in l.ſingularia,col.14.verſ.alia,& in 15.colu. uerſ. tertio ff.ſi cert.pet.& in l.in illa ſtipulatione,col.pen.ff.de uerb.obli.vide tamen Alex.in d.conſi.156.

3 in lib.primi & ſecundi uolu. Poſtea Bar. hic in uerſ. quæro quid ſi ego, uult nouationem fieri, facta prorogatione termini, ſed ope exceptionis: ideo prima actione agi non poteſt.inter

fideiuſſores

fideiuſſores & pignora conſtituta ſuper prima obligatione liberantur.l.vbicunque. ff. de fideiuſſ.hoc dictum Bartoli refellit Iaſ.in l.j.in fi.C.de iudic.quia nouatio hodie non fit niſi expreſsè agatur,neque ope exceptionis nunc fit niſi in caſibus,in quibus olim fiebat ipſo iure,quamuis contrarium hic teneat Bar.quem ibi doct.communiter reprobarunt. ſed retenta hac Bartoli deciſione ſequeretur,ſi quis mihi obligatus eſſet cum fideiuſſoribus & pœna ad ſoluendũ infra annum,& ego ei miſerationis cauſa terminum prorogarem, fideiuſſores & pignora liberari; quia ubi fit nouatio etiam ope exceptionis, fideiuſſor (ut prædiximus) liberatur.l. ubicunque.ff.de fideiuſſ.id quod iniquum eſſe videretur. Tamen poſita opinione Bartoli pro vera reſponderi poſſet,& eam dupliciter limitari,ſcilicèt,ut procedat quando in ipſa prorogatione etiam primus contractus iteraretur faciendo ſibi promittere; ſi verò hoc non fieret, ſecus, ita limitat Bal.in l.tam mandatori,col.2.C.de non numer.pecun.quem refert Iaſ.in d.l.1.col.fi. C.de iudic.ſed pro iſta limitatione videtur hic ad literam deciſio Bartoli in fi.ubi ait, eum, qui alios dat fideiuſſores,ita demũ videri nouare ope exceptionis,ſi principalis obligatio eſt renouata,alioqui ſecus. alio etiam modo iſtam deciſionẽ Bartoli limitat Bal.in d.l.tam mandatori, vt procedat,quando prorogatio facta fuit cum ſtipulatione,ut eo caſu nouatio ope exceptionis facta uideatur,aliter non,ut per Iaſ.in l.lecta,col.6.in 8.notab.ff.ſi cert.pet.Et ibi tertio modo limitatur,niſi prorogatio fiat cum pacto,quòd niſi ſoluatur in termino,non intelligatur eſſe receſſum à prima obligatione. Bar.in l.aliam.ff.de ſolut. ubi poſui. & hoc Bartoli documentũ reprobat etiam Iaſ.in l.j.§.& poſt operis.ff. de oper. nou. nunc. Et ad ea quæ poſtremò hic ait Bar.de illo,qui dedit nouos fideiuſſores de iudicio ſiſti & iudicata ſoluendo,vide Soc. in conſi. 17.col.5.in 1.uol. Aduerte circa ea,quæ prædixi,utrum nouatio † inducatur ex noua dilatione 4
conceſſa debitori,ita ut fideiuſſor ſaltem ope exceptionis ſe tueri poſsit, vide omnino Fulg. in conſi.130.ubi multa ſcitu digna in re propoſita cumulauit. & an & quando fideiuſſor teneatur pro tempore prorogato? videas Dec.in c.de cauſis, de offic.deleg. & in conſi.103. ubi tenet fideiuſſorem teneri etiam pro tempore prorogato. ſed quid ſi tempore prorogationis debitor principalis erat ſoluendo,& poſtea efficitur non ſoluendo,nunquid æquum erit, ut fideiuſſor teneatur? & eum facta prorogatione nullo modo teneri docuit Socin.in conſi.21. in 1. vol.Feli.in c.in cauſis,de offi.deleg.& in c.1.num.4.de iureiur.& in re propoſita vide omnino Alex.in conſi.72.in 6.vol.& Ang.Alex.& alios in l.ſi unus.§.1.ff.de pact.& doct.in c. conſtitutis,de fideiuſſ.& ad præcedentia,ſcilicèt an & quando intelligatur eſſe facta nouatio,vide omnino Alex.in conſi.173.in 7.vol.Aret.in conſi.5.& latè Albertum Brunum in tract.de augmẽto.in tertia concluſione principali,nu.40.cum ſeq.

Summarium in l.huiuſmodi.ff.de præto.ſtipul.

Si quis promiſit ſtare de expenſis, & intereſſe tuo iuramento, uel dicto, ualet ſtipulatio. 1
Si promitto ſtare tuo dicto, uel iuramẽto, hoc me nõ obligat quia ego poſſim te reuocare antequã declares. 2

Bar.in l.in huiuſmodi.ff.de prætor.ſtipul.

Bart. in hac l.in huiuſmodi,col.2.verſi.quærit Dyn.inquit,ſi quis promiſit † ſtare de expenſis & intereſſe tuo iuramento uel dicto, ualere ſtipulationem, & ſi bene arbitrabitur, ſtandum eſſe dicto ipſius,alioqui fieri debere reductionem ad arbitrium boni viri. Nunquid autẽ iſte poſsit taxare,uel iudicare,uel iurare parte non citata? vide Alex.in conſi.130. Difficultas huius negocij,in 1.vol.& circa hanc quæſtionem Dyn. quæro quam actionem producat huiuſmodi ſtipulatio? & nunquid eandem, quam iuramentum? vide plenè apud Iaſ. in §. item ſi quis poſtulante,colu.12.& 13. inſt.de action. & latè in l.iuſiurandum quod ex conuentione.ff. de iureiur.& Alex.in l.j.§.fi.col.1.ff.de verb.oblig.ubi omnes,& in conſ.47.col.2.in 1.vol. Et dum Bar.in ead.col.verſi.quid dicemus,ait,ſi promitto † ſtare tuo dicto uel iuramento.hoc me 2
non obligare quin ego poſsim te reuocare antequam tu declares. hoc idem ſequitur Iaſ. in d. §.ſi quis poſtulante,col.13.ubi addit unam cautelam Abb.in c.dilecti,col.fi.de for.compet. ſed
* Alex.in d.conſi.130.in 1. vol.ait, Bartolum hic * communiter reprobari, & limita omnino vt per Iaſ.in d.l.iuſiurandum quod ex conuentione, col.2.Poſtea Bar.hic, poſtquam iſte talis declarauit,

clarauit,eius declarationem ualere,vide Abb.in d.c.dilecti.colum.fin.verſi.inquantum,de iu-compet.& Alex.in conſ.37.col.fi.in 1.vol.

Summarium in l.ſi pupillus.ff.rem pupil.ſalua.for.

1 *Melius eſſe proprium,quàm commune.*

Bar.in l.ſi pupillus.ff.rem pupil.ſalu.for.

1 BART. in hac.l.ſi pupillus cum l.ſeq.ait melius eſſe proprium † quam commune. & in hac materia adde quòd per publicam perſonam quæritur poſſeſsio parti ſicut utilis actio. Soc. conſ.262.col.6. Et an acquiratur partibus per notarium etiam ante ratihabitionẽ ipſarum partium? vide Paul.de Caſt.in conſ.195.Viſis,in 2.vol.

Summarium in rubrica.ff.iudi. ſolu.

1 *Pater ſi uigore ſtatuti tenetur ſoluere condemnationem pro filio, dicitur fideiuſſor iudicatum ſolui.*
2 *Fideiuſſor iudicatum ſolui liberatur abſoluto principali.*

Rubrica.ff.iudicatum ſolui.

1 IN hac materia ſcias, ſi pater † uigore ſtatuti tenetur ſoluere condemnationem pro filio dicitur fideiuſſor iudicatum ſolui; & ideo ſicut in uno caſu quis tenetur de ſententia lata contra principalem, ita & in alio. Bart.in l.cùm filiusfamiliàs,in princ. de uerb.oblig.Nunquid autem iſta promiſsio iudicatũ ſolui,ſit diuidua uel indiuidua? & ſi uno non defendente pœna contra omnes committatur? vide Bar.in §. Cato, in 2.quæſt.fa-
2 verb.oblig.ubi omnes. Attende etiam in materia huius tituli fideiuſſorem † iudicatum ſolui liberari abſoluto principali,quamuis in eadem ſententia facta ſit reſeruatio,cuius uigore dictus principalis condemnetur. ita Soc.in conſi.91.in 4.vol.Ad ea verò quæ ait Bar.in hac rubr. col.2.verſ.ſecundum quod dicit ſi eſt abſens dominus,& reliqua. vide Iaſ.in l. filiusfamiliàs qui ſatiſd.cogan.Aret.in conſ.124.Domine. & Iaſ.in d.l.filiusfamiliàs ampliat hoc idem procedere in ſtatuto ſi requiratur idonea fideiuſsio,dominum poſſe releuare.

Summarium in l.in ſtipulatione.ff.iudi.ſol.

1 *Executio fieri poteſt quamuis quantitas non ſit certa.*

Bar.in l.in ſtipulatione.ff.iudic.ſolu.

1 BART. in hac.l.in ſtipulatione,col.2.ibi,& ſi dicas quomodo,ait executionem fieri poſſe,quamuis quantitas non ſit certa: quia in executione certificabitur,& declarabitur merito. vide Alex.in l.j.col.5.verſ.in gl.ff.de leg.2.& Iaſ.in l.j.in princ.col.4.verſi.quarta.de eden.

Summarium in l.cum lite.ff.de iudic.ſolu.

1 *Finita cauſa triennio,prima acta ualent.*
2 *Acta litis ordinaria facta coram primis iudicibus fidem faciunt coram ſecundis.*

Bar.in l.cum lite.ff.de iudic.ſolu.

1 BART. in hac.l.verſi.ulterius dicit gl.ait,finita cauſa † triennio,prima acta ualere. De ſi re quomodo acta in uno iudicio probent in alio,vide Barto.in l.ij.C.de eden.Adde quòd ſi probationes acceptæ in iudicio ſummario non faciant fidem in ordinario, tamen hoc fallit confeſsione ſecundum Aret.in l.naturaliter.§.nihil commune.col.2.verſi.primò.ff. de acquir. poſſ. Quid in actis factis coram iudice ſeculari utrum faciant fidem coram eccleſiaſtico? & ſi acta facta in iudicio ciuili præiudicent in criminali? & quid ſi facta ſunt inter aliquas perſonas nunquid fidem faciant inter alias? vide pleniſsimè totam hanc materiam apud Feli. in c. cùm ſam quæ,de teſti.& in c.qualiter.2.§.ad corrigendos.nu.23.cum ſeq.de accuſat.& in c.ſi de-
2 rici,in princip.de iudic. Scias quoque acta † litis ordinaria facta coram primis iudicibus fidem facere coram ſecundis.c.fi.& ibi Abb.& alij de probat.& dum Bar.hic in pen.col.verſi. ſecundus effectus, quærit an teſtes in alia inſtantia poſsint de nouo produci ſuper eodẽ non obſtante publicatione facta in prima? attende quia Bar.hic ſentit eos produci non poſſe in alia inſtantia propter ſubornationem.idem uult in l.iij.§.1.ff.de ui bonor.rapt. Contrarium verò tenet

Io. An-

Io. Andr. & Abb. in c.fraternitatis,de teſti.ubi Fel.col. 5.& ibi vide longam apoſtillã,& omnino Dec.ibi in ſua repet.in 2.quæſt.11.articuli,& Card.in clem. 2. col. 3. de teſti. ubi nunquam fit mentio de Bar.hic.vide etiam Mari.Soc.in d.c.fraternitatis.in 10.& 11.articulo,ubi multas quæſtiones cumulauit.

Summarium in l.cum quærebatur.ff.iudic.ſol.

Fideiuſſor iudicatum ſolui tenetur etiam lata ſententia contra principalem contumacem.

Bar.in l.cùm quærebatur,ff.iudic.ſolu.

BART. in hac l.cùm quærebatur, diuidit hanc.l. & eam declarat ut hic per eum. Aduerte quia per iſtum tex.quo cauetur, fideiuſſorem † iudicatum ſolui,teneri etiam lata ſententia cõtra principalem contumacem,uoluit Bar.in l.cum filiusfamiliàs in principio.ff.de verb. oblig. patrem,qui vigore ſtatuti tenetur ſoluere condemnationem filij, teneri etiam ſi lata eſſet ſententia contra filium contumacem. ſed huic ſententiæ reluctatur, quia quotiescunque ſententia contra unum lata poteſt alijs præiudicare,non nocet ei ſi lata eſt contra contumacem.l.Papinianus.§.meminiſſe,& l.qui repudiantis,in fi.ff.de inoffic.teſta. Bar.in d.l. cùm filiusfamiliàs in fin.principij.

Summarium in l.cum apud.ff.iudic.ſol.

Fideiuſſor acceptus in prima cauſa non tenetur in eo, quod iudicatur in cauſa appellationis.

Bar.in l.cùm apud.ff.iudic.ſolu.

BART. in hac.l.cùm apud,ſic ait in ſumma. Fideiuſſor † acceptus in prima cauſa non tenetur in eo, quod iudicatur in cauſa appellationis. quid ſi iudex electus nollet iudicare, an tunc recederetur ab eo ut fideiuſſor teneatur ſecundum materiam.l. ſi quis arbitratu. ff. de uerbor. obligat.cogita, & vide Paul.de Caſt.in conſi.23.Solet aromatum natura,in 1.volum.ubi multa dicit. Et dum Bart.hic in 2.colu. verſi.quæro ſatiſdedi, tradit ſi ſatiſdedi apud iudicem ordinarium proprio nomine non expreſſo, qui demum cauſam delegauit,an fideiuſſores teneantur,vide Aret.in conſi.87.prope fi.

Summarium in l.cum minor.ff.rem rat.haber.

Minor, qui compromittit in arbitrium, & promittit pœnam, ſi eius ſententiæ non parebit, non incidit in pœnam petendo reſtitutionem in integrum.

Bar.in l.cùm minor.ff.rem rat.hab.

BART. in hac.l.cùm minor,in fi.principij ait,minorem, † qui compromittit in arbitriũ & promittit pœnam ſi eius ſententiæ non parebit, non incidere in pœnam petendo reſtitutionem in integrum. adde quòd ſi quis promiſit ratum habere, & ratum habuit, quamuis poſtea iure improbet,dicitur conditionem impleuiſſe.Aret.in conſ.29.col.fi.

Summarium in l.cùm minor.§.falſus.ff.rem rat.habe.

Si aliquis uenit contra ſententiam ea ratione, qua poſſet, etiam ſi uerus procurator litem egiſſet, eum non videri propterea improbare.

Bar.in d.l.cùm minor.§.falſus.ff.rem rat.hab.

BART. in ead.l.§.falſus,in fi.ait,ſi aliquis † venit contra ſententiam ea ratione, qua poſſet etiam ſi uerus procurator litem egiſſet,eum non videri propterea improbare.

Summarium in l.Paulus reſpondet.ff.rem rat.hab.

Non tantum uerbis, ſed etiam facto poſſe rem ratam haberi.

Bar.in l.Paulus reſpondet.ff.rem rat.hab.

BART. in hac.l.Paulus reſpondet,nihil dicit,ſed ex ea colligitur, non tantùm † uerbis, ſed etiam facto poſſe rem ratam haberi. De hac.l.vide Dec.in l.ſemper qui non prohibet. ff.de regul.iur.adde quòd uoluntas alicuius potentius facto quam uerbis declarari ſolet. Dec.in l.non uult hæres eſſe.ff.de regul.iur.nu.6.cum ſeq.uide Maria.Soc.iuni.in conſi.98.nu.13.ubi citat. l.ſi tamen.§.ei qui.ff.de ædilit.edict.& in c.dilecti, de appellat. Anchar. in conſi.302. vbi ait, ſi

verba

uerba factis repugnarent, verba cedere factis oportere. & uoluntatem ex factis potissimum conijci debere, docuit tex. in l. reprehendenda. C. de inst. & substit. ubi ait gl. etiam in animalibus brutis & ratione carentibus colligi uoluntatem ex factis, citat tex. in §. ceruos, inst. de rer. diuis. ubi hoc optimè probatur.

Summarium in l. actor. ff. rem rat. habe.

1 *Executor an possit actorem uel procuratorem constituere.*

Bar. in l. actor. ff. rem rat. hab.

BART. in hac. l. actor, in summa inquit, Iurisconsultum hic facere mentionem de quatuor
1 personis, quarum prima tenetur cauere, sed aliæ tres non. Tu in hac materia vide an executor possit actorem uel procuratorem constituere, apud Paul. de Cast. in consi. 13. in 1. vol. Et dum Bar. hic in 2. col. versi. quæro utrum bona, tradit, an bona illius actoris sint obligata pupillo pro administratione. Adde tu, an pupillo tantum sint obligata, an tutori tantùm, an utrique? vide Aret. in consi. 39. col. 1. & seq. ad ea verò quæ hic ait Bar. in fi. pen. col. vers. ulterius, dum inquit gl. hanc reprobari ab Old. adde quòd Ias. in l. sciendum, col. 5. ver. iuxta. ff. de uerb. obli. semper ipse quoque illam gl. malè dicere. & Aret. in cons. 69.

Summarium in l. quo enim. §. rem haberi. ff. rem rat. habe.

1 *Tacens an & quando habeatur pro consentiente.*

Bar. in l. quo enim. §. rem haberi. ff. rem rat. hab.

1 BART. in hac l. quo enim. §. rem haberi, agit de illa quæstione, an & quando † tacens habeatur pro consentiente. de qua re vide Ias. & quæ latè posui ad Bar. in l. quæ dotis. ff. solu. matr. & etiam alibi. & Abb. & Feli. in c. non ne, de præsumpt. in quibus locis habetur de illa regula, qui hic tradit Bar. in tertio membro suæ distinctionis, scilicet quando ultra taciturnitatem interuenit etiam aliquis actus positiuus, ut est receptio literarum, subscriptio, & huiusmodi genus alias & tunc tacentem haberi pro consentiente.

Summarium in l. amplius peti. ff. rem rat. habe.

1 *Petitio cum contestatione, solutionis receptio & compensatio faciunt committere stipulationem amplius non peti, secus si neutrum eorum interueniat.*

2 *Licèt uerbum agere iudicet litis contestationem, tamen uerbum peragere, significat litis decisionem.*

3 *Actionem peti, importat litis contestationem.*

4 *Maritus si legauit uxori multa, si dotem non petierit, postea ipsa dotem recepit ab hærede sponsi scie-*
te & sciente, utrum dicatur ex hoc contra feciſſe.

5 *Ille qui compensat, uidetur soluere.*

6 *Excommunicatus non potest petere, sed potest excipere.*

Bar. in l. amplius non peti. ff. rem rat. hab.

1 BART. in d. l. amplius non peti, sic ait in summa. Petitio † cum contestatione, solutionis receptio, & compensatio faciunt committere stipulationem amplius non peti, secus in neutrum eorum interueniat. Attende in hac materia, quia si defunctus promisisset non agere sub pœna, & eius hæres agendo etiam ignoranter incidit in pœnam, neque iuuatur auxilio ignorantiæ per clausula generali, ut per Ias. in l. cùm filius familiàs. §. in hac, col. 2. ff. de verb. oblig. uersi. ex hac
2 Et aduerte quoniam & si verbum, † agere, indicet litis contestationem, tamen verbum, peragere, significat litis decisionem. l. quinquaginta, & l. posui. ff. de excusat. tut. Et attende pro ampliatione huius. l. non solùm uerbum, petere, sed etiam uerbum, agere, litis decisionem indicare, ut est gl. sing. in l. si postea, in gl. 1. ff. de pecul. ubi limita non procedere in uerbo, peragere. & limita hoc quoque quod prædictum est de verbo agere, & petere, nisi addita essent aliqua uerba ex quibus cõtrarium appareret, ut per Ias. in l. si prius, col. 5. vers. secundò & melius. ff. de oper. nou. nunci. & actionem † peti importare litis contestationem, sequitur Bar. in l. à quo fundus. ff.
3 de damn. infect. Et quid importet uerbum, agere, & verbum, peragere, vide omnino Carpol. in caut. 18. ubi tradit quid ex hoc fuerit disputatum per Guid. de Suza. contra Oldr. & de ligni-
ficatione uerbi, petere, ut importet litis contestationem, vide Bar. in l. si decem cum petiero, ff.

prin.

princ.ff.de verb.oblig. Et dum Bart. hic in 2.col.versi.item oppo. de.l.Papinianus.§.meminisse &c. ait,illas leges habere locum in pœnis legalibus. vide Iaſ.in l. inſulam. in 8.oppoſ. ff.de verb.obli.& ibi Iaſ.col. 12.verſi.ſecundò.Ad ea verò quæ ſubiungit Bar.in ead.col. verſi. & ideo vt tibi liqueat,cuius hæc ſunt verba; quandoq; quis promittit controuerſiam nõ mouere, & tunc quoquo modo controuerſia fiat,committitur ſtipulatio. Vide Dec.qui hoc idem ſequitur in c.ex literis,in princ.de probat.& in c. 1.in 2.not.de appellat.vbi tradit etiã quid de querimonia & quæſtione.Et dum ſubijcit Bart.quandoq; aliquis promiſit non petere, & reliqua, videas ad hoc Salic.in l.ſi quis maior, col.pen.C.de tranſact. vbi redarguit Bart.hic.& ibi Iaſ.in
4 1.not.multa dicit de hoc verbo,peti.Et dum Bar.hic in col.pen.quærit ſi maritus † legauit vxori multa ſi dotem non petierit, poſtea ipſa dotem recepit ab hærede ſponte ſoluente & ſciente,vtrum dicatur ex hoc contrafeciſſe? & decidit quòd non. Tu de iſta quæſtione vide omnino Paul. de Monte pico in repet. l. Titia cum teſtamento.§. Titia cum nuberet.nu. 3.ff.de leg.
5 2. Deniq; Bar.colligit ex iſto tex.eum,qui † compenſat,videri ſoluere, & ideo infert, ſi aliquis promiſit cum iuramento tibi ſoluere certam quantitatem,ſi compenſat,à periurio liberari.hoc idem habetur apud Alex.in conſi. 154.Viſo themate, col.ſi in lib. 1.& 2.vol.& Io.Fabr.in §.in bonæfidei,inſt.de action.ac multi ad hanc opinionem acceſſerunt, vt ibidem refert Iaſ.nu. 85. & in l.eum qui.§.ſi iurauero. ff. de iureiur. Multi tamen contra Bart.tenuerunt, vt per Iaſ.in d.
* §.in bonæfidei,& in d.§.ſi iurauero,vbi teſtatur hanc eſſe magis * communem ſententiam. quã ſequi videtur etiam Ruin.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,col. 36.ff.de liber. & poſth. & Claud. de Seiſel.in l.ſtipulationes non diuiduntur.nu. 33.ff.de verb.oblig.Sed opinionem Bar. defendit egregiè Soc.in l. Iulianus.ff de cond.& demonſtr.& ex ijs quæ ibi tradit Soc.difficile eſt credere contrarium eſſe votis frequentioribus confirmatum.Feli.vero in c. Ad noſtram, de iureiur.inquit vtranq; opinionem ſuſtineri poſſe,quamuis ipſe cõtra Bar.ſentiat.Et ad ea,quæ ſub-
6 dit hic Bart.de excommunicato, † qui non poteſt petere,ſed poteſt excipere,an poſsit compẽſationem obijcere,vide Alex. in d.conſi. 154.col.ſi. in lib. 1.& 2.vol. & Abb. & alios, in c.cùm inter,de excep.& ibi habetur etiam ſi principalis excommunicatus compenſare non poteſt,an eius fideiuſſor poſsit.

Summarium in l. ſi in debitum.§. ſi procurator.ff.rem rat.habe.

Ratihabitio retrotrahitur.

Ratihabitio æquiparatur mandato per fictionem.

Ratihabitio fieri debet re integra.

Bar. in l. ſi indebitum.§. ſi procurator.ff.rem rat.haber.

Bart. in hac.l.ſi indebitum, §.ſi procurator, colligit ex iſta glo. ratihabitionem retrotrahi. vide Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum,col.23.verſ.ſecunda principalis.ff.de liber.& poſthu. Iſta regula quatuor modis limitatur, primò quando ſi ratihabitio retrotrahitur, aufertur ius quæſitum illi,contra quem fit ratihabitio,vt habetur per glo.in c.ratihabitionem, de regu.iur. in 6.dum citat tex.in c.ex parte decani,de reſcrip.ad rem faciunt trad. per Soc.in conſi. 126.in 4.vol. Secũdò limitatur non procedere in quocunq; caſu,in quo ceſſat æquitas; nam ratihabitio † æquiparatur mandato per fictionem,ſed fictio locum habere non poteſt vbi ceſſat æquitas ſecũdum Bar.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.igitur &c. Tertiò fallit,vbi tempore, quo fit talis ratihabitio,ille actum hunc facere non potuiſſet.tex.eſt ſing.in l.bonorum, hoc eod.tit. vbi latius agam de hac re. Quartò fallit quando res non eſt integra, & in eodem ſtatu, in quo erat ab initio quando actus fuit geſtus.hæc omnia vide apud Alex. in conſi.78. col.4.& ſeq.in 5.vol.& in conſi.26.in 6.vol.Et ad rem faciunt trad.per eundem Alex.in conſi. 110.in 1.vol.& in conſi.343.in lib.primi,& ſecundi vol.& de hac regula cum fallentijs vide Fel.in c.ſicut tuis. nu.7.de ſimon. & de materia ratihabitionis vide latiſsimè apud eundem Feli. in c. ſunt & alij. col.2.& 3.de reſcrip.Et ratihabitionem † fieri debere re integra, & quid ex hoc infertur vide per Dec.in l.contractus.nu.25.ff.de regu.iur. Et in re propoſita attendè duas ſpecies eſſe ratihabitionis,una eſt quando,ratum habeo actum ab alio factum nomine meo, & iſta talis ratiha-

habitio

habitio retrotrahitur ad tempus contractus: & iſte non dicitur nouus actus: & fieri poteſt etiã ab abſente. Altera eſt, quando ratum habeo actum factũ per me, qui nullius eſt roboris, & tunc iſta ratihabitio non retrotrahitur, & iſte dicitur nouus actus, in quo eadem ſolennitas requiritur, quę in nouo actu exigeretur: ita eruditè declarat Are. in conſi. 127. Et an & quando & quo modo ratihabitio fieri poſsit, & in quibus caſibus, & de illius viribus, vide plenè apud Dec. in l. ſemper qui non prohibet. ff. de reg. iur. Et an & quando ratihabitio mandato æquiparatur, vide Fulg. in conſi. 154.

Summarium in l. ſi procurator. ff. rem rat. habe.

1 *Repeti poteſt id, in quo quis damnum patitur.*

Bar. in l. ſi procurator. ff. rem rat. habe.

1 BART. in hac l. ſi procurator, in fi. ait, repeti † poſſe id, in quo quis damnificatur, propterea quòd à ſuis negocijs auocatur. Vide Iaſ. in l. properandum. §. ſinautem alterum. col. 6. C. de iudic. vbi hoc limitat in damno, quod quis patitur ratione perſonæ ſuæ; ſecus quò ad res. vt in l. vnic. §. fi. col. 2. verſ. ſecundum iſtam. ff. ſi quis iusdic. non obtemper.

Summarium in l. bonorum. ff. rem rat. habe.

1 *Si ſuperuenit defectus ex parte ratum habentis, ratihabitio impeditur.*
2 *Ratum haberi non poteſt poſt centum dies.*
3 *Ratihabitio fieri poteſt de poſſeſſione quando ille idem qui eſt in poſſeſſione apprehendit.*
4 *Ratihabitio mandato æquiparatur.*
5 *Vtrum geſta per unum canonicum poſſint haberi rata ab alio canonico, qui ei ſucceſſit.*

Bar. in l. Bonorum. ff. rem rat. hab.

BART. in l. Bonorum, ait hanc. l. ſcribendam eſſe literis aureis, & hoc dicit in ſumma, ſiperuenit † defectus ex parte ratum habentis, ratihabitionem impediri. Vide quæ dixi de hac 1 in l. ſi indebitum. §. ſi procurator, ſuprà eod. tit. Attende etiam in propoſita re, quoniam decennio præſumitur ratihabitio in agnitione bonorum poſſeſsionis, non quòd per x. annos inducatur, ſed per tantum temporis ſpacium præſumitur voluntatem ab initio interueniſſe. Item iſta regula limitatur vt procedat quando ratihabitio eſt facienda pro cõfirmatione inualidi, alioqui verò ſi ratihabitio ſup actu ualido interponeretur, qui ideo ratificare, vel habẽti acquiratur. & iſta ratihabitio fieri poteſt etiam citra tempus, quo primus actus impetreſt, vt per Bar. vbi clarum ponit exemplum in l. j. col. pen. verſ. contra hoc. C. qui admittantur tem hic in tex. dicitur, poſt centum dies ratum † haberi non poſſe, hoc verum eſt in tranſmiſſi- 2 libus, ſecus in deſcendentibus, qui habent annum. l. j. §. longius, ſuprà de ſucceſſ. alias limitanones ad iſtum tex. poſuit remiſsiuè Alex. in d. l. j. col. 5. verſic. & alias. C. qui admit. & aliam tradit Raph. Cuma. in conſil. 166. incip. Innocentius 7. ſcilicet, vt non procedat in bonorum poſſeſsionibus, quæ ſunt ad hæredes translatæ. & quid per hunc text. inferatur, vide per Dec. in 2. col. fi. de appellat. Et ratihabitio † fieri poteſt de poſſeſsione, quando ille idem. qui apprehendit, eſt in poſſeſsione. Alex. in conſi. 110. col. 2. in 1. vol. Item limita vt per Fulgoſ. in conſ. 114. Super eo quod quæritur. Et non poteſt ratihabitio fieri poſt mortem donantis vel concedentis rem. Alex. in conſi. 24. col. 3. in 5. vol. id quod eſt ualde ſingul. An autem iſta. l. quæ loquitur in procuratore locum habeat in notario, qui eſt perſona publica, qui nomine meo ſtipulatur, an ſcilicet neceſſe ſit infra terminum ratum habere? vide Bal. in l. non aliter. §. ſatiſdatio, ff. ff. de adopt. & Paul. de Caſt. hic. & Dec. in conſi. 226. Et ad iſtam. l. vide Dec. in l. ſemper qui 4 non prohibet. ff. de reg. iur. Et ad ea, quæ hic ponit Bar. de ratihabitione, † quæ mandato æquiparatur. vide Iaſ. latiſsimè, in l. ſi is qui pro emptore, col. 39. & ſeq. de vſucap. & quæ poſui in d. l. ſi indebitum. §. ſi procurator, ſuprà hoc eod. tit. Et dum Bart. hic in col. fi. tradit an factum nomine defuncti poſsit ratum haberi ab hærede? deciditq; hoc fieri in ijs, quæ ad hæredem tranſire ſolent. limita tu hoc procedere quando ille, qui fecit actum nomine defuncti, eſt in eodem ſtatu tempore ratihabitionis, in quo erat ex tunc, vt declarat ponendo exemplum Alex. in conſi. 110. Viſis acutiſsimis dubitationibus, col. 2. in 1. vol. Item limita & declara iſtum text. vt poſt Alex-

Alex.in consi.78.Viso diligenter.col.pen.in 5.vol.& aliter,vt per Paul.de Castr.in consil. 195. Visis,in 2.dub.in 2.vol.vbi vide omnia hæc,quæ sunt singularia in hac materia. Postremò hic quærit Bar.vtrum gesta † per vnum canonicũ possint haberi rata ab alio canonico, qui ei successit? vide Dec.in c.ex literis,col.4.vers.prædicta,de probat.

Summarium in l.fi.§.procurator.ff.rem rat.habe.

Si tutus præscriptione triginta annorum soluit, potest repetere.

Bar.in l.fi.§.procurator.ff.rem rat.hab.

Bart. in hac l.fi.§.procurator.colligit argumentum ex isto tex. si tutus † præscriptione. xxx.annorum,soluit,vt repetere possit.& respondet ad l.obligationum.§.placet.ff.de action. & oblig.qua cautum est,tempus non esse modum inducendæ vel tollendæ obligationis.dicas tu regulam.d.§.placet,etiam si cum tempore iuncta esset diutina præstatio,quia nihilominus tempore non inducitur obligatio.l.si certis annis.C.de pact.vbi Bal.affert rationem.& Dec.declarat.Ibiq; Paul.de Castr.per illum tex.in 2.not.ampliat non solùm si tractaretur de noua obligatione inducenda,sed de inducta confirmanda,etiam si interuenisset diutina præstatio.& iste est propriè casus illius.l.vbi tamen subiungit, quòd & si hoc non sufficiat ad inducendam obligationem,sufficere tamen ad probandum titulum si allegatur.

Summarium in l.j.ff.de priua.delic.

Actiones pœnales quando transeant ad hæredes.

Bar. in l.j.ff.de priuat.delict.

Bart. in l.hac.l.j.agit de actionibus † pœnalibus, an & quando transeant ad hæredes. Et illud,quod dicitur de actionibus pœnalibus, quæ non transeunt ad hæredes, limita nisi id,quod debebatur actione pœnali,fuisset promissum per viam cõtractus:nam isto casu transeunt ad hæredes. Alex.in l.non solùm.§.morte.col.2.versi.cuius.ff.de oper.no. nunc. vbi Ias. col. 3. Præterea dum hic traditum est, pœnales transire ad hæredes quatenus peruenit, quomodo intelligatur quid peruenire? vide in l. pen.ff.de oper.nou.nunciat. per Bart. & alios ibi.

Summarium in l. nunquam plura.ff.de priua.delic.

Quando plura delicta pro uno habeantur uel pro pluribus.

Quis potest multoties pro eodem genere criminis puniri, & excommunicari.

An possit aliquis mulctari absque noua citatione.

Bar.in l.nunquam plura.ff.de priuat. delict.

Bart. in hac.l.nunquam plura,versic.circa istam.tradit recto ordine quando † plura delicta pro vno habeantur,vel pro pluribus.De hac materia vide Raph.Cuma.in consil. 74. col.2. vbi distinguit an delictum sit momentaneum, & tunc non sint plura delicta, secus verò si esset successiuum.& in hac materia vide Soc.in consi.62.in 1.vol.& omnino Feli.in c.sicut,nu.4.de testi.vbi tradit an & quando delictum reiteratum pro pluribus delictis habeatur. Et dum Bart. hic opp.d.l.fi.C.de mod.mulct. Dicas stante communi solutione ad hunc text.de qua agit etiã Dec.in c.1.de iudic.hoc procedere in anno,quia tantum ter mulctari potest, sed post annum, posset iterum mulcta imponi. ita colligitur ex d.l.fi.ibi, in anno. Secundò limita hoc procedere in ordinario moderatore,alioqui verò in proconsulibus & spectabilibus; quia illi possunt sæpius mulctare.ita sentit tex.ibi,obseruandum à moderatore.ex hoc enim cęteri excipiuntur, alioqui generaliter nullo expresso statuisset.Et contra istam sol.Bar.videtur urgere glo.in c.ita quorundam,de iudæ.vbi quis potest multoties † pro eodem genere criminis puniri & excommunicari.sed respondeas licet,ibi delictum esse in detrimentum catholicæ fidei.vel ibi erat delictum in faciendo,quo casu succedit documentum Bar.in l.inficiendo.§.infans.ff.de furt.Item contra dictam decisionem videtur tenere Bar.in d.§.infans,col.1.in fi.vbi vult si statutus est ali cui terminus ad aliquid faciendum,& id non faciat, eum toties puniri posse, quoties non pa-

ruit.

ruit. Et ad ea, quæ prædiximus de mulcta, vide Angel. in consi. 8. vbi multa dixi in materia mul-
3 ctarum. Et an † possit aliquis mulctari absque noua citatione? dicas * communiter non pos-
* hoc tamen fallit in nonnullis casibus, vt per Feli. in c. 1. nu. 19. de iudic. Postea Bar. hic in 3.
uersi. venio ad aliquas quęstiones, concludit quando plura delicta fiunt eodem impetu, & non
una tantum pœna puniuntur, si verò non eodem impetu, & tunc diuersa pœna puniri debet
etiam si in eodem instanti committerentur. & ponit exemplum memorabile de illo, qui alte-
vulnerauit ex proposito, nolens plus facere, tamen propter aliquod dictum vel factum superue-
nit impetus, propter quem illum occidit, vt is non teneatur de homicidio ex proposito, sed tan-
tùm de vulnere, & postea de homicidio simplici. Attendè perpetuò memorabile istud Bar.
documentum: quia multi contrarium iudicarent. & pro eo facit tex. in argumentum in l. Pro-
ponius, lib. 26. propè fin. ff. de negoc. gest. & vide omnino quæ de hac re posui in lucubratio-
bus meis in l. illud quæsitum. §. si idem. ff. ad leg. Aqui. & ad trad. hic per Bart. vide Soc. nou.
consi. 62. in 1. vol.

Summarium in Rub. ff. de fur.

1 *Quomodo in materia furti libellus sit concipiendus.*

Bar. in Rub. ff. de fur.

1 BART. in hac rub. continuat eam ad præcedentia. Tu verò si vis scire quomodo in hac
materia sit libellus concipiendus, vide Ias. in §. ex maleficijs, col. 14. instit. de actionib.
prosequitur declarando singulas partes libelli. in hac materia furti, quæro vtrum furi
pro quo imponitur pœna furcarum, dicatur maius delictum, quàm sit homicidiũ, proquo im-
ponitur pœna capitis? vide Dec. in consi. 65. & Soc. in consi. 157.

Summarium in l. j. ff. de furt.

1 *Si quis habeat rem alienam desinendo eam possidere, an dicatur furtum committere.*

Bar. in l. j. ff. de furt.

1 BART. in hac l. j. ponit diffinitionem furti. An autem † si quis habeat rem alienam desi-
nendo eam possidere dicatur furtum committere? vide Ias. in l. depositi, in glo. fi. in fine col. 4.
ff. de re iudic. Aduerte etiam quia non semper ille dicitur esse fur, qui subtrahit aliena res, &
quæ requiruntur ad hoc vt furtum dicatur aliquis commisisse, uide Alex. in consi. 126. & in ca-
si. seq. in 4. uol. Item scias in hac materia, quãuis furtiuam rem emens teneatur eam domino re-
stituere absque pretij solutione, hoc tamen non habere locum, quando emptor protestatur de
nomine domini emere, ut per Cępoll. in caut. 11.

Summarium in l. fur est manifestus. ff. de furt.

1 *Delictum dici manifestum, quando aliquis in ipso crimine deprehenditur.*
2 *Usurarius manifestus quomodo & ex quibus probetur, ita ut intestabilis reddatur.*
3 *Principium litis dicitur usque ad contestationem inclusiuè.*
4 *Judicium incipit à litis contestatione.*

Bar. in l. fur est manifestus. ff. de furt.

1 BART. in hac l. fur est manifestus, colligit ex text. delictum † dici manifestum quando ali-
quis in ipso crimine deprehenditur. uide Abb. in c. tertio loco. col. fi. de probat. Feli. in c. 1. nu.
4. de præsump. & Abb. in c. cùm non ab homine, col. 4. uersic. ad secundum. de iudic. Et dicit
subiungit idem esse si quis deprehenditur in domo alicuius, in qua sit pulchra mulier; nam
hoc ille dicitur adulter manifestus. ita Bar. hic. Sed aduerte, quoniam hoc est uerum dum-
quò ad præsumendum animum ipsius, sed quò ad arguendum delictum consumatum, & quo
ad præiudicium ipsius mulieris, non est uerum hoc Bar. documentum, secundum Feli. in c. pe-
terea, de testi. & de hac re uide Abb. & Bal. in eod. c. præterea. Abb. in c. literis. de præsumpt.
in consi. 42. in fi. Bar. in l. capite quinto. ff. de adulter. & quæ ibi pono, & Brunum in tract. de in-
dicijs & tortu. col. 16. uersic. item dixit. & ibidem in uersic. item sunt, agit de illo, qui uiolen-
fugere

fugere cum gladio euaginato,& aliquis reperitur mortuus. de qua re hic tradit Bar. in uerſ.itē ſi aliquis. & ad ea,quæ paulò poſt. dicit Bart. de uſurario manifeſto, vide Angel. in quæſtione incip. Aſtenſis miles. & omnino in conſi. 10. vbi habetur quando uſurarius † manifeſtus quomodo & ex quibus probetur,ita ut inteſtabilis reddatur. & Abb.in conſi.34.in 1.uol.& in cōſil.81.in 2.uolu. & in hac materia furis manifeſti ſcias hodie non eſſe in uſu, vt fur manifeſtus condemnetur in quadruplum, & non manifeſtus in duplum, niſi in ciuitate Romana. ita Petrus à Blaſio in tract.de actione & eius natura, in 45.actione in fi. Ad ea uerò, quæ hic tradit Bar.in col.fi.ſcilicèt principium litis † dici uſque ad conteſtationem incluſiuè. uide glo.in §.fi. in uoce,ex proœmijs,in auth.in med.litis fier.& in hac re uide Bald. in auth. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ.uendit.& in l.vnic.§.ſimili modo.C.de lati.libert.tollen.& in c.1.colu.fi.de lit. conteſt.vbi ait,litis conteſtationem eſſe lapidem angularem, ac totius iudicij fundamentum. & ita etiam Specul.in tit.de iudicijs,in princip.& Baldum refert Iaſ.in rubr. C. de in ius uocan. in 1.col.vbi declarat † iudicium à litis conteſtatione incipere. & ea,quæ conteſtationem præcedunt,proœmia nuncupari. ibi tamen ponit quatuor caſus,in quibus iudicium à citatione incipit. ſecundum quos procedit in §.fi.inſt.de perpet.& tempor. action. et huius contrarij meminit Decius in d.rubrica.C.de iudic.col.5.verſ.iudicium. vbi ex dictis Bar.hic, infert ſententiam uenire appellatione iudicij. In alia materia quod nam dicatur eſſe principium, vide Angel.de maleficijs, in uoce, platea communi. col.1.verſ.quid autem. et an in maleficijs principium attendatur an finis? vide Soci.in conſi.55.in 1.uol. & ad rem faciunt trad. per Alexan.in conſi.166.in lib.primi & ſecundi uol.

Summarium in l. ſi quis in ſeruitute.ff.de furt.

1 *Quilibet poteſt occurrere ad capiendum delinquentem.*
2 *Clericus debitor an capi poſſit à creditore ſeculari.*

Bar. in l. ſi quis in ſeruitute.ff.de furt.

1 BART. in l.hac l.ſi quis in ſeruitute, in ultimo notab. ait, quemlibet † poſſe occurrere ad capiendum delinquentem. an autem alteri auxilium præſtari poſsit in propulſanda ui uel iniuria? vide Bar.in l.prohibitum.C.de iure fiſc.lib.10.& Abb.in c.ſi quando,de offic.delega. Poſtea Bar. ſubiungit,clericum delinquentem poſſe capi à ſeculari, ut illum ducat ad ſuum iudicem. vide in re propoſita Iaſ.in l.ij.col.4.uerſ.4.& col.6.verſ.concludo.ff. de iuriſd.omni.iudi. vbi ait iudicem ſecularem poſſe capere clericum delinquentem, ut eum tradat ſuo iudici. hoc tamen uidetur eſſe intelligendum,quando iſte clericus de fuga eſſet ſuſpectus. Alexan. in conſil.205.in 6.uol.& Iaſ.in d.l.ij.nu.16. An autem clericus † debitor capi poſsit à creditore ſecu lari. & alia in hac materia,uide apud Feli.in c.cùm non ab homine,de iudic. Scias etiam clericum poſſe capi à familia iudicis ſecularis de mandato prælati. & quæ requirantur ad hoc ut talis familia poſsit clericum detinere,uide per Feli.in c.ut famæ,de ſenten.excommun. Et quia in præcedentibus dictum eſt, clericum detineri poſſe ut ſuo iudici exhibeatur. quæro quis eſt ſuus iudex,quando clericus forenſis delinquit? ſit ne Epiſcopus ſuus proprius,an uerò Epiſcopus illius loci in quo deliquit? Abb.in c.quod clericis.nu.22.de foro compet.ait,eius iudicem competentem eſſe Epiſcopum illius loci, in quo deliquit.

Summarium in l.in actione.ff.de furt.

Admittendus eſt libellus,in quo aliquis petit tot aureos,pluresvè.

Bar.in l.in actione.ff.de furt.

BART. in hac l.in actione,in ultimo notab.ait,admittendum † eſſe libellum,in quo aliquis petit tot aureos pluresvè. Sed contra hoc uidentur facere trad.per Bar.in l.edita, colu.fi.C.de eden.vbi Iaſ. in ultima col.verſ.extra glo.dum concludunt clauſulam, ſaluo iure addendi & minuendi, nihil operari,& tamen hic uox iſta,plus,operatur, cogita.

Summarium in l.is qui opem.ff.de furt.

Furto qui præſtat opem,an dicatur fur.
Quomodo puniatur præſtans auxilium,operam,& fauorem delinquenti.
Aliud eſt auxilium præſtare,aliud conſulere.

Bar. in l.is qui opem.ff. de furt.

1 BART. in hac.l.is qui opem,tradit an ille,qui præstat † opem furto, dicatur fur? De hac re uide Abb.in c.1.de offic.deleg.vbi Feli.col.5. & Dec.colu.8. & plenissimè Feli.in c.sicut dignum,de homicid.vbi recto ordine tradit materiam hanc de præbente operam maleficio.&
2 char.in c.accessorium,de regul.iur. Dec.in c.quia quæsitum,de offic.delega. & omnino Ias. consi.137.in 1.uolu. Et quomodo puniatur † præstans auxilium, operam, uel fauorem delinquenti, vide Soci.in consi.188. in primo uolu.et ad hæc uide Paulum Grillandum in tract. de pœnis omnifariam coitus, in 10.quæst.& Curtium in consi.41. vbi ait, auxilium tribus modis præstari. Bal.in l.j.C.de seru.fugit.& in l.raptores,& ibidem uideas omnino Salic.C. de epis. & cleric.Roma in l.j.§. sed meo.ff.ad Syllan.& in consi.7.incip. Ex præmissa statuti particula Barb.in cap.repellantur,de accusat. Bald. & doct.in l.data opera.C.qui accus.non poss.Abb.
3 doct.in c.ita quorundam,de iudæ. Aduertas etiam aliud † esse,auxilium præstare, aliud colere, & aliud fauere,ut docuit Abb.in c.si aduersus,de hæretic. & de pœna auxilium præstantis uide trad.in l.j.ff.de recept. & in l.sacrilegi, in fin.in glo.in uoce, punitur.ff. ad leg.Iul.pecu. Alex.in cons.177.viso themate,in lib.primi & secũdi uol.Ias.in l.j.ff. de in lit.iuran.& ad prædicta uideas oĩno Salic.in l.j.C.de rapt.virgi.Ad ea uerò quæ hic ait Bar.in uers.pro cuius declaratione,& reliqua, vide Angel. de malefic. in uoce, Semproniũ mandantem, col.107.in fi.

Summarium in l.qui seruo.§.item placuit.ff.de furt.

1 *Quamuis principalis non teneatur,tamen punitur opem præstans.*

Bar.in l.qui seruo.§.item placuit.ff.de furt.

1 BART. in hac.l.qui seruo.§.item placuit,sic ait in summa.quamuis † principalis non teneatur,tamen punitur opem præstans.vide Dec.in c.1.col.9.vers.in secundo.de off.deleg.

Bar.in l.falsus.§.sed si is.ff. de furt.

BART. in d.l.falsus.§.sed si is,ait hanc fictionem contra absentem, locum habere ipse.vide Ias.in l.singularia,col.fi.ff.si cert.pet.

Summarium in l.inter omne.§.rectè.ff.de furt.

1 *Si aliquis fuit inquisitus de furto,& dominus rei subtractæ comparuit,dicens illud furtum fuisse lente,inquisitus debet absolui.*

2 *Contra furem est præsumptio iuris.*

Bar.in l.inter omnes.§.rectè.ff.de furt.

1 BART. in hac l.inter omnes.§. rectè, ait, si aliquis † fuit inquisitus de furto & dominus rei subtractæ comparuit dicens illud furtum fuisse eo uolente,inquisitum debere absolui.vide Feli.in c.1.col.fi.de præsumpt.vbi dicit inspiciendas esse coniecturas. id quod etiam Bar.hic dicit,cùm ait,eum esse absoluendum si amicus uel consanguineus sit.& ad hoc Bar.documentum uide Abb. in consi.107.in 1.vol.& in c.dudum,de elect.vbi ait furtum committi quamuis dominus uideat & taceat: quia censetur uetare, nisi alia concurrant indicia. Postea agit Bar. de fure, qui dicit se credidisse dominum esse consensurum, an ei credatur? & in uers. tamen
2 uius,inquit,contra † furem esse præsumptionẽ iuris: quia non debet credere dñm esse consurum,cùm nemo suum iactare uelle p̃sumatur.attende qm̃ ista est not. limitatio ad gl.in §. inst.de actio.quæ uult in ijs,quę cõsistunt in aĩo standum esse assertioni cũ iuro illius partis in cuius aĩo consistunt,ut non procedat qñ reluctaẽ iuris præsumptio,ut ibi per Ias.col.2 p. secundò limita,& accedit Aret.in l.pro hærede,in princ.col.2.uer.& ista doctrina.ff. de acquir. hære.vbi Ias.col.20.ver.in ea gl.vide Feli.in c.nouit,col.fi.vers.in ista.de iudi.ubi Dec.colli. uide Dec.in c.2.col.fi.eod.tit.de iudic.uide ad prædicta Bar.in l.gerit.ff.de acquir.hære. Abb. in consi.19.in 1.uol.& de hac limitatione uide Feli. in c.inquisitionis, nu.21.& 22.de accusa. & in hac materia uide regulam cum fallen.per Feli.in c.significasti.j.de homic.

Summarium in l.si dominium rei.ff. de furt.

1 *Ex assidua contractatione rei furtiuæ oritur actio furti.*

Bar.in l.si dominium rei.ff.de furt.

1 BAR. in hac l.si dominium,ait,ex assidua † contractatione rei furtiuæ oriri actionẽ furti

aũt ex ſola contractatione poſsit fur ſuſpẽdi? vide remiſsiuè per Feli. in c. poſtulaſti, in fi. de for. comper. & ad id quod ſubiungit Bar. de eo, qui contractat Florentię rem, quam alibi ſurripuit. ut Florentiæ puniri poſsit. vide Feli. in c. 1. col. pe. de pſump. ubi ait iſta dicta Bar. eſſe crudelia, vide omnino quæ poſui in lucubrationibus meis ad Bar. in l. ſed nec legatarius. ff. de cõdi. furt.

Summarium in l. qui uas. ff. de furt.

Licet aliquis dicat rem eſſe maioris ponderis quàm ſit, nihilominus condemnatio ſequi debet.

Bar. in l. qui uas. ff. de furt.

Bar. in hac l. qui uas, ait, quamuis aliquis † dicat rem eſſe maioris ponderis quã ſit, nihilominus condemnationẽ ſequi debere. vide Alex. in l. ſcire debemus. in fi. principij. ff. de uerb. obli.

Summarium in l. in furti. §. ope. ff. de furt.

Qui præſtat opem, & auxilium delicto quomodo puniatur.

Bar. in l. in furti. §. ope. ff. de furt.

Bart. in hac l. in furti. §. ope, agit de illo, qui præſtat † opem & auxilium delicto. vide Soci. in conſi. 188. in 1. vol. Angel. de malefic. in colu. 92. verſ. Andream auxiliatorem, & ea, quæ poſui in l. is qui opem, ſuprà hoc eod. tit.

Bar. in l. ſi quis uxori. §. apud Labeonem. ff. de furt.

Bar. in hac l. ſi quis uxori. §. apud Labeonem, tradit an ſiliginarius, de quo habetur in hoc tex. eſſet debitor in genere? circa hoc, & hunc. §. procedere tantum in debitore generis, & alio qui eſſe in debitore ſpeciei, aperuit Laſ. in l. cùm fundus. §. ſeruum tuum imprudens, col. 4. in 4. notab. ff. ſi cert. pet. & in l. ſi urbana. ff. de cond. indeb.

Summarium in l. ſi quis uxori. §. ſi quis iurauerit. ff. de furt.

Non eſt habenda ratio lucri prouenientis cum alterius iniuria.

Bar. in d. l. ſi quis uxori §. ſi quis iurauerit. ff. de furt.

Bar. in ead. l. §. ſi quis iurauerit, nihil dicit. Tu autem uide glo. in uoce, idem, quæ eſt notatu digna ad probandum non eſſe habendam † rationem lucri prouenientis cum alterius iniuria ſecundum Feli. in c. cùm oporteat, col. 4. de accuſat.

Summarium in l. qui iniuriæ. ff. de furt.

Ille qui iniuriæ cauſa ianuam alicuius effregit, non tenetur furti, quod ab alijs fuit perpetratum.

Bar. in l. qui iniuriæ. ff. de furt.

Bar. in hac l. qui iniuriæ, breuiter ſentit, eum, † qui iniuriæ cauſa ianuam alicuius effregit, non teneri furti. quod ab alijs fuit perpetratum, ut habetur in tex. Limita hoc niſi iſte deprehenderet ibi committendum eſſe furtum, uel niſi ſecum multos homines duxiſſet, ut per Alex. in conſi. 103. Videretur prima conſideratione, col. 5. in 1. uol.

Bar. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furt.

Bart. in l. interdum. §. qui furem, verſ. tertiò habetis, refert uerba huius text. dum dicitur pecuniam de mandato iudicis fuiſſe reſtitutam, hoc eſt præſidis, vel pręfecti uigilum, & reliqua ut hic per eum. vide ad hæc Angel. de maleficijs, in verſ. Per iudicem maleficiorum, col. 22.

Summarium in l. ſi ſeruus communis. §. quod uerò. ff. de furt.

In actione depoſiti contraria, quę datur depoſitario contra dominum, uenit culpa leuiſſima.

Bar. in l. ſi ſeruus communis. §. quod uerò. ff. de furt.

Bar. in hac l. ſi ſeruus communis. §. quod uerò. verſ. tertiò habes, ait in actione † depoſiti contraria, quæ datur depoſitario contra dominum, uenire culpam leuiſsimam. Tu uerò dum ex iſto tex. colligitur, depoſitarium petere intereſſe extra rem contra deponentem, dicas hoc procedere ſiue deponens ſciret, ſiue non, ut per Bart. in l. vnica, colu. 9. in fi. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. proferun.

Summarium in l. qui ea mente. ff. de furt.

Utrum in delicto iam perfecto, & conſumato, ſit locus pœnitentiæ.

Bar. in l. qui ea mente. ff. de furt.

Bart. in hac l. qui ea mente, col. 3. verſ. reaſſume, tradit utrum † in delicto iam perfecto &

consumato sit locus pœnitentiæ ? vt est in furto, an possit fur rem restituere & pœnitere ? dicitque non posse, uide in proposita re Bart. in l.si unus §.si ea.ff.de iniur. vbi idem tenet, & ibi in auth.non licet,col.1.vers.item nota diligenter.C.de libe. præter. & Io.Bertachinum in trac. de gabellis,in 4.par.nu.13.

Summarium in l.si is qui rem.§.si tu Titium.ff.de furt.

1 *Quando proceditur contra aliquem, eo quòd alicui maleficio auxilium præstiterit, in primis opus est, ut constet de maleficio principali.*

2 *Inquisitio formari non potest contra aliquem de homicidio, quod publicè dicatur ab eo fuisse commissum, nisi prius constet de maleficio, & adsint testes, qui uiderint eum occisum.*

Bar.in l.si is qui rem.§.si tu Titium.ff. de fur.

Bart. in hac.l.si is qui rem.§.si tu Titium.in fi.ait,ex isto tex. colligi practicam maleficio-
1 rum quando† proceditur contra aliquem eo quòd alicui maleficio auxilium præstiterit : nam in primis opus est ut constet de maleficio principali, & reliqua ut hic per Bar. Tu autem dicas immo non sufficere, quamuis constet de maleficio principali, nisi constet expressè & in specie quis deliquerit : ita sing.dixit Anchar.in consi.216.in fi.ad quem accedit Alexan. in consi.15. viso processu,in primo uol.& in hac materia uide Dec.in c.1.colu.8. uers.secundò,de offic. leg.& pro declaratione uide omnino Angel.de maleficijs, in vers.Semper astitit.& Feli.in cap.
2 ditis,nu.47.& 48. de præscript. vbi ait, inquisitionem † formari non posse contra aliquem de homicidio,quòd publicè dicatur ab eo fuisse commissum,nisi prius cõstet de maleficio, & adsint testes,qui uiderint eum occisum : nec sufficit publica uox & fama, vt ibi per eum.sed quando proceditur contra aliquem eo quòd auxilium præstiterit maleficio, tunc necesse est ut specie constet quis deliquerit. quod adnotandum est,ut præ dixi.

Summarium in l.inficiando.ff. de fur.

1 *An furtum uideatur fieri sola negatione.*

Bar.in l.inficiando.ff. de furt.

Bart. in hac.l.inficiando,opponit contra tex.dicens,immo dicendum esse, omnem gi contractationem,& ita Bar.fatetur contrarium. Tu uerò uide tex.in l.Pomponius.de rei
1 acquir.rer.dom.qui uidetur uelle † furtum fieri sola negatione. & ibi glo.timore carceris, si quis negat restituere rem petitam à domino, tunc furtum committi : si uerò fallax interrogatur an habeat rem, & tunc quamuis neget se non habere, non est furtum. id quòd singulare,si est uerum.

Summarium in d.l.inficiando.§.infans.ff. de fur.

1 *Continuatio temporis non sequitur pluralitatem delictorum.*

Bar.in d.l.inficiando.§.infans.ff. de furt.

Bart. in ead.l.§.infans, colu.2.vers.modò circa, ita inquit : Vos uidetis hic quòd con-
1 nuatio temporis † non sequitur pluralitatem delictorum. & reliqua. vide in hac materia Abb. in c.sicut nobis, de testib. vbi Feli. & quæ posui in l.nunquam plura, suprà hoc eodem titulo. dum Bar. paulò post citat Innoc.in c.extirpandæ, de præben.vide Alex.in l.ita stipulatus.§. uerbo. obligat. vbi ait Bartolum esse sibi ipsi contrarium. quam contrarietatem declarat Aret.in 4.col. vers.contrarium. Postea subiungit Bar. quando alicui sunt statuti plures termini ad aliquid faciendum, pro quolibet termino dici posse unam negligentiam,& unam contumaciam. Dicas tamen,eum nisi ter mulctari non posse.l.fi.C. de mod. mulct. vide Bar.in l. nunquam plura,suprà eod.tit.& quæ ibi posui in hac materia.

Summarium in l.hæreditariæ.ff.de fur.

1 *Rei hæreditariæ quare furtum non committatur.*

Bar.in l.hæreditariæ.ff.de furt.

1 Bart. in hac l.hæreditariæ,quærit,quæ sit ratio,quòd rei † hæreditariæ furtum non committitur. aitque eam esse, quia furtum est contractatio rei alienæ inuito domino,& res hæreditariæ

taria non habet dominum. Adde quòd ista uidetur esse ratio iurisconsulti in l.fi. ff. de crimi. expil.hæred. & de hac re uide q̃ posui ad Bar.in l.j.§.Scæuola ait.ff.siquis testa.lib.esse iuss. fuer.

Summarium in l.si uendidero.ff.de fur.

Raptor an dicatur fur manifestus.

Bar.in l.si uendidero.§.raptor.ff.de furt.

BAR. in hac l.si uendidero.§.raptor,quærit,utrum raptor † dicatur fur manifestus. aitque furem manifestum dici non posse,nisi eum,qui deprehenditur,uel post eum clametur. & ideo raptor ita demum erit manifestus, si contra eum clametur. hanc Bart. distinctionem sequitur Ias.in §.ex maleficio,col.5.inst. de action.

Summarium in l.j.§.non autem.ff.siquis testa.lib.esse iuss.fue.

Lata culpa an & quando dolo æquiparetur.

Bar. in l.j.§.non autem.ff.si quis testa.lib.ess.iuss. fuer.

BART. in hac l.j.§.non autem, tradit an & quando lata † culpa dolo æquiparetur. & inter cætera inquit, si lex expresè requirit dolum, & eo casu latam culpam dolo non æquiparari. vide Dec.in c.2.col.3.uers.primus,de constit.& ad hæc omnia quæ hic posuit Bar.uide Abb.& alios in d.c.2.

Summarium in d.l.j.§.hæc actio.ff.si quis test.lib.esse iuss.fue.

An & quando actio subrogata sapiat naturam eius in cuius locum subrogatur.

Bar.in d.l.j.§.hæc actio.ff.siquis test.lib.ess.iuss.fue.

BAR. in ead.l.§.hæc actio,tradit an & quando actio † subrogata sapiat naturam eius,in cuius locum subrogatur. sed ijs,quæ dicit ibi. nam una est perpetua,alia est temporalis, reluctantur tradita per Bar.in l.in honorarijs,uers.& ex hoc.ff.de action. & oblig.vbi actio erat per modum supplementi,& tamen est perpetua. & ad ea,quæ subijcit Bar. facit.l.ij.ff. de poss. hæred. pet.sed obstat, quia inquisitio est inducta per modum suppletionis accusationi,& tamen accusatio dicitur iudicium ordinarium,inquisitio autem extraordinarium, ut per Abb.& Dec.in rubrica de iudic.in 6.col.

Summarium in d.l.j.§.Scęuola ait.ff.siquis test.lib.esse iuss.fue.

Hæreditas non dicitur possidere.

Bar.in d.l.j.§.Scæuola ait.ff.si quis test.lib.ess.iuss.fue.

BART. in ead.l.§.Scæuola ait,declarat hunc text. Tu uerò circa hunc.§.qui adduci soler, ad hoc,quòd hæreditas † non dicitur possidere, vide Ias.in l.eius qui in prouincia, in secundo notab.ff.si cert.peta.vbi ponit casum, in quo dicitur quoquomodo possidere, & habetur hic, ideo furtum non committi,quia non possidet. Sed quare non committitur ratione dominij? nam dominium dicitur esse in hæreditate iacente. Respon.hoc ideo esse, quia res hæreditaria non habet dominium,quo inuito res subtrahi possit,quo casu furtum non committitur.l.j. & l. falsus.§.qui alienam,suprà eodem tit.sed huic rationi reluctatur tex.in l.ij.ff.de crimin.expil.hęredit.vbi hæreditate adita,atque ita quando hæres est dominus, ante apprehensam possessionem non committitur furtum. fortè responderi posset,necesse esse ad hoc ut furtum committatur,eum habere dominium de iure naturali. sed non satisfacit, quia satis est eum esse dominum, & rem esse contractatam ex inuito. cogita solutionem. & ad hunc tex. uide eleg.rationē Bar.in l.si is qui pro emptore,col.6.vers.& hæc.ff.de usucap.ubi Ias.col.8.vers.& hæc.

Summarium in l.in eos.§.serui.ff.furt.aduer.nau.caupo.stab.

Si hospes intrauit in hospitium, & dicit subtractam sibi fuisse pecuniam, & probationem non habet, quid fieri debeat.

Bar.in l.in eos.§.serui.ff.furt.aduers.nau.caup.stabu.

BART. in hac l.in eos.§.serui,quærit, si hospes † intrauit in hospitium, & dicit subtractam

ſibi fuiſſe pecuniam, & probationem non habet, quid fieri debeat? vide Angel. de maleficijs in verſ. Fama publica, col. 2. q. 11. An autem hoſpes ſeu caupo teneatur de iniuria illata per etiam nullum in perſonam hoſpitantis? vide Ana. in conſi. 2. cum ibi addit.

Rubrica. ff. de ui bonor. rapt.

IN hac rubrica quærendum eſt quomodo in hac materia ſit concipiendus libellus, vide Iaſ. in §. ex maleficijs, inſt. de action. vbi declarat ſingulas partes ipſius libelli.

Summarium in l. j. ff. de ui bon. rapto.

1 *Si ſtatuto cautum eſt, homicidam pœna centum puniri debere, utrum is poſtquam fuit pœna ſtatuti punitus, poſſit etiam accuſari.*

Bar. in l. j. ff. de ui bonor. rapt.

BART. in hac l. j. in prima ſolutione agit de eo, qui neminem inuenit prohibentem. Is uerò quomodo talis ui bonorum raptorum teneatur, vide apud Alex. in conſi. 103. colu. 3. in primo uol. Dum uerò Bar. hic. in uerſ. quæro ſtatuto, tradit, ſi ſtatuto † cautum eſt homicidam 1 pœna centum puniri debere, utrum is poſtquam fuit pœna ſtatuti punitus, poſsit etiam accuſari? vide Alexan. in l. j. §. 1. col. fi. ff. de oper. nou. nunci. ſed quia Bart. hic præſupponit pro homicidio pecuniæ pœnam poſſe imponi, inaduertenter loquitur, vt inquit Rom. in ſingul. poſt incip. Iudex poteſtatis, vbi affert argumenta pro & contra ualiditatem huius ſtatuti. item Aret. in conſi. 58. concludit huiuſmodi ſtatutum nullius eſſe roboris. & omnino uide Feli. in rubri. de homicidio. & dum Bar. ſubiungit hic in uerſi. ſed contrarium eſt ueritas, dicens non uideri receſſum à lege ueteri niſi contrarium ſit expreſſum, vide Dec. in c. 4. col. 8. verſ. in fi. de offic. deleg. vbi dicit contra Bar. * communem eſſe ſententiam. & latè de hac re tradit Abb. ſil. in ſua practica criminali, verſ. quæritur. fol. 41.

Summarium in l. prætor. §. hoc edicto. ff. de ui bon. rapt.

1 *An ille, qui egit ciuiliter, admittatur criminaliter.*
2 *Si aliquis uult intentare accuſationem criminalem principaliter, & petere reſtitutionem rei ablatæ incidenter per officium iudicis uel reſtitutionem expenſarum hoc fieri poteſt.*
3 *Probationes factæ in uno iudicio, an proſint in alio.*
4 *Confeſſio facta in ſummario iudicio, an probet in plenario.*

Bar. in l. prætor. §. hoc edicto. ff. de ui bon. rapt.

1 BART. in hac l. prætor. §. hoc edicto, tradit, an qui † egit ciuiliter, admittatur criminaliter & contra? vide Angel. de maleficijs, col. 61. verſ. nec non ad querelam. & ex iſto tex. ſecundum * communem intellectum colligitur, eum, qui egit ciuili petitorio, non poſſe agere poſſeſſorio, hoc eſt bonorum raptorum, quoniam abſolutoria lata, & reliqua. ſed hoc eſt contra Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune, col. 8. verſ. ſed prædicta. ff. de acquir. poſſ. vbi uult, regulam non cautum eſt, abſolutoriam latam &c. non habere locum quando ſecundum iudicium eſt poſſeſſorium, cùm ſit ſummarium, vt ibi clarius per eum habetur. Reſponde iſto caſu impediri ſimulationem, non reſpectu quia abſolutoria &c. ſed maioritate iudicij. item ſolue ut etiam dixi per Iaſ. col. 28. verſ. contra. Poſtea Bart. infra in uerſ. ſed ſi uelis, inquit, ſi aliquis uult intentare 2 † accuſationem criminalem principaliter, & petere reſtitutionem rei ablatæ incidenter per officium iudicis, uel reſtitutionem expenſarum, hoc fieri poſſe. Ad hæc benefaciunt tradita per Aret. in d. §. nihil commune, col. 7. vbi iſtud documentũ ſequitur. Tu uerò conſidera hoc, quia dicit Bart. procedere etiam ſi regula prohibitiua annotationis militaret, ſcilicet, abſolutoria habeam in uno parere poſſe præiudicium in alio, vt clarè habetur hic ſi rectè conſideretur; & hæc eſt pulchra limitatio ad p̃dictam regulã, ſi eſt uera. Ad ea uerò, quæ hic dicit Bar. in 3. col. tantum

tamen in ſnĩa,mihi vr̃ cõtrarium, q̃ in dubio quis uideatur abſolutus,quia non probatum. vide Feli.in c.examinata,col.6.de iudic.& in c.pen.col.4.de except. Poſtea quærit Bar.utrũ probationes † factæ in uno iudicio proſint in alio? & declarat ut hic per eum. & iſta opinio Bart.eſt communis,ſecundum Aret.in c.at ſi clerici,de iudic. col.2. & an acta coram eccleſiaſtico iudice probent coram ſeculari? vide Alex.in l.ij.C.de eden.Feli.in c.cauſam quę,col.1.de teſti.vbi pleniſsimè tradit totam hanc materiam,& in c.qualiter,2.§.ad corrigendos.nu.23.cum ſeq.de accuſat.& in c.at ſi clerici,de iudic.Angel.de maleficijs,col.62. in verſ. nec non ad querelam, quid de confeſsione † facta in ſummario iudicio, an probet in plenario? eamq́ue probare ait Alex.in conſi.96.in primo uolu.An confeſsio in ciuili præiudicet in criminali? vide Alexan. in d.l.ij.& Roma.in l.nam & poſteà.§.ſi minor.ff.de iureiur. & Soci.in conſ.8.col.2.in primo uolu.& Bar.in l.ſi duo.§.idem Iulianus.ff.de iureiur. & Felin. in c.cauſam quæ,de teſti.Innoc.in c. per inquiſitionem,de elect.& Abb.in d.c.qualiter.2.de accuſat. Et ad prædicta uide Abb.in d. c.at ſi clerici,col.10.verſ.tertiò glo.de iudic.vbi Dec.col.16.verſ.ultimò, cum ſequ.& Alex in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper,col.2.de re iudic.& Paul.de Caſt.in conſi.43.in 1.uol.

Bar.in d.l.prætor.§.homines.ff.de ui bon.rapt.

Bart. in ead.l.§.homines,colligit ex iſto tex.quamuis dicatur in inſtrumento teſtes fuiſſe uocatos & rogatos,ſed non dicitur ad hoc,ut tamen hoc præſumatur. vide omnino Ancha. in conſ.216.col.fi.& Angel.de maleficijs,in verſ.dicto maleficio ſemper aſtitit ibi,& aduertas. vbi ait,eum non dici auxilium præſtitiſſe, qui ibi caſu reperitur, ſed qui fuit ad id uocatus. ſed reluctatur tex.in l.fi.ff.ad leg.Iuli.de ſicar.ibi ad hoc collectorum, & tamen ſecundum Bart.ibi in 1.col.intelligitur,eos non ex propoſito,ſed ex accidenti uocatos fuiſſe.

Summarium in d.l.prætor.§.ſed ſi unus.ff.de ui bon.rapto.

Statutum diſponens de illo, qui produxit falſos teſtes, locum habet etiam in eo, qui unum duntaxat teſtem produxit.

Quod dici ſolet de ſtatuto diſponente de duabus perſonis, locum habet etiam in una.

Bar.in d.l.prætor.§.ſed ſi unus.ff.de ui bon.rapt.

Bar. in ead.l.§.ſed ſi unus,inquit,ſtatutum † diſponẽs de illo, qui produxit falſos teſtes, locum habere etiam in eo,qui unum duntaxat teſtem produxit. Hoc idem tradit glo.in princ. inſt.de iur.patron.in uoce omnes, vbi vult numerum pluralem quandoque in uno tantum uerificari.& glo.in §.1.in uoce negociorum.inſt.de obligat.quæ ex quaſ.contr.& glo.in princip. inſt.de ui bon.rapt.in uoce, utilis. adde multa alia, quæ pro hac opinione attulit Iaſ. in auth.ſi qua mulier,col.9.verſ.puto contrarium.C.de ſacroſ. eccleſ. & latius uide eundem in l.ſingularia,col.3.uerſ.nota.ff.ſi cert.pet.vbi addit ad rem benefacere id,quod dici ſolet de ſtatuto † diſponente de duabus perſonis,ut locum habeat etiam in una,ut ibi per eũ, & latiſsimè in l.Gallus.§.quod ſi is,in primo notab.ff.de libe.& poſthum. & omnibus illis locis eius eſt concluſio, pluralem numerum ex propria ſignificatione ſaltem duas perſonas exigere, niſi identitas rationis,& effectus aliud ſuaderet, ut puta cõtrarietatis uel abſurditatis uitandæ cauſa. et de hac re uide omnino Mari.Soci.iun.in conſi.139.nu.33. vbi ait, pluralem numerum etiam in caſibus in quibus poſſet quandoque uerificari in pluribus, in uno tantum uerificari. vide Iaſ.in cõ ſil.145.col.fi.in 1.uol.

Summarium in d.l.prætor.§.ſi quis non homines.ff.de ui bon.rapt.

Principalis qui eſt,& homines congregauit,tenetur de damno,quod ipſe dedit,& alius.

Bar.in d.l.prætor.§.ſi quis non homines.ff.de ui bon. rapt.

Bart. in ead.l.§.ſi quis non homines,ait,eum,qui † eſt principalis, & homines congregauit,teneri de damno,quod dedit ipſe,& alius. uide omnino Alex.in conſi.103. col.2. in 1.uol.

Summarium in d.l.prætor.§.& generaliter.ff. de ui bon. rapt.

An & quando magis puniatur palàm faciens id quod prohibitum eſt, quàm faciens clam.

Bar. in d.l.prætor.§.& generaliter.ff.de ui bon.rapt.

1 BART. in ead.l.§.& generaliter, tradit an & quando † magis puniatur palàm faciens id quod prohibitum est,quàm faciens clam. De hac re uide latius Iaſ.in §.ex maleficijs,colu.4.ad prima glo.inſt.de action.

Summarium in l. prætor. 2.§.eritque differentia.ff.de ui bon.rapt.

1 *Dicta in uno capite,an & quando cenſeantur in alio repetita.*

Bar. in l.prætor. 2.§.eritque differentia.ff.de ui bon.rapt.

1 BART. in hac l.prætor. 2.§. eritque differentia, tradit † an & quando dicta in uno capite cenſeantur in alio repetita. vide Soci.in conſi.122.col.fi. in 3.uol.& aliquid per Iaſ. poſt Bar. in l.centurio,col.21.& ſeq.ff.de uulg. & pupil. quamuis iſta non adducat. quid autẽ & de ſubſula ſubſiſtente ex ſe,vide Bar.in l.talis ſcriptura.§.fi.& quæ ibi poſui.ff.de leg.1.& in l.j.ff.de liber.& poſthum.& doct.in clem.1.de ſupplen.negli.prælat.& omnino Alex.in conſi.166.Admaduerſis his,col.8.verſ.vltimò quòd exceſſus,in lib.primi & ſecundi uol. vbi loquitur in proprio caſu. & Dec.in conſi.92.& ad ea quæ in hac re hic proſequitur Bart. vide Soci.in conſi. in primo uolumine.

Summarium in l.nequid.ff.de incen.rui.nauf.

1 *Dominus non tenetur ex delicto famulorum.*

Bar. in l.nequid.ff.de incen.rui.& naufrag.

1 BART. in hac.l.ne quid,ait, dominum † non teneri ex delicto famulorum. vide Pol. in c.cùm ordinem,colu.3.& 4.de reſcript. Dicas tamen familiam cuiuſcunque debere eſſe honeſtam,alioqui ſi tenet famulum malignum,& qui delicta cõmittit aſſumitur contra ipſum,vt eiuſdem ſit qualitatis. ita Card.in clem. ne in agro.§.porrò.in quam notab.de ſtat.monach.Dec.in l.nullum crimen.ff.de regul.iur.& in l.ſeruus, colu.1.C.de ſtat. & Crauet.in conſi.35.nu.13. Et dum Bart.in verſ.quæro & reuoco in dubium, tractando minus teneatur de rapina facta in territorio ſuo? vide Barto. in l.j.§.occiſorum.ff.ad ſylla. quæ ibi poſui.

Bar. in l.j.§.vſque adeò.ff. de iniurijs.

BART. in l.hac.l.j.§.vſqueadeò,in fi.damnat conſuetudinem illam,quæ inoleuit,infendens ſe ponat in manu inimici ſui, ut ab eo pacem conſequatur; quia nemo dat bonus membrorum ſuorum. ad hoc accedit Dec.in l.pacta quæ contra.C.de paſt.

Summarium in l.lex Cornelia.ff. de iniur.

1 *Iniuria facta alicui, cenſetur facta omnibus de familia.*
2 *Cuilibet agnato competit actio iniuriarum pro iniuria illata in perſonam agnati ſui.*
3 *Iniuriam ſibi uel ſuis illatam proſequi licere criminaliter,etiam de iure canonico.*
4 *Actione iniuriarum poteſt agi dupliciter.*
5 *Iniuriarum crimen non committitur niſi adſit dolus.*
6 *Actione iniuriarum tenetur is,qui agendo, uel excipiendo deduxit aliquod crimen proteſtando ſe id facere animo inferendi iniuriam.*
7 *Ille qui fuit laceſſitus iniurijs ſi infert iniuriam, ſeu uerbera iniurianti debet mitius puniri.*
8 *Iratus non diſtat à furioſo,niſi in tempore.*
9 *Pater qui eximit filium de carceribus, qui erat ultimo ſupplicio puniendus, debet liberari propter patriam affectionem.*
10 *Iniuria illata contra patriam,uel contra religionem poteſt appellari iniuria propria cuiuſcunque.*
11 *Condemnatio quomodo ſit facienda in actione iniuriarum.*
12 *Iniuria non fit uolenti.*

13 Iniu-

13 *Iniuria facta patri nõ transit ad filios, quò ad ius uindictæ iure hæreditario, sed transit ad exhæredatos.*
14 *Accusator qua pœna sit puniendus, qui suam querelam substinere non potuit.*
15 *Excusatus erit is qui ex relatione testium accusauit, qui secundum querelam se testimonium dicturos promiserant, & postea recesserunt.*
16 *Si plures causæ in accusatione continebantur, & in aliquibus defecit, & probare non potuit an accusator excusetur.*
17 *Ille qui accusat falsam monetam facilius excusatur à præsumpta calumnia.*
18 *An & quomodo instigator condemnari debeat.*

Bar.in l.lex Cornelia.ff.de iniur.

1 BAR. in l.lex Cornelia, in principio colligit ex isto tex.iniuriam factam alicui, censeri factam omnibus de familia,non ut cuilibet competat actio iniuriarum ciuilis, sed ut quilibet ad accusandum admittatur? Hinc not.infertur,etiam si facta esset remissio à principaliter offenso, tamen alium de familia posse offendentem accusare tanquam de propria iniuria. Neque obstat,si fortè diceretur, eum, qui remisit iniuriam, hunc præueniisse, ex quo fuit primus ad accusandum; quoniam cum postea transactionem fecerit,non dicitur præueniisse secundum Bar. in l.transigere,col.fi.C.de transaction.& ibi Bal.col.pen.& fi.& ita præcisè habetur in Specul.aduocatorum,in 6.par.in princip.nu.51.Attende quoniam Bar.ibi & hic videtur præsupponere
2 unum,quod lege aliqua non probatur,scilicèt cuilibet agnato † competere actionem iniuriarum pro iniuria illata in personam agnati sui,per hunc textum. sed hoc non colligitur ex ista.l. in qua agitur solùm de potestate iudicandi & cognoscendi, ut agnatus pro offensa propinqui hoc facere non possit; quia in causa propria iudicaret. Præterea quòd actio iniuriarum propinquo competat,videtur esse speciale in patre.l.sed & si unius.§.filiofamiliàs.infrà eod.titulo igitur in contrarium est ius commune. & ideo si uis defendere Bar.necesse est aperire an pro crimine priuato quilibet admittatur? de qua re uide apud gl.& doct.in rubrica.ff.de publ.acc.
3 Et iniuriam † sibi uel suis illatam prosequi licere criminaliter etiam de iure canonico, docuit Abb.in c.de cætero,in fi.de testi.& Feli.in vers.limita septimò.nu.8.post Ant.de Butr. & Imol. ibi. Attende tamen quia limitantur prædicta non procedere, quando pater remisisset iniuriã illatam filio,quia tunc nemo amplius agere potest,per tex.in d.l.sed & si unius.§. filiofamiliàs. & hoc est illud speciale,quod est in patre. & ad hoc est tex. & ibi gl.Bar. & doct. in l. in personam.ff.de pact. & Iaſ.in l.si contra iuris.§.si filius,col.3.eod. titulo de pact. Tamen vide Roma. in singul.92.incip.Tu habes. ubi confirmat hoc quod prædictum est de patre,ut possit remittere iniuriam illatam filio, per tex.in d.§. filiofamilias. sed limitat hoc non procedere, quando iniuria filio esset illata à coniuncta persona. Et quoniam hic mentionem fecimus actionis iniuriarum, operæprecium est de nonnullis ad istam actionem pertinentibus agere. Scias igitur
4 in primis actione † iniuriarum posse agi dupliciter,ut ait Soc.in cons.146.in 2. colum.in 1.vol. & quot modis agi possit,aperit Crauet.in consi.53.Quomodo autem in huiusmodi actione sit concipiendus libellus,& probanda sit agentis intentio,docuit Ang.in consi.95.& Soc. in cons. 146.col.3.& 5.in 1.vol.vide dominos de Rota in decis.37.in nouis,ubi aiunt libellum iniuriarum debere esse specificum,etiam si ciuiliter ageretur,tamen maiorem exigi specificationem, quando criminaliter agitur. & de forma libelli & æstimationis iniuriæ,vide Felin.in c.cùm te.
5 num.19.de sent.& re iudic.Item scias iniuriarum † crimen non committi nisi adsit dolus,& animus iniuriandi. & ideo testis,qui contra aliquem testimonium dixit,ei non dicitur iniuriam fecisse,ut declarat Crauet. in consi.13. Tamen iniuriarum actio competit alicui ex contumelia, quamuis iniuriam ad animum non reuocauerit,ita Io.de Anan.in consi.44. cum ibi addit. per Bolognin.Item nemo præsumitur iniuriam uelle facere suo principi, uel coniuncto. ideo uerba quæ videntur iniuriosa,sunt in bonam partem accipienda.Craue.in cons.9.An autem actio-
6 ne iniuriarum † teneatur is, qui agendo uel excipiendo deduxit aliquod crimen protestando se id non facere animo inferendi iniuriam? vide Soc.in cõsi.118.in 1.vol.vbi latè agit de actione iniuriarum. & inter cætera inquit,in col.fi.huiusmodi actione illum quoque teneri, qui calore

lore iracundiæ dixit iniuriam. sed hoc non puto simpliciter verum: nam si is fuisset adhuc provocatus, non diceretur delictum incœpisse, sed incœptum fuisse ab eo, qui eum ad iracundiam
prouocauit. ita inquit Arist. quem refert Bal. in consi. 143. Super quæstione, in 2. volu. & idem
7 dicit Abb. in c. olim ex literis, de rescript. eum, qui fuit † lacessitus iniurijs, si infert iniurias
seu verba iniurianti, debere mitius puniri, ira enim minuit delictum. c. si quis iratus, cum glo.
2. q. 3. quod intellige quando ira esset ualde magna & à iusta causa originem habuisset, secus si
quis irascitur dans operam rei illicitæ, ut puta si irascitur propter amissionem quam facit in lu-
do, ita Abb. in c. 2. de maled. & in c. fi. col. 14. de confess. Roma. in sing. 508. incip. Volo com-
mētare, cum ibi addit. per Castil. Feli. in c. Matthæus, de simon. & in c. dilecti filij, de rescript. &
omnino in c. sicut ex literis, de iureiur. ubi latissime agit de hac re. & in c. dilecti filij, nu. 15. &
seq. de except. & in c. cum te. nu. 9. de sent. & re iudic. Marcum Antonium Bauerium in trac.
de uirtute iuramenti. nu. 114. Abb. in c. sicut ex literis, de iureiur. Ias. in l. si quis filiã. C. de inoff.
testam. & omnino Decium in l. quicquid calore iracundiæ. ff. de reg. iur. & ad rem hanc facit
8 illud adagium, quòd iratus † non distat à furioso nisi in tempore. & ex ijs constat illud Socini
documentum non esse simpliciter uerum. Dixit etiam Soc. in eod. consi. 118. in fi. & in consi.
146. col. fi. eod. 1. vol. iniuriarum actione illum teneri, qui in sua petitione plura deduxit, quam
probauit. Item iniuriarum actione potest agere is, qui de aliquo crimine famoso fuit accusa-
tus & absolutus. de qua re vide Ang. in d. consi. 95. Hoc tamen limitatur non habere locum a
patre uel matre, si occisores filij accusassent, quoniam & si probare non possint, tamen ratione
affectionis à calumnia excusantur, & puniri non debent: ita Feli. in c. 2. de calumni. nam adeò
9 adeò à legibus ipsis consideratur affectio, ut traditum sit, patrem, † qui eximit filium de car-
ribus, qui erat ultimo supplicio puniendus, debere liberari propter paternam affectionem. ut
in facti contingentia obtentum fuisse ait Antonius Corset. in tract. de potestate regia, in pri-
num. 34. An autem iniuriarum actione teneatur obijciens crimen aliquod contra testem, ut
probauit? vide Soc. in d. consi. 146. col. 3. in 1. vol. Quid verò debeat facere iniuriatus ut ag-
re possit actione iniuriarum? vide Cæpoll. in cautel. 33. An iniurians aliquem teneatur ip-
usquam recedat, dicat se falsum dixisse? vide Thomam Ferratium, in cautel. 39. Amisqu-
que in hac materia, iniuriatum, si iudicem sollicitat, ut puniat iniuriantem, non posse postea a-
iuriarum actione agere, nisi protestetur, quòd propter hoc non intendit sibi præiudicare. Ca-
10 poll. in cautel. 33. Item scias hoc præcipuè, scilicet iniuriam † illatam contra patriam, vel con-
tra religionem posse appellari iniuriam propriam cuiuscunque, & quilibet eam tanquam pro-
priam prosequi potest. ita sing. dixit Ang. in §. fi. in auth. quomod. oport. episc. & ideo patrum
oppugnantes occidi possunt à liberis, & à parentibus, ut per Ang. in cons. 23. ubi multa aperte
de obligationibus erga patriam, ad quæ videas quæ posui in l. veluti. ff. de iust. & iur. quæ om-
nia multòmagis fauore religionis sunt admittenda. An autem & quando iniuriarum actio
11 famet? vide apud Feli. in c. cùm te. nu. 10. de sent. & re iud. quomodo † autem sit faciendus da-
demnatio in actione iniuriarum, quid iudex considerare debeat, & utrum probatio æstima-
nis iniuriarum probari possit per iuramentum partis? & si talis æstimatio probata fuit pos-
stes, an iudex possit illam moderare? & alia multa vide per Soc. in d. consi. 146. in 1. vol. cu-
pen. & fi. Scias etiam actione iniuriarum teneri eum, qui dixit aliquem non esse idoneum fi-
iussorem cum sit. l. si uerò pro condemnato. §. qui pro rei qualitate. & ibi Bar. Ang. & alij. Et qu
12 satisd. cog. & Soc. in consi. 118. col. 2. & in d. consi. 146. col. 5. Iniuria † verò non fit uolenti, ad
quomodo hoc procedat, videas apud Decium in l. nemo fraudare. ff. de regul. iur. Et iniuria-
rum actionem intentari non posse per procuratorem, nisi quando ciuiliter ageretur, secus ve-
rò si criminaliter, docuit gl. in l. licèt. §. ad actionem. ff. de procurat. Item iniuria facta uni ex
cijs itinerantibus censetur facta omnibus. ita ut cogi possit actione iniuriarum, ut trad. gl. &
item apud Labeonem. §. abduxisse, infrà hoc eod. tit. vide quæ posui in l. vt uim. ff. de iust. &
13 scias quoque in hac materia iniuriam † factam patri non transire ad filios quò ad ius uindic-
iure hæreditario, sed transire ad exhæredatos. & ideo non sufficeret pacem habere à solis re-
redibus

redibus,ut declarat Feli.in c.in præsentia.nu.60.de probat.Sed iniuria censetur remissa quando iniuriatur moriens nihil dixit.Dec.in consi.206.An autem & quando iniuriarum actione teneatur dicens verba contumelioſa,quæ tamen non sunt uera,tradit Oldr.in cons.53.Consue
14 uit dubitari. Quam autem iniuriam afferat,† & qua pœna sit puniendus accusator,seu instigator,seu solicitator,qui suam querelam sustinere non potuit, videre est apud Abb. in consi.78. col.fi.in 1.vol.gl.& doct.in l.Athletas,in voce,ex utraque.ff.de his qui not.infam. Feli. in c.accusasti,de accusat.& plenè apud Paulum Grillandum in tract.de relaxatione carceratorum, in titulo de calumniatoribus.& omnino vide.B.Thom.2.secundæ quæst.68.ar.3.Qua in re quæro quid si quis accusat ex relatione ei facta in morte ab illo,cuius est hæres,& querelam probare non potuit? dicas eum excusari. ita Bal. in l.si quis in graui.§.1. ff.ad Syllan. simpliciter ex-
15 cusatus erit is,† qui ex relatione testium accusauit,qui secundum querelam se testimonium dicturos promiserant,& postea recesserunt. ita Innoc.in c.fi.de elect.in 6.& Bal.in l.non ignorat. C.de fructib.& liti.expens.pari etiam ratione dicendum est,eum excusari,qui motus fama publica querelã porrexit,ut probatur in l.prẹses,& ibi gl.& Bart.C.si seru.aut libert. ad decurion. aspir.lib.10.& per trad.per Paul.de Cast.in cons.193. in fin. & in l.cùm quidam. ff. de acquir. hæred.& Io.And.in addit.ad Specul.in tit.de accusatore,in fi. versi. sed pone quòd obijciens. Bar.in l.proprietatis.C.de probat.& videas Bar.Brix.quæst.169.& Cæpoll.in consi.171. col. 5.& omnino Feli.in c.cùm contingat,de rescrip.Quid si is pro parte probauit, & in alia parte defecit? vide Bal.in l.ordinarij.C.de rei uendic.Aret.in consi.79.col.pen.& gl.& Bal. in l.pen. C.si ex fals.instrum.Quid si huius accusatoris testes fuerunt reiecti,uel iste alius furtum nescie bat? Bal.in auth.generaliter,colum.7.de episc.& cleric.Quid si is non probauit,sed ex indicijs reus fuit positus ad tormenta,& confessus? Dicas propterea querelam non dici esse probatã: ita Flori.in l.j.ff.de probat.citat Bart.in l.eum qui, in principio propè fin. ff. de iureiur. Quid si
16 †plures causæ in accusatione continebantur,& in aliquibus defecit, & probare non potuit? vide gl.in c.1.in uerbo,defecerit,de elect.in 6.& Ang.in l.j.C. de suffragi. Quid si stetit per testes qui testimonium dicere voluerunt? vide.B.Thom.2.secundæ quæst.70.in 1.articulo ubi docuit etiam,an testes isto casu ferre testimonium sint cogendi? Quid si is accusauit ex consi-
17 lio peritorum? Ang.in l.sed & si lege.§.scire.ff.de petit.hæredit. Item scias, eum,† qui accusat falsam monetam,facilius excusari à præsumpta calumnia. Alberic.in l.j.C.de fals.monet. Item illi qui à lege ipsa accusare compelluntur,ut in crimine læsæ maiestatis,& in crimine falsæ monetæ, debent semper facilius excusari, cum id coacti faciant: nam leges & statuta punientia eos,qui accusationem non sustinent,debent intelligi,nisi adsit iusta causa.vide Bal.in l.ij.in fin. C.de episcop.aud.& ad prædicta omnia vide Aret.in consi.98.in fi. ubi ait, statuta huiusmodi esse intelligenda,nisi quis habuerit iustam causam credendi. Et in hac materia vide Bar. in l.ij. §.si publico,col.3.ff.de adulter.& est bonus tex.in l.sed si omnes.ff.de uentr.inspicien. & ad rẽ
18 faciunt trad.per Bal.in l.testium.col.7.C.de testi.An autem † & quomodo instigator condemnari debeat? vide Barto.in l.j.§.incidit,& in l.senatus.ff.ad turpill.& Cæpoll.in consi.66. Et in hac re potissimùm excusantur pater & mater, qui occisores filij accusarunt, ut suprà fuit iure conlusum. Quæ omnia sunt diligenter attendenda propter statuta,quibus cautum est,puniendos esse illos,qui accusationem sustinere non potuerunt.& de ijs hactenus.

Summarium in d.l.lex Cornelia.§.si quis libellum.ff.de iniur.

1 *Quomodo quis debeat indicare,& an sufficiat ire ad iudicem uel ad notarium.*

Bar.in d.l.lex Cornelia.§.si quis libellum.ff.de iniur.

1 Bart. in ead.l.§. si quis libellum, tradit quomodo quis debeat indicare,† & an sufficiat ire ad iudicem,uel ad notarium? vide Ang.de maleficijs,col.79.versi.quæro,in uoce, nec non ad denunciationem.

Summarium in l.prætor edixit.ff.de iniur.

1 *An & quando inseri debeat locus & tempus,ubi agitur de delicto ciuiliter.*

Bar.

De iniurijs.

Bar.in l.prætor edixit.ff.de iniur.

1 BART. in hac l.prætor edixit,tradit,an † & quando inseri debeat locus & tempus ubi agitur de delicto ciuiliter; vide Ias.in l.edita,col.7.vers.succesiuè.C.de eden.

Summarium in l.non solùm.§.iniuriarum.ff.de iniur.

1 *Ille qui confessus est peccata sua, non censetur per hoc iniuriam remisisse.*

Bar.in l.non solùm.§.iniuriarum.ff.de iniur.

1 BART. in hac l.non solùm.§.iniuriarum,tradit,eum,qui confessus † est peccata sua,nõ censeri propter hoc iniuriam remisisse.vide Bar.& alios in l.si tibi.x.§.1.ff.de pact.

Summarium in d.l.non solum.§.si mandato meo.ff.de iniur.

1 *Mandans an committat delictum.*

2 *Delicta leuia,& quæ grauia dicantur.*

Bar.in d.l.non solum.§.si mandato meo.ff.de iniur.

1 BART. in ead.l.si mandato meo,ait an mandans committi † delictum,& mandatum hoc iscipere obligetur? vide Abb.in c.1.de præsumpt.& ibi Feli.in 4.col.versi.fallit.& in hac materia vide Ang.de maleficijs in col.99.in uoce,Sempronium,& in col.104.quæst.22.& seq.& rem faciunt trad.per eundem Bar.in l.sed si unus.§.seruus, & in l. hæc verba. ff.de adulter. & l.non ideo minus.C.de accusat.& in l.iiij.prætor ait.ff.ne quis eum qui in ius uoc.Bal.in l.fi milia.ff.de iurisd.omni.iudic.& ibi Bar.& in l.præcedenti. & dum Bar.hic in col.antepen.qua-

2 rit quæ † dicantur delicta leuia,& quę grauia,vide Albertum Brunum,in tract.de indicijs & tortura,col.20.versi.sed nunc. Postea subiungit Bar.unde oriatur obligatio qua tenetur mandãs an scilicèt ex mandato,an verò ex delicto? vide Ang.de maleficijs in versi.Existens Florentiæ col.2.versi.quæro. Ad ea verò,quæ ait Bar.hic in pen.col.versi. quæro utrum in persuasione hinc est,an distinguendum sit,utrum ille cui erat facta persuasio esset aliàs facturus an non? de Feli.in c.1.col.3.de offic.deleg.ubi Dec. col.5.versi. in secundo. & Ias. latè in §. ostensum,col.2.inst.de action.ubi tradit etiam quomodo cognoscatur an aliquis esset fatuus non? & ad prædicta omnia vide Alex.in cons.126.in 4.vol.ubi tradit quomodo procedendum in delictis. & quæ sit differentia inter mandatum,instigationem, & persuasionem. An autem mandans aliquem occidi,excusetur,si homicida confiteatur se illum occidisse non exequendo mandatum,sed quia erat suus principalis inimicus? Dicas recurrendum esse ad circumstanturas. Cæpol.in cautel.39.

Summarium in d.l.non solum.§.quanquam.ff.de iniur.

1 *Si statuto cautum est,eum,qui collectam non soluit,audiri non debere, neque ciuiliter neque criminaliter,eum non solum non esse audiendum, sed neque iudicem posse inquirere.*

Bar.in d.l.non solum.§.quanquam.ff.de iniur.

1 BART. in ead.l.§.quanquam,decidit,si statuto † cautum est,eum,qui collectam non solui audiri non debere ciuiliter,neque criminaliter,eum non solùm non esse audiendum,sed neque iudicem posse inquirere,ut latius hic per eum habetur.vide Decium in c.cùm dilecti, colu. verſ.sed huic,de except.& Ang.de maleficijs,col.14.versi.quædam.

Summarium in l.item apud.§.ait prætor.ff.de iniur.

1 *Blasphemus qua pœna sit puniendus.*

2 *Terræmotus ueniunt propter blasphemias.*

Bar.in l.item apud.§.ait prætor.ff.de iniur.

1 BART. in hac.l.item apud.§.ait prætor, agit de blasphemia. Tu verò qua pœna sit puniendus blasphemus,vide apud Ias.in §.item si quis postulante,col.14.versi.in ea gl.admonendi,inst.de action.& omnino Paridem de Puteo in tract.de ludo.nu.63. & quid sit blasphemia vide Soc.in consi.101.in 1.vol.& de hac materia vide Ias.in l. ait prætor.§. iurari.ff. de iureiur. ubi tradit quomodo carceratus pro blaphemia liberari possit. & qua cautela uti possit blasphemus ad euitandam pœnam,quæ pro isto delicto imponitur,vide Thom.Ferratium in cautel.25. tamen huiusmodi sceleri non est ullo pacto fauendum; nam propter blasphemias † ueniunt

† ueniunt terræmotus,fames,& peſtilentiæ,ut habetur in auth.ut non luxur.contra natur.Item ſcias blasphematorem publicum à minori ſacerdote abſolui non poſſe,ſed ab epiſcopo.c. nullus,de ſent.excommunic.tradit Firma.in tract.de epiſcopo,in 2.par.quarti libri.quæſt.49.verſ. his adde conſequenter. & quæ ad blasphemiam pertinent,vide latè apud Abb. & alios in c.2. & in c.fi.de maledic.

Summarium in l.item apud.§.ſi quis uirgines.ff. de iniur.

1 *Talis quis eſſe præſumitur in quali habitu reperitur.*

Bar.in d.l.item apud.§.ſi quis uirgines.ff.de iniur.

1 Bart. in ead.l.§.ſi quis uirgines,ſic ait in ſumma. Talis quis † eſſe præſumitur, qualis eſt habitus,in quo reperitur.vide Feli.in c.audientia,de ſent.excomm.

Summarium in l.ſed ſi unius.§.ſeruus meus.ff.de iniur.

1 *Ille qui mandat aliquid fieri debere, ſecuto facto an dicatur ipſe feciſſe.*

Bar.in l.ſed ſi unius.§.ſeruus meus.ff.de iniur.

1 Bart. in hac l.ſed ſi unius.§.ſeruus meus,quærit utrum ille † qui mandat aliquid fieri debere,ſecuto facto dicatur ipſe feciſſe? vide Ang.de maleficijs.col.110.quæſt.14.in ver.Sempronium mandatorem. & ad rem hanc vide Bar.in l.hæc verba.ff.de adulter. ubi poſui ad Bar. & dum ſubiungit Bar.hic in col. fi.utrum mandantis & facientis ſit idem delictum? vide Ang. in d.loco,colu.106.in 11.quæſt.& ad ea quæ hic in fi. ait Bart.utrum ille, qui mandat fieri teneatur ut principalis? vide Ang.ubi ſuprà dixi in 16.quæſt.& circa iſtam materiam mandãtis, vide quæ poſui in l.non ſolùm.§.ſi mandato,ſuprà eod.tit.

Summarium in d.l.ſed ſi unus.§.ſi ante iudicem.ff.de iniur.

1 *Si quis inſtigat iudicem,ut torqueat eum,qui ſibi iniuriam intulit,videtur iniuriam remiſiſſe.*

Bar.in d.l.ſed ſi unius.§.ſi ante iudicem.ff.de iniur.

Bart. in ead.l.§.ſi ante iudicem, quærit & ſoluit,ut hic per eum. Attende tu iſtum text. 1 qui mirabilis eſt, vt hic dicitur in apoſtill.ad probandum,ſi quis inſtigat † iudicem ut torqueat eum, qui ſibi iniuriam intulit, videri iniuriam remiſiſſe. hoc idem ſequitur Cæpoll. in cautel. 33.incip.Sciant omnes.

Summarium in d.l.ſed ſi unus.§.filiofam.ff.de iniur.

1 *Pater quando eſt uilis perſona non permittitur ei ut iniuriam filij remittat.*

Bar.in d.l.ſed ſi unius.§.filiofamiliàs.ff.de iniur.

1 Bart. in ead.l.§.filiofamiliàs,in verſ.venio ad verſiculum interdum,ait,quando pater † eſt uilis perſona, non permitti ei, ut iniuriam filij remittat. & ex hoc ait Bar. ſe dixiſſe in l.ij.ff.de uulg.& pupill.patrem vilem filio ſubſtituere nõ poſſe, vbi videas Iaſ.in 8.col.ver.ſecunda concluſio,qui ait Bartolum * communiter reprobari.& vide quid per iſtum tex. teneat Bart. in §. Cato,col.fi.in ultima.ff.de verb.oblig.

Summarium in l.iniuriarum.ff.de iniur.

1 *Æſtimatio iniuriæ quomodo fieri debeat.*

Bar.in l.iniuriarum.ff.de iniur.

1 Bart. in hac.l.iniuriarum,quærit quomodo fieri debeat æſtimatio iniuriæ? vide Ang.de maleficijs,col.66.in uoce,Nec non ad querelam.Feli.in c.cùm te. nu.19.de ſenten. & re iudic. & ea quæ poſui in l.lex Cornelia,ſuprà eod.tit.

Summarium in l.nec magiſtratus.ff.de iniur.

1 *Magiſtratus,qui ſint,qui poſſunt conueniri.*

Bar.in l.nec magiſtratus.ff.de iniur.

1 Bart. in hac l.nec magiſtratus,tradit,qui nam † ſint magiſtratus, qui conueniri poſſunt. & ait quoſdam eſſe magiſtratus ſola dignitate ſine adminiſtratione,& iſtos conueniri poſſe: & in alijs diſtinguit,ut hic per eum. ſed iſtam diſtinctionem reprehendit Iaſ.in l. de pupillo.§. ſi quis ipſi prætori,col.6.verſ.circa ſecundum.ff.de oper.nou.nunc.nec magiſtratus poteſt accuſare.Ang.de maleficijs,col.35.in verſ.nec non ad querelam,col.43.verſ.poſtquam.

Summa-

De sepulchro violato.

Summarium in l.prætor ait.ff.de sepul.uiol.

1 *Ciuiliter tunc dicitur agi, quando parti applicatur, id quod petitur.*
2 *Libellus quando concipitur per dictionem actio, in dubio intelligitur ut causa sit ciuilis.*
3 *Causa quando dicatur ciuilis, & quando criminalis.*

Bar.in l.prætor ait.ff.de sepul.viol.

1 BART. in hac.l.prætor ait, colligit ex gl.tunc dici ciuiliter † agi quãdo parti applicari debet id,quod petitur; sed quando debet applicari fisco,tunc dicitur pœna criminalis. sed quid si agitur de pœna,quæ neque fisco,neque parti est applicanda,ut puta si de priuatione beneficij ageretur,an ista causa sit ciuilis? vide Feli.in c.super his.num.7. accusat.& mirandum est,quòd de ista distinctione,quam facit gl.hic, & Bart. sequitur,scilicet an pœna applicetur parti an fisco,disputetur,cum de hoc sit tex.expressus in §.in summa,inst. gl.in voce,pœna,& in uoce,extraordinaria,insti.de iniur.& ita uoluit etiam Abb. in rubrica
2 iudic.col.1.versi.ultima. Et ex hoc infertur,libellum † conceptum per uocem, actio, in dubio esse intelligendum,ut causa sit ciuilis,& consequenter pœna erit applicanda parti,si verò in libello appositum esset uerbum,accuso,& tunc intelligendum esse,ut causa sit criminalis,& pœna erit fisco applicanda,ut per Bal.in l.viro atque uxore, & ibi Alex. ff.solut. matrim. ubi nota. Specul.in tit.de accusat.§.1.col.1.& ad rem faciunt trad.per Bar.in l.1.col.fi.in principio ff.
3 condict.indeb. Et quando causa † dicatur esse ciuilis,& quando criminalis, vide omnino Abb. in d.rubrica de iudic.ubi in aliquibus dissentit à Bar.& de hac re vide in Spec. aduocationum. 1.dist.quartæ par. ubi tradit qũo causa ciuilis, criminalis, & mixta differant & cognoscantur. Item scias quando causa est mixta,ex qua uenit aliquid applicandum fisco, & aliquid priuatæ personæ,eam potius à fisco tanquam à digniori esse denominandam,secũdum Alex.in l.fi. in 1.vol.& ad prędictam distinctionem de causa ciuili & criminali,vide Ias.in rubrica C.ad. & in l.in pecuniarijs.ff.de feri.

Summarium in d.l.prætor ait. § si ad plures.ff.de sepul.uiol.

1 *Quando delictum committitur in plures, utrum quilibet agere uel accusare possit.*

Bar.in d.l.prætor ait.§.si ad plures.ff.de sepul.viol.

1 BART. in ead.l.§.si ad plures,quærit quando † delictum committitur in plures,utrum quilibet agere possit vel accusare? & distinguit,aut delictum committitur principaliter in unum eorum,in quos committitur,& tunc quilibet habet actionem insolidum,& reliqua. Adde accedit Aret.in l.pro hærede.§.fi.col.13.versi.quod autem.ff.de acquir.poss.

Summarium in l.sepulchri uiolati.ff.de sepul.uiol.

1 *Reus contumax an possit opponere exceptionem litis pendentis.*

Bar.in l.sepulchri uiolati.ff.de sepul.viol.

1 BART. in hac.l.sepulchri,versi.circa primum,quærit utrum reus † contumax possit opponere exceptionem litis pendẽtis, & sic prævẽtionis factæ in alio territorio? vide Ang.de maleficijs,col.19.versi.quæro.

Summarium in l.j.§.in pari.ff.de recept.

1 *Ignorans an teneatur quando latronem receptauit.*

Bar.in l.j.§.in pari.ff.de recept.

1 BART. in hac.l.j.§.in pari,quærit an ignorans † teneatur quando latronem receptauit? dicit quòd non. vide Feli.in c.cùm contingat,col.2.versi.de rescrip.& in c.2.de excep.Ang.de malefic.in versi.detto malfattore,col.4.versi.quæro.

Summarium in l.eos.ff.de recept.

1 *Bannitum agnatum in domo qui receptat, debet mitius puniri ratione sanguinis.*

Bar.in l.eos.ff.de recept.

1 BART. in hac l.eos,colligit ex tex.eos,qui receptant † bannitum agnatum in domo debet mitius

mitius puniri ratione sanguinis. idem dicas in uxore maritum receptante, ut ait Specu. in tit. de donat. int. vir. & vxo. cap. fi. & ad hoc Bartoli documentum vide omnino Feli. in c. cùm quidã, col. pen. vers. ulterius nota, de iureiu. vbi ex multis docuit quantum coniunctioni sanguinis deferatur. & ideo etiam bannitum patrem filius tenetur alere. Bar. in l. si quis à liberis. §. sed utrum ff. de liber. agnosc.

Summarium in rubrica. ff. de effrac. & expilat.

1 *Ille qui iniustè fuit detrusus in carcerem, non solum potest carcerem frangere, & fugere, sed etiã debet.*
2 *Carceris effrator qua pœna puniri debeat.*

Rubrica. ff. de effractor. & expilat.

1 BART. in hac rubrica nihil dicit. Tu verò dicas, eum, qui iniustè † fuit detrusus in carcerem, non solum posse carcerem frangere, & fugere, sed etiam debere; alioqui pœna capitis esse puniendum, ut traditum est in consi. 12. inter consilia Albert. Brun. carceratus autem iustè peccat fugiendo. Dec. in l. quod à quoque. ff. de regul. iur. & idem dicitur etiã de illo, qui iustè fuit condemnatus ad mortem. Bar. in l. relegati. ff. de interdic. & releg. Abb. in c. 1. de testi. cogen. tamen uide apostil. ibi ad Abb. in d. c. 1. & Feli. in c. 1. num. 64. de const. An carcerem frangens ut fugiens censeatur delictum confiteri; ita ut ex hoc puniri possit? vide
2 Feli. in c. nullus, de præsumpt. Et qua † pœna puniri debeat effractor carceris, ac etiam conspirans de rumpendo, vide apud Raph. Cuma. in consi. 115. ubi multa dixit ad rem hanc facientia & in re proposita vide aliquid per Alex. in consi. 135. Circa primum, in fin. in 1. volu. An autem carceratos ob suum maleficium eximere liceat? vide tex. in l. sed si ideo. ff. solu. matrim. ubi indistinctè habetur hoc esse opus pium. vide Bar. & alios in auth. contra rogatus. C. ad trebell. & argumenta ad utranque partem apud Io. Campegium in tract. de dote in 12. quæst. secundæ par. ubi demum concludit, pium esse. ijs consequens esse videretur, ut ea idem ratione ac etiã maiori licere debeat cuique sanguinem suum redimere & frangendo carcerem & fugiendo. tamen prædicta reluctantur.

Summarium in l. ij. ff. de crimi. expil. hæred.

1 *Quare post aditam hæreditatem & ante apprehensionem, furtum ratione dominij non committatur.*

Bar. in l. ij. ff. de crimi. expilat. hæredit.

1 BART. in hac l. ij. remittit se ad glo. Tu verò cogita quare post † aditam hæreditatem & ante apprehensionem furtum ratione dominij non committatur? de qua re egi in l. j. §. Scæuola, suprà, si quis testa. lib. esse iust. fuer. præterea opponitur contra textum hic, in quo habetur, post aditam hæreditatem & ante apprehensionem committi crimen expilatæ hæreditatis; nã adita hæreditate perditur nomen hæreditatis, ut habetur in l. j. §. veteres. ff. de acqu. poss. & pro ptera fortè limitari possit hęc materia, ut in ea nomen hæreditatis retineatur quò ad hoc donec dominium sit acquisitum de iure naturali per apprehensionem.

Summarium in rubri. ff. de termi. amot.

1 *Terminos mouens quomodo puniatur.*

Rubr. ff. de termino amoto.

1 CIRCA istam rubricam & eius leges, scilicet quomodo † mouens terminos puniatur, vide Abb. in c. ex literis, in fi. de iudic.

Summarium in l. agraria. ff. de termi. amot.

1 *Lex quando simpliciter pœnam imponit, an sit applicanda fisco an parti.*
2 *Mixtum sumit naturam à sua parte digniori.*
3 *Accusatio in dubio præsumitur.*

Bar.

De termino amoto.

Bar. in l. Agraria. ff. de termin. amot.

1 BART. in hac l. quærit, quando lex simpliciter † pœnam apponit, sit ne applicanda fisco, an parti? & tradit ut hic per eum. sed quid si pœna pro parte est applicanda fisco, & pro parte ipsi parti? Bal. in l. j. col. 4. C. de iudic. inquit eam dici criminalem pro parte applicanda fisco, & pro alia esse ciuilem. sed Ant. de Butr. ait esse mixtam. & ex hoc inferri posset com. practicam Papien. in forma libelli possessionis turbatæ, in uoce, coram nobis. ubi habetur iam turbatæ possessionis esse merè criminalem, ex quo pars pœnæ fisco est applicanda. forte respondeas, quamuis sit causa mixta, eam tamen esse regulandam secundum naturam
2 sæ criminalis; quia mixtum † sumit naturam à sua parte digniori. & ita in terminis dixit Ab. in consi. 82. In causa vertente, in 1. vol. & ex ijs quæ postea subijcit Bar. colligitur, verbum, re, ad ciuilem causam esse referendum, & verbum, accusare, ad criminalem, ex quo libellus gnoscitur; quia si in eo appositum est verbū, accusare, intentatur causa criminalis, si verò agere intentatur ciuilis, ut per Bal. in l. uiro atque uxore. ff. sol. matr. vbi Alexand. citat Specul. in de accusat. §. 1. col. 1. & de hoc uerbo agere & accusare, vide Bar. in l. j. col. fin. ff. de cond. in
3 Et dum Bar. concludit, in dubio † esse præsumendam accusationem, vide Ias. omnino in §. nales, col. 9. instit. de action. sed contra hæc oppono de l. non puto. ff. de iur. fisc. ubi habetur dubio contra fiscum esse pronunciandum. tamen responderi potest, textum illum procedere solùm quando fiscus agit ad pœnam contra aliquem: nam in dubio pronunciandum est ut na non debeatur, ut declarat Dec. in l. in ambiguis. ff. de regul. iur. sed hic uterque tractat causa lucratiua.

Summarium in rubr. ff. de colleg. illici.

1 *Collegium ex tribus constituitur.*

Bar. in rubr. ff. de collegi. illicit.

1 BART. in hac rubrica ait, collegium † ex tribus constitui. Tu verò aduerte, primitem tres ad faciendum collegium à principio exigantur, tamen in uno sic collegium conseruari, & apud eum iura totius collegij remanere. l. sicut. §. fin. ff. quibus uniuers. Limita tamen hoc procedere solùm quando adest spes ut alij in locum defuncti subrogentur. secus si talis non adest spes, ut in senatore Romæ. ita Alber. Bald. & Angel. non ambigitur. ff. de legi.

Summarium in l. sodales. ff. de colle. illic.

1 *Collegium scholarium est approbatum de iure ciuili.*

2 *Collegium clericorum totum existimatur, etiam quod minor pars persistat clericorum.*

Bar. in l. sodales. ff. de colleg. illicit.

1 BART. in hac. l. sodales. col. 2. inquit, collegium † scholarium esse approbatum de iure li. idem aiunt Abb. & omnes in c. ex literis, in 1. notab. de constit. & dum Abb. hic in colu. ait, de collegij essentia non esse, ut habeat rectorem, vide Feli. in d. c. ex literis, col. 2. & 3. Pete. Bar. in versi. sed si collegia sunt clericorum & secularium, quando collegia sunt clericorum secularium, si maior est pars secularium, totum collegium dici secularium; quia maior pars hit ad se minorem. & ideo conueniri posse coram iudice seculari, & sic etiam contra. si ver essent æquales, tunc iudicari totum esse ecclesiasticum ratione dignitatis maioris. vide Ab. in c. si diligenti, col. antepe. de for. compet. & in c. ex literis, col. 2. de const. ubi Felin. & ibi omnino Dec. in 5. notab. sed contra hoc Bartoli documentum sentit Dominic. de sanct. min. in c. si duo ex tribus, de offic. deleg. in 6. & vide quæ posui ad Bart. in l. quæritur. ff. de
2 homin. ex quibus colligitur, etiam si minor † esset pars clericorum, tamē ratione dignitatis tum collegium debere ecclesiasticum iudicari. vide Socin. post Bar. in l. cùm senatus. ff. de dub. & Rochum de Curte in tract. de iure patronatus, in §. ius. num. 24. ubi inter cætera Barb. in c. 1. col. 2. de loca. optimè dixisse, ubi ait, aut clerici cōsiderantur ut tales, & tunc

numerus trahit ad se maiorem quia dignior. aut non considerantur ut tales, & tunc secus, ut hic. Et postea dum Bar.in eadem.l.col. pen. quætit, quid fiet de rebus collegij dissoluto collegio? vide Feli.in c.cùm dilecti,colum.fi.de rescript.post glo.fi.in uersi. quæro destructo collegio an pereant priuilegia ipsius collegij? vide Felin.in cap.cùm dilecta, colu.penult.versic. de structo,de rescript.

Summarium in l.j.ff.de publi.iudic.

1 *Delicta omnia sunt priuata.*

Bar.in l.j.ff.de publicis iudicijs.

1 BART. in hac l.j.inquit,omnia † delicta esse priuata, exceptis quibusdam in hoc tex. enumeratis. sed nunquid blasphemia dicatur esse publicum crimen? vide Ang. de maleficijs,col.28.versi.tu autem,in voce. Nec non ad querelam, & ibi in pen.colu. vers.quærit,tradit quæ dicantur publica,& quæ priuata crimina.

Summarium in l.publicorum.ff.de public.iudic.

1 *Damnatus ad perpetuum carcerem dicitur damnatus pœna capitali.*
2 *Damnatus ad perpetuum carcerem,an sit capax eorum quæ sibi relinquuntur.*

Bar.in l.publicorum.ff.de public.iudic.

1 BART. in hac l.publicorum,col.3.versi. quæro aliquis, inquit eum, † qui damnatus est ad perpetuum carcerem, dici esse damnatum pœna capitali: quia æquiparatur damnato in metallum. Tamen attende quoniam Innocen.in c. qualiter & quando,de accusat. ait huiusmodi damnatum æquiparari damnato ad mortem. cuius contrarium tradit hic Bart. dicens eum æquiparari damnato ad metallum. ad quem accedit Ias. in l.transigere, col.2.versi.secundò aduerte.C.de transact.vide Bart.in l.programma,circa medium.C.comminat. uel epistol.& Feli. in dicto cap.qualiter,& quando. num.11. vbi carcerem perpetuum appellant ultimum supplicium. Et an ista pœna æquiparetur morti? vide Io.de Ana.in cap.1.colu.13.de collu.detegen. vbi concludit istam pœnam succedere loco penæ mortis, & esse proximam morti. An au-
2 tem † damnatus ad perpetuum carcerem sit capax eorum, quæ sibi relinquuntur? vide Felin. in d.c.qualiter,& quando.§. ad corrigendos. nu.12. An pœna carceris perpetui licita sit saltem de iure canonico? vide Fulg.in consi.44.et clericos poni in gabia,ut uulgò dicitur,pro ali quo crimine detestatur Abb.in c.cùm non ab homine.in fi.de iudic.

Summarium in l.is qui reus.ff.de public.iudic.

1 *Accusatus an & quando possit alium accusare.*
2 *Accusator an diem exprimere teneatur.*

Bar.in l.is qui reus.ff. de publ.iudic.

BART. in hac l.is qui reus, colu.3.versi. pro declaratione, tradit an & quando accusatus
1 † possit alium accusare? vide Angel.de malefic.col.49.versi.quæro,in uoce, Nec non ad querelam. Et dum Bart.hic in 6.colu.agit de illo, qui diem posuit in accusatione, & non probauit,an succumbere debeat? vide Angel.de malefic.in uoce, de anno, colum.1.uersic. secundò quæro. Feli.in cap.examinata,colu.9.de iudic. & omnino Paul. de Castr.in consi.26. in 1.uol. & Alexand.in consi.159.in 6.uolum. & quæ pono in l.libellorum, infrà de accusat. Et ad ea,
2 quæ subijcit Bart.an accusator † diem exprimere teneatur? vide quæ posui in lucubrationibus meis ad Bart.in l.ij.§. si quis Ephesi.ff.de eo quod cert.loc. An autem in causa ciuili quis ad instantiam aduersarij diem exprimere teneatur? vide Alex.in l.j.in princip.col.6.ff.de eden.& in materia delicti ubi agitur ciuiliter,vide omnino Roma.in consi.191.vbi etiam docuit quid sit, quando sola facti ueritate inspecta procederetur. & uide Bart.in l.libellorum, col.3.uersic.circa tempus.ff.de accusatio. Et ad finem adducendi præscriptionem necesse esse tempus expri-

mere, docuit Bald. in l. edita, colu. 11. uersic. quæro igitur. C. de edend. et ad hæc uide omnia Salic. in l. pen. col. 2. C. de accusat. ubi limit.

Summarium in l. defuncto. ff. de publ. iudic.

1 *Defuncto reo, pœna est extincta.*

Bar. in l. defuncto. ff. de publ. iudic.

1 BART. in hac l. defuncto, ait, defuncto † reo pœnam esse extinctam. vide Curtium in cons. sil. 60. col. 2. & seq.

Summarium in l. infamem. ff. de publ. iudic.

1 *Damnatus de crimine publico an sit infamis.*
2 *Confitens crimen an sit infamis non secuta sententia.*

Bar. in l. infamem. ff. de publi. iudic.

1 BART. in hac l. infamem, colu. 2. quærit, an damnatus † de crimine publico sit infamis? vide Abb. in c. at si clerici, col. 9. de iudic. vbi Dec. col. 15. vers. in ea. postea quærit Barto. vtrum damnatus per inquisitionem sit infamis? De hac re uide Angel. Aret. remissiuè in §. ex quibusdam, col. 4. uers. quæro an damnatus ex inquisitione, instit. de pœn. temer. litigan. Et quid sit iure Canonico, uide Abb. in rubri. de iudic. in fin. & ad prædicta uide omnino quæ posui in
2 tutor. §. præterea. ff. de suspect. tutor. Postea Bar. hic in colu. fi. quærit an † confitens crimen sit infamis non secuta sententia? vide Abb. in d. c. at si clerici, col. 9. uers. secundò subtiliter. & idem Feli. nu. 25. & ad ea, quæ subijcit Bart. uide Ruin. in l. Gallus. §. & quid si tantùm, colu. 3. vers. secundo oppo. Et dum Barto. tradit cautelam ad hoc, ut aliquis uitet infamiam, ut scilicet ante sententiam. vide Dec. in d. c. at si clerici, col. 16. vers. Et retenta. & aliam cautelam ponit Bar. in l. furti. §. qui alieno. ff. de furt. & aliam Soc. in regul. 179.

Summarium in l. custodias. ff. de publi. iudic.

1 *Aduocati an debeant interesse, quando rei examinantur.*

Bar. in l. custodias. ff. de publi. iudic.

1 BART. in hac l. custodias, tradit, an aduocati † interesse debeant, quando rei examinantur: vide Angel. de malefic. in uoce, Fama publica, colu. 4. vers. item aduertas, item limitat ibi per eum col. 1. uers. quæro, uide in hac re quæ posui in l. legis uirtus. ff. de legi.

Summarium in l. accusatore. §. ad crimen. ff. de publi. iudic.

1 *In crimine publici iudicij procurator interuenire non potest.*
2 *Accusator de iure communi ita est detinendus in carcere, sicut accusatus.*

Bar. in l. accusatore. §. ad crimen. ff. de publ. iudic.

1 BAR. in hac l. accusatore. §. ad crimen, sic ait in summa. In crimine † publici iudicij procurator interuenire non potest. vide omnino quæ de hac re posui in l. seruum quoque. §. publ. ff. de procurat. uideas etiam Bal. in l. ita demum, col. 2. vers. sed quid dicemus. & in Lucen. 3. vers. sed quò ad secundum membrum. C. de procurat. & in l. falsus, col. 12. vers. verùm quò. C. de furt. item uide Bar. in l. filiusfamiliàs. §. veterani. in fi. ff. de procur. & Feli. in cap. Ratus, vers. sed contra, de rescript. Et prædicta conclusio usque adeò vera est, ut neque fiscus de ordinaria potestate possit in causa criminali procuratorem rei admittere. tex. est. ibi. veniens, de accusation. potest tamen admitti excusator, ut dixi in d. §. publicè, vbi uide omnino. & Feli. in c. meminimus, de accusat. ubi in hac materia multas tradit declarationes, & dicit quasdam conclusiones, quas referre non curo, cum ibi videri possint. uide etiam nostra, quæ pono in l. si non defendantur, infrà de pœn. Et dum Bar. hic in 1. colum. uers. item accusator, ait, accusatorem † de iure communi ita esse detinendum in carcere, sicut accusatum
2 uide Angel. de malefic. in uoce, Nec non ad querelam, colum. 26. uers. tertio, & dum subiungit hodie de iure statutorum accusatorem non puniri pœna talionis. idem tenet Specul. in titulo de accusatio. §. 1. uersic. item quòd non. & Abb. in c. super his, columna 7. de accusat.

in c.tuæ,vbi etiam alij,de procurat. Angel. de malefic.in d.uoce, Nec non ad querelam,colu. 25.vers.secundò. vide quæ pono in l.fin.infrà de accusat. & in quibus casibus accusatores teneantur se inscribere,& ad pœnam talionis obligare,vide Feli.in c.super his, de accusat.

Summarium in l.certis.ff.de accusat.

1 *Mulier an & quando accusare possit de morte mariti.*

Bar. in l.certis.ff.de accusat.

1 BART. in hac l.certis, tradit, an & quando † mulier accusare posit de morte mariti? Adde quòd mulier hæres tenetur uindicare necem defuncti,etiam si esset extranea; eo quia est hæres.l.sororem.C.de his quib.vt indign.quamuis si non esset hæres, repelleretur,cum suam tantùm & suorum iniuriam prosequi possit. Ruin.in §.Cato,col.pen.ver. tertiò.ff.de uerbor.obligat. vbi citat glo. in c.1.§.ad hoc, de ijs qui feud.dar.poss.quæ dicit,filiam non recipere compositionem de morte patris. Et dum Bar. quærit hic quid de filia naturali uel spuria? vide Feli.in c.nonnulli,col.9.in 5.fallen.de rescript.& in §.sunt & alij, & Angel. de malefic.col.42.in uoce,Nec non ad querelam. Et qui ueniant appellatione suorum,uide gl. in l.si fœmina.C.ad turpill. & Feli.in c.cùm dilectus, de accusat. vbi agit de ijs, qui hac ratione ad accusandum admittuntur, ut hic quærit Bar.

Summarium in l.libellorum.ff.de accusat.

1 *Nomen iniuriati exprimi non debet, quando ignoratur.*
1 *Omissum an suppleri possit ex probationibus.*
1 *Si quis fuit percussus in platea, qui in alio loco moriatur, exprimi debet locus percussionis, non autem locus mortis.*

Bart. in l.libellorum.ff.de accusat.

BART. in hac l.libellorum, tradit multa pertinentia ad materiam accusationis, de quibus omnibus uide Salic. in l.pen.C. de accusat. & Angel.de maleficijs super uoce,Anno præsenti,
1 per totum. & ad Bart.in secunda oppo. dicas, nomen iniuriati † exprimi non debere quando ignoratur, secundum glo.in c.præscripta.§.libellorum,in uoce,Caio. 2.quæst.8. & ad Bart.hic in uers.quæro utrum,scilicet an sint ponendi anni Domini, & nomen imperatoris? vide Ang. de malefic.in eodem loco,col.3.versic.sextò,& col.4.vers.quæro postea Bar.hic in uers.quæro extra glo.tradit utrum sit exprimendus locus loci? & distinguit ut hic per eum.Ad hæc uideas Ias.in §.ex maleficijs,col.14.instit.de action.vbi sequitur Bar.hic.quid si omissus esset locus necessarius,poterit ne postea in probationibus suppleri? vide Ias. ibi. Adde quòd si locus non apponitur,libellus ipso iure nullius est roboris & momenti. sed contra hoc facit istę text.ibi,aboletur,igitur ualidus erat libellus,ut per Bar.in extrauag.ad reprimendum,in uoce,accusationē, in fi.vbi respondet huic obiectioni. & ibi Bart.circa medium,ampliat conclusionem,ut procedat etiam in summarijs,in quibus libellus est nullus, si ei desunt ea,quæ sunt de substantia. An
2 autem omissum † suppleri posit ex probationibus. vide Ias.in l.edita, col.8.uers.ultra Bar.hic. C.de eden.Item aduerte,quia ubi locum exprimere non est necesse, si tamen in libello apponi tur eum esse probandum,cum illa tamen distinctione,quam pono infrà ad Bart.in 3.colu. dum citat.l.is qui reus,nam distinctio quam ibi pono de tempore, hic ad locum rectè applicari potest.& uideas Ang.de malefic.col.45.in uer.proceden.& in uoce in platea,col.4. ver.quæro.& ibi dicit ēt in uer.quid si,si duo sunt castra eiusdē nominis, locū debere expresso noīe demon-
3 strari,vt hic ait Bar.in ver.secūdò q̄ro.Postea Bar.in ver.sed q̄ro aliquis,ait,si quis fuit† ꝑcussus in platea,qui in alio loco moriat̄,exprimi debere locū percusionis,nō aūt locum mortis. vide Bar.in l.damni.§.Sabini,col.1.vers.quæro.ff.de damn.infec.& Ang.de malefic.in uer. de anno

præsenti,col. 3.q.5.Ad ea uerò quæ hic ponit Bar.in 3.col.versi.circa tempus,uide aliquid Ias.in d.§.ex maleficijs,col. 14.inst.de action & ibi in 5.col.tradit,ut prædixi,an tempus necessarium suppleri possit ex probationibus, quando fuit omissum in libello? de qua re uide eundem Ias.in d.l.edita,& quæ pono ad Bar. suprà in præcedentibus. Ad ea uerò quæ hic post subiungit Bar.dum citat.l.is qui reus. & remittit se ad ea,quæ ibi dixit. vide ibi Bart.col. pen.ver.sed quæro. vbi docuit,quamuis non tenear diem exprimere in libello, tamen si exprimitur,debere de necessitate probari. idem uoluit Alex.in cons. 159.in 6.uol.& uide quæ pono in d.l.is qui reus,suprà de publ.iud.de hac re latissimè agunt Bar. & alij in l.diuus.ff.de re iud. vbi distinguunt,an adiectū ponatur loco qualitatis, & tunc necesse esse probare actum & qualitatem,si uerò adiectum non qualificat actum præcedentem, sed æquè principaliter ponitur, & tunc experimentem non cogi illud probare,sed solùm id,quod sufficit ad uictoriam,vt ibi per eos latius.& hæc est illa distinctio,cuius feci mentionem in præcedētibus.Et ad ea quæ post mò hic ait Bar.in fi.dicens non esse necesse,vt pars cōcludat in libello criminali,& dicat,se petere talem puniri. vide Ang.de malefic.in ver.nec non ad querelam, col.46.

Bar.in d.l.libellorum.§.sed etsi aliud.ff.de accusat.

BAR. in ead.l.§.sed etsi aliud, in fi.tradit de quodam communi usu loquendi. de quo Ias.in rubr.ff.de oper.nou.nunci. col.3.

Summarium in d.l.libellorum.§. si accusator.ff.de accusat.

1 *Accusatore defuncto seu aliter impedito, rei nomen aboletur.*

Bar.in d.l.libellorum.§.si accusator. ff.de accusat.

1 BAR. in ead.l.§.si accusator,sic ait in summa. accusatore † defuncto seu aliter impedito nomen aboletur. vide Angel.de malefic.in ver.Nec non ad querelam,col.57.uer.quæres. & postea Bar.in uer.item quęro,ait, iudicem prosequi posse causam huius accusationis,videlicet in l.ij.C.de delat.vbi pono,& Feli.in c.quia, col. 1.de iudic.

Summarium in l. seruos.ff. de accusat.

1 *Ille qui liberum accusare prohibetur, prohibetur etiam seruum accusare.*

Bar.in l.seruos.ff. de accusat.

1 BAR. in hac l.seruos,colligit ex tex.unum mirabile,scilicet,eū,qui † liberum accusare prohibetur,prohiberi accusare seruum. & ex hoc infert ad bannitum ut à bannito accusari non possit,& reliqua. vide Angel.de malefic.col.55.vers.quæro,in uoce,Nec non ad querelam,& unquid banniti possint sibi inuicem obijcere inhabilitatē,vide Bar. & quæ ibi posui in l.cum mulier.ff.sol.matrim.vbi ad multas similes quæstiones infertur.

Summarium in l.Leuia.ff.de accusat.

1 *Dictio de plano,quomodo sit intelligenda.*

Bar.in l.Leuia.ff.de accusat.

1 BART. in hac l.Leuia.vers.quæro quomodo,quærit † quomodo uox, de plano, sit intelligenda. aitque sine libello,& reliqua. Sed in libello exigi scripturam,habetur in tex.c.si quis clerico,vers.in criminalibus. 11.q.1.licèt contrarium uelit hic Bar.quem sequitur Abbas, quoniam contra,in tertio notab.de probat.Et ad ea,quæ hic subijcit Bar.in uers.Ego putabam,vide Angel.de malefic.col.10.uer.item non.

Bar. in l.si cui.ff.de accus.

BAR. in l.si cui,tradit formam subscriptionis.& ad ea,quæ tradit in uers. tertia forma, de Angel.de malefic.in uoce,Nec non ad querelam, col.25.uers.secundò.

Summarium in l. si cui.§.ijs.ff. de accusat.

1 *Absolutus non potest de eodem crimine accusari ab eodem.*

2 *Si quis pro furto fuit condemnatus in centum, & reuera iste furto ducentum subtraxerat, tunc pro centum pro alijs centum procedi possit contra eum ciuiliter, aut criminaliter.*

Bar. in d.l.si cui.§.ijsdem.ff.de accusat.

1 BART. in ead.l.§. ijsdem, sic ait in summa. Absolutus † non potest de eodem crimine accusari ab eodem,uel ab alio,nisi fuerit ignorans, & suam ignorantiam prosequatur. vide Ang. de malefic.col.63.versi.subsequenter,in uoce, Nec non ad querelam. Quid si in foro canonico fuit absolutus, an in alio ciuili poterit accusari? item an absolutus in loco criminis perpetrati, poterit condemnari in loco domicilij? & quid econuersò, utrum condemnatus semel possit denuò condemnari? vide latè de ijs apud Aret.in consi.58.colu.4.& sequ. Quid si quis
2 pro furto fuit condemnatus † in centum, & re uera iste furto ducentum subtraxerat, nunquid iterum possit pro alijs centum procedi contra eum ciuiliter,aut criminaliter? vide Paul.de Castr.omnino in consi.18.in primo uolu.et de hac re vide Bart.in l.senatus, colu.4.versic.quæro quando secunda,infrà eodem titulo.& plenè in Specul.aduocatorum,in sexta par.num.89. Et dum subiungit Bar.hic accusatorem docere debere de ignorantia suo iuramento.vide Ias. in l. admonendi.col.116.versi.hinc.ff.de iureiur.& Aret.in consi.58.col.pen. & fi. vide etiam in 4. col.& seq.ubi tradit,hoc idem,quod hic dicitur de absoluto per accusationem, habere locum etiam in absoluto per inquisitionem.de qua re agit Bar.hic in uersi.quæro hic loquitur.

Summarium in d.l.si cui.§.cum sacrilegium.ff.de accusat.

1 *Quis debet prius suũ expedire, processumquàm reũ, ẽt pro maiori crimine ad alterũ iudicẽ remittere.*
2 *Pœna delinquentis potest grauari propter delictum alibi commissum.*

Bar.in d.l.si cui.§.cum sacrilegium.ff.de accusat.

1 BART. in ead.l.§.cùm sacrilegium, sic ait in summa. Quis † debet prius suum expedire processum,quàm reum etiam pro maiori crimine ad alterum iudicem remittere. & posteà tractat,an & quando iudex remittere teneatur? vide ad hæc dicta Bar.Abb.in c.fi. versi.secundò, de for.compe.& scias pro sacrilegio aliquem etiam ab ecclesiastico iudice puniri posse.c.cum sit generale, de for.compet.de qua re vide Abb.& alios,in c.conquestus,eod.tit.de for.comp. & de multiplici specie sacrilegij,vide Feli.in c.cum sit,nu.2.eodem titulo.& de pœnis cuiuslibet sacrilegij. vide apud Paulum Grillandum,in tract.de pœnis omnifariam coitus,in 1.quæst.
2 & ad ea,quæ Bar.ponit hic propè fi.in uersi.item dictum Dyn. vbi ait pœnã delinquentis † posse grauari propter delictum alibi commissum. vide Abb.in c.1.in fi. de pœn. & Aret.in c.cum non ab homine,de iudic.vbi opponit de hoc Bart.documento. Adde quòd hoc procedit etiã, si delinquens,de primo crimine gratiam obtinuisset; quia etiam isto casu secundum delictum debet grauius puniri. immo impetratio absolutionis simpliciter facta,non ualet,nisi primi criminis facta sit mentio. Ias.in l.nec damnosa.C.de precibus imper.offer. & de hoc dicto Barto. uide Feli.in c.cum contingat,in princip.de foro compet.& omninò Ange.de malefic.in uoce, Existens Florentiæ,in prima colum.& Dec.in l.bona fides.ff. de regul.iur. vbi tradit delictum, pro quo facta est absolutio, quamuis puniri non possit, tamen delictum illius aggrauare, qui iterum deliquisset. & ad id,quod prædixi,scilicet absolutionem non ualere, nisi de primo crimine fiat mentio,vide Soc.in consi.65.colu.pen.in 3.uolu.& multas circunstantias, ex quibus delictum grauatur.uide apud Abb.in consi.25.col.pen.in 1.uol.vide semper.

Summarium in l.hos accusare.§.hoc beneficio.ff.de accusat.

1 *Ille qui est effectus clericus post litem contestatam, potest opponere declinatoriam fori.*
2 *Ille qui post perpetratum delictum factus est clericus, an puniri debeat coram iudice ecclesiastico, an uerò coram seculari.*

Bar.in l.hos accusare.§.hoc beneficio.ff.de accus.

1 BART. in l.hos accusare.§.hoc beneficio, infert ad eum, qui † effectus est clericus post litem contestatam,ut possit opponere declinatoriam fori. vide latè Mari. Soci.in c.proposuisti. in 15.artic.de foro compet.& pro hac decisione Bart.bene facit,quia clericus succedens laico

non tenetur perseuerare in instantia cœpta cum defuncto secundum glo. in c.clericum
11.quæst.1.Abb.& alios,in c.quia Gu.in fi.de iudic. tradunt Bald.& Ias.in auth.quas actiones
C.de sacrosan.eccles.sed aduerte quoniam ex istò tex.non uidetur probari conclusio Bart.
declinatoria,de qua hic agitur,est dilatoria,quousque durat officium & magistratus,ita ut
modo conueniri non possit.sed clericus saltem coram iudice ecclesiastico conueniri poss
igitur hæc sunt dissimilia, ex quibus non rectè infertur.l.inter stipulantem. §. sacram.ff.de ver
bo.obliga.cùm uulg.sed stante prædicta decisione Bar.quærendum est etiam, an ille, qui
2 † perpetratum delictum factus est clericus, puniri debeat coram iudice ecclesiastico, an
coram seculari? De qua quæstione uide omninò Oldra.in consi.4.incip. Quod clericus, &
in consi.118.& in consi.sequ. Abb.in c.unic. de oblig. ad ratioci.licèt illa sit lectura Anto.
Butr.vbi plenè distinguit.& Feli.in d.c.proposuisti,de foro compet. & in c.fi.nu.29. de cons.
Redeundo autem ad ea, quæ hic tradit Bar.de illo, qui est factus clericus post litem contes
tam,quæro,quid si erat clericus,etiam ante litis contestationem. & tacuit,neque obijcit dila
natoriam,utrum à iudice seculari in expensis condemnari debeat? vide Dec.in consi.24.

Summarium in d.l.hos accusare. §.lege Julia.ff.de accusat.

1 *Plures delinquentes uno libello accusari possunt.*

Bar.in d.l.hos accusare.§. lege Iulia.ff.de accusat.

1 Bart. in ead.l.§.lege Iulia,inquit, plures † delinquentes uno libello accusari posse,& ita
qua,ut hic per eum. vide ad hæc Angel.de malefic.in'92.col.in uoce,Andream.

Summarium in l.senatus.ff.de accusat.

1 *Pro eodem crimine an quis possit bis puniri.*

Bart. in l.senatus.ff.de accusa.

1 Bart. in hac.l.senatus, tradit, an & quando † possit pro eodem crimine bis puniri vide
omninò quæ posui,in l.si cui.§.ijsdem,suprà eodem tit. & quid etiam apud Deum? vide Ioan.
apud Ias.in l.cunctos populos,col.7.ver.ultimò.C.de summ. Trinit.& ad ea, quæ hic adduc
4.colu.vers.sed si essent istæ pœnæ differentes, uide Ias.in l.Iulianus uerum debitorem.§.
vers.quid.ff.de cond.indeb.

Summarium in l.in eum.ff.de accusat.

1 *Judex an possit cogere aliquem ut accuset.*

Bar.in l.in eum.ff.de accusat.

1 Bart. in hac l.in eum,quærit,utrum iudex † possit cogere aliquem, ut accuset? vide An-
gel.de malefic.col.46.versi.quæro,in uoce,Nec non ad querelam. Attende tamen in hac ma
teria accusationis,iudicem debere admodum maturè procedere in accusatione admittenda
diligenter examinare uitam & mores accusatoris, & non ita facilè accusationem admittere
quoniam accusator præsumitur motus inuidia. glo. in c.decreto, in uoce æmulorum.2.quæ
6.hæc Specul.in titu. de præparatorijs iudiciorum,accusatio enim est genus illaudabilis inqui
tionis.cap.si quis Episcopus. 2.quæst.7.Hinc etiam dicitur,delatores castigari debere.Et
legitur,in uita Domitiani Imperatoris, eum ita dicere consueuisse,Princeps,qui delatores non
castigat, irritat.

Summarium in l.si plures.ff.de accusat.

1 *Quæ sit iusta causa,ut unus magis, quàm alius admittatur ad accusandum.*

Bart. in l.si plures.ff.de accusat.

1 Bar. in hac l.si plures,in fi.quærit,quæ sit iusta † causa, ut unus magis,quàm alius admit
tatur ad accusandum? Adde quòd etiam erit iusta causa, ut potius admittatur filius spurius
damnato coitu,ut ait Alex.in l.ex facto.§.si quis rogatus,col.19.ff.ad trebell.

Summarium in l.Titia.ff.de accusat.

1 *Iudex potest alicui statuere terminum ad accusandum, quo elapso poterit pronunciare eum non esse am-*
plius audiendum.

2 Diffamans

2 *Diffamanti alienum statum præfigi debet terminus ad agendum, deducendum, & probandum id, quod diffamauit, alioqui ei debet perpetuum silentium imponi; ita ut amplius ea in re audiri non possit.*
3 *Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, an sit diffinitiua, an interlocutoria.*
4 *Appellatione sententiæ an ueniat tantùm diffinitiua, an uerò interlocutoria.*
5 *Sententia merè interlocutoria quæ dicatur.*

Bart. in l. Titia. ff. de accusat.

1 BART. in hac l. Titia, colligit ex tex. iudicem † posse alicui statuere terminum ad accusandum, quo elapso poterit pronunciare, eum non esse amplius audiendum. vide Angel. de malefic. in [illegible] vers. quæro, in uoce, Nec non ad querelam. et aduerte tu, quoniam hæc sententia [illegible] diffinitiua, secundum Abb. in c. cum olim, colu. fi. de testi. & ibi est longa apostill. Barb. vbi de multis alijs quærit. & hanc esse diffinitiuam docuit Bal. in l. si præses, in fi. C. de sent. Et ad ea, quæ hic ait Bar. optimè faciunt trad. in l. diffamari. C. de ingen. & man. vbi habetur, diffa-
2 manti † alienum statum, præfigi debere terminum ad agendum, deducendum, & probandum id, quod diffamauit, alioqui ei debere perpetuum silentium imponi, ita ut amplius ea in re audiri non possit: de qua re uide Soci. in consi. 41. col. 2. in primo uolu. vbi docuit memorabile remedium pro ipso reo. vide eundem Socin. in consi. 94. in tertio uolu. & declara, vt per Feli. in cap. venerabilis, num. 12. cùm sequ. de iudic. & in cap. si quis, de for. compet. & omnino uide Cæpoll. in cautel. 110. Et quis iudex sit adeundus in materia illius. l. docuit Alexan. in consi. 103. in 5. uolu. Ad ea uerò, quæ hic dicit Bart. in vers. pro examinandis, vide Abb. & Feli. in cap. examinata, de iudic. Posteà Bar. hic in 2. colu. vers. vnde pro declaratione, quærit an sen-
3 tentia † absolutoria ab obseruatione iudicij, sit diffinitiua, an interlocutoria? Tu uerò quæ dicatur merè diffinitiua, uide apud Ias. in l. imperium, colu. 2. vers. ex prima. ff. de iurisdict. omni. iudic. & an diffinitiua dici possit, quando seruata non fuit solennitas requisita? aperit Areti. in l. v. in principio, columna prima. & sequ. ff. de uerborum obligat. vide Ias. in repet. l. admonendi, colu. 39. & sequ. ff. de iureiuran. & omninò Alexand. in consil. 192. in libro primi & se-
4 cundi uoluminis. vbi tradit etiam nunquid appellatione † sententiæ ueniat tantùm diffinitiua, an uerò & interlocutoria? & ex quibus signis dignoscatur diffinitiua, & interlocutoria, & de multiplici genere sententiarum, vide apud Felin. in rubrica de sentent. & re iudic. & diffinitiuam dici quoque eam esse, quæ licèt non diffiniat totum negocium, tamen terminat partem aliquam substantialem, tradit Bald. in l. j. C. quando prouoc. non est necess. in versic. decimò quæro nunquid. vbi citat text. singul. in l. vtile. ff. de minor. accedit Alexand. in consil. 182. in
5 sexto uolumine. Item quæ dicatur † merè sententia interlocutoria, docuit Areti. in consilio 198. vbi inter cætera inquit, sententiam, quæ liberat aliquem ab obseruatione iudicij, dici merè interlocutoriam, quamuis ab ea possit appellari: quia non expectat aliam post se. & hoc est, de quo præcisè hic agit Bartol. multa quoque alia ad rem facientia ibi posuit Aretin. quæ uideri possunt.

Summarium in l. ex iudiciorum. ff. de accusat.

1 *Accusato mortuo an & quando crimen extinguatur.*

Bar. in l. ex iudiciorum. ff. de accusat.

1 BART. in hac l. ex iudiciorum, tradit, an & † quando accusato mortuo, crimen extinguatur? vide Curt. in consilio 60. columna secunda. vbi tradit, an hoc procedat etiam quò ad publicationem bonorum.

Summarium in l. j. ff. de custo. reo.

1 *Reus an & quando carcerari debeat.*
2 *Si detrusus in carcerem, ut exeat, fideiussionem præstat de iudicio sisti, & iudicata soluendo dicitur consentire capturæ, & de illius inualiditate dicere amplius non potest.*

De custodia reorum.

Bar. in l.j.ff.de custod. reor.

1 BART. in hac l.j. tradit, an & quando † reus carcerari debeat? aitque reum semper carcerari, quando pœna corporis posset imponi. Dicas hoc non procedere in clerico, qui cum fideiussoribus relaxatur. cap.si clericos, de sentent. excommunic. in sexto. & in hac materia scias, si postquam concluſum est in causa, constat de innocentia rei, eum posse relaxari, perinde ac si lata esset sententia. Iaſ. in l.naturaliter.§. nihil commune, in prima combin. Bar.colu. 30.ff.de acquirend.possess.& ad ea, de quibus hic agit Bart.videas Angel.de malefic. Super uoce, Fama publica, colu. 1.quæst. 10. & sequ. vbi multa posuit in materia relaxationis præstita fideiusione. Et in re proposita attende diligenter, quia si detrusa
2 † in carcerem, vt exeat, fideiusionem præstat de iudicio sisti,& iudicata soluendo, dicitur consentire capturæ, & de illius inualiditate dicere amplius non potest. ita Socin. in consil. 122. tertio uolumine. & ideo cautè agendum est,& in præstatione huiusmodi fideiusione reseruandum est ius dicendi de nullitate capturæ. Soci. in consi. 99. in 4.volu. et ad prædicta omnia de Paulum Grillandum, in tractatu de relaxatione carceratorum. Quid uerò facere debeat carceratus, qui non potest soluere pecuniam, pro qua positus est in carcere? vide Cæpol. in cau.

Summarium in l. siquis seruus.ff.de custo.reor.

1 *Positus in carcere pro una causa, an possit ex alia ibi recommendari.*

Bar. in l.si quis seruus.ff.de custo. reo.

BAR. in hac l.si quis seruus.§. qui exhibendi, colu. 2.vers.vlterius quæro, tradit an positus
1 † in carcere pro una causa, possit ex alia ibi recommendari? vide Angel.de malefic. super uoce Fama publica, col. 4.q.7.& Soci. in consi. 99. in 4.uol.

Summarium in l. si confessus.ff. de custo.reo.

1 *An & quando quis possit ex propria confessione damnari pro crimine.*

Bar. in l.si confessus.ff.de custo.reo.

1 BART. in hac.l.si confessus, docet an & quando † possit quis ex propria confessione damnari pro crimine? vide Iaſ. in l.cum te transegisse, in 3. notab. C.de transact. & latius Socin. cap.at si clerici, in quarto notab.de iudic. Et in hac re scias, minorem, qui confitetur crimen, si non apparet etiam esse culpabilem aliter quàm per propriam confessionem, debere torqueri. Angel. in l.certum.§.in pupillo.ff.de confess.& Alex. in consi. 115. in 3.vol. Et an confessio facta in carceribus præiudicet? aperuit Rapha. Cuma. in consi. 157.& quia de hac re alibi plene egimus, hic ulterius non insistam: vide tamen Abb. in c.1.de confess.

Summarium in l.diuus.ff.de custo.reor.

1 *Si inquisitor hæreticæ prauitatis tulit sententiam contra hæreticum, eumque tradidit iudici seculari, vtrum iudex teneatur stare illi sententiæ.*

2 *Bannitus quando capitur, iudex debet illum facere confiteri se esse talem.*

Bar. in l.diuus.ff.de custod.reor.

1 BART. in hac l.diuus, ait, si inquisitor † hæreticæ prauitatis tulit sententiam contra hæreticum, eumque tradidit iudici seculari, vtrum iudex teneatur stare illi sententiæ? an uero possit procedere, ut uideat sit ne illa sententia iusta an non? concluditque, illum non teneri illam sententiam exequi, sed posse procedere. vide Abb. in c.1.de offic.ordi.& Thom. Ferrat. in consil. 53.vbi concludit, iudicem secularem non teneri exequi sententiam iudicis ecclesiastici, sed
2 det eam iniustam. Et dum Bar.hic in 2.col.dicit, quando † bannitus capitur, iudicè debere illum facere confiteri se esse talem,& alia dicit in hac materia, ad quæ uideas Ange.de malefic. in uoce, Nec non ad denunciationem, col.67. Limita tamen, quia bannitus, seu interueniens probare potest probare eius innocentiam, non obst. statuto. Iaſ. in l.is qui.C.qui testa.face.poſſ.& dem

hic in fi.dicit Bar.denunciationem habere uim testis, limita singul.ut per Abb.in c.præterea,co lu.3.vers.sed formo, de testi.cogen.

Summarium in l.in eos.ff.de custod.reo.

1 *Illi qui fractis carceribus fugiunt,puniuntur de fractione carceris,ea pœna,qua punirentur si uerè illud maleficium commisissent.*

Bar.in l.in eos.ff.de custod.reo.

1 BART. in l.in eos,ait,eos,qui fractis † carceribus fugiunt, puniri de fractione carceris ea pœna, qua punirentur, si verè illud maleficium commisissent. Limita istam.l.sex modis, ut per Paulum Grillandum in tract.de relaxatione carceratorum,in tit.de fuga carcerati.

Summarium in l.fi.ff.de custo.reo.

1 *Si duo erant custodes carceris,& unus fugiat simul cum carcerato, alter custos non tenetur,tanquam de casu fortuito.*

Bar.in l.fi.ff.de custod.reor.

BART. in hac l.fi.§.interdum,nihil dicit,tu verò dicas tex.hunc esse sing.ex quo colligitur,
1 si duo † erant custodes carceris, & unus fugiat simul cum carcerato,alterum custodem non teneri,tanquam de casu fortuito. ita Franc.Cremen.in sing.99.incip.Erant duo custodes.

Summarium in rubr.ff.ad l. Jul.maiest.

1 *Quomodo contra ciuitates non recognoscentes superiorem, vel contra rem publicam Romanorum committatur crimen læsæ maiestatis.*

2 *Crimen læsæ maiestatis dicitur committere tantùm subditus.*

3 *Si pater accusat filium de crimine læsæ maiestatis, Princeps debet ei parcere.*

Rubr.ff.ad leg.Iul.maiest.

1 CIRCA istam rubricam quomodo † contra ciuitates non recognoscentes superioré, vel contra rem publicam Romanorum committatur crimen læsæ maiestatis, & qua pœna puniantur huiusmodi delinquentes, vide apud Soc.in consi.275.in 1.volum. vbi tradit etiam quo modo crimen læsæ maiestatis differrat à crimine oppugnatæ patriæ. & quid sit crimen læsæ maiestatis,& quo modo committatur,vide per Soc.in cons.22.in 1.vol.& ad prædicta vide Soc.in consi.54.in 3.vol.& omnino Albert.Brun. in consi.69. Item aduerte,
2 quoniam crimen læsæ † maiestatis dicitur committere tantùm subditus,secus si non esset subditus,ut habetur per glo.in clem.pastoralis,in verbo non sufficit, de re iudic. quam extollit Bal. in l.nihil.C.de manumiss.vide etiam Feli.in c.1.col.3.de offi.deleg.An autem crimen læsæ maiestatis committatur, contra Dominum, qui habet superiorem? & quot modis istud crimen committatur,& quam laudabilis sit misericordia in Principe,vide apud Albertum Brunum in
3 consi.28.Et unum memorabile scias in hac materia; nam si pater † accusat filium de crimine læsæ maiestatis, Princeps debet ei parcere,tex.est sing.in l.milites agrum.§. desertorem. ff. de re milit.& ita in facti contingentia fuisse obtentum,docuit Fel.in c.accusasti.nu.3. de accus.An autem in crimen læsæ maiestatis incidat ille,qui non reuelat reum dicti criminis, sed scit, & tacet? Bar.tenuit,eum teneri. sed ab alijs reprehenditur,ut per Feli.in c. quia alios, de hæret. & in c.quantæ,de sent.excomm.vide Albert.Brun.in dicto cons.28. Dec.in c.quia quæsitum, de offic.deleg.& omnino in l.culpa caret.ff.de regul.iur.Item à crimine læsæ maiestatis humanæ, ad crimen læsæ maiestatis diuinæ,quod est hæresis, ualere argñ. docuit Crauet.in cõsi.6.nu.3.

Summarium in l.j.ff.ad l. Jul.maiest.

2 *Securitas alicui concessa pro eundo,an intelligatur etiam concessa pro redeundo.*

Bar.in l.j.ff.ad leg.Iul.maiest.

1 BART. in hac.l.j.col.2.quærit,an securitas † alicui concessa pro eundo, intelligatur etiam concessa pro redeundo. & an si fuit concessa pro eundo, & redeundo, intelligatur concessa pro vna vice tantum,an verò,ut pluries possit is ire,& redire? vide Abb.in c.2.de treg. & pac.

1 BART. in hac l.si fortè,quærit,utrum † uerba enunciatiua probent inter easdem personas. vide Soc.in consi.295.colu.3.& sequ.in primo uolu.vbi latissimè tradit hanc materiam. & ad quæstionem,quam hic ponit Bar.de eo,qui donauit alicui propter merita,ut merita præcedentia probari debeant,si sumus inter personas prohibitas, alioqui non; vide Alex. in consi.55.in primo uolu.Dec.in consi.20.vbi bene declarat hoc Bart. documentum. Soci.latè in consi.65. & in consi.66.& in consi.116.col.4.in primo uolu. & Feli.in c.sicut,post nu.32. de sentent.& re iudic. Limitatur ista regula procedere solùm quò ad priuatas personas,alioqui uerò quò ad iudicem,de quo lex multùm confidit,ut declarat Thom.Ferrat.in caute.21.& Dec.in l.j.num. 69.ff.de offic.eiu.

Bar.in l.proponebatur.ff. de castren.pecul.

BART. in hac l.oppo.& soluit, ut hic per eum. tu uerò de isto fortissimo tex.in materia fictionis,vide Ias.in l.si is qui pro emptore,col.44.vers.tertiò.ff.de usucap.

Summarium in l.j. ff. ad municipal.

1 *Forensis factus monachus in hac ciuitate an efficiatur ciuis huius ciuitatis.*

Bar.in l.j.ff.ad municipalem, & de incolis.

1 BART. in hac l.j.col.3.uers.iuxta prædicta,quærit, utrum forensis † factus monachus in hac ciuitate,efficiatur ciuis huius ciuitatis. vide Abb.in c.postulasti, col.2.de for.competent.& Feli.in c.dilectus,2.col.1.& seq. de rescrip.

Summarium in l.assumptio.§. filius.ff. ad municipal.

1 *In quo loco quis debeat onera subire.*

Bart. in l.assumptio.§.filius.ff.ad municip.

1 BART. in hac l.assumptio.§.filius,col.2.vers.ista glo.tradit,in quo † loco quis debeat onera subire. Tu uerò an in loco domicilij,an in loco habitationis,uide Soci.in consi.129.in 1.uol. & Bar.in l.j.C.de mulie.& in quo loc.

Summarium in d.l.assumptio.§. iurisprudentibus.ff. ad municip.

1 *Quis potest habere duo domicilia.*

Bar.in d.l.assumptio.§.iurisprudentib.ff.ad municip.

1 BART. in hac l.assumptio.§.iurisprudentibus,ait,quem † posse habere duo domicilia.vide

Soci.in consi. 35.col.3.in 1.uol.& de hac re,& quid in clerico seculari,& regulari,an possit habere domicilium in duobus locis, vide Abb.in c.postulasti, col.1.de foro compet. & latissimè Feli.in c.dilectus filius,col.1.& 7.vers.ad domicilium,de rescript.

Summarium in l.Imperator.ff.ad municipa.

1 *Licèt socius ex contractu consocij teneatur, tamen prius est conueniendus qui contraxit.*

Bar.in l.Imperator.ff.ad muuicip.

BART. in hac l.Imperator,nihil dicit. Tu uerò dicas, hunc tex.esse not.ad hoc,quòd quã-
1 uis † socius ex contractu consocij teneatur, tamen prius eum esse conueniendum, qui contraxit. ita Fulg.in consi.209. Item ex hoc tex.ibi,vel soluendo fuerit tempore, quo conueniri potuit,colligo,eum, qui pro alio est obligatus, non teneri, si ille debitor erat soluendo tempore, quo potuit conueniri,licèt postea desinat esse soluendo. ad rem hanc facit tex. in l.ex persona. C.de probat.& Fulg.in consi.135.& Areti.in consi.57.& ex hoc fieri potest collectio, vbi aliquis ex facto alterius tenetur,subintelligendum esse,nisi ei possit aliqua culpa ascribi.

Summarium in l.filium.§.cum simul.ff. ad municipa.

1 *Aliquis non potest duos honores habere in diuersis ciuitatibus.*

Bar.in l.filium.§.cum simul.ff.ad municipa.

1 BART. in hac l.filium.§.cum simul,ait,aliquem † non posse duos honores habere in diuersis ciuitatibus,& præferendam esse causam originis. Limita trad. per Alex.in consi.101.in 3. uolu.& Ias.in repet.l.cunctos populos.C.de summa Trinit.colu.16. & in l.si arrogator.colum. 18.ff. de adopt.

Summarium in d.l.filium.§.solam.ff.ad municipa.

1 *An possessoribus forensibus collecta possit imponi.*

Bar.in d.l.filium.§.solam.ff.ad municipa.

1 BART. in ead.l.§.solam,quærit,an possessoribus † forensibus collecta posit imponi. vide quæ posui in l.fœminæ.§.illam æquitatem, infrà de censib.

Summarium in l.quod maior.ff.ad municipa.

1 *In uniuersitate illud dicitur factum ab omnibus, quod fit à maiori parte.*

2 *Quando compromittenda est in aliquem eligendi potestas, eo casu unius dissensus sufficit ad impediendũ.*

Bar. in l.quod maior.ff.ad municip.

BAR. in hac l.quod maior,agit,de illa trita regula, quæ hic habetur, scilicet in uniuersitate
1 † illud dici factum ab omnibus,quod fit à maiori parte. Limita hanc regulam non procedere, quando aliquis officialis uellet confirmari pro alio tempore: quia omnium suffragia exiguntur,quamuis in prima electione maior pars sufficiat. text.est in §.fi.in auth. de defens.ciuit.quẽ ait Roma.esse sing.in suo sing.95.& in sing.662. cum ibi addit. per Castill. & Feli. in c.significauerunt,nu.10. de iudic. Præterea limita & declara hanc l.ut per Feli. in c.cum omnes, col.2. & 3.de constit.& latissimè,in nu.28.& ibi Dec. omnino,& in l.aliud.§.refertur.ff. de regul.iur. Limita etiam istam regulam,ut nõ habeat locum, qñ agereẽ de negocijs multùm arduis, per ea quæ tradunt Doct.in c.1.de his, quæ fi.à mai. par. cap. Item limita non procedere qñ ageretur de eligendo aliquo pœnitentiario supernumerario per Cardinales sede uacãte: nam omniũ uota exigerentur,ut habetur in clem.ne Romani,cum glo.in uoce,cœtus,de elect.& ibi Doct.Idẽ
2 est etiam, quando compromittenda † esset in aliquem eligendi potestas: nam eo casu etiam unius dissensus sufficeret ad impediendum.Abb.in c.cum Vintonensis,in 1.notab.de elect. Itẽ quando aliquid nemine penitus dissentiente fuit constitutum,illud omnibus præsentib.uel nisi ex magna causa reuocari potest,ut aiunt Doc.in d.c.1.atq; ita declaratur id fieri posse à maiori parte,quando subest causa utilitatis,uel necessitatis,alioqui omnium consensus requiritur.vide Abb.& alios in c.cum omnis, de constit.& in d.c.cum Vintonen. similiter etiam non sufficeret maior pars uniuersitatis, quando tractaretur de statuendo aliquid contra ius commune. Bald. in l.uete-

in l.veterem.C.de author.præſtan.habetur in c.humilis,de maior.& obed. & per Roma.in cõſ. 352.& hoc idem militaret, quando ageretur de reuocandis ijs, quæ in honorem & utilitatem eccleſiæ decreta fuiſſent; nam etiam illo caſu minor pars maiori eſſet præferenda. Innoc.in c. accedentibus,de priuileg.habetur,in d.c.cum omnes.& per Roma. in d.conſi.Item hæc regula non procedit ubicunque iudicium uniuerſitatis per uiam conſilij requireretur, vt per Ang. & Imol.in l.ad principem.ff.de appellat.Angel.in l.maiorem.ff.de pact.& Feli. in d.c.cùm omnes,in 11.fallent.

Summarium in l.Titio.ff. ad municipa.

1 *Qui exercet actu alterius mandatum ſub certa mercede, mercedem petere poteſt.*

Bart.in l.Titio.ff.ad municip.

1 BART. in hac l.Titio,ſic ait in ſumma. Qui † exercet actu alterius mandatũ ſub certa mercede,mercedem petere poteſt. circa iſtam.l.quomodo ille,qui porrexit decretum,poſsit petere uiaticum,uide aliquid per Iaſ.in l.non dubium,col.12.C.de legi. Poſtea Bart. tradit in quod crimen incidat is, qui non reſtituit literas ei, cui reſtituere mandatum ſuſceperat? aitque eum incidere in crimen falſi. atque ita etiam de aperiente literas concluditur. ſed non eſt uerum hoc Bar.documentum,quia non incidit in pœnam falſi ſecundum Iaſ.in d.l.non dubium, colu. 12.verſ.in ſexta parte.C.de legi. Limita niſi etiam ipſe literis ipſis reſpondiſſet,& ſigillum corrupiſſet. & de hac re uide Feli.in c.cum olim, 2.de offic.deleg. & quia de hoc egi pauloantè in lucubrationibus meis, non inſiſtam.

Summarium in l.fi. §.item reſcripſerunt.ff.ad municip.

1 *Mulier nupta quæ efficitur ciuis illius ciuitatis unde eſt uir, an deſinat eſſe ciuis ſuæ originis.*

Bar.in l.fi.§.item reſcripſerunt.ff.ad municip.

1 BART. in hac l.fi.§.item reſcripſerunt, verſ.vlterius quæro, tradit, an † mulier nupta,quæ efficitur ciuis illius ciuitatis,vnde eſt uir,deſinat eſſe ciuis illius ciuitatis,à qua originem traxit? & affirmatiuam partem amplectitur. Adde,quòd & ſi dicatur eſſe de familia patris, quãdo eſt nupta,tamen non dicitur eſſe de nobilibus familiæ ipſius patris. ita Curt.in conſi.40.colu.7.id quod eſt ſingulare,& perpetuò adnotãdum. Poſtea quærit Bar. utrum mulier alibi nupta poſsit ibi emere? vide Dec.in c.nouit,uerſ.ſecundò,de iudic.Alex.in conſi.56.colu.1.verſ. & per hoc,in 1.uol.& Feli.in c.1.col.fi.de ſponſal.

Summarium in l.qui ad tempus.ff. de decurio.

1 *Si doctor de collegio, & de ciuitate fuit expulſus, & poſtea reſtitutus, nunquid locum ſuum recuperet in collegio.*

Bar.in l.qui ad tempus.ff. de decuri.

1 BART. in hac l.qui ad tempus,tradit,ſi doctor † de collegio,& de ciuitate fuit expulſus, & poſtea reſtitutus,nunquid locum ſuum recuperet in collegio? vide Iaſ.in l.Gallus.§. & quid ſi tantùm, col.16.ff.de liber.& poſthu.

Summarium in d.l.qui ad tempus. §.maiores.ff. de decurio.

1 *An ille qui patitur aliquid fieri in ſui præiudicium in uno articulo, ſibi præiudicet in alio.*

Bar.in d.l.qui ad tempus.§.maiores.ff.de decur.

1 BART. in ead.l.§.maiores, tradit, an ille † qui patitur aliquid fieri in ſuum præiudicium in uno articulo,ſibi præiudicet in alio? vide Bar.in l.fi.ff.de conſt.princip. vbi Iaſ.col.penul.& fi. Abb.in c.cum acceſsiſſent,col.fi.de conſtit.vbi Feli.latiſsimè.

Summarium in l.j.ff.de alb.ſcriben.

1 *Antiquior uniuerſitatis uel collegij poteſt uniuerſitatem uel collegium conuocare, & alij tenentur ire.*

Bar. in l.j.ff.de albo ſcrib.

1 BART. in hac l.j.inquit,antiquiorem † uniuerſitatis,uel collegij poſſe uniuerſitatem,uel collegium conuocare,& alij tenentur ire. vide Iaſ.in l.cum quid,in ſecunda lectura,colu. pen.& fi.ff.ſi cert.pet.ubi multa ponit ſimilia.& Feli.in c.cum omnes, col.fi.de conſtitu.

Card. Alexand. in c. sanè quippe, col. 1. 9. dist. Bal. in l. senium. C. qui testam. face. poss. Abb. in c. dudum, de elect. & Ias. in l. moribus. ff. de uulg. & pupill. Et ad ea quæ subiungit Bart. scilicet, in syndicatu ad uendendum, siue alienandum, necesse esse, ut nomina inscribantur. uide Dec. in d. c. cum omnes, in prima lectura, col. fi. de constit.

Summarium in l. rescripto. §. sciendum. ff. de mune. & honorib.

1 *Collectæ sunt illæ quæ imponuntur personæ pro rebus.*

Bar. in l. rescripto. §. sciendum. ff. de muner. & honor.

1 BART. in hac l. rescripto. §. sciendum, ait, collectas † esse illas, quæ imponuntur personæ pro rebus. accedit Ias. in l. placet, col. 1. vers. et talis. C. de sacrosan. eccles. Postea Bar. adhibet remedium, quo bona ab ecclesijs acquirenda collectas soluere teneantur. s. vt fiant statuta disponentia, ut bona etiam ad ecclesias pertinentia, ad collectas teneantur. vide Ias. in l. fi. colu. 7. vers. 2. facit, & in 8. col. ver. non obst. C. de pact. vbi confutat hoc Bart. documentum. & in l. filius familiàs. §. diui, in prima lectura. colu. 11. ff. de lega. 1. & istud dictum Bart. est contra illud, quod ibi disputat. idem uerò quod hic, tenet idem Bar. in d. l. placet. C. de sacros. eccl. vbi Ias. col. fi. vers. secundus casus, vbi Bart. hic, & ibi reprobat. Verùm quia hac de re latissimè egimus in præcedentibus lucubrationibus, ijs ero contentus, nec repetam iam dicta, & ad saturitatem disputata in l. hæres absens. ff. de iudic.

Summarium in l. j. §. personis. ff. de iure immunit.

1 *Priuilegium quando transeat ad descendentes.*

Bar. in l. j. §. personis. ff. de iur. immunit.

1 BART. in hac l. j. §. personis, tradit, quando priuilegium † transeat ad descendentes. vide Dec. in cons. 223. et dicas priuilegium ad filios transire, quando filij sunt causa priuilegij. Soc. in consi. 58. in primo uol.

Bar. in l. ut gradatim. ff. de muner. & honor.

BART. in hac l. vt gradatim, nihil dicit, & tamen in l. iij. §. pluribus, col. 1. ff. de acquir. poss. pollicetur se hic esse dicturum, quomodo uerba futuri, & præteriti temporis accipiantur.

Summarium in l. hi qui. ff. de iure immuni.

1 *Immunitas an alicui dari possit.*

2 *Si aliquis factus esset immunis ab omnibus oneribus realibus, personalibus, & mixtis tam ordinarijs quàm extraordinarijs, tamen is non est immunis ab oneribus belli, nisi id in specie dicatur.*

3 *Priuilegium immunitatis quod potest in aliquibus casibus operari, non debet uniuersaliter operari.*

4 *Quando duorum priuilegia concurrunt, ille qui tractat de damno uitando est præferendus.*

Bar. in l. hi, qui. ff. de iure immunit.

1 BART. in hac l. hi, qui, quærit, utrum † alicui dari possit immunitas? Tu uerò quomodo cõcipi debeant priuilegia immunitatis, uide apud Cæpoll. in caut. 63. incip. Quia priuilegium. Posteà quærit Bart. per quos possit immunitas concedi? Tu autem quomodo ciuitas possit eã concedere, & quando, & cui, vide omnino Alex. in consi. 151. in 1. uol. Et ciuitatem posse concedere immunitatem in præiudicium suum, alioqui uerò in præiudicium domini, vide glo. & Bar. in l. vacuatis. C. de decurio. lib. 10. & de doctoribus, & medicis, de quibus hic agit Bart. uide eundem in d. l. vacuatis, in fi. & ad rem facit Alex. in cons. 30. in 5. uol. vbi loquitur de cõcessione à principe confirmata. & in hac materia uide omnino Alex. in d. consil. 151. qui pulchrè
2 loquitur. Attende tamen in hac materia priuilegiorum, quoniam & si aliquis † factus esset immunis, ab omnibus oneribus realibus, personalibus, mixtis tã ordinarijs, quã extraordinarijs, tñ propterea is non esset immunis ab oneribus belli, nisi id in specie dicatur. Cæpoll. in d. caut. 63. & Feli. in c. nonnulli, nu. 58. de rescrip. Item scias priuilegia immunitatum, & concessionũ, quæ fiunt à principe nullius esse roboris & momenti, qñ censentur concessa per importunitatem. d. l. vacuatis. C. de decurion. lib. 10. trad. Anchara. in consi. 389. & ideò cautela est, ut & l.

uacuatis,

vacuatis,in ſpecie à Principe derogeť.Cæpol. in caut.56.& in caut.116.& vide, quæ poſui ad
3 Bar.in l.omnes populi,ſuprà de iuſt.& iur. Item priuilegium † immunitatis,quod poteſt in aliquibus caſibus operari, non debet uniuerſaliter operari. Albert.Bunus in conſi.35.col.3. An autem immunitas conceſſa loco. cenſeatur etiam perſonis eſſe conceſſa? vide Socin. in conſi. 35.in 1.uol.& Dec.in l.in omnibus cauſis.ff.de regul.iur.An priuilegium conceſſum fœminis, extendatur ad nuptas? vide Feli.in c.nouit, de iudic. & deciſio eſt quòd non: ideò fieri debet ſpecialis mentio. Thom. Ferrat. in cautel. 29. Et an & quando priuilegium ad ſimilia porrigatur?
4 vide Feli.in c.auditis, de præſcript. Si uerò duorum † priuilegia concurrant,ille, qui tractat de damno uitando eſt præferendus.l.verùm.§.fi.ff.de minor. tradunt Docto. in auth. quas actiones.C.de ſacroſ.eccl.& Roma.in conſi.179. nu.6. quando autem ſecundum priuilegium deroget primo,vide Abb.& Feli.in c.1.de reſcript.& ad prædicta uide omnino quæ poſui in d. l.omnes populi.

Summarium in l.ſemper.ff.de iur.immuni.

1 *Senectus ſemper eſt ueneranda.*

Bart.in l.ſemper.ff.de iur.immunit.

1 Bar. in l.ſemper,in princip.nihil dicit.Tamen iſte tex.adduci ſolet,ſemper† ſenectutē uenerandam eſſe.& quæ ſint priuilegia ſenectutis, uide remiſsiuè apud Feli. in capitulo ſi qui teſtium, de teſti.

Summarium in d.l.ſemper.§.quibuſdam.ff.de iure immunit.

1 *Vtrum collegium militum gaudentium, & fratres tertij ordinis ſancti Franciſci habeant immunitatem ab oneribus, & honoribus.*

Bar.in d.l.ſemper.§. quibuſdam.ff.de iure immun.

1 Bart. in ead.l.§.quibuſdam,quærit,utrum collegium† militum gaudentiū, & fratres tertij ordinis ſancti Franciſci habeant immunitatem ab oneribus,& honoribus? vide Abb.in c.2. colu.3.verſ.ex his,de foro compet. & in c.cauſam quæ,de iudic. vbi eſt pulchra apoſtilla Barb. quam uideas.& Corn.in conſi.205.in primo uol. & in conſi.220. colu.4.in 3.uolu.qui uidetur uelle eos teneri ad collectas,& coram ſeculari iudice conueniri poſſe.

Summarium in l.ſciendum.§.ſi accuſator.ff.de legatio.

1 *Suſpectus non ſolum eſt inimicus, ſed etiam amicus & domeſticus inimici.*

Bar.in l.ſciendum.§.ſi accuſator.ff.de legation.

1 Bart. in hac.l.ſciendum.§ ſi accuſato,colligit ex text.non ſolùm † eum eſſe ſuſpectum, qui eſt inimicus,ſed etiam amicum & domeſticum inimici. Accedit Iaſ.in l.apertiſsimi, col.2.uerſ.adde.C.de iudic.& quia alibi egi de hac re,non inſiſtam.

Summarium in l.Paulus.§.Paulus.ff.de legat.

1 *Doctor qui mittit cedulam iudici an dicatur aduocatus.*

Bar.in l.Paulus.§.Paulus.ff.de legation.

1 Bart. in hac l.Paulus.§. Paulus,agit de doctore,† qui mittit cedulam iudici, utrum dicatur aduocatus. ad materiam huius.§.vide Aret.in l.j.in princip.colu.1.verſ.cuius,& ibi Iaſ.ff.de uerb.oblig.ad rem facit.l.furti.in fi.cum ijs,quæ ibi poſui.ff.qui not.infam.

Summarium in l.non utique.§.quod de frumentaria.ff. de adminiſtr.rerum ad ciuit.perti.

1 *Valet ſententia contra abſentem non contumacem.*

Bar.in l.non utique.§.quod de frumentaria.ff.de adminiſtr.rer.ad ciuit. pertinen.

1 Bart. in hac l.non utique.§.quod de frumentaria, inquit, ualere † ſententiam contra abſentem non contumacem.vide latè Iaſ.in l.ſi quis arbitratu,col.10. in 6.fallent.ff.de uerb.obli. & Abb.& Dec.in c.cauſam quæ,in tertio notab.de reſcrip.& omnino Curt. in conſi.20.col.3. & ſeq.Barb.in conſi.51.col.20.& ſeq.in 1.uol.

De decretis ab ordine faciendis.

Summarium in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. facien.

1 *Decuriones possunt donare, & remunerare benefactores.*
2 *Principaliter fieri aliquid quomodo dicatur.*
3 *Decreti remissio infra quod tempus peti debeat.*

Bar. in l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. faci.

1 BART. in hac l. ambitiosa, colu. 2. vers. in contrarium, ait, decuriones † posse remunerare benefactores, & donare legatis & oratoribus. vide multa similia apud Iaſ. in l. ex hoc iure, col. 9. cum ſeq ff. de iuſt. & iure. & dum ait poſtea Bart. remunerationem eſſe perſonalem & reliqua, quæ ſequuntur, vide Iaſ. in d. l. ex hoc iure, col. 13. verſ. limita, ubi cumulat multos effectus obligationis ad antidora. Poſteà Bar. hic, in 3. col. in fi. quærit, quomodo
2 † aliquid dicatur fieri principaliter. De hac re uideas Dec. in c. paſtoralis, in princ. de iudic. Poſteà Bar. hic in antepe. col. verſ. viſis, & examinatis, tradit, ſtandum eſſe præfationibus eorũ, qui uolunt arbitria promulgare. vide Alex. in l. j. in princ. colu. 15. verſ. ſed iuxta. ff. de offic. eiu. vbi Iaſ. col. 12. Ex hoc inferri poſſe uideretur, ſi aliqui propter benemerita concederent immmu-
3 nitatem, eis eſſe credendum. Ad ea uerò quæ hic in col. pen. ait Bar. de tempore † infra quod decreti reſciſsio ſit petenda, vide Dec. in c. cùm omnes, col. 2. de conſt. quamuis Felin. ibi ſentire videatur contra decretum perpetuò querelam porrigi poſſe, illudque nunquam tranſire in rem iudicatam.

Summarium in l. quod ſemel. ff. de decre. ab ordi. facien.

1 *Quando decretum tranſit in forma contractus, quomodo intelligatur.*

Bar. in l. quod ſemel. ff. de decret. ab ord. faci.

1 BART. in hac l. quod ſemel, ait, quando decretum † tranſit in formam cõtractus, ut habeat immunitatem à collectis uſque ad decem annos. & reliqua quæ ſequuntur. ad quę videas Abb. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs, col. 4. de iudic. ubi Dec. col. 8.

Summarium in l. j. ff. de nundi.

1 *Priuilegio qui non utitur per decem annos illud amittit.*
2 *Priuilegium quomodo amittatur an per non uſum, uel per contrarium uſum.*

Bar. in l. j. ff. de nundinis.

1 BART. in hac l. j. inquit, eum, qui non utitur † priuilegio per x. annos, illud amittere. & ideò infert contra habentes priuilegia doctorandi, ut ea amittant non utendo per decennium. Limita hoc non procedere, quando nemo ad ſe doctorandum accelsiſſet ad eos: nam tunc etiã non utendo, per mille annos priuilegium non amitteretur. l. & Attilicinus. ff. de ſeruit. ruſtic. prædi. vbi poſui in lucubrationibus meis. & latè de priuilegijs nundinarum trad. Io. Bertachin. in tra-
2 cta. de gabell. in ſecundo membro octauæ par. princi. nu. 19. Et an, † & quomodo priuilegium amittatur, uel per non uſum, uel per contrarium uſum, vide regulam cum fallent. apud Felin. in c. cum acceſsiſſent, nu. 35. verſ. in glo. pen. de conſt. Abb. in conſi. 61. in 2. vol. vbi ait etiam ipſe priuilegium conceſſum ad aliquid faciendum perdi, ſi id non fiat intra decennium. & Alex. in conſi. 33. in 5. uol. vbi not. loquitur, & in ſpecie agit de nundinis. & in re propoſita, omnino uide eundem Alex. in conſi. 338. in lib. primi & ſecundi uolu. Dec. in conſil. 496. & latè in d. cap. cum acceſsiſſent.

Summarium in l. ſi quis. ff. de pollicita.

1 *Quando aliquid pendet ex conſenſu unius tantum, non transfertur dñium, ẽt in eccleſiã ſine traditione.*

Bar. in l. ſi quis. ff. de pollicitat.

1 BART. in hac l. ſi quis, ait, quando aliquid † pendet ex conſenſu unius tantum, nõ transferri dominium, etiam in eccleſiam ſine traditione. accedit Iaſ. in auth. ingreſſi, colu. 4. C. de ſacroſ. eccl. vide eundem & alios in l. fi. C. eod. tit.

Summa-

Summarium in l.Charidemus.ff. de pollicit.

1 *Epistola an obliget aliquem ad munus edendum.*

Bart.in l.Charidemus.ff.de pollicit.

1 BART. in hac l.Charidemus,tradit, an epistola † obliget aliquem ad munus edendum, uide Ias.omnino in rubr.ff.de uerb.oblig.col.2.vers.Tu autem.

Summarium in l.præses.§.diuus.2.ff.de uari.& extraordi.cogni.

1 *Aduocatus licèt non possit ad uocationem implere propter casum fortuitum in eius personam contingentẽ, tamen totum salarium debet habere.*

Bar. in l.præses.§.diuus.2.ff.de uari.& extraord.cogni.

1 BART. in hac l.præses.§.diuus.2.sic ait in summa. Licèt aduocatus † non possit aduocationem implere propter casum fortuitum in eius personam contingentem,tamen totum salarium debet habere. vide totam hanc materiam apud Doct.in l.diem functo.ff.de offic.assess.& quæ ibi posui. ideo uide ibi. & ad ea, quæ hic prosequitur Bar.in uersic. pro declaratione, vide Dec.in consi. 70. vbi agit de doctore impedito legere quomodo mercedem habere debeat,& quam. & Ias.in §.tripli,col.8.vers.& quia,insti.de action. Et dum Bar. hic in 4.col.ver.quæro,quid si stat,tradit,quid si stat per electum ? vide Feli. in c.eam te, col.5. vers.quintò,de rescript.Ad ea uerò de quibus agit Bar.hic in pen. col.vers. vlterius quæro,scilicet,quo tempore salarium sit soluendum,uide Ias.in d.§.tripli,col.9.vers.item quia.& Alex.latè in d.l.diem functo,in 1.notab.& ibi Ias.in 3.col.vers.his sic præmissis.

Summarium in l. si iudex.ff.de uari.& extraord.cogni.

1 *Iudex qui iudicat contra communem sententiam facit litem suam,& tenetur.*

Bar.in l.si iudex.ff.de uari.& extraordi.cogni.

BART. in hac l.si iudex,tradit de iudice, qui noluit dare sententiam cum posset, & in hac
1 re traditur,iudicem † qui iudicat contra communem sententiam, facere litem suam, & teneri. id quod multas patitur limitationes, quas uide apud Feli.& Dec.in c.1.col.pen. & fi.de consti. & dum subiungit Bart. quid si à sententia iniqua potuit pars appellare, & non appellauit ? vide Abb.in rubr.de appell.col.fi.vbi habetur etiam quid in arbitratore.

Summarium in l.forma.§.illam æquitatem.ff. de censib.

1 *Forensibus collecta imponi non potest.*

2 *Collecta solui debet in loco in quo quis habitat,etiam pro bonis sitis in loco suæ originis.*

Bar.in l.forma.§.illam æquitatem.ff. de censib.

1 BAR. in l.forma.§.illam æquitatem,tradit, forensibus † collectam imponi non posse; quia imponitur personæ pro rebus,sed eos tributis esse subiectos,quoniam hoc est onus reale. Hoc idem ait Alberic.in rubri.suprà de muner.& honor.col.7.ver.est & aliud patrimoniale munus. Adde Aret.omnino in consi.132.Ias.in l.placet.C.de sacrosc.eccl.& Soci.in consi.129.in 1.uol.
2 vbi plus uoluit,scilicet,quem soluere † debere collectas in loco,in quo habitat,etiam pro bonis sitis in loco suæ originis, quando uterque locus est suppositus sub eiusdem domini potestate. Et ad hoc Bar.documentum,vide Corn.in consi.217. col. fi.in 2.uol.& in consi.22.in 1.uolu. vbi idem tenet, nisi consuetudo reluctetur. idem sensit Dec.in consi.285.quamuis uacillet in consilio 694.

Summarium in d.l.forma.§.si quis ueniam.ff.de censib.

1 *Quis potest petere ut catasticum emendetur.*

Bar.in d.l.forma.§.si quis ueniam.ff.de censib.

1 BAR. in ead.l.§.si quis ueniam,ait,quem posse petere,† ut catasticũ emendetur.vide Ias.in l.ij.in fi.C.de diuers.rescrip.& in l.fi.in fi.uers.postremò.ff.de consti.princip.

Summarium in l.j.§.si quis.ff.de uerb.signific.

1 *Masculinum an & quando concipiat fœmininum.*

Bar. in l.j.§.si quis.ff.de verb. signific.

1 BART. in l.j.§.si quis, agit de masculino, an † & quando concipiat fœmininum? vide Dec.in l.fœminæ.ff.de regu.iur.& quia de hoc dixi,quandoque in alijs lucubrationibus, non insistam hic.

Bar.in l.in itinere.ff.de uerb.signific.

BART. in hac l.in itinere,oppon. & soluit, ut hic per eum. tu uideas quid per istam l.decidat Bar.in l.diuisione,in fi.ff.solu.matr. vbi omnes.

Summarium in l.mouentium.ff. de uerb. signific.

1 *Nomina debitorum an ueniant appellatione mobilium uel immobilium.*

Bar.in l.mouentium.ff. de uerb.signific.

1 BAR. in hac l.mouentium,tradit, utrum nomina † debitorum ueniant appellatione mobilium,an immobilium? de ista quæst.vide in l.potest.in principio. & quæ ibi posui.ff.de author. tut.& Angel.in l.si constante.§. si bona mulieris.ff.sol.matr.tex.in l.quam Tuberonis.§.pen. ff. de pecul.Alex.in consi.45.in 1.uol.& in consi.244.in 6.uol. in quibus locis uidetur concludi, hanc esse tertiam speciem bonorum. Fallit tamen quando dictum esset, omnia bona mobilia, & immobilia,quia etiam nomina debitorũ eo casu continerentur.Bar.in cons.50.& in l.Quintus.§.argento.ff.de auro & arg.leg.Alex.& Ias.in l.à diuo Pio.§.in uenditione.ff.de re iudi.

Summarium in l.pronunciatio.§. familiæ.ff.de uerb.signific.

1 *Familiæ appellatione qui contineantur.*

Bar.in l.pronunciatio.§.familiæ.ff. de uerb.signific.

1 BART. in hac l.pronunciatio.§.familiæ, quærit, qui appellatione † familiæ contineantur. Vide omnino quæ posui in l.peto.§.fratre,suprà de lega. 2.qui autem dicantur de consanguinitate quò ad matrimonium impediendum,uide Abb.in c.per tuas,in secundo notab.de probat. & qui sint de domo,familia,prosapia,genere,& similibus,uide latè per Alexan.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad trebell.

Summarium in l.liberorum.ff.de uerb. signific.

1 *Liberorum appellatione qui contineantur.*
2 *Nepotes continentur appellatione filiorum quando eis prouidet.*
3 *In statuto excludente fœminas fauore masculorum,an appellatione filiorum ueniant nepotes.*
4 *Pronepotes an contineantur appellatione nepotum.*
5 *Appellatione patris an auus contineatur.*

Bar. in l.liberorum.ff.de uerb.signific.

1 BART. in hac l.liberorum, tradit, qui nam appellatione † liberorum contineantur. Vide Alex.in consi.80.in 1.uolu. Dec.in cons.95.vbi habetur etiam an & quando filiorum appellatione nepotes contineantur. possem infinitas propè alias authoritates aggregare, quæ breuitatis causa relinquuntur. videas tamen Soc.in consi.249.col.1.& seq.in 1.uol.& Doct. in l.Gallus.§.instituens.ff.de liber.& posth.& præcipuè Ias. col.4.vers.Hinc.& in 6.col.vbi ait, quid in feudis,an filiorum appellatione ueniant nepotes. Posteà Bar.hic,in 3.col.inquit, si quis prouidet filijs,dando eis tutores, eo casu, filiorum appellatione non uenire nepotes; quia quamuis ex parte filiorum hoc sit fauor,tamen respectu ipsorum tutorum est onus. Aduerte, quia huic rationi non acquieuit Ias.in d.l.Gallus.§.instituens,in 6.col.vide Dec.in consi.95.in 4.colu. & dum Bar.subdit.l.Gallus,non facere ad rem,de qua hic agitur,vide Alexan.in consi.9.in primo
2 uolu. Ad ea uerò quæ deinde subiungit Bar.dicens, nepotes † contineri appellatione filiorum, quando eis prouidet,ut tradit hic in uers. Sed materia nostra, uide omnino Dec.in d.consi.95. colu.4.& seq.uers.venio.vbi multa pro & contra Bartolum adducit: & ex eius dictis multæ limitationes,& declarationes colliguntur. & uideas Soc.in cons.152.vbi latissimè loquit in pro
3 posita re.Et dũ Bar. hic in antepe. col. agit de statuto † excludente fœminas fauore masculorũ, an appella-

an appellatione filiorum ueniant nepotes, vide quæ posui in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & in l.ij.§.videndum.ff.ad Tertul. Et dum Bar.hic,ait,nepotes,contineri propter extensionem passiuam,non autem propter fauorem agnationis,quia ista ratio non est expressa: attende quoniam hoc dictum Bar. de ratione non expressa in statuto multùm cõsiderat Ias.in l.j.col.3.vers. vnde respondeo.C.de successor.edict.Alex.in consi.90.col.3.in 1.vol.sed omnino vide Curtiũ in consi.81.ubi ait, quamuis ista ratio non sit expressa, eam tamen tacitè subintelligi, & ex ea posse fieri extensionem. vide Aret.in consi.27.col.3.& quæ posui in locis prædictis,quæ repetere velle, superfluũ iudicaui. Posteà Bar.ait,sicut filia excluderetur,ita & filium masculum ex ea natum excludi. vide Alex.in consi.75.col.fi.& in 90.col.3.in 1.vol. Ad ea verò,quæ hic po-
4. nit Bar.in col. pen. nunquid nepotum † appellatione pronepotes continenantur? vide Doct. in l.Gallus.§.si eius.ff.de liber.& posth.& præcipuè Ias.col.3.in 3.notab.in 1.& 2.lectura, & in. §.item credendum,col.1.in 1.& 2.lectura. Posteà subiungit Bar. in vers.quæro quid, nunquid si in aliqua dispositione fit mentio de filijs,ut puta, instituo filios nascituros, & similia, ueniant nepotes? vide Alex.in consi.15.in 1.volu.ubi declarat hoc Bartoli documentum, & in consi. 330.in libro primi & secundi vol.vers.postremò non obst.& Dec. in d.consi.95.col.1. versic.
5 quartò. Postremò Bart.hic quærit,an appellatione † patris,auus contineatur? dicitque in casu fauorabili,etiam auum contineri.Hinc infertur,quòd cùm in l.precibus.C. de impuber. ubi Ias.in 2.notab.habeatur,à tacita pupillari nec patrem,nec matrem excludi, idem esse etiam in auo,& auia,ut per Bar.in l.ij.col.7.vbi Ias.in 14.col.ff.de uulg.& pupil.

Summarium in l.nuptias.ff.de reg.iur.

1 *In nuptijs contrahendis etiam uerba exiguntur.*

Bar.in l.nuptias.ff.de regul.iur.

1 BART. in d.l.nuptias,ait,in nuptijs † contrahendis,etiam uerba exigi. dicas hoc procedere in eo,qui potest loqui,alioqui verò non,ut per Alex.in l.j.in principio.col.2.versi. non obst.ff.de verb.oblig.

Summarium in l. semper in stipulationibus.ff.de reg.iur.

1 *Si non apparet quid actum sit, mos regionis est inspiciendus.*

Bar.in l.semper in stipulationibus.ff.de reg.iur.

1 BART. in hac l.semper,inquit,si non apparet † quid actum sit,morem regionis esse inspiciendum. vide Soc.in consi.247.col.4.& seq.versi.circa secundum,in 1.vol.vide Dec.hic.

Summarium in l.furiosi.ff.de reg.iur.

1 *Prodigus an habeat consensum ad delinquendum.*

Bar.in l.furiosi.ff.de regul.iur.

1 BART. in hac.l.furiosi,quærit,utrum prodigus † habeat consensum ad delinquendum? vide Bar.post gl.in l.mutum.§.fi.ff.de acquir.hæred.Et prodigum,& furiosum pupillo æquiparari,& quomodo hoc intelligatur, docuit Felin.in c.cum non liceat,num.9.de præscript. reliqua vide hic per Dec.

Summarium in l.qui in alterius.ff.de reg.iur.

1 *Debitori ex facto proprio sufficit si simpliciter denuncietur alio non ostenso.*

Bar.in l.qui in alterius.ff.de reg.iur.

BART. in hac l.qui in alterius,ait hanc.l.esse memorabilem. vide Bar.in l.quod te, col.fi.
1 ff.si cert.pet.vbi dicit,debitori † ex facto proprio sufficere, si simpliciter denuncietur,alio non ostenso; sed debitori ex facto alieno faciendam esse plenam fidem de debito,ut is in mora constituatur. sed prædictis reluctatur.l. ad diem.ff. de verb. oblig. ubi pœna committitur contra hæredem ignorantem,vel hæredem iacentem: idque ex facto defuncti,absque aliqua declaratione,vel facto. & ad l.hanc vide Bar.in l.fi.ff.de adulter.& quæ ibi posui.

Summa-

Summarium in l.culpa caret.ff.de reg.iur.

1 *Delicto qui potuit obuiare, & non obuiauit, an teneatur.*

Bar.in l.culpa caret.ff.de regul.iur.

1 BART. in hac.l.culpa caret, quærit, an ille, qui potuit obuiare delicto, † & non obuiauit, teneatur? vide Dec.& Fel.in c.1.de offi.deleg.in gl.2.& quia de hac re alibi egimus,nō insistā.

Summarium in l.si librarius.ff.de reg.iur.

1 *Notarius an possit errorem suum corrigere.*

Bar.in l.si librarius.ff.de reg.iur.

1 BART. in hac l.si librarius,quærit utrum notarius † possit errorem suum corrigere?vide latissimè Feli.in c.3.de fid.instr.& Soc.in cons.277.col.4.versi.quartò,in 1.vol.& Raph. Cuma. in consi.32.& omnino vide quæ posui in l.Imperator.ff.de stat.homi.

Summarium in l.non potest uideri.ff.de reg.iur.

1 *Si tu petis à me centum, ego nego lite contestata, tu probas de quinquaginta, an per litis contestationem in mora constituar,*

Bar.in l.non potest videri.ff.de reg.iur.

1 BART. in hac.l.non potest videri,quęrit,si tu petis † à me centum,ego nego,lite contestata tu probas de quinquaginta, an per litis contestationem in mora constituar? De ista quæst. vide Alex.in l.j.§.stipul.ff.de verb.oblig.& ibi Iaſ.in 1.col.

Sumarium in l.inuitus. §.quod cuique.ff.de reg.iur.

1 *Si statuto cautum est, notarium priorum non debere accipere salarium de aliqua scriptura, an ego possim renunciare statuto, & ei dare salarium.*

Bar.in l.inuitus.§.quod cuique.ff.de reg.iur.

1 BART. in hac.l.inuitus.§.quod cuique, quærit, si statuto † cautum est, notarium priorum non debere accipere salarium de aliqua scriptura,an ego possim renunciare statuto, & ei dare salarium? De hac re vide remissiuè Iaſ.in l.si quis in conscribendo,colu.6.versi.adde & aliam. C. de pact.

FINIS DIGESTI NOVI.

IO. HIERONYMI ALBANI CARDINALIS DIGNISSIMI LVCVBRATIONES AD BARTOLVM SVPER CODICE.

Summarium in rubr. C. de nouo cod. facie.

1 STATVTO *si cautum est quòd ille qui damnum dederit in re alterius debet puniri, intelligitur de re alterius, non respectu dominij tantùm, sed etiam possessionis ex cõmuni usu loquẽdi.*

2 *Spiritus sanctus à patre procedit.*

3 *Declarans nihil noui agit.*

4 *Perpetuum nihil potest dici in hoc seculo.*

Bar. in rubr. C. de nouo Codice faciendo.

1 BART. in hac rubrica col. 2. versi. ideo si statutum, inquit, si statuto † cautũ est, eum, qui damnum dederit in re alterius, debere puniri. hoc esse intelligendũ de re alterius, non respectu dominij tantùm, sed etiã possessionis, ex communi usu loquendi. De hac re vide quæ posui in rubrica. ff. de oper. nou. nunc. & alibi ubi egimus de natura genitiui. Posteà Bar. hic in uoce, sacratissimi, opponit 2 dicens, immo Iustinianum iudicandum esse hæreticum, qui dicit Spiritum † sanctum à patre non procedere. l. ij. infrà de summ. Trini. sed respondet, eum non dici hæreticum; quia non negat quin etiam à filio procedat. Attende quoniam hæc est vetus illa contentio, quæ fuit inter Græcos & Latinos. nam Græci aiebant, Latinos errasse addendo ijs, quæ decreta fuerant in Concilio Nicæno, in quo statutum fuerat, Spiritum sanctum à patre procedere, & anathema esse, qui sanctionibus illius Concilij quicquam addere auderent: & tamen ipsos addidisse Spiritum sanctum à filio quoque procedere. quibus à Latinis fuit responsum, hanc non esse additionem, sed declarationem quandam: cùm enim patris mentio fieri non possit, quin etiã filius tacitè contineatur, ideo hoc exprimendo, declaratur id, quòd tacitè inest, non autem 3 adiũgitur: quia qui † declarat, nihil noui agit, ut dixi agens in re proposita in l. hĩredes palàm. ff. de hæred. inst. & ita decisum fuit à Concilio Florentino. Et ad rem hanc vide B. Augustinum in epistola ad Cyrillum de magnificentijs B. Hieronymi. vbi testatur, se allocutum fuisse animam B. Hieronymi, à qua multa de Trinitate intellexit. & præcipuè, Spiritum sanctum à patre filioque procedere. Vnum quoque dictum memorabile non reticebo. postquàm enim Lotharius Romanorum Imperator Leuiticos & Rogerium Siciliæ & Apuliæ dominum deuicisset, missi fuerunt legati à Ioanne Constantinopolitano Imperatore ad Lotharium de parta victoria congratulatum, de quorum numero erat quidam philosophus, qui disputationibus ostẽdere nitebatur, latinam ecclesiam contra canones Nicæni Concilij dicere, Spiritum sanctum à filio quoque procedere. Tum à Petro diacono viro docto & arguto ei fuit responsum, si Latini hoc addendo errarunt, multòmagis errauere Græci, qui à solo patre addiderunt, cùm in decretis illius Concilij, vox illa, solo, non inueniatur, sed simpliciter à patre. & de ijs hactenus.

4 Posteà Bar. in voce Perpetui, opponit dicens, nihil in hoc † seculo dici posse perpetuum. Ad hoc vide tex. not. in d. §. ut autem, in auth. de non alien. ubi hæc habentur. Quid enim tam stabile est inter homines, ut mutationem non patiatur? cum status hominis in perpetuo motu cõsistat. Bar. respondet secundum gl. exponendo, perpetui, hoc est generalis, sic etiam habetur in l. qui excipit. ff. de cond. indeb. & de hac voce, perpetuus, vide glo. fi. in c. reperiuntur. 1. q. 1. & quid sit perpetuum, vide apud Bar. in l. prætor. §. hoc interdictum. ff. de oper. nou. nunc. & in l. iurisperitos, in princ. ff. de excus. tutor. & gl. in l. j. ff. pro soc.

Summa-

De nouo Codice faciendo.

Summarium in l.j.C.de nou.cod.facien.

1 *Statutum cogens litigantes ad compromittendum an ualeat.*
2 *Statutum cogens ad compromittendum an sit fauorabile, uel odiosum.*
3 *Statutum non cogit ad compromissum quando res est clara & iudicata.*
4 *An per statutum cogens ad compromittendum, facultas appellandi auferatur.*
5 *Statutum si præcipit compromissum fieri debere de iure, & de facto quid significet illa dictio, de facto.*
6 *Venditor denunciatus an possit petere compromissum.*
7 *Compromissum an de iure communi fieri possit in duos.*
8 *Præceptum ut compromissum fiat uel non fiat, an dicatur sententia.*
9 *Si reperitur factum esse compromissum, & non constat, sit ne uoluntarium an non, utrum dicatur quando partes cogi poterunt uigore statuti.*
10 *Collitigans si est forensis an cogi possit ad compromissum secundum formam statuti.*
11 *In compromisso necessario facto in tres si dictum non fuit id ualere, quod ab eorum maiori parte factum erit, an duo tantum absente tertio arbitrari possint dummodo fuerit requisitus.*
12 *Nunquid statutum loquens de compromisso, ad eos porrigatur, qui largè seu fictè dicuntur coniuncti.*
13 *Statutum cogens affines ad compromittendum an habeat locum inter uirum & uxorem.*
14 *Statutum cogens affines ad compromittendum, an emancipati comprehendantur.*
15 *Prohibita appellatione an saltem appellare liceat ab articulo super quo pronunciatur.*
16 *Si in iudicio tale quid adducitur, quod si uerum esset, compromissum excluderetur, & id negetur, an eo casu peti poterit compromissum.*
17 *Statutum si præfigit terminum decem dierum reducendi arbitramenta ad arbitrium boni uiri, an tempus reducendi incipiat à die scientiæ an à die latæ sententiæ.*
18 *Si à statuto præfixus non est terminus infra quem peti debeat compromissum, quid fiendum.*
19 *Statuto si cautum est petito compromisso instantiam non currere, an possit alterius iudex ad aliquid procedere.*
20 *Quomodo intelligenda sit illa dictio, lis, quando statutum cogit affines ad cõpromittendum de omni lite.*
21 *Doctoratus an sit dignitas.*
22 *Doctor illiteratus an gaudeat priuilegijs, quæ doctoribus conceduntur.*
23 *Doctor qui legit per uiginti annos efficitur comes.*
24 *Doctor propter scientiam adipiscitur æternitatem & perpetuitatem in hoc seculo.*
25 *Viris cum doctis debet dispensari in pluralitate beneficiorum.*
26 *Illi quibus datum est arbitrium super publica authoritate an possint statuta corrigere.*
27 *Quando duo actus reperiuntur facti eodem die, neque apparet quis eorum præcesserit, ille qui prior est in ordine literæ censetur præcessisse.*

Bar.in 1.const.C.de nou.cod.faciendo.

1 BART. hic quærit, nunquid † statutum cogens litigantes ad compromittendum, ualeat vide Alex.in rubrica.ff.solut.matrim.col. 5.& in l.qui se patris. & ibi moder.in gl.fin.infrà und. liber.& in l.j.col.3.ff.de leg.2.& alia, quæ in fine huius sermonis appposui. Et quia de multis circa hoc statutum dubitare contingit, decreui ea non ita sicco pede pertransire. & in primis quę
2 ritur, vtrum † istud statutum sit fauorabile an odiosum? vide doct.hic.& Bar.in l.ambitiosa, col. 6.de decret. ab ord. faci. Bal. Paul. de Cast. & moder.in d.l.qui se patris. & moder. in c.quod clericus, de for.compet.& quamuis Bal.in quodam consilio quod fecit apud ciuitatem Astensem sentiat, illud esse odiosum, tamen hoc intelligendum est, quando cogeret compromittere de rebus decisis & claris. De qua re paulòpost uerba faciemus, sed alioqui hoc statutum esse fauorabile docuit Fulg.in consi. 119.& Alex.in consi. 207.& in consi. 254.in 6.vol.& in consi. 125.in 7.vol.Roma.autem in consi. 400.ait hoc statutum esse exorbitans à iure communi.&
3 infert, ut ibi per eum. Limita hoc statutum † non cogere ad compromissum quando res est clara, & iudicata, ut per Feli.in c.inter monasterium.col. 12.versi.limita octauò de sent.& re iudi. Bal.in c.cum uenissent, col. 13.de eo, qui mitt.in poss.cau.rei seruan.& in consi. 5.in 2.volu.&

Soc.

Socin. in consi. 38. & Ias. in l. fraus. infrà de transact. & ad hæc vide quæ posui in l. post rem. ff. de transact. & omnino quæ dixi in lucubrationibus meis in l. eleganter. ff. de cond. indeb. Idem si res esset clara per alia publica documenta, ut per Fulg. in d. consi. 119. Feli. in c. sicut, de re iudic. Item limita non procedere in causa appellationis, sed tantùm in causa principali. Alex. in consi. 72. Videretur prima, in 3. col. versi. aut potestas in 3. vol. Paul. de Castr. in consi. 65. Item not. limita non habere locum quando petens compromissum, qui mouit litem, ueniret contra proprium instrumentum. ita Paul. de Cast. in d. consi. 65. Visis & consideratis. cuius decisionē extollit Io. Baptista Caccialupus in tract. de transactionibus, in 9. quæst. nu. 8. Rursus limita hoc statutum non habere locum, quando actor ageret ui iuratæ promissionis per reum conuentū; quia reus petendo compromissum fieri, incideret in periurium, de quo casu non est verisimile statuentes cogitasse. ita egregiè Paul. de Cast. in d. consi. 65. ad quem accessit Alex. in consi. 169. Viso & opportunè discusso, col. 7. versi. pro hoc optime, in libro primi & secundi volu. & Thom. Ferrat. in caut. 55. in fi. & Marcus Antonius Bauerius in tract. de virtute iuramenti. nu. 37. Rursus limita ut non procedat hoc statutum, quando compromissum super quæstione iuris peteretur, sed facti. ita docuit Alex. in consi. 104. in 1. vol. & in consi. 62. in 7. vol. Dec. in c. pastoralis. nu. 5. de rescript. & Soc. in cons. 51. in 1. vol. ubi declarat hoc esse verum, ut quæstio iuris non sit compromissibilis, quando factum est certum, super quo statim fieri potest declaratio iuris, & sic est sola quæstio iuris; alioqui verò si factum esset dubium. ita Socin. in d. consi. post multos, quos ibi retulit. Item limita ut non procedat in causa criminali, & in alijs causis, quas arbitri uoluntarij cognoscere non possunt. ita Ant. de Butr. in c. irrefragabili. §. cæterùm, in fin. de offic. ordin. & Dec. in consi. 44. Quid verò si causa esset criminalis, sed ciuiliter mota? vide Abb. in c. testimonium, col. 2. de testi. Sic etiam de causis mixti imperij cōpromissum fieri non potest. l. non distinguemus. §. de liberali. & ibi Bar. ff. de arbit. An autem de prædictis causis ab arbitro saltem incidenter cognosci possit? idque fieri posse decidit Rom. in sing. 466. incip. Causa status. & limitationes ad hoc statutum videas omnino apud Feli. in rubric. de treg.
4 & pac. An autem per † hoc statutum facultas appellandi auferatur? vide Alex. in d. l. j. colu. 25. ff. solut. matr. An huiusmodi statutum liget uniuersitatem? Dec. in consi. 44. & in consi. 22. & Roma. in d. consi. 400. Quid si hoc statuto cautum est, compromissum de omnibus litibus fieri debere, nunquid fieri debet etiam de litibus, quæ iure compromitti non possunt? vide Ant. de Butr. in d. §. cæterùm, in fi. & Practic. Papiens. in libell. de compromiss. in versi. poni faciatis, versi. sed quid erit. Bar. & Bal. in l. prætor. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Roma. in consi. 299. col. 1. & Orian. in tract. de arbitr. in 7. par. quæst. 48. An hoc statutum comprehendat causas mixti imperij? Alex. ait quòd non. in consi. 60. in 7. vol. Vtrum in executione sententiæ peti poterit huiusmodi compromissum? vide Practicam Papiens. in forma executionis senten. in gl. 1. versi. amplius quæritur. Quid si ago contra plures, quos omnes dico teneri, & causa sit diuisibilis, quia quilibet pro parte sua teneatur, & peto compromissum vigore huius statuti, nūquid unū, an plura fieri debeant compromissa? ita ut quilibet eorum possit suum dare arbitratorem? audio hoc in facti contingentia euenisse, & iudicatum fuisse, unum tantum fieri debere compromissum in unum vel in tres, per tex. in l. nulli, ubi Alber. & Paul. de Castr. infrà de iudic. ne continentia causæ diuidantur, alioqui possent sequi sententiæ sibi inuicem reluctantes. vide omnino Anch. in consi. 333. & Paul. de Castr. in consi. 121. ubi fortè loquitur in indiuiduis. Vtrum hoc statutum etiam minores coerceat? vide Alex. in l. cum hæreditas, colu. 2. ff. ad trebell. & in consi. 65. col. antepe. in 6. vol. ubi eos in statuto contineri ait. & in cons. ultimo in 6. vol. quam-
5 uis contrarium sentire videatur in cons. 62. in 7. vol. Si statutum † præcipit compromissum fieri debere de iure & de facto, quid significet hæc vox, de facto, vide Roma. in rubrica. C. de arbitr. & quid significet illa uox, de iure, an de iure communi, an de iure municipali sit intelligenda? Bal. in l. quicunque, infrà de seru. fug. Soc. in consi. 81. in 1. vol. Cæpoll. in cautel. 126. Alber. in 2. par. stat. q. 127. Nunquid stante isto statuto possit omitti forma alterius statuti? vide in simili Raph. Cuma. in cons. 85. & Bar. in l. j. §. & pro ui. ff. quod vi aut clam. An hoc statutū recipiat

piat ordinem procedendi uel decidendi? vide Fulg.in consi.119.An isti arbitratores & amici communes possint ut suspecti allegari? Io.And.in c.legitima,in fi.de appell.in 6.Paul.de Cast. in cons.340.& Orian.in c.quoniam contra,in vers.recusat.de probat.Quid si dubium est, possit ne aliquo casu peti compromissum an non? utrum super hoc passu peti poterit compromissum? vt declaretur sit ne causa compromissibilis an non? Soc.in consi.330.col.3.in 1.volu.dicit hoc peti posse. Ad rem faciunt trad.per Bar. & doct. in l.si quis in conscribendo, infra, de
6 pact. & vide Cæpoll. in consi.174. Vtrum venditor † denunciatus possit petere compromissum? vide Barto.in l.venditor,in 2.quæst.ff.de iudic. An super exceptionibus oppositis contra instrumentum,peti possit compromissum? vide Bar.in l.post rem.ff.de trãsact. & Lanfranc.de Oria.in suo tract. de arbitris.q.5. & circa hoc statutum,vide Caccialupum in suo tract. de transact.q.9.colu.2. & q.15. colu.2.Quid si factum est semel compromissum hoc necessarium, sed nondum causa est decisa,utrum reiterari debeat,donec lis decidatur? affirmatiuam partem sequitur Soc.in consi.221.in 1.vol.Ias.in l.diuortio.§.quod in anno.ff.sol.matr.& Feli.in c.2. de
7 treg.& pac.An de iure † communi fieri possit compromissum in duos? idque fieri posse, videtur colligi ex.l.si unus.§.principaliter.ff.de arbitr.sed de iure communi nemo ad compromissum compelli potest. Alex.in consi.162.in 7.vol. Quid si compromissum petitur, & contradicatur,utrum causa dicatur diffinitiua,an verò interlocutoria? vide Anchar.in consi.78.ubi docuit etiam an procedatur ordinariè, an summariè. Et utrum noceat si proceditur ordinariè
8 ubi erat summaria. An † autem hoc præceptum,ut fiat,vel non fiat compromissum,dicatur sententia an non? & utrum diffinitiua an non? vide eundem Anch.in d.consi.78.Sed an tutor vel prælatus,uel alius administrator spontè possit compromittere? vide Ang. in l. imperatores. ff. de pact.Et an in necessariò,ut in patre,qui est legitimus administrator? Bald.in l. de re.ff.transact.ubi etiam docuit,quando tutor compromittit necessariò debeat ne interuenire authoritas superioris an non? Et an possit compromittere sine authoritate super re mobili? vide Bal. in l.præses,infrà de transac.An super omni petitione fieri debeat compromissum? & qualis petitio esse debeat? Paul.de Cast.in consi.67.in fi. Scias etiam quamuis minor læsus esse videatur,eo ipso,quòd compromittit.l.si minor filiofamiliàs.§.minores.ff.de minor.& ibi Bart. hoc tamen non habere locum quando statutum cogit affines ad compromittendum. Bal. in l.fin.
9 C.de in integ.resti.Quid si reperitur † factum esse compromissum,& non constat,sit ne uoluntarium an non? utrum dicatur uoluntarium quando partes cogi poterant uigore statuti? Aret. in consi.87.Quid si opposita fuit exceptio incompetentiæ iudicis,an dicatur causa seu lis, ita ut quis possit cogi ad compromittendum non decisa exceptione? vide Ang.in consi.195.ubi tradit etiam,an dicatur causa siue lis,quando declinatoria fuit obiecta exceptio. Quid si colli-
10 tigans † est forensis,nunquid cogi possit ad compromissum secundum formam statuti? Imol. in c.sanè,de for.comp.& Ant.de Butr.in c.fi.eod.tit. Et de intellectu statuti præcipientis causas inter coniunctos compromitti debere,quando debitum appareat liquidum per instrumẽtum,vide Alex.in consi.309.Viso puncto,in libro primi & secundi vol.Quid si partes compromiserunt,unaquæque singulum elegit,nunquid possint eligere tertium sine consensu electorũ? & an possint à primo compromisso recedere? vide Raph. Cuma. in consi.50.In compromis-
11 so † necessario facto in tres, si dictum non fuit, id ualere, quod ab eorum maiori parte factum erit,an duo tantùm absente tertio arbitrari possint? dummodo fuerit requisitus? Bald. posse ait in l.item si unus.§.item si plures.ff.de arbitr.Quid fiendum si partes non concordant? vide Ang.in l.obseruare.ff.de iudic.vbi ait,unum dandum esse à iudice. ad rem facit gl.in c.duobus, in verbo,teneantur,de rescrip.in 6.& Bar.in l.j.§.secundum.ff. de uentr. inspic. Quid si partes præsentes dederunt confidentes,& non conuenerunt, an poterit committi uni ex confidentibus illius,qui habet etiam alios confidentes,quos dare potest,si alius dicit se plures non habere? Paul.de Castr.in consi.340.Quid si statutum cogit ad compromissum in causis excedentibus libras.x.& ego peto 15.cum tantum.x.deberentur,& factum est compromissum necessarium, postea constat.x. tantum deberi, an corruant acta? vide Angel.in §.decreto, in auth. de

defensor.

11 paulòpost subiungit Bar.testamentum,† in quo instituitur hæres pia causa,dummodò filio aliquid relinquatur iure institutionis,sustineri,& ualidum esse. Dicas hoc esse singulare documẽtum, secundum Matthesil. in suo sing.104. incip. Nota quod illa uulgaris, cum ibi addit.per Castillion.Et dum progreditur Bar. dicens, hoc quod iure institutionis filijs relinquatur, esse meram solennitatem iuris ciuilis,vide plenè Barb.in consi.38.in 3.vol.Et dum Bar. progreditur in hac ead.col.versi.tertiò quæro,inuestigando utrum in relictis ad pias causas ualeat uoluntas captatoria,quando conditio confertur in secretis alienę mentis. De ista quæstione vide latè apud Ias.in l.captatorias,infrà de testa.milit.col.4.ubi tenet cum Bar. hic quamuis dicat, textum,quem hic affert Bar.in c.cùm tibi,de test.ad rem parum facere. vide etiam Abb.in cons. 32.col.2.in 2.vol.& in consi.100.col.4.in 1.dub.in eod.lib.Roma.in cons.228.col.4.Card.in consi.124.Aret.in consi.94.col.2.Ias.in l.captatorias, col.fi.ff. de hæred.instit. & ibi omnes, &
12 omnino Aret.in l.ij.colu.1.in 2.notab.ubi ex dictis Bart.decidit, statutum † valere disponens captatoriam uoluntatem ualere, si statuto cautum esset,eum,in cuius uoluntate dispositio residet,teneri eam declarare ad arbitrium boni viri. Et dum Bar. hic in col. seq.versi. sed prædicta,inquit,si aliquid relinquitur arbitrio alterius simpliciter,nec dicatur ad aliquid,in dubio intelligi esse relictum ad pias causas. vide omnino Raph. Cuma. in consi.117. Posteà dum agit Bar.de datione libertatis distinguens,relinquatur ne pro anima,an non? attende quoniam Bar.
13 videtur sentire,dationem † libertatis non esse causam piam, nisi pro anima fiat. de qua re vide Alex.in d.l.captatorias,col.1.infrà de testa.milit.& in l.pecuniam,col.12.& seq.ff. de cond. ob caus.& Ias.in l.si unus,infrà de testa.Et aduerte quia Bar.dum agit de intellectu.l. fideicommissaria libertas.ff.de fideicommis.liber.colligit Bart. ut opinor, ex illa. l. hanc differentiam sit ne data libertas,pro anima an non: nam ille tex.in principio sentit,libertatem collatam in uoluntatem hæredis,tenere. & in vers.quod si ita,sentit contrarium, scilicèt, ut non ualeat. propterea Bar.pro concordia intelligit textum illum in principio quando data est libertas pro anima alioqui verò in d.versi.quod si ita,quo casu sentit hic non esse causam piam. & ita adnotat Ias. hic ad limitandam regulam,qua traditum est,libertatem dici esse causam piam.l.proximè.§.fi. & ibi Bar.ff.de his quæ in testa.delen.ut procedat solùm quando libertas pro anima relinqueretur,aliter non: tamen Ias.eam hic reprobat.in 4.col.versi.nota diligenter. dum autem Bart. hic in versi.quartò quæro,tractat,an talis uoluntas ualeat sine hærede,uel si hæreditas non adeatur? Ad hæc videas omnino Barb.in consi.8.col.10.& seq.in 1.vol.Alex. in l.Marcellus,col.3. ff.ad Trebell.& in consi.146. Videretur inspectis.col.6. nu.19. in libro primi & secundi volu. Anch.in consi.28.col.4.Bal.in consi.39.in 5.vol.Aret.in consi.64.in 2.dub.colu.6.& in l. si filius qui patri,colu.1.ff. de vulg. & pupill. Roma.in consi.428.ubi distinguit. & in consi.493. in 2.dub.Postea Bar.hic in antepen.col.versi.sextò quæro,tradit,an maiori in prædictis substitui possit directè.vide Ias.in l.Centurio,colu.4.versic.adde quartò.ff.de uulg. & pupill.& dum
14 Bar.paulòpost inquit,de relictis† ad pias causas trebellianicam non detrahi,vide Alex.in cons. 23.in fi.in 3.vol.& in consi.40.in 1.dub.eod.vol.& in l.j.§.sed & quoties.ff.ad Trebell.& in d. consi.146.col.6.in libro primi & secundi vol.Vtrum autem possit detrahi Trebellianica quãdo fieri debet restitutio piæ causæ non immediatè,sed mediante aliqua persona grauata? vide Soc.in consi.77.col.5.in 1.vol.& in consi.seq.& omnino Aret.in consi.67.col.pen.ubi eleg.& subtiliter

subtiliter loquitur. Et dum Bar.in versi.circa ordinem,ait per hanc.l.conferri priuilegium omnibus generaliter,vide Alex.in l.pactum quod dotali,colu.2. infrà de pact. Ad ea verò quæ hic dicit Bar.in col.pen.scilicèt per iura canonica indistinctè concessum fuisse,ut in relictis ad pias
15 causas non stetur solennitatibus iuris ciuilis,sed stetur iuri diuino, uel naturali, ut in ore † duorum vel trium stet omne uerbum.c.relatum,& c.cum esses,de testa.vide ad hæc Alex.in consi. 103.col.4 in 5.vol.Abb.in consi.11.in 1.dub.col.2. in 1.vol. & aliquid per Alex. in consi.41. col.2.in 1.vol.Aret.in consi.64.in 2.dub.col.6.& in consi.68.col.2.& Paul. de Castr.in consi. 201.& ad materiam d.capituli cum esses,vide Alex.in consi. 321.in libro primi & secundi vol. ubi tradit etiam an mulier sit testis idonea. vide etiam Angel.in cons.233.Postremò Bart. hic in fi.concludit,relicta ad pias causas esse iudicanda secundum canones,& iura diuina, & naturalia,non obstante aliqua lege communi,municipali,uel imperiale facta uel fienda. vide Alex. in consi.105.col.3.in 4.vol.Abb.in consi.26.in 1.vol.& in consi.106.eod.volu.Feder.de Sen. in cons.216.Ana.in consi.28.col.4.& in consi.57.Calder.in consi.ultimo in tit.const. & Soci. in cons.247.col.5.in fi.

Summarium in l.placet.C.de sacros.eccle.

1 *Tributa quæ sint,& quomodo ad ea ecclesię teneantur.*

Bar.in l.placet.C.de sacros.eccles.

1 Bart. in hac l.placet,tradit,quæ sint † tributa,& quomodo ad ea ecclesiæ teneantur. sed quia de hac re in specie latissimè egi in l.hæres absens.ff.de iudic.non insistam.vide ibi.

Summarium in l.omni nouatione.C.de sacros.eccle.

1 *Instrumentum debiti centum florenorum est clarum,tamen si una pars dicit medietatem esse pro usuris, ista causa potest cognosci à iudice seculari.*

Bar.in l.omni nouatione.C.de sacros.eccles.

1 Bart. in hac.l.omni nouatione,ait,si quæstio est super facto,ut puta instrumentum † debiti centum florenorum est clarum,tamen una pars dicit medietatem esse pro usuris, causam hanc posse cognosci à iudice seculari. vide ad hæc etiam Ias.in l.quoties,col.2.in 3. notab. C. de iudic.Et dum agit Bar.de quæstione super matrimonio, vide quæ posui ad Barto.in l. Titia. ff.solut.matrim.

Summarium in l.ad instructiones.C.de sacros.eccle.

1 *Ecclesia an teneatur conferre ad faciendos muros ciuitatis.*

2 *Ecclesia an teneatur ad expensas quæ fiunt in ciuitate.*

Bar.in l.ad instructiones.C.de sacros.eccl.

1 Bart. in d.l.ad instructiones,quærit utrum ecclesia † teneatur conferre ad faciendos muros ciuitatis? & quod teneatur vide Practicam Papiens. in forma libelli in actione reali chart. 9.versi.habes,& Abb.in consi.3.in 1.vol.& latè Barb.in consi.1.& in consi.25.in 3.vol. Corn. in consi.72.col.pen.in 4.vol.ubi tradit etiam quid iuris sit in non subdito possidente bona in territorio loci,in quo fiunt muri? omnino vide eundem Barb.in consi.29.in 4. vol. Ad rem faciunt tradi.per Bal.in tract.super pace Constantiæ nu.19.ubi tradit,nunquid † ecclesia teneatur ad expensas,quæ fiunt in ciuitate? & distinguit, Aut sunt ad ornatum, & non tenetur, aut propter necessitatem,ut puta pro refectione pontium,& uiarum,& eo casu tenetur. vide ad prædicta Io.Bertachinum in tract. de gabellis,in 7.par.num.19. cum seq.& Petrum de Vbaldis in tract.collectarum,in 1.additione ac per totũ,& Io.Lupi.in trac.de libertate ecclesiastica.

Summarium in l.qui sub prætextu.C.de sacros.eccle.

1 *Officium diuinum solo nomine qui exercet, priuilegio clericorum non gaudet.*

Bar.in l.qui sub prætextu.C.de sacros.eccl.

1 Bart. in hac.l.qui sub prætextu, sic ait in summa. Qui officium † diuinum solo nomine exercet,priuilegio clericorum non gaudet, sed debet eius loco alius subrogari. vide istam.l. adductam per Barb.in c.cùm.M.Ferrarien.col.39.de const.Et qui priuatur officio,intelligitur etiam priuatus beneficio,quod eius contemplatione dabatur. & pari ratione, e conuersò, si

conceditur

conceditur officium,videtur esse concessum illud,quod ei est annexum. vide Bal.in c.constitutus,col.2.de rescrip.Abb.in c.1.in fi.de iudic.& aliquid per Alex. in l.Centurio,col.4.in fin.ff. de uulg.& pupil.& in consi.108.in 4.vol.Feli.in proœm.decretal. col.14. cum seq. & in consi. 82.col.3.in 3.vol.ubi loquitur de illo,qui artem merzariorum exercuit, & videas Feli.in c. inter tuas,col.fi.de maior.& obed.

Summarium in l.iubemus nullam.C.de sacrosanct.eccl.

1 *Nauis ecclesiæ non excusatur ab onere ferendarum rerum,uel personarum ex republica.*

2 *Prælatus an possit præiudicare ecclesiæ contrahendo,uel aliud faciendo.*

Bar.in l.iubemus nullam.C.de sacrosanct.eccles.

1 BART. in hac l.iubemus nullam,sic ait in summa. Nauis ecclesiæ † non excusatur ab onere ferendarum rerum uel personarum ex republica.& illa,quæ subtrahitur,publicatur.vide aliquid apud Barb.in consi.4.col.9.1.vol.& Præpos. in c.oēs leges,in fi.dist.1.& ad rem faciūt trad.per Roma.in consi.436.ubi dicit per hanc.l.priuilegium quantuncunque generale & alicui pio loco concessum ad priuatā utilitatem, nunquam id includere, quo mediante utilitati publicæ derogaretur. vide Barb.in consi.1.in 3.vol.& dum Bar.ex ista.l.colligit argumentū, animalia posse capi à communi ciuitatis ad perferendas salmas frumenti in exercitum, vide

2 Alex.in l.j.col.12.ff.sol.matr.posteà Bar.hic in vers.ideo breuiter,quærit utrum † prælatus possit præiudicare ecclesię,contrahendo,uel aliud faciendo? vide ad hæc aliquid per Alexand. in consi.50.in 5.vol.Aret.in d.consi.67.col.5.Anch.in consi.158.col.3.& seq.& Angel.in consi. 168.& in acquirendis prælatum posse ecclesiæ præiudicare,aiunt doct.& vide Roma. in cons. 184.Abb.in c.1.de rest.in integr.& in cap.1.de dol.& contum.& in hac materia aduerte, quia prælatus in iure iam acquisito ecclesiæ potest præiudicare quando res ad fauorem alterius ecclesiæ redit ad ius commune. Fel.in c.pen.in fi.de præscript.& Crauet.in consi.135.nu.8.

Summarium in l.priuilegia.C.de sacrosanct.eccle.

1 *Lex quando contradicit canoni,uel contra,cui sit standum.*

2 *In feudis si ius ciuile discrepat à iure canonico,standum est iuri canonico propter iuramentum.*

Bar.in l.priuilegia.C.de sacrosanct.eccles.

1 BART. in hac l.priuilegia,quærit,quando lex † contradicit canoni,vel contra, cui sit standum? vide Abb.in consi.94.col.4.in 4.dub.in 2.vol. Feli.in c.1.de const.in 4.fallent. col.9.& c.ecclesia sanctæ Mariæ.col.13.cum seq.eod.tit.& in c.causam. 2. de testi. & in c. fraternitatis, col.2.eod.tit.& in c.testimonium.col.3.eod.tit.de testi.Barb.in consi.13.col.3. in 1. volu. & in consi.41.col.14.eod.vol.& in consi.46.col.16.eod.vol.& in consi.58.col.6.eod.vol. & in multis alijs suis consilijs,quæ breuitatis causa prætermitto. Ant.de Butr.in consi.25.col.fi.Roma. in consi.275.tex.cum gl.in c.cum ad uerum,96.dist.Abb.in c.edoceri,colu.1.de iudi. Imol. in consi.102.col.3.Card.in consi.123.col.2.Abb.in c.licèt ex suscepto,col.5.de rescrip.Anan. in consi.80.in fi.& omnino Anch.in c.canonum statuta,col.4.versi.secundò opp.& col.9.& seq. de consti.Alex.in consi.59.col.3.in 1.vol.Abb.in c.quid per nouale,in 2.notab.de verb.signifi. Aret.in consi.48.col.2.& seq.Alex.in consi.35.col.fi.in 3.vol.& in consi.46.col.2. & in consi. 69.col.pen.eod.vol.& in consi.51.col.2.in 5.vol.& in consi.92.in fi.in 4.volu. & in consi.63. col.3.eod.vol.& in consi.99.eod.vol.4.& in consi.34.in 3.vol.Paul.de Cast.in auth.causa quæ infrà tit.2.Abb.in consi.93.col.14.in 2.vol.& in consi.18.eod.volu. & in hac materia attende,

2 quoniam in feudis † si ius ciuile discrepat à iure canonico, standum est iuri canonico propter iuramentum. Alex.in consi.5.col.3.in 5.vol.ubi citat Baldum ita egregiè dicentem in c.1.§.fi. col.3.de prohib.feud.alienat.& ad prædicta vide Feli.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ,colu.15.& Dec.col.11.in 2.conclusione. Postea Bar.in fi.huius l.quærit, si ciuitas dabat religiosis certam quantitatem frumenti quolibet anno,an possit condere statutum,quo ista eleemosyna reuocetur? vide Soc.in consi.241.col.3.vers.prima.in 1.vol.Abb.in consi.2.in 2.volu.& in consi.6.in 1.dub.eod.vol.& in consi.39.col.2.eod.vol.& in consi.65.eod.uol. Feli.in c.ad apostolicam, de simon. Alexan.in l.fi.§.1.quem legit cum princ.d.l.ff.de lega.1.colu.2.uersi.& inducitur.&

omnino

omnino videas eundem Alex.in consi.254.Statutis accuratè,col.antep.vers.nec. ad hoc.obst. in libro primi & secundi volu.vbi uentilat hoc Bartoli documentum.Federic.de Sen. in consi. 12.in fi.Paul.de Cast.in l.si quis cũ lis,infrà tit.1.& in l.rescriptis,col.2.infra,de precib. Imper. offer.Feli.in c.nuper,de testi.Barb.in c.cùm.M.col.34.de consti.& Gemin.in cap.1.colum.4. de constit.in 6.

Summarium in authen.cassa.C.de sacros.eccl.

1 *Statutum uel aliud contra ecclesiam,an ualeat.*
2 *Statutum disponens mulierem habentem filios non posse relinquere pro anima nisi certũ quid,an ualeat.*

Bar.in'auth.cassa.C.de sacros.eccl.

1 BART. in hac auth.tradit,nunquid statutum † uel aliud contra ecclesiam ualeat? vide omnino Alex.in consi.154.Statutis accuratè,in libro primi & secundi vol.Ias.in l. filiusfamiliàs.§. Diui.ff.de leg.1.col.10.versi.tertiò quærit,in 1.lectura,& in 2.lectura,col.16.versi.tertiò quærit,ubi declarat in quærendis posse aliquid contra eam constitui,& ibi ponit uarias decisiones ad rem facientes,& in l.j.col.fi.versi.ultimo,suprà eod.& Dec.in c.ecclesia sanctæ Mariæ,col.1. de const.Et dum Bar.hic subdit,utrum ista constitutio locum habeat extra ecclesiam? & dicit gl.tenere partem affirmatiuam.vide similem gl.in l.j.in voce,sponsam,infrà de rapt.uirg.Barb. in consi.1.col.6.in 1.vol.& in consi.6.col.8.& seq.& in consi.19.col.4.eod. vol.& in consi.40. & in consi.42.eod.vol.& in multis alijs consilijs suis,quæ prætermitto.& gl.& ibi Barto. in l. si mater.§.hoc iure.ff.de except.rei iud. Feli.in c.quod ad consultationem,col.16.de re iudi.Ant. de Butr.in consi.10.col.2.& in consi.33.gl.in procem.Gregor.in uoce commorantibus. Abb. in c.hanc,col.2.de iudic.Bar.in l.j.ff.ad Trebell.Card.in consi.103.col.3.gl.in l.cùm hæres,in uoce,post.ff.de liber.leg.& bonũ tex.& ibi Alex.in l.postulante,col.prima.ff.ad Trebel. Barb. in c.translato,col.7.de constit.& in c.ad nostram,col.2.de empt.& vendit.compost.& doct. in c.fi.de rescript.Bal.in c.cum quæstione,col.prima de rest.spoli.& in c.causam,in fi.de probat. Postea Bar.dicit,illa statuta dici esse contra libertatem ecclesiæ,quæ sunt contra priuileg a cõcessa ecclesijs,uel ecclesiasticis personis. vide Alexan.in d.consi.254. in libro primi & secundi vol.& in consi.17.col.fi.in 4.uol.Abb.in consi.26.63.72.& in consi.83.in primo uol.Feder.de Sen.in consi.85.cum duobus præcedentib.Paul.de Castr. in l. iubemus nulli,in principio infrà eod.tit.& in l.generali,infrà eod.& in l.fi.col.3.infrà eod.& in auth.statuimus,col.3. infra titu. proximo,& aliquid in simili per Feli.in c.quæ in ecclesiarum,col.11.de consti. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ,col.22.eod.tit.& in c.in præsentia,col.18.de probat.& in c.literas,col.5.de prę-script.Cæpol.in consi.15.Barb.in consi.4.col.8.in primo uol.& in multis alijs consilijs quæ nõ recenseo.Ant.de Butr.in consi.36.& in consi.41.Card.in consi.144.Anch.in c. canonum statuta,col.37.cum seq.de const.ubi tradit etiam de ultima quæst. Bartoli hic. Alex. in consi.59. col.2.in primo vol.Barb.in c.primo.col.7.de const. Bal.in rubrica de consti.col.prima. Anch.
2 in consi.11.& tribus seq.& in consi.25.ubi agit de statuto,quo cauetur, mulierem, † quæ habet filios non posse relinquere pro anima nisi certum quid.Soc.in cons.55.in primo uol.ubi docuit an decretum principis,ne bona locari possint non subdito, comprehendat ecclesiasticas personas? quid si statuto cautum est,eum,qui non est subditus iurisdictioni potestatis in ciuilibus & criminalibus non posse succedere de iure municipali,sed ei reseruatum esse ius commune, atque ita statutum neque dat neque aufert clerico,qui non est subditus,an ualeat statutum, an uerò dicatur esse contra libertatẽ ecclesiasticam? uide Bal.in l.si quis curiales.infrà de episcop. & cleric.& Ang.in l.filiusfamiliàs.§.Diui.ff.de leg.primo.Et dum hic in fine tradit Bar.de statu to posito in fine statutorum,quo disponitur,omnia statuta, quæ sunt contra libertatem eccle-siæ,haberi pro casis & irritis,utrum ex hoc excusentur statuentes? uide Feli.in c. ecclesia sanctæ Mariæ,col.48.uers.tertium,de consti.

Summarium in auth. ingressi.C.de sacros.eccl.

1 *Ecclesiæ qui se dedicat,an possit retinere bona.*
2 *Conuersus ecclesiæ secularis an retineat bona.*

3 *Si aliquis professus unam religionem, deinceps aliam ingrediatur, utrum bona acquisita primo monasterio remaneant apud illud, an verò transeant in secundum.*

4 *Ecclesia secularis an habeat dominium rerum conuersi.*

5 *Si ingressus non tenet, utrum ualeat bonorum oblatio.*

6 *Bona emphyteotica ingressi an transeant in ecclesiam.*

Bar. in auth. ingressi. C. de sacros. eccl.

1 BART. in hac auth. tradit de illo, qui se dedicat † ecclesiæ, an possit retinere bona, & reliqua. Ad materiam huius auth. vide aliquid per Feli. in c. in præsentia, de probat. & in c. cùm nũcius, col. fi. de testi. & in c. testimonium, versi. sexta conclusio, eod. tit. de testi. Card. in consi. 28. Abb. in c. cùm olim, in 6. notab. de priuileg. Capr. in consi. 24. Et attende quoniam per ingressum monasterij ita quis legitimatur, sicut si se offerret curiæ. Alex. in consi. 53. col. fi. in 3. vol. & omnino vide Soc. in consi. 6. in 1. vol. ubi dicit multa scitu digna, & Feli. in c. cùm deputati, de iudic. ubi ponit quatuor memorabiles effectus, quos professio religionis operatur. & vide quæ posui ad Bar. in l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui uel alien. iur. & dum Bar. hic quæ-
2 rit, an conuersus † ecclesiæ secularis retineat bona? dicitque gl. tenere, eum nihil retinere posse; sed contrarium tenet ipse, ut hic per eum. Adde quod contra istam gl. & contra glo. in §. illud, in auth. de monac. tenet ibi Bar. in principio & quòd isti conuersi ecclesiæ secularis possint sibi retinere bona, sentit gl. in §. si qua mulier, in gl. 1. in auth. de sanctiss. episcop. & ad hoc vide Roma. in consi. 102. & Alex. in consi. 81. in 1. vol. & in re proposita vide Abb. & alios in cap. in præsentia, de probat. & attende quoniam frater conuersus alicuius monasterij efficitur quasi seruus illius, secundum gl. sing. in c. ut lex continentiæ. 27. q. 1. & ideo secundum illam gl. non haberet facultatem intrandi religionem arctiorem. id quod est adnotandum, secundum Abb.
3 in c. cùm causam, de electi. Quid si aliquis † professus unam religionem, deinceps aliam ingrediatur, utrum bona acquisita primo monasterio remaneant apud illud, an verò transeant in secundum? vide Petr. de Perus. in tract. de mutatione status ecclesiarum, cap. 1. num. 2. An autem conuersi ecclesiæ secularis habeant uocem in capitulo? & multa ad rem facientia, vide per Roma. in sing. 653. incip. Fuit à me quæsitum, cum ibi additis, per Castill. ubi residet, eum non dici esse de capitulo. vide ibi omnino. Et dum Bar. hic in 2. col. versi. sed circa illos, quærit an possit facere testamentum? adde tu an possint agere contra suos debitores? vide Feder. de Sen. in consi. 287. quamuis ipse loquatur in monacho. & ad hæc vide Abb. in consi. 102. in 2.
4 vol. & Soc. in consi. 61. col. 4. in 4. quæst. in 1. vol. Et dum subiungit Bar. utrum ecclesia † secularis habeat dominium rerum huius conuersi? vide Abb. in consi. 53. in 1. dub. in primo vol. & in consi. 105. col. 2. eod. vol. quærit postea Bar. in versi. quæro ulterius, utrum ingrediens monasterium religiosorum possit ex pacto sibi aliqua bona reseruare? atque ita utrum pactũ contra naturam contractus uitiet uel vitietur? vide Bar. in l. ubi ita donat. ff. de donat. cau. mor. Et dum subdit Bar. quando simpliciter fit huiusmodi reseruatio, eam esse intelligendam quò ad administrationem, ad istam quæst. vide omnino Imol. in l. j. in fi. ff. de condit. insti. Feli. in c. cùm M. Ferrarien. col. 24. & aliquid in 13. col. de const. versi. ulterius. & Barb. in consi. 3. in 1. volu.
5 Ad ea verò de quibus agit Bar. hic, hoc præmisso, scilicèt si ingressus † non tenet, utrum ualeat bonorum oblatio? vide Federic. de Sen. in consi. 237. Barb. in cons. 27. col. 8. in 1. vol. & Card. in consi. 21. Sed quid si ingressus est ualidus, sed ipse remansit ad seculum, ad quem pertinet bona? vide tex. in l. Deo nobis, cum gl. in uerbo pertinere, infrà eod. tit. Postea Bar. in colu. fin. quærit, quid si ingressus monasterium, & contractu uel crimine tenebatur, utrum monasterium & ecclesia teneatur? vide Abb. in consi. 102. in 2. volu. Roman. in consi. 416. in 2. dubio vbi loquitur de illo, qui se obtulit hospitali. Et ad ea, quæ tradit Bart. de bonis emphyteoticis
6 † huius ingressi, nunquid transeant in ecclesiam? vide Alexand. in consi. 88. in fin. in 3. volum. Anchar. in consi. 165. cum duobus seq. ubi ponit etiam, an saltem æstimatio debeatur? Postremò quærit Bar. quid de usufructu? concluditq;, ius usufructus in ecclesiã transire. vide Alex. in d. cons. 88. in fi. in 3. vol. & in consi. 10. col. pe. in 5. vol. & Soc. in cons. 10. col. 4. in 6. qu. in 1. vol.

Summa-

Summarium in auth.si qua mulier.C.de sacros.eccl.

1 *Si aliquis cum liberos non haberet extraneum hæredem instituit, & postea monasterium ingrediatur, an per huiusmodi ingressum rumpatur testamentum.*

2 *Monasterium ingrediens an possit testamentum antea conditum reuocare.*

Bar.in auth.si qua mulier.C.de sacros.eccles.

1 BART. in hac auth.in 1.quæst.quærit,si aliquis † cum liberos non haberet,extraneum hæredem instituit,& postea monasterium ingrediatur,an per huiusmodi ingressum rumpatur testamentum? vide Roma.in consi.237.Bal.in consi.9.in 5.vol.Et dum hic in ead.colu.subiungit Bar.omnia bona esse monasterij,exceptis illis,de quibus disposuit,vide Feder.in consi.165.& aliqua per Feli.in c.in præsentia,col.16.de probat.Barba.in consi.13.col.8.in 1.vol.Alexan.in consi.229.Visis codicillis,in libro primi & secundi vol.Posteà Bar.hic in 4.col.versi.iuxta hoc
2 quæro,tradit an ille, † qui est monasterium ingressus,possit testamentum antea conditum reuocare? vide Alex.in consi.13.col.2.in 3.vol.Feli.in c.in præsentia,col.20.de probat.& quia de hac re alibi latè egimus,hic tempus non conteram. Et dum Bar.hic in pen.col.dicit ecclesiã non teneri in totum sicut hæres,sed quatenus ad eam peruenierit,vide Paul.de Cast.in auth.causa quæ,infrà titulo proximo.& dum Bar.hic in col.fi.quærit an diuisio,quam potest facere ingressus,dicatur testamentum? & dicit ingressum,neminem dici posse nisi post factam professionem.vide ad hæc Alex.in l.si quis hæredem,versi.extra glo.infrà de instit.& substit.Paul.de Castr.in auth.ingressi,suprà eod.tit.in principio aliquid per Feli.in c.nuper,uersi.pulchra,de testi.Gemin.in c.1.in principio de regular.in 6.Alex.in l.substitutione.col.penul.ff.de uulg.& pupill.Capr.in consi.85.circa medium.Fel.in c.cùm deputati,col.1.de iudic.Aret.in d.l.substitutione,col.pen.& Bar.in cons.38.col.5.in 3.volu.Posteà quærit Bart.quando filij poterunt petere legitimam? vide Alex.in l.si cùm dotem,col.6.ff.sol.matr.Postremò ait Bar.quid si ingressus ante annum probationis moriatur,ad quem eius bona pertineant? vide Feli.in c.adeò, col.3.de rescript.Bald.in cap.in præsentia,col.7.de probat.& ibi Abb.colu.21.videas etiam Anch.in consi.69.

Summarium in l.iubemus nulli.C.de sacros.eccl.

1 *Ecclesia an possit diuidere bona si prouocetur.*

2 *Ecclesia utrum alienare possit pro remuneratione meritorum alicuius personę.*

Bar.in l.iubemus nulli.C.de sacros.eccl.

1 BART. in hac.l.iubemus nulli,in principio tradit,an ecclesia † possit diuidere bona si prouocetur,& an prouocare possit ad diuisionem? vide Curt.in consi.66.colu.18.Alex.in consi.7.in fi.in 5.vol.Feli.in c.3.col.3.de probat.Cæpoll.in consi.4.Roma.in consi.106.in 4.dub.Aret.in consi.22.in princ.aliquid per Soc.in cons.67.col.fi.in 1.vol.Ang.in l.interdum,in fin.ff.qui pot.in pign.habea.ubi limitat in minore quò ad diuisionem fructuum.& in consi.65.
2 colu.fi.& dum Bar.subiungit,utrum ecclesia alienare † possit pro remuneratione meritorum alicuius personæ,vide Ias.in l.ex hoc iure,col.11.vers.octauus.ff.de iust.& iur.ubi cumulat multos effectus obligationis ad antidora.vide Soc.in consi.66.col.2.in 1.volu.Vltimo Bart.hic in fi.huius principij ait,annuos redditus inter immobilia cõnumerari.Hoc declara,ut per Bal.in c.1.de feud.cognit.& Rom.in cons.32.Barb.in c.cù n.M.col.4.de const.Aret.in cons.10.col.2.versi.is tamen.Bal.in l.prælud.feud.col.4.in fi.& Ang.in l.si constante.§.fi.ff.solu.matr.& ibi Alex.in col.fi.& in l.sciendum,in prin.col.fi.ff.qui satisd.cog.& ibi Ias.col.pen.& Alexan.in l.si mouentium,in apostill.ff.de verb.signifi.& Abb.in consi.63.col.4.in 2.uol.

Summarium in d.l.iubemus.§.sanè.C.de sacros.eccl.

1 *Si alienatio facta fuit contra hanc legem punitur accipiens, & concedens, & notarius qui scripsit.*

2 *Quædam honestè retineri possunt, quæ tamen honestè peti non possunt.*

3 *Statutum deferens lucrum dotis marito uxore prædecedente an locum habeat in dote promissa tantum, & non data.*

4 *Stipulatio de dote lucranda locum habet etiam in dote promissa tantùm.*

1 *Si statutum diceret maritum prædecedente uxore non teneri ad restitutionem dotis, intelligitur de dote data, non autem promissa.*

6 *Istud statutum non habet locum in uxore omnino sterili; quæ nec in habitu nec in potentia possit sobolem procreare.*

7 *Statutum si disponeret maritum succedere in totum non existentibus filijs communibus, etiam si extarẽt filij ex primo matrimonio, an maritus succedat.*

8 *Lucrum dotis non dicitur esse merum lucrum ipsius mariti.*

9 *Si lucrum à statuto deferatur uiro quando uxor prædecessit post traductionem, et ipsa prædecedat in uinere dum traducitur, utrum uiro lucrum debeatur.*

10 *Lucrum dotis maritus tenetur reseruare filijs primi matrimonij.*

11 *Statutum deferens lucrum marito an habeat locum in sponsa.*

12 *Statutum de lucranda dote quando uxor prædecedit sine liberis, intelligitur non solum de liberis primi matrimonij, sed etiam secundi.*

13 *Statutum si deferat tertiam partem dotis marito, & maritus promittat restituere dotem, an intelligatur promisisse restituere totam dotem, an uerò ultra portionem sibi debitam ex statuto.*

14 *Mulier an possit dare totam dotem secundo uiro quando extant filij ex primo matrimonio, quibus ex forma statuti reseruatur successio in dote.*

15 *Mulier si legat uiro aliquid in testamento, utrum censeatur legasse animo compensandi, quando maritus aliquam partem dotis ex statuti constitutione ab intestato erat habiturus.*

16 *Statutum si defert lucrum marito non extantibus filijs ex primo matrimonio, & extent nepotes ex filijs natis ex dictis coniugibus utrum maritus excludatur.*

17 *Mulier si dotem non dedit, sed passa est uirum omnia bona sua possidere, nunquid maritus stante statuto succedat.*

18 *Iconomus qui alienauit, an admittatur ad rem uendicandam.*

19 *Iudex an ipse possit scribere acta quæ fiunt coram se.*

Bar.in d.l.iubemus.§.sanè.C.de sacros.eccl.

1 Bart. in ead.l.§.sanè, sic ait in summa, Si alienatio † facta fuerit contra hanc l. punitur accipiens, & concedẽs, & notarius qui scripsit. iste tex.adducitur per Bar.in l.j.§.si uir uxori.ff.de acquir.poss.ad probandum, ex contractu inutili possessionem non transferri, quando persona est talis, quæ non potest perdere possessionem, ut ecclesia, uel minor, de qua re ibi agit Ias.in 6.col. Et dum ex isto tex.colligitur, emptorem in pretij amissione puniri, vide Abb.in cap.cùm causa, in fi.de iudic.ubi idem ait per istum tex. Sed tu limita hoc pocedere quando emptor esset in mala fide, secus si in bona. Feli.in c.cùm causa, de offic.deleg.ubi latè tradit materiã hãc, & de pœna, quæ imponitur ementi contra hanc.l.vide Præpos.in titulo de prohib.feud.alien.

2 in principio. Et dum Bar.hic in prima quæst.ait, secundum opinionem Plac.quædam † honestè retineri posse, quæ tamen honestè peti non possunt. vide Ang.in cons.158.Ias.in l.donatarius. §.fi.col.pen.& seq.ff.de eond.ob caus.& plenè Feli.in rubr.de sponsal.colu.2. Et ad ea, quæ ait Bar.hic de recipiente emphyteosim, qui tenetur reddere rem, & soluere quod promisit, vide Ias.in auth.præterea, infrà und.vir.& ux.

3 Bar.in hoc eod.§.col.2. versi. statutum est quod muliere, quærit, nunquid † statutum deferens lucrum dotis marito uxore prædecedente, locum habeat in dote promissa tantùm, & nõ data? de ista quæst.uide quæ posui in l.j.suprà de sacros.eccles. latè Ias.in rubrica.ff.solut.matr. & in auth.præterea, infrà vnd.vir.& vxo.in 6.col. & Soc.in l.de diuisione.ff.sol.matr.ubi distinguit, fuerit ne mulier in mora, an non. Angel.in cons.15.quidam nunc,& in cons.76.& in cõs. 180.Paul.de Castr.in cons.123.Alex.in cons.63.Stantibus his, in fi.in 4.vol.Paul.de Castr.&

* Alex.in l.si donatarius.§.fi.ff.de cond.ob caut.Bal.in l.fi.infrà de dot.promiss.& * ferè ij omnes tenent contra hoc Bartoli documentum. pro quibus faciunt trad.per Sali.in l.si constante, infrà de donat.ant.nupt.& tex.in l.cùm post.§.1.in uerbo, habet dotem,& ibi glo.ff.de administ.

4 tutor. Et prædicta confirmantur, quoniam stipulatio † de dote lucranda, locum habet etiam in dote

dote tantùm promissa.l.ex morte,in fi.C.de pact.conuent. quem text. citat Areti.in d.rubrica. ff.solu.matrimo.& tamen stipulatio est strictè intelligenda.l.quicquid astringendæ.ff.de uerb. obligatio.& ad rem facit.l.fi.infrà solu.matrim.tamen pro opinione Bartoli uidetur facere tex. in d.l.de diuisione.ff.solu.matrimo.vbi maritus, qui debet lucrari fructus rei traditæ in dotem, non lucratur, si dos fuit tantùm promissa & non tradita. Sed responderi posset, hoc ibi ideo esse, quia in dicta.l.facta erat mentio de traditione fundi, hic uerò simpliciter dotis facta est mentio. & in re proposita uide Paul.de Castr. in l.mulier.§. cùm proponeretur.ff.ad trebellia. & Ioan.Campeg.in tracta.de dote. quæst. 30.in quinta parte.& Mari.Soci.iuni.in consi. 35.& ad rem faciunt trad.per Alexand.in consilio 13.in tertio uolumine. & Soci. in consi. 207. Attende autem circa prædicta,quoniam si statutum † diceret, maritum prædecedente uxore,non
5 teneri ad restitutionem dotis, tunc de dote data,non autem promissa intelligeretur. hæc Angel.in consilio octauo. De ratione autem huius statuti uide Abb. in consilio 79. in secundo uolumine. Soci.in consi.223.in primo uolumine.& Bald.nouell.in tracta.de dote,in priuilegio trigesimoseptimo. Quid autem sit de iure communi, an maritus indistinctè succedat uxori. vide Angel.in §.fuerat,vers.videndum est quando pater, institu.de action. Quid si maritus fecit pactum de lucranda solùm dimidia parte dotis. vide Ioan.Campeg.in dicto tracta.de dote, in quinta par.quæst.12. Et aduerte quoniam uariè huiusmodi statuta intelliguntur,secundum uaria uerba,quæ in eis apponuntur. Matthæsil.in sing.75.cum sequ. Item scias hoc statutum
6 † non habere locum in uxore omnino sterili, quæ nec in habitu nec in potentia possit sobolem procreare, vt puta si esset sexagenaria: quia maritus dotem non lucrabitur, secundum Ias. in consilio 115.in primo uolumine. An stante isto statuto locum habeat. l. hac edictali,infrà de secund.nupt.vide ibi Bald.& alios. Socin.in consilio trigesimoquinto. in quarto uolumine. & omnino in consilio 52.in tertio uolumine. & Raph.Cuma in consilio 109. An maritus transiens ad secunda uota perdat lucrum, quod prouenit ab hoc statuto? illudque amitti ait Oldr. in consilio 33. Quidam habens uxorem. Roma.in consi. 190.Clarum est solutione,& in consilio 182. In casu proposito aduertendum. & Bolognin. in addit. suis ad tracta. Matthæsil.de succes.ab intestato, in secundo articulo principali, nume. 32. Quid si mater decedit relictis filio & filia,& fœmina ex forma statuti exclusa sit à successione propter existentiam masculi,postea que decedat filius superstite patre, & superstite sorore, & pater transeat ad secunda uota, an succedat pater, an soror? Respondeo sororem succedere excluso patre, qui transiuit ad secunda uota. ita Salic. in l.fœminæ.§.illud,infrà de secund.nupt. Soci.in cons.34. in primo uo-
7 lumine.& Dec.in consilio 399. Quid si statutum † disponeret maritum succedere in totum non existentibus filijs communibus, etiam si extarent filij ex primo matrimonio? videas Alexand.in consi.158.in quinto uolum.Quid si statutum huiusmodi mentionem faceret de uxore ducta,an ista (ut ita dixerim) ductio intelligatur, quando uxor ducta est ad domum mariti, an uerò quando est ducta in uxorem. Soci.in d.cons.223.in primo uolu. An requiratur in hoc lucro ut matrimonium sit confirmatum? vide Abb.in cons.79.in 2.uolu.& Nicol.de Vbaldis. in tract.de succes. ab intest.in quarta par.princip.& Io.Campeg.in d.tract.de dote,in quinta par. vbi habetur etiam quid sit in marito putatiuo. vtrum gaudeat lucro huius statuti? Quid si facta erat separatio tori? vide Nicol. de Vbal. in dicto loco. Vtrum istud statutum habeat locum in augumento dotis. vide Campeg.in dicto tracta.quæst.19.& aliqua circa materiam huius statuti uide apud Alexand.in l.si cum dotem.§.fi.ff.solut.matrimo. Abb.in cons.1.in primo uolumi. Paul.de Castr.in l.Deo nobis,in fi.infrà de episcop.& cleric. & in consilio 79.& secundo uolu. Feli.in cap.tertio loco, de præsumpt.Barb.in consil.40.colum.10.in secundo uolumine. & in consi.46.colu.12.eodem uolumine.& Ancha.in cap.canonum statuta,col.85.de constitu.An autem huiusmodi statutum habeat locum in dote præsumpta, quam præsumitur dare mulier transiens ad secunda uota,ut habetur in l.mulier.ff.de iur. dot.Soci.in consi.80.col.fi. in 4.uol. ait,eam in statuto comprehendi: quia ista est dos uera quãuis præsumptione iuris probetur.&

ibi tradit etiam, utrum talis dos præsumatur data stante statuto prohibente mulierem posse contrahere sine decreto? vide omnino circa prædicta Rapha. Cuma. in consi. 109. vbi in aliquibus dissentit à prædictis, & Ioan. Crot. in repet. capituli Raynutius, de testa. vbi idem tenet quod prædiximus. & omnino uideas Curtium in consilio 78. & addita ad Abb. in capitulo
8 cum contingat, columna fin. de rescript. Item scias in hac materia, huiusmodi † lucrum non dici esse merum lucrum ipsius mariti. Aret. in consilio 47. citat l. primam. §. lucratiuas. & ibi Angel. infrà de impon. lucrat. descript. & Bald. nouell. in tracta. de dote, in octauo priuilegio, vbi ex hoc vult, huiusmodi lucrum non debere fratribus conferri. quid autem si inter ipsos fratres contracta esset societas omnium bonorum, nunquid eo casu hoc lucrum sit conferendum? vide Dec. in consilio 66. & in consilio 67. & latius in consil. 560. vbi disputat ad utranque partem, & uarias attulit opiniones. & inter cætera inquit, huiusmodi lucrum deferri marito propter impensas, & onera matrimonij; & ideo ei non competere qui huiusmodi onera non sustinuit, quia non debet lucrari dotem, secundum Alexand. in consilio 129. in septimo uolumine. vide eundem in consilio 162. in sexto uolumine. & Dec. in consi. 577. Quid si hoc
9 lucrum † à statuto defertur uiro quando uxor prædecedit post traductionem, & ipsa prædecedat in itinere dum traducitur ad domum mariti, vtrum isto casu uiro lucrum debeatur? vide Dec. in dicto consilio 577. vbi decidit ei deberi hoc lucrum. vide ad hoc Soci. in consil. 223. in primo uolumine. Quid si uir & uxor simul moriuntur, vt puta ex naufragio, uel ex domus ruina? & nescitur quis prius mortuus sit, vtrum isto casu locum habeat hoc statutum? vide Franciscum Cremen. in suo singul. 52. incip. Statuto cauetur, vbi affirmatiuam partem tenuit, citat Bald. in l. si possessor. §. si ædem. ff. de relig. & sumpt. fun. & text. in l. cum hic status. ff. de
10 donat. inter uirum & uxor. Attende quoque in materia huius † lucri, quoniam maritus tenetur illud reseruare filijs primi matrimonij secundum ueriorem sententiam: ita Dec. in l. j. num. 16. infrà de secund. nupt. Quæro si statuto cautum est, uxore prædecedente sine liberis uirum debere lucrari partem dotis, sed extantibus liberis eos debere succedere, vtrum hoc statutum intelligatur etiam non obstante ipsius mulieris testamento, ita ut mulier isto casu testari non possit? vide Rapha. Cuma. in consilio 68. & Bald. in sua margar. in uoce Testamentum, & in uoce Vxor. & Fulgos. in consilio 203. vbi concluditur, eam testari non posse. An au-
11 tem statutum † deferens lucrum marito habeat locum in sponsa? vide latè apud Feli. in capitulo tertio loco, de præsumpt. & Ioan. Brunellum in tract. de sponsal. & matrim. in prima conclusione, numero 23. cum sequ. & Bald. in l. Deo nobis, infrà de episcop. & cleric. Abb. in capitulo ex publico, de conuers. coniung. Anton. de Butri. in rubrica de sponsal. Bald. in l. penult. §. fin. ff. quod fals. tut. auth. Vtrum hoc statutum comprehendat mulieres, quæ nuptæ erant tempore conditi statuti. Feli. in capitulo fin. nume. 6. de constitut. ait uarias iuris interpretum esse
12 sententias, & ipse partem negatiuam amplectitur. Adde quòd statutum hoc † de lucranda dote, quando uxor prædecedit sine liberis, intelligitur non solùm de liberis primi matrimonij, sed etiam secundi. Paul. de Castr. in consilio 237. in prima columna. & vide quæ posui in l. hac edictali. C. de secund. nupt. Quid si statutum de liberis nullam faceret mentionem, an tamen includerentur, vide Rapha. Cuma. in consilio 45. An hoc statutum habeat locum in feudo dato in dotem. vide Bald. in titulo de prohib. feud. alien. per Feder. in quinta columna.
13 Quid si statutum † defert tertiam partem dotis marito, & maritus promittat restituere dotem, an intelligatur promisisse restituere totam dotem, an uerò ultra portionem sibi debitam ex statuto? ista ultima pars tenetur per Angel. & Imol. in l. damni. §. cum patientem. ff. de dam. infec. & Ias. in l. Centurio, col. 24. ff. de uulg. & pupil. & per Franc. Cremen. in singul. 24. incip. Statuto cauetur. vbi ait ita sing. dixisse Bald. in l. Neratius. ff. de relig. & sumpt. funer. Quid si maritus moritur, & nihil dixit in uita, cùm uxor esset præmortua, vtrũ hæres possit petere hoc lucrum, an uerò censeatur remissum à marito? dicas peti posse. Bal. in l. si arrogator. ff. de adop.
14 & Franc. Cremens. in sing. 93. Statuto. An mulier † possit dare totam dotem secundo uiro,

quando

quando extãt filij ex primo matrimonio, quibus ex forma huius statuti reseruatur succesio in dote? vide Iaſ.in auth.præterea, infrà unde uir.& uxor. Quid ſi dos legata fuiſſet huic mulieri ſub conditione, ſi decederet ſine filijs, uel ut non tranſeat ad uirum ipſa prædecedente,utrũ maritus uigore ſtatuti lucrari poterit? vide Paul.de Caſtr.in conſi.232. colum.3. Quid ſi matrimonium non tenuit, an procedat hoc ſtatutum? Angel. in §. aſcriptitio, in auth. de nupt.

15 Quid ſi mulier † legat uiro aliquid in teſtamento, utrum cenſeatur legaſſe animo compenſandi, quando maritus aliquam partem dotis ex ſtatuti conſtitutione ab inteſtato erat habiturus? Barto.in l.ſi cùm dotem. §. ſi pater. ff.ſolu. matrimo. Bald. & Iaſ.in dicta authen.præterea, infrà unde uir & uxo. & Campeg.in dicto tracta.quæſt.ſexta. Quid ſi ſtatuto cautum eſſet, maritum debere lucrari dotem, quam percepit, & ipſe confeſſus fuit ſe dotem recepiſſe, & facta fuit ei promiſsio de danda dote ad tempus, vtrum locus ſit lucro? vide Barto. in conſilio 132. Statuto ciuitatis Eugubij. vbi etiam tradit quid ſi nomen debitoris datum eſſet in do-

16 te? vide Paul.de Caſtr. in conſi.171. Quid ſi ſtatutum defert † lucrum marito non extantibus filijs ex ipſo matrimonio, & extent nepotes ex filijs natis ex dictis coniugibus, utrum maritus excludetur. Barto.in conſilio 133. licèt in quæſtione prædicta tenet, quòd non. vide Paul.de Caſtr.in conſilio 166. Quare autem ſtatutum diſponat maritum ſuccedere uxori, & non contra? vide Abb.in dicto capitulo ex publico, columna ſecunda. de conuerſ.coniung. Quid ſi iſte maritus eſt forenſis, & alio ſtatuto cautum eſt, non ſubditum iuriſdictioni prætoris ſuccedere non poſſe, vtrum lucrabitur an non? vide Barb. in repet. rubricæ. de rebus eccleſ.alienan.uel non, columna quarta. Quid ſi uir & uxor ſunt diuerſi fori & diuerſa uigeret ſtatuta? vide Franciſcum Cremen.in ſingul.66. An hoc ſtatutum procedat ſi mulier ſecundo uiro nupſit, & nulla conſtituta dote deceſsit? Rapha. Cuma. in conſil.109. An huiuſmodi ſtatutum procedat ab inteſtato, an etiam ex teſtamento? Rapha. Cuma. in conſi.48. Sed an iſte maritus lucrabitur dotem, ſi uxor habuit bona, & de dote nulla facta eſt mentio?

17 Bald. in l.nulla.C.de iure dot. Quid ſi mulier † dotem non dedit, ſed paſſa eſt uirum omnia bona ſua poſsidere, nunquid maritus ſtante iſto ſtatuto ſuccedat? Bald. in conſilio 98.in ſecundo uolumine. An ſicut maritus ſuccedit uxori, ita pariter ſuccedat & nurui? Bald. relinquit cogitandum in l. affinitatis, in fine. infrà comm. de ſucceſsion. An ualeat pactum inter coniuges, ut maritus non lucretur dotem,etiam ſtante iſto ſtatuto? vide Paul.de Caſtr.in conſilio 29.& in l.ſi ſocer.§.Lucius.ff.ſolu.matrimo. Sed an maritus poſsit lucrari dotem, quando uxor dedit in dotem bona grauata per fideicommiſſum? Bald.in auth. res quæ infrà commun. de lega.& in l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad trebell.& in conſ.72.in 2.uol.& Io.Campegi. in d.tracta.de dote quæſt.18. An ſtatutum ualeat,quo mulier filios habens teſtari prohibetur? vide Anch.in conſi.24.

18 Bart.in hoc eodem §.in verſic.Tertiò quæro, tradit nunquid † idem Iconomus, qui alienauit, admittatur ad rem uendicandam? vide Feli.in capitulo lator, columna prima. de re iudic. & Alexand.in conſilio 235. Viſis & ponderatis, in libro primi & ſecundi uoluminis. Et dum Bart.ſubiungit, vtrum Iconomus, qui alienauit, ipſo iure priuetur an per ſententiam? & facit uim an dicatur, priuetur, an priuatus ſit. vide trad.in l.ſi quis maior,infrà,de tranſact.vbi text. vtitur hoc uerbo,priuatus ſit,& ibi Bar. dicit,ipſo iure.& ad diſtinctionem, quam hic facit Bar. in re propoſita,inter uerba futuri temporis,& præſentis, ut illa intelligantur per ſententiam,niſi addatur uox ſtatim,vel mox, uel alia ſimilis,vide Matthæſil. in ſingul.115.incip. Nota quòd vbi lex. vbi multa dicit ſcitu digna in propoſita re. vide tamen textum qui utitur uerbo futuri temporis, & tamen ſignificat ipſo iure, in l.imperium. infrà ex quibus cauſ. & textum. & ibi glo.in l.prima. ne li.pe. & ad prædicta uide Roman. in primis tribus ſingularibus ſuis, & textum in l.quoties, in uerbo, ſpolientur, & in uoce, priuatus, iuncta gloſ. C. de dignit.libro duodecimo. & glo.in capitulo dilecta, in uoce, nuncium.de reſcript. & textum in cap.auditis, in uoce,irrita ipſo iure,& ibi glo.de elect.& in capitulo reſcriptum, in uoce, priuati, cum glo. eodem titulo.& text.in auth.ad hæc,iuncta glo.in uoce cadat, infrà de uſur. & glo. in capitulo

reperiuntur, in uoce, condemnatum, prima quæst. prima. & in capitulo Pisanis, in uoce, irritam, de restitu. spoliat. & glo. in capitulo cùm Bertoldus, in uoce, irritanda, de re iudic. & glo. in l. j. in uerbo, infirmabitur. ff. de feri. Alexand. in l. ij. columna quarta. infrà de eden. & glo. in l. j. in uoce, irrita, infrà de rescind. uend. & in l. non omnia. ff. de minor. & in l. cum postea, infrà de pact. vide etiam ad hoc Feli. in capitulo primo, columna quinta. de rescript. Cæpol. in consilio 12. Barb. in consi. 12. columna tertia. in primo uolumine. & in consil. 24. columna prima, eodem uolumine. & glo. in l. si quis aduocatorum, in uerbo, arctant, infrà de postul. Anto. de Butr. in consi. 4. & in consi. 22. columna prima. Roma. in consi. 212. in fine. & Feli. plenè in capitulo Rodulphus, columna 17. cum seq. de rescript. glo. in capitulo si quis ex clericis, in uoce, sit anathema, de uita & honest. cleric. Abb. in capitulo secundo, in fine. & ibi etiam alij de for. compet. & in capitulo si diligenti, columna sexta. eodem titulo. Anan. in consi. 32. in primo dubio. & ibi addita. Rapha. Cuma. in consi. 128. & text. in capitulo ne captandæ, de conces. præben. in sexto. Feli. in capitulo ex tenore, columna antepenult. de rescript. & in capitulo fin. in principio. de offic. deleg. Abb. in capitulo clericis, columna secunda. & sequ. ne cleric. uel monac. Alexand. in l. imperator, de iur. fisc. Curt. in consi. 30. & Corn. in cons. 15. columna sexta. in primo uolumine. Postea quærit Bart. utrum iudex † ipse possit scribere acta, quæ fiunt coram se, ut ipse sit iudex & notarius? vide Dec. in consi. 42. colu. 2. & sequ. & dum concludit Barto. quòd non, vide Feli. in capitulo cùm causam, columna 15. de testi. Anan. in consi. 93. & ibi addita. Et an & quando aliquis possit esse iudex & notarius in aliqua causa? vide Alexand. in consi. 300. Viso instrumento donationis, colum. 1. in libro primi & secundi uoluminis. & Matthæsil. in singu. primo. & Feli. in cap. 1. columna tertia. de libell. oblat. Et dum ait Bart. prædicta intelligere etiam in causis breuioribus, de hac eadem re agit Matthæsil. in dicto sing. primo. & Barb. in cons. 50. col. 7. in 1. uol. Dec. in d. cons. 42. in secundo dubio. vbi etiam tangit, utrum notarius, qui est procurator alicuius, possit acta scribere in illa causa? & Barb. in consi. 70. colu. 11. in 4. uol. vbi dicit quid in causis, in quibus proceditur ex arbitrio, ita ut notarius non exigatur ad scribendum acta.

Summarium in auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl.

1 *In alienatione bonorum ecclesiæ quæ solennitates requirantur.*
2 *In alienatione bonorum ecclesiæ authoritas superioris requiritur.*
3 *Ad hoc ut bona ecclesiæ alienari possint, quæ causæ, & solennitates exiguntur.*
4 *Bona ecclesiæ concedi possunt in emphyteosim cum diminutione sextæ partis illius pensionis quæ ex locatione simplici percipiebatur.*
5 *Bona quæ ponuntur ad subhastationem dari debent plus offerenti.*
6 *Bonorum ecclesiæ alienatio non requirit solennitates quando fit in remuneratione meritorum alicuius.*
7 *Licèt contractus alienationis rerum ecclesiæ factus sine solennitatibus sit communiter irritus & inanis, tamen eius nullitas opponi non potest nisi ab ipsa ecclesia cum qua sit controuersia.*
8 *Absentes Canonici non sunt uocandi in alienatione bonorum ecclesiæ.*
9 *Si aliquis habet mandatum ad recipiendam pecuniam mutuo pro alio ad certam causam, sufficit si ipse in receptione pecuniæ dicat se ad illam causam recepisse.*
10 *In alienatione nominum debitorum an solennitas exigatur.*

Bart. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl.

1 BART. in hac authen. hoc ius porrectum, declarat solennitates † in ea requisitas in alienatione bonorum ecclesiæ. Tu uerò aduerte quoniam ecclesia non habuit ratam constitutionem hanc, vt ait Feli. in capitulo cùm causa, nume. 10. de senten. & re iudic. & ideo solennitates in ea requisitæ non sunt necessariæ secundum Abb. post Innocen. in capitulo ecclesia sanctæ Mariæ, colu. 4. de constitu. sed illæ tantùm exigentur, quæ positæ sunt in cap. sine exceptione. 2. q. 2. & quamuis dici soleat, cõtractum initum cum ecclesia sine solennitatibus requisitis, esse

esse irritum & inanem, hoc tamen ita ecclesia permittente, intelligendum est, alioqui uerò si ecclesia ipsa contractum seruare uellet. Ias.in §.actionum,columna octaua. vers. & ad id, instit. de action. & ad istam auth. vide aliquid apud Alexand.in l.senatus.§.1. ff. de legat. primo. & in consi.5.in quinto uolu.& Feli.in d.cap.ecclesia sanctæ Mariæ,& in cap.in præsentia, col.24.de probat.& in dicto capitulo cùm causa. & Abb.in capitulo cùm omnes, colu.6.de constitut. Ec
2 dum Bart.hic in uers.venio ad quartam, dicit quomodo † in alienatione bonorum ecclesiæ requiritur authoritas superioris? vide Alexan.in consi.151.visis d.themate,colum.antepenul.in libro primi & secundi uolu.& in consi.16. viso instrumento,in quarto uolu.Roma.in consi.36. Barb.in consi.40.colu.3.& sequ.in primo uolu.& in consi.14.col.2.in secundo uolu. & in cap. 1.in secundo notab.de rebus eccl.non alienan.& in cap.ad nostram, in secundo not.eodem tit. Sed an bona ecclesiæ alienari possint sine decreto superioris quando alienatio fieret in euidentem utilitatem? & dicendum uidetur hoc fieri posse, per ea, quæ tradit glo.per illum text. & ibi Bald.in l.cùm hi.§.eam transactionem.ff.de transact. & per Bald.in l.contra iuris.ff.de pact. & Ias.in l.Barbarius.ff.de offic.prætor. Sed in contrariam sententiam adducuntur Bart. & alij
* communiter, vt per Ias.in dicto §.eam transactionem. de qua re uide omnino Alexand.in dicto
3 consi.16.& Feli.in capitulo edoceri,num.29.de rescript. & ad hoc,† ut bona ecclesiæ alienari possint, quæ nam causæ & solennitates exigantur, vide apud Firma. in tracta. de episcopo, in quarta,quarti libri.quæst.36.cum sequ. & latè apud Specul. in titulo de locato. §. nunc aliqua. & Feli. in capitulo quæ in ecclesiarum, in princip.de constitu.& Soci.in consilio decimoquinto.& in consi.29.in primo uolumine.& omnino uideas Abb. in consi.41. in primo uolumine. vbi nonnulla utilia docuit ad sustinendas huiusmodi alienationes. & inter cætera sing. ait, bona ecclesiæ à prælato alienari posse consanguineis suis, neque tunc necesse esse, ut ecclesiæ conditio melior fiat, sed satis est eam non deteriorari. quod dictum est memorabile, si est
4 uerum. Item in hac materia unum scias, scilicet bona † ecclesiæ concedi posse in emphyteosim cum diminutione sextæ partis illius pensionis, quæ ex locatione simplici percipiebatur. idque ideo, quia periculum remissionis futuræ uitiatur: ita Specul. in dicto §. nunc aliqua. Limita tamen hoc, nisi alius plus offerret, vt per Firma. in dicto tracta. in quarta parte quarti libri. quæst. 24. & hoc modo puto limitandum esse etiam præcedens Abb. documentum de alienatione, quæ fit consanguineis, ut ualeat dummodo non fiat deterior ecclesiæ conditio, quando alius non reperiretur, qui plus offerret; nam tunc satis dici posset ecclesiam deteriorari. & ad prædicta uide Barto.in §. quia uerò, in authen.de non alienan.aut permut.rebus eccles.& omnino Ias.in consilio 54.in primo uolumine. Attende tamen unam declarationem circa id, quod prædixi de eo, qui plus offerret: nam & si regula sit, ut bona,
5 † quæ ponuntur ad subhastationem dari debeant plus offerenti, ita ut non sit locus gratificationi, secundum Barto.in l.eo tempore,de fide instrumen. & iur.hast. fisc. tamen hoc non habet locum in ecclesia, quæ dare debet bona sua non plus offerenti, sed iustum pretium offerenti: ita Roma.in singul.755.incip. Tu scis, citat glo. not. in § hoc ius porrectum. decima quæst.secunda. vide Dec.in consilio 404. in fine. vbi ait, cùm ecclesia sit cultrix iustitiæ, eam teneri quatenus ex contractu facta est locupletior. & circa alienationem bonorum ecclesiæ, aliqua sunt adnotanda: nam & si requisitæ solennitates exigantur, tamen hoc non habet
6 † locum quando huiusmodi bona in remunerationem meritorum alicuius alienarentur. Socin. in consilio 66.columna secunda, in primo uolumine. Item ecclesia potest absque aliqua solennitate alteri ecclesiæ alienare bona ad se pertinentia. Feli. in capitulo cùm causam, de probat. Item non exiguntur requisitæ solennitates, quando res ecclesiæ reuertitur ad suam primam naturam, per text.in capitulo cùm apostolica,in uoce,in reuocatione, de his quæ fiunt à præla. tradit Feli.in cap.cùm omnes,colu.quarta.vers.tertiò probatur,de constitut. Item & si contra-
7 ctus † alienationis rerum ecclesiæ factus sine solennitatibus sit communiter irritus & inanis, tamen eius nullitas opponi non potest nisi ab ipsa ecclesia, cum qua sit controuersia, secus

si alius eam uellet obijcere. ita Fulgos. in l.ij.C. de iure emphyt. & Soci.in consi.78. columna fin.in quarto uolumine.& Alexand. in consi. 101. in septimo uolu. Item omne uitium & omnis defectus in alienatione bonorum ecclesiæ tollitur spatio xxx.annorum. Dec. in consi.329. in fine. & in consi.34.columna septima. Alexand.in consi.219.colu.quarta in sexto uolumine. immo per spatium decem annorum præsumitur, in huiusmodi alienatione omnes tractatus & solennitates requisitas interuenisse, quo ad præiudicium ipsorum contrahentium, secundum
8 Ias.in dicto consi.54. in primo uolumine. Et dum Bart. hic sentit absentes † canonicos non esse uocandos in alienatione bonorum ecclesiæ, adde glo.in capitulo cùm in ecclesijs,in uoce, commodè, de præbend.in sexto. Abb. in dicto capitulo cùm omnes, in uersic.venio ad secundum.& ibi Feli. in versi.in ea glo.ibi, dum tamen. Posteà Bar. hic in secunda columna uersic. venio ad ultimam partem, ait, eum intelligi esse creditorem, qui probat creditum suum fuisse uersum in utilitatem ecclesiæ. & ex mente glo. tradit duo remedia ad hoc probandum, ut hic per eum. Ad hæc vide aliquid per Federic.de Sen.in consi.119.Aret.in consi.63.columna secunda.& Anch.in consi.ultimo in secunda & quinta columna.& in consi.301.Soci. in consi. 15.in primo volumine.Abb.in consi.7.in secundo volumine.& in cap.quod quibusdam, de fideiuss.& in cap.primo de solut. Limita tamen hoc, quod prædictum est de probatione, quæ fieri debet, scilicèt creditum esse cursum in utilitatem ecclesiæ, ut procedat solum, quando pro satisfactione huius crediti necesse esset peruenire ad distractionem rerum ecclesiæ, alioqui uerò si solutio fieri deberet de fructibus. hoc fuit sing. dictum Innoc. quod extollit Abb. in cap.1.columna fin.vers.& videtur, de deposit. Et dum hic subiungit Bart. in uersic.uos de-
9 betis scire, si aliquis † habet mandatum ad recipiendam pecuniam mutuo pro alio ad certam causam, sufficere, si is in receptione pecuniæ dicat, se ad illam causam recepisse. adde Dec.in consi.330. Et ad ea, quæ hic Barto. ait in versic. secundum. vide Barto.in l.ciuitas, columna prima & secunda.ff.si cert.pet. & ibi Alexand.in vers.quærit, vbi latissimè agit de hac re: subdendo isto in casu concedi restitutionem in integrum. vide omnino Abb. in capitulo quod quibusdam,columna prima, vers. sed quia de fideiuss. vbi multa noua & singularia docuit.
10 Et dum Barto. in versic. quæro quando, tradit, utrum in alienatione † nominum debitorum solennitas exigatur? vide Barb.in c.nulli, colum.2. de rebus eccl.non alien. & in cap.ad aures, colu.1.eodem titulo. Et dum in fin.Bar.quærit, an hoc, vt probari debeat creditum esse cursum in utilitatem ecclesiæ, locum habeat in quocunque credito? vide Alex. in consi.4. in fi.in 3.uol.& Paul.de Castr.in consi.1. col.1.

Summarium in auth.quibuscunque.C.de sacros.eccl.

1 *Administrator potest emere palàm,& bona fide de bonis illius cuius bona administrat.*
2 *Clericus alere potest coniunctos suos pauperes de redditibus beneficiorum.*

Bar.in auth.quibuscunque.C.de sacros.eccl.

1 Bart. in ista auth.quibuscunque,inquit, administratorem † posse emere palàm & bona fide de bonis illius cuius bona administrat; sed hoc non procedere in administratore ecclesiæ. Vide Alexand.in consi.4.columna secunda,in tertio uolumine. Et dum Bart. hic in fine ait,quosdam esse, qui consanguineis suis pauperibus possunt concedere perpetuam emphyteosim, uel feudum perpetuum, vide Cardi.in clementina prima.§.Abbates,de excess.prælat. Abb.in consi.41.colu.secunda & tertia,in primo uolumine. & Federic.de Senis in consi.52.& aliquid per Præpos.in cap.decenter.89.dist.Feli.in capitulo ad audientiam, columna prima. & sequ.de præscript.Barb.in consi.44. columna tertia,in secundo uolumine. & Imol.in consilio 69. Abb. & Barb.in capitulo & super, columna penultima, de rebus eccles. non alienan. Alexand. hic. in apostill. Paul.de Castr. in consilio 295. & Cardin. Alexand. in cap.1.colu.6. & seq.qui feud.dar.poss.in princip. sic etiam clericus † alere potest coniunctos suos pauperes de

de redditibus beneficiorum.glo.est in c.omnino.31.distin. traditur in c.1.de cohabit.cleric.& muli.vbi fortius dixit Abb.clericum ex dictis redditibus filios spurios alere posse: quinimmo potest etiam filiam & sororem dotare quando sunt pauperes. Ant.de Butr. & Abb.in c.peruenit,de arbitr.& Dec.in c.edoceri,de rescript.

Summarium in auth.qui res.C.de sacrosanct.eccl.

1 *Quomodo procedunt contractus emphyteotici, qui quotidie fiunt ab ecclesijs.*

Bar.in auth.qui res.C. de sacrosanct.eccles.

1 BART. in ista auth.qui res,in fi.quærit, quomodo procedunt † contractus emphyteotici, qui quotidie fiunt ab ecclesijs,cum omnino prohibeantur. vide Alex.in consi.4.colu.1.in tertio uol.Barb.in consi.40.colu.13.& seq.in primo uolu. & in consi.14.col.3. in 2.uolu.Abb.& Barb.in c.ad audientiam,de rebus eccles.non alien.Feli.in c.cùm causa, col.6.& seq.de re iudi. & in c.cùm causa, colu.3.de offic.delega.& Dec.in consi.142.& in consi.404.in fi. Item scias emphyteosim ecclesiasticam præsumi solenniter & legitimè concessam post lapsum triginta annorum.Soc.in consi.266.col.13.in primo uol.

Summarium in auth.præterea.C. de sacrosanct.eccl.

1 *Emphyteosis non potest esse perpetua.*

Bar.in auth.perpetua.C.de sacrosanct.eccl.

1 BART. in ista auth.perpetua, opponit dicens, emphyteosim † esse non posse perpetuam, cum non permittatur,nisi in tres personas, ut hic per eum. vide Albertum Brun. in consi.12. & in consi.sequ.vide Alexand.in consi.151.Visis dicto themate,in lib.primi & secundi uolum. Abb.in consi.64.in secundo dubio,in primo uolu.& Soc.in consi.266.colu.14.in primo uolu. vbi declarat, quid si emphyteosis est concessa ab ecclesia alicui pro se & descendentibus suis usque in quartam generationem, an ipse cõputetur in illis quatuor generationibus. vide Alex. in consi.125.in quinto uolu.Et dum postea subiungit Bar.hic, emphyteosim dari posse ab ecclesia cum diminutione sextæ partis pensionis, vide omnino quæ posui in auth.hoc ius porrectum,suprà eodem titulo.& Alexand. in consi.79. col.4.in primo uolu.vbi limitat hoc non habere locum in feudo ecclesiæ. & ibi in penul.colu.ait. constitutionem huius auth.de consuetudine non seruari.

Summarium in auth. qui rem.C.de sacrosanct.eccl.

1 *Ecclesiæ res an & quomodo possint dari in feudum, & emphyteosim.*

2 *Ecclesia si dare consueuerat bona in emphyteosim usque ad tertiam generationem masculinam, & ecclesia dat usque ad tertiam generationem masculinam & fœmininam, utrum contractus ualeat.*

Bar.in auth.qui rem.C.de sacrosanct.eccl.

AD ea,quæ Bar.dicit hic in principio huius auth.qui rem,uide Alexan.in consi.151.in lib. primi & secundi uolu. & Ias.in l.ij.colu.36.cum sequ. infrà de iure emphyt. Et dum subiungit Bart. formam istarum authenticarum cessare in rebus solitis dari in emphyteosim uel in feudum, vide Soc.in consi.169.col.pen.in primo uolu. & Alex.in consi.9.in 3.uolu.& in consi.5.
1 colu.4.in quinto uolu. Et an † & quomodo res ecclesiæ dari possint in feudum & emphyteosim ? & qua pensione ? vide Alexan.in consi.79.in primo uol.doct.in c.cæterum, de iud Petr. de Anchar.in consi.272.Soci.in consi.274.vers.sextò ista conclusio,in primo uolumi. Et dum Bart.subdit, si ecclesia res illius dare non consueuerat pro maiori pretio, & postea datur pro
2 minori, an ualeat contractus. vide Aret.in consi.63. colu.2. Postea quærit Bar.si ecclesia † dare consueuerat illa bona in emphyteosim usque ad tertiam generationem masculinam, & ecclesia dat usque ad tertiam generationem masculinam & fœmininam, utrum contractus ualeat ? vide Alex.in consi.9.in tertio uol.& aliquid in consi.1. colu.1. in quarto uolu. & in consi. 5.colu.4.in quinto uolu. Feli.in cap.auditis, colu.6.in uers.consuetudo,de præscript.& addita ad Ana.in consi.84.& pro comprobatione,uide tex.in c.possessiones. & ibi Barb.in 2.notab.

de rebus eccles. non alien. Barb. in c. cùm super, colu. 7. de offic. deleg. & omnino uideas Alex. in pulchro casu, in consi. 180. Consideratis his colu. 2. in lib. primi & secundi uolu. & Præposit. in tit. qui feud. dar. poss. in princ. col. pen. & fi.

Summarium in l. illud. C. de sacros. eccl.

1 *Prohibitio quæ fit in fine non extenditur ad casus dissimiles, sed ad similes.*
2 *Si aliquis existens in camera sua dixit, dono pauperibus centum, an ista donatio ualeat.*

Bar. in l. illud. C. de sacros. eccl.

1 BART. in hac l. illud, ait adnotandam esse glo. hic, quæ vult † prohibitionem, quæ fit in fine, non extendi ad casus disimiles, sed ad similes. vide Feli. in c. cum ex officio, colu. 2. de præscript. Ad ea uerò, quæ postea inquit Bar. de augmento & diminutione, quæ sunt facta ecclesiæ per nomina simplicia, non per nomina respectiua significantia quantitatem, ut non censeatur auctum priuilegium ecclesiæ, vide Alexand. in l. ij. colum. 2. ff. de lega. primo. & text. in l. penult. §. fin. & ibi glo. & Bart. ff. ad leg. Falcid. Dum autem subiungit Bart. in uers. quærit glo.
2 si aliquis existens † in camera sua dixit, dono pauperibus centum: an ista donatio ualeat? vide Feli. in capitulo ecclesia sanctæ Mariæ, colu. 30. de constitut. Et quia dicit Bar. in dubio huiusmodi donationem ualere iure cuiusdam uoti, vide Zanet. in cap. primo. de accusat. deferen. 75. Abb. in consi. 63. colu. fin. in secundo uolumine. aliquid per Feli. in procem. decretal. colu. 12. Roma. in consi. 171. colu. 2. & in consi. 199. in fine. & in consi. 295. & in simili Bald. in consilio 7. in quinto uolu. & Seuer. in tracta. de pact. quæst. 5. & Paul. de Castr. in cons. 74. colu. 3. & Dec. in consi. 35. colu. 2.

Summarium in l. fi. C. de sacros. eccl.

1 *Ecclesia & ciuitas in rebus relictis iure hæreditario, in legatis, donationibus, & uenditionibus habent priuilegia circa præscriptionem centum annorum.*
2 *Centum annos esse longissimum uitæ hominis spatium.*
3 *Infinitas est uitanda.*
4 *Jus diuinum quid sit.*
5 *Jus diuinum strictè dicitur illud quod immediatè in sacris literis reperitur expressum.*
6 *Jus diuinum an magis pertineat interpretari ad theologos, quàm canonistas.*
7 *Quæ præscriptio currat contra ciuitatem.*
8 *In ecclesia & ciuitate speciale est, ut ex solo contractu sine traditione dominium transferatur.*
9 *Statutum an ualeat quo cautum est, alienationem fieri non posse in ecclesias, & personas non subiectas iurisdictioni statuentium.*

Bar. in l. fi. C. de sacros. eccl.

1 BART. in hac l. fi. sic ait in summa. Ecclesia † & ciuitas in rebus relictis iure hæreditario, in legatis, donationibus, & uenditionibus, habent priuilegia circa præscriptionem centum annorum; & reliqua ut hic per eum. Tu uerò ad istam. l. uide omnino Abb. in consi. 32. colu. 2. in secundo dubio, in primo uolu. & in consi. 54. in 2. uolu. Feli. in cap. ad audientiam, colu. 8. de præscript. & Alexand. in l. j. §. per procuratorem. ff. de acquiren. possess. & Bald. in consi. 39. in quinto uolu. Et dicas hanc l. esse intelligendam, quando contractus à principio sunt ualidi, alioqui uerò si essent inualidi, ut declarat Philip. Franc. in sua disputatione petitorij, in quarto
2 dubio, nume. 19. Et dum Bart. hic colligit ex isto text. centum † annos esse longissimum uitæ hominis spatium, uideas Alexand. in consi. 1. colum. 2. in quinto uolu. & Barb. in consi. 44. col. tertia, in primo uolumine. sed hodie ista præsumptio non habet locum, quia uita hominis breuior est, secundum Alexand. in consi. 90. in 6. uolu. Item limita istam præsumptionem ut quis præsumatur uiuere usque ad centum annos, habere locum duntaxàt, quando de hoc principaliter ageretur, secus si incidenter. l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de excusatio. tutor. quem ad hoc adducit Rapha. Cuma. in consilio 43. id quod est adnotandum. Et dum colligit ex

tex.

tex.pro rebus & uasis uenditis competere ecclesiæ actionem in rem? an hoc habeat locum in rebus permutatis? vide Nicol.de Neapol.in l.fi.infrà de prædijs. Postea subiungit Bar. infinitatem † esse uitandam. vide gl.& ibi doct.maximè Feli.in c.licèt.3.col.2.de testi.& Barto.in l. 3
qui bona.§.huic stipulationi.ff.de damn.infect.& in l.sancimus,infrà de sent. quæ pro eo quod inter.profer.& Ias.in l.quominùs.nu.135.ff.de flumin.Et an & quando infinitas toleretur, vide Ias.in l.videamus.§.deferre.ff.de in lit.iuran.Posteà Bar.hic tradit,quid † sit ius diuinum,di- 4
cens illud dupliciter posse considerari. Tu verò dicas,ius diuinum posse quadrupliciter intelligi,scilicet,largè,strictè,strictius,& strictissimè. largè enim dici potest illud ius,quod à Romanis Pontificibus est constitutum: & sic ius canonicum dicitur ius diuinum, quoniam Papa est vicarius Dei,ut habetur in c.2.de translat.episcop. & hoc modo accipitur in c. suscepti.21.q. 1.& ideo quia largè,dicit Abb.in c.licèt ex quadam,de testi.decreta Papæ & Concilij esse statuta hominum. ubi declarat, quomodo magis coarctet ius à Deo ipso promulgatum, quam huiusmodi constitutiones. Tamen attende hic,quoniam ius pontificium uidetur esse propriè ius diuinum,& perinde cogere debere,ac si ab ipso Christo seruatore nostro editum esset. hoc videtur satis probari posse & lege,& exemplo. videatur tex.in l.unum ex familia.§.1.ff.de leg.2. ubi habetur,si aliquis relinquit bona sua ei, qui ex familia sua eligetur à Titio: iste electus eodem iure ista bona possidebit,ac si ab ipso primo testatore fuisset nominatim electus,ita ut persona eligentis,& nihil de suo tribuisse uideatur. ex quo tex.ad decisionem pulchri casus intulit Abb.in c.causis,de elect.in 3.col.ita in re proposita dicẽdum est,cùm enim pontifex maximus inspecta eius persona nihil præcipiat,sed tantùm inspecta suprema illa potestate ligandi & soluendi, quam à Christo ipso fuit adeptus, iure merito constitutiones ipsius non humanæ, sed diuinæ omnino dici debere uiderentur:quia eas ut homo nõ protulit,sed ut Christi uices agẽs, ac eius authoritate subnixus. ideo cùm nihil de suo tribuat,debẽt huiusmodi sanctiones ab ipso Christo denominari. per d.textum. Præterea hoc optimo (ut opinor) probatur exemplo. Ego cõstitui procuratorem cum libera & amplissima potestate,iste ui huius authoritatis alienat bona mea,possum ne ego huic alienationi quoquomodo reluctari: certè non: quia authoritas,quam ei tribui,perinde cogit me,ac si ego ipse alienassem ita ut nulla prorsus sit differentia. sic etiam & de summo Pontifice videtur esse dicendum: nam ipse ut homo nihil egit, sed vi illius authoritatis ei concessæ,qua ego ita cogor,ac si Christus ipse mihi hæc omnia præcepisset. quod nam enim ualidius instrumentum reperiri potest, quàm ipsum euangelium? aut quos notarios fide digniores inueniemus, quàm ipsos euangelistas? aut quæ nam amplior & augustior potuit unquam iurisdictio concedi,quàm in terris ita posse uel soluere uel ligare, ut quæ hic Papa uel soluerit,uel ligauerit,eadem in cœlo quoque uel soluta sint uel ligata? Hinc B.Hieronymus eos,qui à pontificum traditionibus deflectunt,testatur hæreticos esse in c.hæc est fides.24.q.1.Hinc Cyrillus in libro Thesaurorum,potestatem pontificiam tam excelsam, & tam sublimem esse prædicarunt,ut ei nihil simile in terris possit excogitari. & ideò expressè dicitur in d.c.2.de transact.episcop.ea,quæ Dei tantùm iudicio reseruantur, à solo Papa decidi posse,ita ut illud dicatur ipsius Dei iudicio factum esse, quod factum est à summo pontifice,ut ibi inquit gl.in voce,Diuina. idem habetur in tex. quem ibi adnotat Abb. in c. quanto, 5
eod.tit.cogita igitur,& pergamus. Strictè autem ius † diuinum illud dicitur, quod immediatè in sacris literis reperitur expressum.c.2.cum gl.de priuileg.in sexto. proinde S.Thom.in 1.secũdæ q.90.art.4.legem diuinam uocat diuinitus datam. strictius verò ius diuinum illud appellatur,quod est diuinitus promulgatum,de quo in 2.secundæ quæst.70.articu.2.in fi. & sic ea solùm,quæ ueteri lege,mediante Mose,& in noua per Christum ad ius diuinum pertinebũt. nam ea non solùm sunt diuinitus reuelata, sed etiam diuinitus promulgata. & in proposito casu legem ueterem capiemus solùm quò ad ea,quæ tradita sunt in libris legalibus, ut distinguamus à moralibus,propheticis,& historialibus. Strictissimè autem accipitur ius diuinum, quod ex diuina institutione porrigit effectum,& uim suam usque in tempus præsens, ut tradit. B. Thom. iiij.quolibet.quæst.14.quędã enim sunt in l.veteri,quæ nunc nullius sunt roboris & momenti,

ut sunt

ut sunt ceremonialia. c. translato, & ibi not. de const. Iudicialia verò mortua sunt, & non obligant, sed si aliquis princeps illa esse seruanda præciperet, non peccaret, nisi mandaret ea ideo esse seruanda, quia uim habeant obligandi ex lege veteri, ut colligitur. 5. dist. in principio. & in c. 1. de purific. post partum. Moralia verò integra sunt & illæsa, secundum illud Matth. v. Non
6 ueni soluere legem. An † autem interpretari ius diuinum magis ad Theologos quàm ad Canonistas pertineat, an contra? Distingue, aut sumus circa opera Dei, & hoc magis ad Theologos spectat. Aut sumus in ijs, quæ ad philosophiam naturalem attinent, & hæc magis ad Canonistas pertinent. ita dixit Petr. de Anch. in sua disputatione incip. Antiquis & modernis temporibus. ad quem accedit Alex. in consi. 143. Circa primum dubium, col. 4. in libro primi & secundi volu. & Dec. in consi. 111. & ideo ibi concluditur, Theologos errare, qui respondent de matrimonio, de decimis, uel usuris, sed de ijs hactenus. Deinde Bar. hic in quarta oppos. agit de
7 præscriptione, † quæ currit contra ciuitatem, an esse debeat centum annorum? vide Alex. in consi. 16. col. 6. in fi. & in consi. seq. in 5. volu. vbi ait, contra ciuitatem currere præscriptionem 40. annorum, præterquàm in his quatuor casibus, de quibus traditum est in ista. l. Ad ea verò, quæ dicit Bar. hic scilicèt hypothecariam competere in alijs rebus concedentis, uel relinquentis, non autem in ipsa re, cuius quis dominium habet, uide in simili Bar. & ibi Alex. in l. j. col. 20. & col. pen. & fin. ff. de lega. primo. Postea Bar. hic in col. pen. opponit dicens, rei uenditæ traditione non acquiri dominium. vide Abb. in c. inter cætera, colu. 1. in fi. de præben. Et dum subiungit speciale esse in ecclesia † & ciuitate, ut ex solo contractu sine traditione dominium trãsferatur, vide Abb. in c. cùm. M. col. antepe. de const. Alex. in consi. 1. in 5. volu. Soci. in consi. 61.
8 in fi. col. in 1. vol. & in consi. 101. col. 2. in 3. vol. & hoc, quod dicitur de translatione dominij, quæ fit absque traditione, intelligas procedere solùm in uera donatione, aut uenditione, alioqui autem in alio titulo ficto. Dec. in consi. 564. nu. 5. Ad quæstionem autem de qua agit Bar.
9 hic, in versi. & hoc concludo, scilicet, an statutum † ualeat, quo cautum est, alienationem fieri non posse in ecclesias, & personas non subiectas iurisdictioni statuentium? vide Bar. & Alex. in l. filiusfamiliàs. §. Diui, & ibi Ias. in 1. lect. col. 10. ver. secundò quærit Bar. & in 2. lectura, col. 16. vers. tertiò quærit Bar. ff. de leg. 1. & ibi Ang. in fi. & Bal. in l. si quis curialis. C. de episcop. & cleric. Et dum Bar. hic in fi. ait, hanc l. corrigi per auth. quas actiones, vide Gemin. in c. abbate, col. 1. & 3. de re iudic. in 6.

Summarium in auth. quas actiones. C. de sacros. eccl.

1 *Ecclesia minoribus æquiparatur.*
2 *Criminosus an possit reijci ab alio criminoso.*
3 *Minor licèt constituat debitorem in mora sine interpellatione, tamen non habet locum contra alium minorem.*
4 *Ecclesia an contra istas præscriptiones possit restitui.*

Bar. in auth. quas actiones. C. de sacros. eccl.

1 Bart. in ista auth. quas actiones, in secunda opposait, ecclesiam † minoribus æquiparari. istud argumentum facit gl. in c. placuit, in fi. uersi. quas actiones. 16. q. 3. Posteà quærit Bart. in prima quæstione utrum priuilegiatus uti possit priuilegio suo contra pariter priuilegiatum? in qua quidem re scias, priuilegiatum eo uti posse quando tractatur de damno uitando. l. verũ. §. fi. ff. de minor. ubi latè traditur de hac materia per Bar. & alios, & per doct. in l. Marcellus, col. 4. ff. ad Trebell. & in l. si minor. 25. annis. ff. de minor. & Dec. in l. in re obscura. ff. de regul. iur. & omnino vide Abb. in c. in præsentia. nu. 37. cum seq. de probat. & in c. fi. de ordin. cognit. vide etiam trad. in c. auditis, de in integr. restit. & in c. ad aures, de præscript. & in c. cum causam, de
2 præben. & in c. cum pro causa, de sent. excommunic. Sic etiam in simili quæri solet, vtrum † criminosus possit reijci ab alio criminoso? ut habetur in l. cùm mulier, & in l. viro & vxori. ff. solut. matrim. & in cap. cùm dilecti, de except. Et ad ea quæ hic subiungit Barto. in versi. quandoque quilibet est priuilegiatus principaliter, vide quid ex hoc decidat Feli. post alios in c. in præsentia, col. 10. versi. & per istam gl. de probat. & Alex. in l. j. §. ad municipium. ff. ad leg. falci. & quid

decidat

decidat Barb.in consi.25.Deum inuocent adiutorem,in 3.vol.videas etiam Ang. in §.item si, col.10.versi.tertiò,inst.de excepr.Barb.in consi.38.col.7.versi.sexto faciat in 3.vol. Roma. in consi.179.col.5.Ias.in l.Marcellus,col.8.versi.limita.ff.ad Trebell.Dec.latissimè in d.c.in præ-
sentia,col.22.post Abb.ibi colu.11.& seq.Et in hac materia scias,quamuis minor † constituat
3 debitorem in mora sine interpellatione,hoc tamen non habere locum contra alium minorem. Paul.de Castr.in consi.125.in 1.vol.Et dum Bar.in uersi.respondeo priuilegia,inquit, priuilegia,quę concedũntur statuendo legem & ius generale,intelligi esse concessa ex liberalitate,sed specialia priuilegia non clausa in corpore iuris,in dubio intelligi esse concessa ad postulationẽ partis; vide aliquid per Feli.in c.causam quæ,col.5.de testi. & in c. de quarta, colu.13.versic. utrum,de præscript.& Barb.in c.2.de reb.eccles.non alien.& de hac re vide omnino quæ posui in l.omnes populi.ff.de iust.& iur.Postea Bar.hic in versi.quæro ista est correcta,tradit,utrũ ista.l.quæ est correcta in ecclesia,sit etiam correcta in ciuitate? vide ad hæc Paul. de Castr. in consi.338.& tex.in c.pen.& ibi Abb.in 4.notab.de decim.Alex.in l.illam,col.2.& ibi Ias.colu. penul.infrà de collat.Alex.in consi.192.Visis actis,col.3.vers.& saltem,in libro primi & secundi vol.& in consi.75.col.1.in 5.vol.Curt.in consi.13.col.3.& Ias.in l.posthumo, col.6.infrà de
4 bonor.poss.contratab.Ad ea verò quæ hic ait Bart.in §. quærit glo. scilicet an ecclesia † contra istas præscriptiones posit restitui? vide Abb.in consi.32.in 2.dub.Feli.in c.1.col.5.versi.dum solenniter,de præscript.Roma.in cons.123.col.3.& seq.& in cons.165.col.pe.& in cons.407. ubi posuit etiam quo tempore peti debeat hæc restitutio.Alex.in consi.81.col.2.in 5.vol.Soc. in consi.266.col.8.cum sequen.Dec.in consi.29.& in consi.136.colu.pen.& fin.Et restitutionem hanc nisi infra quadriẽnium peti non posse docuit Abb.in c.1.in fi.de præscript.& Feli. in c.inter quatuor,col.pen.de maior.& obed.& in hac re vide omnino Albertum Brunum in cõs. 41.col.antep.Postremò quærit Bar. post gl.hic,utrum ecclesia succedẽs priuato utatur priuilegio suo? vide Dec.in c.porrò,in 2.notab.de priuileg.& omnino quæ latè posui in lucubrationibus meis in l.hæres absens.ff.de iudic.

Summarium in l ij.C.de episcop.& cler.

1 *Priuilegium quod habent filij clericorum uidetur eis concessum duntaxàt uiuis parentibus.*

Bar.in l.ij.C.de episc.& cleri.

1 BART. in hac l.ij.sic ait in summa. Priuilegium,quod habent filij clericorum,videtur eis esse concessum duntaxàt uiuis parentibus.vide Barb.in cons.58.col.6.in 2.volu. & Ias.in l.scriniarios,infrà de testa.milit.

Summarium in auth.item nulla communitas.C.de episc.& cler.

1 *Ille qui inuadit rem ecclesiæ conueniri potest coram iudice ecclesiastico.*

Bar.in auth. item nulla communitas.C.de episc.& cleric.

1 BART. in hac auth.item nulla,ait,eum † qui inuadit rem ecclesiæ conueniri posse coram iudice ecclesiastico. vide Oldrad.in consi.86.& Præpositi.in c.omnes, in fi.32.dist. & omnino Abb.in c.fi.de restit.spoliat.ubi ait,iudicem ecclesiasticum posse agnoscere contra seculares, non solùm quando præsupponitur occupatio bonorum ecclesiasticorum, verùm etiam libertatis posidendi: quia etiam ex hoc ecclesia læditur. Et dum subdit Bar.an collectæ possint imponi ecclesiæ,vide Dec.in cons.496.& quæ latissimè dixi in l.hæres absens.ff.de iudic.

Summarium in l.de his.C.de episc.& cler.

1 *Clerici cogi possunt ad præstanda tributa pro prædijs tributarijs.*

Bar.in l.de his.C.de episc.& cleric.

1 BART. in hac l.de his,ait clericos † cogi posse ad præstãda tributa pro prædijs tributarijs. vide Card.in cons.12.in princ.& Ana.in cons.18.col.2.& quæ latè dixi in l.hæres absens. ff. de iudic.& ibi tenui saltem disputatiuè ecclesiam esse immunem etiam à tibutis.

Bar.

De episcopis & clericis.

Bar.in l.officialis.C.de episc.& cleri.

BART. in hac l.officialis, tradit ut hic per eum. Tu uide istum tex. adductum ab Alex. in cons.pe.col.fi.in 5.vol.& in cons.26.col.1.eod.vol.

Summarium in l.si quis non dicam rapere.C.de episc.& cler.

1 *Affectus punitur quanuis non sequatur effectus.*

Bar.in l.si quis non dicam rapere.C.de episc.& cleric.

1 BART. in hac.l.si quis non dicam rapere,dicit,affectum† puniri,quamuis non sequatur effectus.vide tex.in c.si quis episcopus.27.q.1.Roma.in consi.427.Abb.in c.fi.de sponsal.Paul. de Cast.in l.si fugitiui,col.2.infrà de seru.fugit.& quia de hac re latè alibi egimus,non immorabor,ut breuior fiam.

Summarium in l.presbyteri.C.de episc.& cler.

1 *Testes ita falsum committunt tacendo uerum,ac si mendacium loquerentur.*

Bar.in l.presbyteri.C.de episc.& cleric.

1 BART. in hac.l.presbyteri,ait,testes † ita esse reos falsitatis tacendo uerum,ac si mendaciũ loquerentur: nam ille qui proferendæ ueritatis onus assumpsit, proditor est ueritatis in utroque casu.c.nolite timere.11.quæst.3.idque testatur.B.Augustinus ad Casulanum, ita scribens. Vterque est reus,& qui ueritatem occultat,& qui mendacium profert: quia ille prodesse non uult,& iste nocere desiderat,quæ paria sunt,ut habetur in c.quisquis metu.11.quæst.3.& ideo horũ uterque falsi criminis reus efficitur.c.1.de fals.tradit Alex.in l.argentarius,in fi.ff.de eden. & ibi Ias.uide omnino Abb.in cons.34.col.3.in 2.vol.Feli.in c.dilectorum,in fi.de testi.cogen. & in c.1.eod.titulo.

Summarium in l.si quis in hoc genus.C.de epis.& cler.

1 *Iniuria clericis uel ecclesiæ illata, potest tanquam publicum crimen ab omnibus in iudicium deduci.*

Bar.in l.si quis in hoc genus.C.de episc.& cleri.

1 BART. in hac l.si quis in hoc genus,ait,iniuriam † clericis uel ecclesię illatam posse tanquã publicum crimen ab omnibus in iudicium deduci: item inquiri posse ex officio iudicis, & nemine postulante; atque ita propter publicum delictum, & sic in atrocioribus potest iudex ex
∗ officio suo procedere, quamuis cõmuniter* contrarium seruari debeat.de qua re vide Ang.de malefi.in gl.hæc est quædam inquisitio,col.3.& 4.cum ibi additis.

Summarium in l.in ecclesijs.C.de epis.& cler.

1 *Clerici debent in ecclesijs ordinari pro magnitudine ecclesiæ, & secundum qualitatem, & mensuram redditus.*

Bar.in l.in ecclesijs.C.de episc.& cler.

1 BART. in hac.l.in ecclesijs,ait,pro magnitudine † ecclesiæ,& secundum qualitatem & mẽsuram redditus,debere clericos in ecclesijs ordinari. Ad istã.l.vide Barb. in cons.57.col.1.in 1. vol.& in c.cùm.M.col.28.de const.& in c.pen.in 3.notab.eod.tit.

Summarium in l.placet.C.de epis.& cler.

1 *Clericus non potest esse procurator laici.*

L.Placet.C.de episc.& cleric.

1 BART. in hac.l.placet,nihil dicit. Tu verò scias hanc.l.ad hoc adduci,quòd clericus † non potest esse laici procurator. Limita nisi esset in una causa tantùm procurator; quia potest.c. per uenerabilem.qui fil.sint legit. secus si esset procurator generalis. ita Roman. in sing.273. incip.Vos scitis,cum ibi addit.per Castillion.

Summarium in l.parabolani.C.de epis.& cler.

1 *Ille qui ad exercendum alterius officium subrogatur, debet esse talis ut potuerit à principio eligi ad illud.*

L.Parabolani.C.de epis.& cleric.

1 BART. in hac.l.Parabolani,nihil dicit. Tu uerò hic in voce,exceptis,secundum Bal. colli-
1 ge,eum,qui ad exercendum † alterius officium subrogatur,talẽ esse debere, ut potuerit à principio

cipio eligi ad illud,alioqui subrogari non posse.adde Feli in c.1.col.3.de summ.Trinit. & omnino Dec.in l.si eadem.ff.de offi.assess.

Summarium in auth.si qua per calumniam.C.de epis.& cler.

1 *Literis,& sigillo episcopi est credendum.*

Bar.in auth.si qua per calumniam.C.de episc.& cleric.

1 BART. in ista auth.si qua per calumniam, ait,literis † & sigillo Episcopi esse credendum. vide Bar.in l.procuratorem.ff.de procurat.& in l.si publicanus.§.1.ff.de public.latissimè Abb. & alios in c.post cessionē,de probat.Bal.in cons.320.in 3.par.Oldr.in cons.100.in fi.& Rom. in consi.27.in 2.dub.& gl.& ibi doct.in l.pacta nouissima,infrà de pact.Feli.in d.c.post cessionem,col.2.& seq.& in c.ad audientiam,col.5.versi.quinta conclusio,de præscip.& Ang.Aret. in fi.consiliorum Bar.in 1.vol.col.3.

Summarium in l.id quod pauperibus.C.de episc.& cler.

1 *Si promitto me ratum esse habiturum aliquem actum, stipulatio non committitur, licèt contraueniam de facto.*

Bar.in l.id quod pauperibus.C.de episc.& cleric.

BART. in hac.l.id quod pauperibus,ait,hic agi de materia executionis ultimarum uoluntarum. Ad istam.l.vide quæstionem,quam Imol.excitauit in c.1.col.2.versi.item adde. de co-
1 habit.cleric.& mulier.& ibi Abb.in fi.Et dum Bar.hic in fi.ait, si promitto † me ratum esse habiturum aliquem actum,stipulationem non committi,quamuis contraueniam de facto. vide Barb.in c.quoniam Abbas colu.3. de offi. deleg.Bar.in l.metum.§. volenti,in fin.ff.quod met. cau.Abb.in c.Raynaldus,colu.5.de testam. & Alex.in l.stipulatio ista.§. si quis fortè,colum.3. ff.de uerbo.obligat.

Summarium in auth.generaliter.C.de epis.& cler.

1 *Juramentum calumniæ excusat à temeritate præsumptæ calumniæ.*

Bar.in auth.generaliter.C.de episc.& cler.

BART. in ista auth.generaliter,ait,hanc esse bonam auth.sed de consuetudine non seruari. & ita testatur etiā Paul.de Cast.in l.de quibus,col.fi.ff.de legi.& in auth.offeratur, in principio infrà de lit.contest.Bar.in auth.libellum,eod.tit.de lit.contest.& hic Paul.de Castr.& Bal.colu.
1 3.versi.ultimò. Et dum Bar.hic subiungit,iuramentum † calumniæ excusare à temeritate præsumptæ calumniæ, vide doct.in l.iij.§.1.ff. de iureiuran.& in l.properandum.§. sin autem, infrà de iudic.

Summarium in l.nulli.C.de epis.& cler.

1 *Constitutio episcopi an ualeat quæ priuat executores testamentarios nisi infra annum exequantur ultimæ uoluntates.*

Bar.in l.nulli.C.de episc.& cleric.

BART. in hac.l.nulli,agit de executoribus testamenti. vide omnino Alex. in consi.206.in 6.vol.& in consi.59.in 2.& 3.dub.in 1.volu.Raph. Cuma.in consi.12.Roma. in consi.30.in 1. dub.in consi.69.& in consi.250.Abb.in consi.11.in 2.dub.in 2.vol.Barb.in consi.80.col.4.& seq.in 1.vol.Anch.in c.canonum statuta,colu.37.de const.Capr.in cons.50.colu.3.& seq.& in cons.54.in 1.& 2.dub.Aret.in cons.94.Feli.in c.cùm sit Romana, col.7.de appellat.& Roma.
1 in consi.428.in 2.dub.ubi tradit,nunquid † ualeat constitutio Episcopi priuans executores testamentarios nisi infra annum exequantur ultimæ uoluntates? & quid si ultra hanc pœnam iniungat etiam pœnam excommunicationis? & si irritet quæcunque eorum gesta elapso anno? & quoniam de istis executoribus testamentorum alibi pertractaui,prius dicta non recensebo.

Summarium in auth.causa quæ.C.de epis.& cler.

1 *Clericus an puniri possit à iudice seculari.*

Bar.in auth.causa quæ.C.de episc.& cler.

1 BART. in ista auth.ait, ab ea corrigi.l. codicis. An autem clericus † puniri possit à iudice seculari,

seculari? vide gl.in c.principes.23.q.5.& in c.placuit.11.q.1.Alex.in consi.8.in 1.vol.& clericus nõ incedens in habitu & tonsura potest capi à iudice seculari.Abb.in cõs.34.in fi.in 2.vol.

Summarium in l.sacrosanctæ.C.de episc.& cle.

1 *Clerici licèt sint in potestate patris, possunt tamen disponere de omnibus quæ ratione clericatus lucrantur tanquam de quasi castrensibus.*
2 *Fructus beneficiorum an sint in potestate clericorum.*
3 *Prælatus potest in uita sua disponere de fructibus beneficiorum.*
4 *In his quæ ad ecclesiam pertinent, Papa summa & plena fungitur potestate.*
5 *Beneficia stipendia sunt clericorum.*
6 *Clerici nisi ab eorum procuratione iusta causa absint fructus percipere non possunt.*
7 *Ratio est anima legis.*
8 *Tempore inopiæ omnia debent cum pauperibus communicari.*
9 *De fructibus beneficiorum quicquid supererit, id totum est pauperum.*
10 *Fundamento destructo superædificatum corruit.*
11 *Necessitate cessante cessat etiam dispositio.*
12 *Testatorem ita uoluisse non sufficit imaginari, nisi etiam illud apertè præceperit.*
13 *Clerici qui officium non dicunt, an teneantur ad restitutionẽ fructuum, quos ex beneficijs perceperunt.*

Bar.in l.sacrosanctæ.C.de episc. & cleric.

1 BART. in hac.l.sacrosanctæ, inquit, clericos quanuis sint in potestate patris posse disponere de omnibus, quæ ratione clericatus lucrantur tanquam de quasi castrensibus. uide gloss.in c.præsenti, de offic.ordin.in 6.Ias.in l.filiæ, infrà de collat.& in l.fi.col.fi.infra qui testa.fac.poss.

2 Et quia hic agit Bar.de fructibus † beneficiorũ, utrum sint in potestate clericorum? in qua quidem materia iuris interpretes usque adeò dissenserunt, ut scitu difficile uideatur, quæ nam sententia potior sit: constitui in hac re paulũ immorari. Tres opiniones potissimùm reperiuntur, quæ per Imol.referuntur in c.fi.de pec.cleric.Prima fuit Innoc.& Ioan.Andr. qui potestatem clericorum de fructibus beneficiorum suorum ualde coangustarunt. ad quam opinionem accessit etiam ibi Ant.de Butr.& Abb.idẽ Abb.in c.cùm esses, de testa.& in multis alijs locis constanter dixit, semper huius fuisse sententiæ, ut clerici dictorum fructuum dominiũ non habeãt, sed excepta modica quantitate, quicquid supereſt, debere in pios usus erogari. Secunda fuit Flor.sententia, quæ potestatem hanc usque adeò dilatauit, ut clericos reddituum suorum beneficiorum qualiũcunque dominos esse testatus sit, dicens eos posse dictos fructus pro libito elargiri.& huiusmodi donationem irreuocabilem esse. Tertia fuit opinio Host. & glo. in d. c. præsenti, de offi.ordin.in sexto.quæ mediam uiam amplectens, beneficia administrationem ha-
∗ bentia à simplicibus seiunxit. & in hanc sententiam * communiter itum est. ad quam accessit etiam Imol,in d.c.& Firma.in tract.de episcopo,in 4.par.quarti.libri de cuius documenti ueritate videas Gemin.& Phil.Franc.in d.c.præsenti.rationes quoque prædictarum omnium opinionum recto ordine traditæ sunt per Imol.& alios in d.c.fi.de pecul.cleric.quas hic referre &
3 examinare non curo, ne præter institutum ad longiores tractatus digrediar. prælatum † etiam posse in uita sua disponere de fructibus beneficiorum tenent doct. in c. cæterùm de donat.& Bal.in consi.314.Hæc materia,in 1.vol.& Corn.in consi.314.in 3.vol. quinimmo etiam in vita ei prohibetur immoderata donatio, secundum Oldr.in consi.226.Quidam episcopus.Archid. uero in c.statutum, de rescript.in sexto. vult seruandum esse rigorem antiquorum canonum, de qua re agit Calcan.in consi.120.& Crauet.in consi.152.num.7. Quid dicemus? ne ita ficco pede in hac ambiguitate pertranseamus, mihi in ea (saluo saniori iudicio) ita dicendum videretur, abusum istorum fructuum ante omnia illicitum esse existimamus, neque isto casu licentiam ab ipso summo Pontifie obtentam prodesse arbitror: quia, ut inquit Panor.in c.dudum, ij de elect.Papa ipse bonis ecclesiæ abuti non potest, igitur multò minus alteri potestatem abutendi posset concedere. nam ista esset licentia peccandi, quæ ab omni iure ac ratione abhorret Secundo considerandum est, si huiusmodi beneficia sunt ad aliquem pium usum specialiter

à testatoribus

à testatoribus destinata,& tunc proculdubio quicquid subtrahitur, rapinam esse censeo: quia testatoris uoluntas lex est.§. disponunt, in auth.de nupt. & ideo si clericus hæc bona in alium usum impenderet,eum non peccare modò,sed etiam ad restitutionem obstrictum esse existimo. neque auderem dicere dispensationem Papæ illi posse opitulari, nisi in alium usum æquè pium conuerterentur,secundum clem.quia contingit,de relig.domi.alioqui autem piæ defunctorum uoluntates sunt inuiolabiliter obseruandæ, ut notum est. Hoc idem fortasse dici posset etiam,quando bona illa ab ecclesia in aliquos usus destinata essent; nã si clericus ea in alios usus impenderet,ita ut suprà,non solùm peccati,sed etiam restitutionis uinculo teneretur. Tamen inter casum istum,& præcedentem posset fortasse hæc differentia constitui: quia hoc ultimo casu uenia à sede apostolica impetrata is tutus redderetur; nam in ijs, † quæ ad ecclesiam
4 pertinent,Papa summa & plena fungitur potestate. clem.1.in fi. ut lit.pend. c.2. de præbend. in 6.Alex.in consi.101.in 7.vol.vide Albert.Brun.in consi.1.& 2.& Soc.in cons.10.inter consilia eiusdem Bruni,ubi pulchra dicuntur de potestate Papæ in ijs,quæ ad ecclesias omnes pertinent. alioqui autem in primo casu: quia nisi bona specialiter ad aliquos pios vsus à testatoribus destinata,uel in eos usus,uel annuente summo Pontifice in alios æquè pios impendantur, clericus & peccaret,& restituere teneretur. Tertius casus est, quando beneficia usui clericorum in ecclesia militantium destinata fuerunt, quæ tam & si pinguia sint, alio tamen uinculo aut obligatione obstricta non reperiuntur: & isto casu clericum esse dominum opinarer. hoc tamen semper excipio,quia si clericus eo quòd ex huiusmodi prouentibus supersit, ad turpes animi uoluptates explendas abuteretur,uel non egentibus elargiretur, ut officium charitatis expostulat, eum peccare existimarem: non tamen propterea eum ad restitutionem obligatum esse iudicarem: quia nihil alio usui obnoxium subtraheret. & ideo absolutione obtenta is quò ad Deum tutus redderetur. id quod & de patrimonialibus bonis dicendum uidetur, ut
5 paulòpost aperietur. Et prædictam conclusionem ita probo: nam huiusmodi † beneficia, clericorum stipendia sunt.c.cum secundo,de præben. & habetur in c.quia nonnulli, & ibi Abb. de cleric.non residen.dantur enim pro eorum laboribus,qui ecclesiam administrandam suscipiunt,ut clarè ait Feli.in c.insuper,col.4.versi.est uerũ, de testi. dicens clericum percipere beneficiorum redditus ob seruitium,& hanc esse quodãmodo locationem operis. demum concludens hos fructus non immediatè ex re ecclesiæ, sed ex opera clericorum percipi. hæc Feli. hoc idem constanter asserit idem Feli.in c.de quarta,nu.40.de præscript.Hinc habetur in toto
6 ferè titulo de clericis non residentibus, clericos, † nisi ab eorum procuratione iusta causa absint,dictos fructus percipere non posse. ex hoc etiã intulit Abb.& Imol.in c.de multa, de præben.eum,qui utilior esset ecclesiæ,iure optimo maiora stipendia consequi posse; quia utiliores labores præstat ecclesiæ. similiter & ea esse clericorum stipendia traditum est in extrauag. Io.22.incip.Execrabilis,extra comm.& est tex.in c.episcopus,de præben.& in c.pen.1.q.2. si igitur clericorum stipendia sunt, & pro eorum famulatu laboribusque tribuũtur, consequens est,ut in eorum summa sint potestate, sicut de his quoquè quæ ex seruitio & administratione in ecclesia percipiuntur,propè consentiunt in d.cap.præsenti, & in alijs locis præmemoratis. nulla enim uel certè legitima differentia potest afferri inter pura stipendia,quæ ex sola mercede,& ea quæ ex beneficio ad hoc specialiter destinato habentur: quoniam eadem est ratio in utroque casu,cum pariter id,quod colligitur,in remunerationem laborum ac religiosæ militiæ concedãtur,siue sit in pecunia,siue in fructibus beneficiorum, igitur, & in utroque casu idem ius est constituendum. iura enim non unde isti prouentus, sed ex qua causa accipiantur, considerarunt. & ideo quemadmodum indifferenter & indistinctè conceditur quicquid intuitu ecclesiastici laboris acquiritur, id totum etiam si maius sit præmium,quàm labores, effici clericorum: ita pariter hoc & in proposito casu est uel facilè concedendum,scilicet,quamuis redditus,qui ex fundo huic tantum usui obligato sint pinguiores,tamen eos absolutè esse in dominio clericorum. Et si fortasse obijceretur, beneficia omnia esse bona pauperum, respondeas
7 licèt,hoc ex diuersitate rationis esse declarandum & distinguendum: nã ratio † legis est anima

legis,

legis,& ideo magis est attendenda ratio ipsa quàm lex. Gemin. in c.ubi periculum, de elect. in 6.vide Abb.in consi. 75.in 1.vol.præterea id in multis Decreti iuribus reperitur, & primitiæ ecclesiæ temporibus,quæ hodie non coarctant,ut per Abb.in quæst.incip.Titius clericus.Hodie autem sunt stipendia clericorum,quando huic tantum oneri sunt affecta, ut suprà fuit iure conclusum. Quartus casus est,quando beneficia ad stipendia clericorum destinata sunt, quod autem supereſt,alijs pijs erogationibus dedicatum est.& isto casu,cùm & bona & onera seiuncta non sint,in arbitrio clericorum administratio beneficiorum huiusmodi posita esse videretur,qui etiam si in modico uel deficiant, uel superabundarent,id tamen absque bonæfidei detrimento contingeret; quia homo non potest ad unguem & æqua lance impendere. si verò excessus immoderatus esset & patens,tunc eum delinquere non dubitarem. ad restitutionem tamen fructuum teneri non arbitrarer, ut ex mente B. Thomæ sensit Albericus de Ros.in suo dictionario,in voce,clericus quartò. Hic autem unum addendum esse omnino existimarem, hoc est, ubi summa caritas esset annonæ, & populus inopia præmeretur, superabundantes redditus tuta conscientia retineri, aut pro libito erogari non posse. ita probat gl.in c.fi.6.q.1. & tex.iuncta gl.in c.sicut hi.47.dist.& hoc idem puto esse etiam in bonis patrimonialibus con
8 cludendum: quia tempore † inopiæ omnia debent cum pauperibus communicari, ut latè dixi.in l.j.§.cura carnis.ff.de offi.præfec.urb.ubi vide omnino.idem expresè ait.B.Io.Chrysosto mus in homelia 78. super 24. Matth. ubi quo ad eleemosynam & iustam bonorum erogationem,nullum inter clericos & seculares discrimen constituit,& prædictæ gl.si rectè consideran tur,nostras p̃cedentes conclusiones uidentur confirmare: quia non semper clericus, quicquid supereſt, tenetur pauperibus erogare, si necessitatis tempora ab alijs seiunguntur. & hæc fortasse ita distincte alibi non inuenies. ad quorum corroborationem vide.B.Thom.2. secundæ quæst.185.versi.ad septimum. Neque reluctatur,si fortè diceretur, saltem quatuor partes horum fructuum fieri debere,ut habetur in c.quatuor,& in c.seq.12.q.2.Respondeo enim, illa iura procedere quando bona præcisè illis oneribus erant obnoxia, ut si rectè inspiciatur sensit B.Thom.in loco prædicto. idque colligitur ex uerbis d.c.quatuor, si rectè intelligantur. quo casu fatemur,clericum etiam ad restitutionem esse obstrictũ, ut prædixi. sed hoc tempore,quo hæc distinctio non apparet prædicta locum non habent: quia beneficia data sunt in stipendiũ clericorum, & antiqua iura non seruantur,ut declarat Abb.in d. quæst. incip. Titius clericus, & in c.1.de eccles.ædifi.ubi ait.d.c.quatuor, & alia iura antiqua amplius non seruari. nec mirum: nam si ecclesia potuit tunc beneficia in quatuor partes diuidere, eadem ecclesia & longa ipsius consuetudo potuit ea in stipendium clericorum erogare, fortasse ne ministris ecclesiæ deserantur,cuius cultus augmento inuigilare debent summi pastores. c.fin.de rescrip.in sexto.pauci enim inuenirentur,qui uellent ecclesiæ deseruire,si eorum bonis tot onera,& animabus suis tot horrenda pericula imminerent. Ex ijs quorundam modernorum opinio confuta-
9 tur,qui aiunt indistinctè, quicquid † supereſt de fructibus beneficiorum, id totum esse pauperum,per tex.in c.quoniam quicquid,16.q.1. & ideo ita colligunt, si fructus illi superabundantes ultra victum & vestitum clericorum,sunt ipsorum pauperum,illud sequitur,ut qui eos retinet,sit fur,& prædo,peccetque contra septimum,& decimum præceptum Decalogi, igitur ad restitutionem tenetur. Sed ista collectio subsistere non potest: nam & si secundum censurã antiquorum canonum dicta bona pauperibus deberentur,nunc tamen,ab ipsis sacris constitutionibus,in clericorum stipendia tribuuntur, & qua authoritate antiqui canones id statuere potuerunt,fortasse quoniam eo tempore ministri ecclesijs non deerant,eadem authoritate posteriores canones iure optimo potuerunt ea in stipendium clericorum erogare, ne alioqui ecclesiæ deserantur,ut suprà fuit iure conclusum. & ideo cum antiqui canones à posterioribus sint abrogati,ut sensit Panor.in d. quæst.incip. Titius clericus, respondendo ad d. c. quatuor, consequens est, ut dicti redditus non sint amplius ipsorum pauperum. atque ita ut res aliena iudicari non debeant,nisi quando à testatoribus, siue à fundatoribus ecclesiarum alicui certo oneri sunt obligata, ut prædictum est,quo stante sublatum est fundamentum eorum, qui contrariæ

10 trariæ sententiæ in nitentes, antiquis tantum sanctionibus inhærebant. nam destructo † eorum fundamento, superædificatum corruit. c. Paulus. 1. q. 1. cum enim summus Pont. sit dominus beneficiorum, & supra ius positiuum, ut non incogniti iuris est, nō debet reprehensibile iudicari, si secundum uarietatem temporum, statuta quoque uariantur humana. c. non debet, de cōsang. & affinit. & eo magis, cum sint etiam usu uetustissimo comprobata, cuius quanta sit uis & potestas, nemo est qui nesciat. Præterea, glo. in d. c. quoniam quicquid, & aliæ glos. quarum suprà meminimus, intelligunt illa iura antiqua, vt procedant tempore necessitatis, igitur cessan-
11 te † necessitate, cessat etiam eorum dispositio. l. adigere. ff. de iure patr. c. cùm cessante, de appell. Minus urget illud, quod etiam obijcitur, scilicet conijciendum esse, testatores uoluisse, vt fructus bonorum ab eis relictorum qui supersunt, pauperibus exhibeantur, quamuis id expressè non iusserint: quoniam respondetur, testatoris mentem non esse attendendā, nisi quando, uel expressè ita disposuisset, uel ex uerbis ipsius testamenti necessario eliceretur: quia non
12 sufficit imaginari, † testatorem ita uoluisse, nisi etiam illud apertè præceperit, vt eleg. tradit Soci. in consi. 104. colu. antepen. in 3. volu. Bald. in l. proponebatur. ff. de lega. secundo. & in l. uoluntas, in fi. C. de fideicomm. & in l. vnic. §. sin autem ad deficientis, per illum text. C. de caduc. tol. & multi alij hoc idem tradiderunt, quos breuitatis gratia prætermittam. Hæc tamen omnia sanctæ matris ecclesiæ iudicio humiliter submitto, à qua discedere nefas est. Sed hic non est prætereundum silentio, cùm beneficia sint stipendia clericorum, & dentur propter offi-
13 cium. d. cap. fi. de rescript. in sexto. an illi, † qui officium non dicunt, teneantur ad restitutionem fructuum, quos ex beneficijs perceperunt? Ioan. Cald. in cap. 1. de celebra. miss. ait, eos teneri. et quamuis contrarium ibi teneat Card. tamen Panor. ibi concludit in foro animæ primam opinionem esse tutiorem. & Domin. in d. cap. fi. de rescript. & pro hoc facit; quia vbi agitur de periculo animæ, tutior uia est eligenda. cap. iuuenis, de sponsal. quæ quidem opinio saltem debet esse uerissima quò ad eos, qui utilitate sola uolunt esse clerici, & in reliquis seculares, & propterea officium dicere non curant, & perseuerant, vt ij saltem ad restitutionem fructuum omnino teneantur. & ad rem faciunt trad. per Alexand. in consilio 58. in quarto uolumine. quem uide omnino.

Summarium in auth. licentiam. C. de episc. & cler.

1 *Prælati bona an præsumantur quæsita de bonis ecclesiæ.*

Bar. in auth. licentiam. C. de episc. & cleri.

Bar. in ista auth. licentiam, dicit, eam esse notatu dignam. Tu uerò dicas ex ista glo. col-
1 ligi, an bona † prælati præsumantur quæsita de bonis ecclesiæ, an non? quid autem sit quando præsumptiones sunt contrariæ & sibi inuicem repugnarent, vide apud Roma. in singul. 267. incip. Tu habes glo. & de hac re uide quæ latè posui in l. Quintus. ff. de donat. inter uirum & uxorem.

Summarium in l. omnia. C. de episcop. & cler.

1 *Res hospitalium gaudent eo iure, quo res ecclesiarum.*
2 *Census impositio est quædam alienatio.*
3 *Hospitale ex quibus præsumatur ædificatum cum diœcesani authoritate.*
4 *Hospitalium bona an & quando dicantur ecclesiastica, & subsint episcopo.*
5 *Hospitalia quæ episcopo non subsunt, non gaudent priuilegio ecclesiarum.*

Bar. in l. omnia. C. de episcop. & cler.

1 Bart. in l. omnia, inquit, res † hospitalium gaudere eo iure quo res ecclesiarum. vide ad hoc Alexand. in consi. 151. Visis dicto themate, &c. in libro primi & secundi uolu. Abb. in consi. 14. colu. 2. & in consi. 32. col. 2. in secundo uolu. & in consi. 102. col. 3. eodem uolu. plenè Feli. in c. de quarta, colu. 1. & sequ. de præscript. Ant. de Butr. in consi. 41. Bar. & quæ ibi posui in l. quod constitutum. ff. de testam. milit. Abb. in cap. cum sit generale, in quarto not. de for. competen. Et attende in hac re quoniam dici potest, constitutionem capituli prohibemus, de

2 censi.habere locum etiam in hospitali. quod sic probatur; nam impositio † census, de qua ibi agitur,est alienatio quædam, vt per Abb. in c. præterea, in primo notab.& in cap.significauit, in primo & tertio notab.& in c.grauis,in fi.eod.tit.de censib. sed hospitale alienare non potest, sicut nec ecclesia. Abb.in cap.nulli,in fi.de rebus eccl. non alien. igitur &c. vide glo.& ibi Anchar.in clemen.dispendiosam,colu. 1.de iudic.& addita ad Ana.in consi. 39. Alexand. in consi. 4.& in consi. 20.in primo uolumine. Abb.in cap.pro illorum,colu.2.de præben.Barb.in dicto capitulo nulli. Gemin.in cap. 1.colum. 2. de eo, qui mit. in poss. in sexto. Abb. & ibi addita in capitulo secundo de consuetu. Roma. in consi.407. vbi loquitur in materia restitutionis in integrum,& in consi.440.& ad l.hanc uide Paul.de Castr.in consi.299. Barb. in consi.5. colum. prima.in tertio uolu. & in consi. 32.colu. 3. & Dec.in consi. 36.colu. penult. Barb. in consil. 1.
3 colu.4. & sequ. in quarto uolumine. vbi tradit, ex quibus † hospitale præsumatur ædificatum cum diœcesani authoritate. & quia hospitalia gaudent hisdem priuilegijs, quibus & ecclesiæ perfruuntur, dici solet,eum, qui ad hospitale confugit,ita esse tutum,sicut ille qui ad ecclesiam confugit. Alexand.in dicto consi. 151. Dec.in dicto consi. 36.colum.fin. & in consi. 488.Feli. remissiuè in cap.cum sit, in principio.& in apostill.ibi de foro compet. & in dicto cap.de quarta. Abb.in consi.102.nume.5. in secundo uolumine.& Matthæsil.in tracta.de succes.ab intest. in quarto articulo princip.nume.29. vbi præcisè loquitur de confugiente ad hospitale,& an &
4 quando † bona hospitalium dicantur ecclesiastica, & subsint episcopo? vide Ioan. Lupi.in tracta.de libertate ecclesiastica, in ultima quæst. & Abb.in consil. 31. in primo uolumine. Item scias, hospitale construi posse cum authoritate episcopi, & sine, & in dubio non præsumitur constructum cum episcopi authoritate: quia ista est solennitas extrinseca. hoc fallit si ibi missa celebratur; quia præsumitur dicta solennitas, & episcopus in eo habet iurisdictionem, alioqui nullam in eo habet authoritatem. Cæpoll.in cautel. 211. Aduerte autem quia hospitalia,
5 quæ episcopo non subsunt, non gaudent priuilegio ecclesiarum. Bald.in auth.hoc ius,suprà de sacrosanc.eccles.Card.& Imol.in capitulo nonnulli,de rebus eccles.non alienan. Imol. in capitulo officij,de testam. Feli.in dicto capitulo de quarta,vers. non dicas posse,& hoc procedit respectu alienationis: nam bona hospitalium priuatorum non æquiparantur bonis ecclesiarum quò ad alienationem, secus in reliquis,vt per Paul.de Castr.in consi.295.in fine.& uideas Feli. latè in d.c.de quarta, & plenè quæ ad materiam hospitalium pertinent, vide apud Lapum de Castillione in tract.de hospitalitate.

Summarium in l. siquis ad declinandam.C.de episc.& cler.

1 *Captiui uel pauperes si instituantur,institutio ualet, & episcopus habet actiones hæreditarias.*
2 *Propter relicta ad pias causas non minuitur legitima filiorum.*

Bar.in l.si quis ad declinandam.C.de episc.& cler.

1 BART. in hac.l.si quis ad declinandam, sic ait in summa. si instituantur † captiui uel pauperes,ualet institutio,& episcopus habet actiones hæreditarias, & reliqua. vide Feli.in capitulo translato,col.2.de constit.& in cap.de quarta, colu.2.& sequ.de præscript.Federic.in consi. 56. Barb.in cap.possessiones, colu.2. de rebus eccles. non alien. Capr.in consi.25. Alexand.in consi.250. Viso & considerato.in fi.in libro primi & secundi uolumi. & dum Bart.hic in fi.ait
2 propter † relicta ad pias causas non minui legitimam filiorum. vide Bal.in c.in præsentia,colu. 4.de probat.Alex.in consi.92.in 3.uolu.& in consi.18.in 4.uol.& in l.pactum quod dotali, col. 2.infrà de pact.Feli.in d.cap.in præsentia,colu.20.vers.quæro. Barb.in cons. 12.col.7.in primo uol.& in consi.29.eodem uol.& in consi. 32.& in consi. 34.eodem uol.& glo.& doct.in l.j.§.ad municipum.ff.ad leg.Falc.Aret.in consi. 72.col. 2.Capr.in consi. 19. col. 2. & in consi. 22.in fi. & in consi. 28.in fi.& in consi. 66. colu. 5. vbi idem ait in legitima parentum.Barb.in consi. 39. col. 1.in 3.uol.vbi dicit, in interpretanda mente testatoris sumendam esse coniecturam, ut uoluerit præferre filios piæ causæ.

Summa-

Summarium in l.generaliter.C.de episc.& cler.

1 *Religiosi omnes & clerici in sacris ordinibus constituti habent immunitatem à tutela uel cura.*

Bart.in l.generaliter.C.de episc.& cler.

1 BART. in hac l.generaliter,ait, omnes religiosos † & clericos in sacris ordinibus constitutos,habere immunitatem à tutela,uel cura. vide Paul. de Castr.in consil.329. Et dum subdit Bar.cessante causa cessare effectum, vide Abb.in consi.38.in secundo dubio. in 2.uolumi. & in consi.61.col.1.eodem uolu.Feli. in c.quæ in ecclesiarum,col.10.de constit.& in c.cum accessissent,col.10.eodem titulo.& in c.quoniam contra,in ultimo not. de probat. & in c.cum nuncius,de testi.& multa alia possent adduci, quæ breuitati causa relinquuntur.

Bar.in l.presbyteros.C.de episc.& cleric.

BART. in hac l.presbyteros,colligit ex tex.aduertendum esse circa illos testes, qui admittuntur uolentes, non autem inuiti, ut scribatur in actis, eos uolentes testimonium dicere, ne alioqui præsumantur inuiti. vide Alex.in l.post legatum.§. is uero.ff. de his quib. ut indign. & Feli in capitulo dilectorum,col.2.de testi.cogen.& Barb.in consi.80.col.fi.in 4.uolu.

Summarium in l.raptores.C.de episco. & cler.

1 *Possessio ipso iure transfertur sine traditione,& sine facto alicuius.*

2 *Lex semper est certa.*

Bar.in l.raptores.C.de episc.& cleric.

1 BART. in hac l.raptores,ait,hic possessionem † ipso iure transferri sine traditione, & sine facto alicuius. vide Alexan.in consi.24.col.1.in tertio uolu.& in consil.1.in 5.uolumi. Barb.in consi.51.colu.25.& sequ.in primo uolu.& in consi.58.col.14.& sequ. in secundo uolu. & ad declarationem horum uerborum, plenam possessionem,quæ in hoc tex.habentur, vide alium casum quem ponit Alexan.in consi.3.colu.2. in quinto uolu. & ista possessio dicitur ciuilis. de qua uide Ias.in l.j.in princip.colu.19. uers.adde.ff.de uerb.obligat. Et ista possessio acquiritur, quamuis sit incerta ratione loci, & quotæ: quia ista possessio ex dispositione legis acquiritur,
2 quæ quidem lex † semper est certa: ita inquit Ias.in l.iij.ff.incerta, colu.4.vers.quintò.ff.de acquir.possess.& in l.j.in secundo notab.infrà commun.de lega. Alexand. in l.qui hæredes,de acquiren.possess.vbi tradit multa ad rem facientia. adde casum, in quo aliquis fingitur posidere in l.pen.vers.fi.ff.si cert.pet.vbi doct. & quæ in contrarium adducit Ias. in l.si is qui pro empto-re,col.2.ff.de usucap.& alius est casus, in quo transfertur possessio in c.2.de dol.& contu.vide Barb.in consi.58.col.12.in 2.uol.

Summarium in l.Deo nobis.C.de episco.& cler.

1 *Per introitum religionis solui sponsalia sine pœna arrharum.*

2 *Legatum si est factum filiæ de mille si nupserit, & trecenta si religionem ingredietur, huiusmodi legatum non ualet.*

Bar.in l.Deo nobis.C.de episc.& cleri.

1 BART. in hac l.Deo nobis ait, per introitum † religionis solui sponsalia sine pœna arrharum. ista l.adduci solet ad hoc, ut aliquid non sit faciendum, propter quod quis retrahi possit à uoluntate religionem ingrediendi. An autem ualeat statutum disponens,patrem filio ingredienti religionem non posse relinquere, nisi certum quid? vide Bar.in l.fi.colu.2.vers.ad istam quæst.infrà de pact. vbi uoluit distinguere,an statutum utatur uoce,ingredienti, an ingressæ. sed ibi Ias.in 7.colu.vers.successiuè quærit Bar.indistinctè ait, statutum non ualere. Quia uerò
2 si legatum † est factum filiæ de mille si nupserit, & de 300.si religionem ingredietur? Bart. in l.ij.ff.de his, quæ pœn.nom.ait, huiusmodi legatum non ualere. de cuius quæstionis ueritate videas Alexand.in consilio 263. in libro primi & secundi uoluminis. Socin.in consilio 269. in primo uolumine.Dec.in consi.674. & omnino in capitulo in præsentia,de probat.& Ambros. de Opizzo.in repet.l.filiusfamiliàs.§. diui.ff. de lega. primo. & quoniam à multis concluditur

legatum ualere quò ad integra mille,non obstante uoluntate testatoris,idq; fauore religionis. ideo Thom.Ferrat.in cautel.9.tradit qua cautela utendum sit,ad hoc ut omnino uoluntas testatoris adimpleatur, & de hac re uide omnino quæ pono ad Bar. in d.l.2.

Summarium in l.nemo.C.de episc.audien.

1 *Ille qui ex forma statuti fuit semel extractus de carcere in die ueneris sancti non debet amplius hoc beneficio perfrui.*

2 *Delictum pro quo facta est absolutio quamuis puniri non possit, tamen aggrauat crimen illius, qui iterum deliquisset.*

Bar.in l.nemo.C.de episc.audien.

1 BART. in hac l.nemo,ait,eum † qui ex forma statuti fuit semel extractus de carcere in die Veneris sancti,non debere amplius hoc beneficio perfrui.uide Barb.in consi.47. colu. 19.in 1.uolu.& in consi.64.col.3.eod.uol.& in multis alijs suis consilijs, quæ breuitatis causa præteribo.uide glo.& ibi Dom.in c.hæc uerè. 11.distin.Feli.in c.at si clerici.§. de adulterijs,col.fi.de iudi.& omnino Abb.in c.Cumana,de elect.Feli.in c.postulasti, de rescript.& Ge-
2 min.in c.1.colum.antepen.& fin.de fil.presbyt.in 6. nam delictum, † pro quo facta est absolutio;quamuis puniri non possit,tamen aggrauat crimen illius, qui iterum deliquisset. Dec.in l. bona fides.ff.de reg.iur. Et ex præcedentibus infertur,indultum super secunda condemnatione concessum esse obreptitium,nisi de primo crimine facta sit mentio.Soc.in consi.65.col.pe. in 3.uolu. & Feli.in c.postulasti.nume.9. de rescrip.

Summarium in l.episcopale.C.de episcop.audien.

1 *In materia iurisdictionis prorogatæ iudicandum est secundum uires, & similitudinẽ ipsius iurisdictionis prorogatæ non autem secundum iurisdictionem eorum qui prorogant.*

Bar.in l.episcopale.C.de episcop.audien.

1 BART. in hac l.ait.in materia † iurisdictionis prorogatæ iudicandum esse secundum uires, & similitudinem ipsius iurisdictionis prorogatæ, non autem secundum iurisdictionem iudicis eorum,qui prorogant.vide Dec.in consi.25.col.4.ubi limitat.& de hac materia uide Feli.in c. causam quæ,col.1.de re iudi.& in cap.2.colum.14. de sponsal.ad rem faciunt trad. per Abb.in consi.61.in 1.uolu.Et ad l.hanc uide Feli.in c.P.& G.col.3.de offic.deleg.& Iaſ.in l.si quis aduersus,infrà de precib.imper.offeren.Dec.in consi.3.col.6. & omnino Rom. in sing.11.incip. Quid sit prorogatio,ubi ait Bart.hic terribiliter extollere istum tex.

Summarium in rub.C.de hæretic.

1 *Hæreticus quis propriè dicatur.*
2 *Hæreticus multò magis delinquit apostatando, quam infidelis in sua infidelitate permanendo.*
3 *Ille qui non seruat canones credens eos à Papa condi non posse est hæreticus.*
4 *Hæreticus non dicitur ille, qui dæmones inuocat ad tentandum pudicitiam mulieris.*
5 *In crimine hæresis testes singulares plenè non sufficiunt probationi.*
6 *Hæresis est crimen ecclesiasticum, & à solo iudice ecclesiastico terminari debet.*
7 *Hæreticus, an & quando possit ut relapsus condemnari.*
8 *Hæreticorum bona publicantur, & diuiduntur.*
9 *Hæreticorum filij à patria potestate eximuntur.*
10 *Hæreticus licèt ad fidem redeat, tamen bona propter hæresim publicata non recuperat, nisi restituantur in integrum.*

Rubrica.C.de hæretic.

1 BART. in hac rubrica nihil dicit. Tu uerò aliqua scias, ne illotis (ut ita dixerim) manibus hunc titulum aggrediamur. Quæro † quis dicatur esse hæreticus propriè? uide bonam glo.in

glo.in c.illi qui.24.qõ.3.Oldr.in consi.210. Alberic.hic, qui multa scitu digna in re proposita inquit,& inter cætera saluberrimum esse consilium ijs,qui ut hæretici accusantur, uel inquiren tur,& protestentur se uixisse, & uelle mori in sancta fide catholica, quam prædicat, & docet Romana Ecclesia, & hoc protestentur etiam in articulo mortis, & huiusmodi protestationem ait multùm profuisse Bonifacio viij.Pontifici Max.cuius memoria de hæresi accusabatur. & hoc idem testatur Alberic.se adduxisse in facti contingentia pro D.Galeatio Vicecomite Du ce Mediolani,cui hæresis obijciebatur.uide omnino Cæpol.in cautel.155.Et quis propriè di catur hæreticus,& de forma procedendi contra hæreticum, & latè quæ ad istam rem attinent, uide apud Ant.Rosell.in monarchia char.48.& Franciscus Squillacens.in tract. de fide cathol. Felin.in rubrica de hæretic.Dec.in consilio 137.Paul.Grillandum in tract.de hæreticis. Item
2 scias hæreticum † multò magis delinquere apostatando, quàm infidelem in sua infidelitate permanendo,cap.quarto, cum glo.in uoce, maior, de diuort.& hæretici memoria elapso quin quennio damnari non potest. Felin.in cap.cùm nobis. numero 12.cum sequen. de præscript. Hæreticus autem dicitur esse is, qui asserit peccatum non esse peccatum, atque ut hæreticus potest damnari.Felin.in cap.primo.colum.penul.de offic.deleg.& breuiter ut hæreticus damnandus est quicunque tenet sententiam ab authoritate ecclesiæ declinantem, capit.hæreticus, cum ibi trad.& capit.inter hæresim.24.quæstio tertia.facit tex.cum glo.in clementi.prima.de usur.& hoc uerificatur etiam in eo, qui in ijs, quæ sunt fidei, à solius Papæ iudicio deflecteret, ut inquit B.Hieronymus ad Damasum, & relatum est in cap.hæc est fides.24.quæstio.prima.
3 & ideo ille qui non † seruat canones,credens eos à Papa condi nõ posse, est hæreticus. ita pro cedit tex.in cap.nulli.xix.distin.secundum Rosell.in tract.de Concilio, char.octaua, versicu.re stat.Voluerunt etiam aliqui magni nominis uiri eum esse hæreticum, qui tenet libros hæresis: ita Archidia.in capit.sanè.24.quæstio.2.Roma.in singul.322.incip.Eo ipso. & Ioan.de Ana.in cap.si quis,de hæret.Tamen Archid.ait, eos esse solùm suspectos de hæresi, in capitu.secundo. de hæretic.in sexto.& ibi doct.ad hanc sententiam accesserunt.Dixit etiam Bar.in l.tutor.§.qui repertorium.ff.de suspect.tutor.eum esse hæreticum, qui inquisitori aliquid asserenti non cre dit. Item hæreticus est qui asserit, Romæ peccata non dimitti, & à solo Deo remitti peccata,
4 ita dixit Oldra.in consilio 271.incip.quæstio talis. Hæreticus † autem non dicitur esse is,qui dæmones inuocat ad tentandam pudicitiam mulieris, quoniam hoc est proprium ipsorum dæmonum: sed inuocare dæmones ad sciendum futura, hæreticum est; quia tribuitur creaturæ, quod est creatoris.Oldr.in consilio 210.Regulariter Felin.in rubrica de hæretic. Et an ex coniectura uehementi possit quis ut hæreticus condemnari, & quæ dicatur uiolenta præsumptio, uide Felin.in cap.literas.numero 13.de præsumpt.& tract.quos paulò antea memoraui.Et hæreticus ab aduocato defendi non potest,neque ab alio. quod intelligas uerum esse, quando clarè constat eum esse hæreticum,secus si est tantum accusatus: quia propter hoc non dicitur hæreticum defendisse. ita Felin.in cap.si aduersus, de hæretic.qua uerò cautela uti debeat accusatus uel inquisitus ad uitandam suspicionem hæresis,& similiter aduocati & procuratores,qui huiusmodi hominum suscipiunt patrocinium? uide apud Cæpoll. in cautel.155.
5 Item scias in crimine hæresis † testes singulares plenæ non sufficere probationi; nam & si pro hæresi præsumatur quò ad cõdemnationem inquisiti,hoc est intelligendum, quò ad effectum pœnitentiæ iniungendæ, ut aperit Franciscus Squillacens.in d.tract.de fide catholica,capi.34. Quando autem quis est contumax in se exculpando à crimine hæresis, quomodo conueniri possit non obstante absentia eius & contumacia,docuit egregiè Abb. in c.cùm P.de purga.cano.Si quis est condemnatus ut hæreticus, & ab inquisitore traditur curiæ seculari, utrum iudex secularis antequã eum puniat,possit denuo cognoscere? Bar.& multi legistæ id fieri posse asseruerunt.Tamẽ in contrarium est ueritas.ut per Iaſ.in l.magistratibus. ff.de iurisd.omn.iud.
6 pro qua opinione facit,quia hæresis † est crimẽ ecclesiasticũ, & ideo à solo iudice ecclesiastico terminari debet. Abb.in c.cùm sit generale. nu.19. de foro compet. Item attende,quia exce-

ptio hæresis,non dicitur exceptio propriè,sed nullũ esse,quasi quòd hæreticus Papa, nõ est Papa. ita Bal.in c.licèt,de elect. Aduerte etiam in hac materia quoniam duo requiri uidentur ad hoc ut redeuntibus ad fidem pœna mortis dimittatur,scilicet ut incontinenti,& sponte ad fidẽ redeant, si uerò ex interuallo,tunc non sponte, sed metu pœnæ, & probationum dicuntur redire: ita uoluit Abb.in c.ad abolendam,de hæretic.& Archidia.in c.ut communi,eodem titulo in 6.ubi ait,eos non sponte redire,qui personaliter requisiti redierunt. sed secundum istam opinionem ij semper essent puniendi absque ulla abiuratione, quod nescio an tutum sit. & in hac re uideas Abb.in cap.excommunicamus, versiculo extra glo.de hæretic. & communis obser-
7 uantia uidetur esse in contrarium. An autem & quando † hæreticus possit ut relapsus condemnari, uide Francis.Squillacen.in d.tract.cap.xix. Et quis proprie sit relapsus,uide ibidem in capit.xxix. An autem ille, qui confessus est crimen hæresis, & propterea fuit ei pœnitentia iniuncta, si non egit pœnitentiam, & neget se tale crimen fuisse confessum, procedi possit contra eum, ut relapsum? dicas quòd non, nisi probetur eum aliqua hæretica protulisse. ita
8 inquit Ioan.Calderin.in consi.secundo sub titulo de hæretic. Et quia hæreticorum bona† publicantur, & diuiduntur secundum c.cum secundum, de hæretic.in sexto.utrum si posita sunt in diuersis territorijs, competant solùm iudicantibus, an uerò sint diuidenda, vide Petr. de Anchara.in capit.accessorium.de regulis iuris in sexto.& in cap.postulasti. de foro competen. in octaua quæstio. Scias etiam hæretici uxorem non debere cum marito cohabitare, sed faciendum esse tori separationem. Abb.in cap.de illa, de diuort.& ideo quàm grauiter peccent illi, qui audent istis temporibus, pro ut ego uidi, filias & sorores manifestis hæreticis copulare, iudicetur. & propterea dici potest, ò tempora, ò mores pessimi, ubi est fides? ubi est timor Dei? ubi sunt principes, qui hæc tam nefanda corrigant? mirum nempè non est, si respublica Christianorum periclitatur, sed caueant à Deo ultore, qui hæc agunt, uel non prohi-
9 bent, cum possint. sed de ijs hactenus. Scias insuper filios † hæreticorum à patria eximi potestate, & seruos ac eorum debitores ipso iure liberari, secundum Abb. in cap.fina. de hæretic. An autem filij hæreticorum orthodoxi possint ad honores & officia publica euehi? Ioan.Calderin.in consi.tertio.in titulo de hæretic.ait posse, si nati erant ante crimen parentum. Postremò scias hæreticum, & hæreticam amittere priuilegia dotalia, immo mulier ipso iure dotem amittit. & an eam recuperet redeundo ad fidem? uide Bald.nouell.in tract.de dote, in vigesi-
10 maprima differentia inter dotem ueram, & putatiuam. Item hæreticus † licèt ad fidem redeat, tamen bona propter hæresim publicata non recuperat, nisi restituatur in integrum. Abb.in cap.inter quatuor, de maiori.& obedien. Et hæreticus reuersus ab hæresi prohibetur ad sacros ordines promoueri sine dispensatione.Feli.in c.eam te,colum.8.de rescrip.Alia propè infinita in huiusmodi materia possent aggregari, sed quia nostræ mentis non est tractatum de hæreticis edere,ideo longius non progrediemur.

Summarium in auth.credentes.C.de hæretic.

1 *Excommunicatus non est infamis nisi quando est excommunicatus propter hæresim.*

2 *Excommunicatus qui sustinet excommunicationem per annum est priuandas beneficio.*

Bart.in auth.credentes.C.de hæretic.

1 Bart. in hac auth.credentes,ait,ex hoc tex.colligi excommunicatum † non esse infamẽ, nisi quãdo est excõicatus propter hæresim & perseuerauit in excommunicatione per annum. uide Fede.de Sen.in consi.74.& in consi.118.& Pau.de Cast.in l.j.col.fin.C.de iur.& fac.ignoran.Tu uerò dicas excommunicatum pro hæresi si perseuerat per annum, haberi pro hæretico, si uerò est excommunicatus pro alio crimine, habetur pro conuicto & confesso de illo crimine, pro quo fuit excommunicatus. glo. in capitu.excommunicatus.§.quin autem,& ibi Abb. de hæretic. tradit Paulus Grillandus de hæreticis, in octaua quæstione,in fine. Item
2 excommunicatus † qui sustinet excommunicationem per annum, est priuandus beneficio secundum

* secundum magis * communem sententiam,uel saltem fienda est missio in possessionem beneficij,cum lucro fructuum,per tex.in l.Fulcinius.§.fi.ff.ex quibus cau. in poss.eat.Feli.in c.1. nu. 17.de iudic. Intellige tamen quando est excommunicatus pro causa criminali, secus si pro ciuili. glo.est sing.in c.contingit,de dolo & contum.Rom.in sing.303.incip. De hoc heri. cum ibi addit per Castill.

Summarium in l.nulli.C.ne sanct. baptis.reiter.

1 *Cathecumenus dicitur ille, qui uult esse Christianus.*

Bar.in l.nulli.C.ne sanctum bapt.reit.

1 BART. in hac l.nulli,ait, Cathecuminum † dici eum, qui vult esse Christianus, & est infra tempus cuiusdam probationis; quia Christiani antequam eum baptizẽt, uolunt uidere de fide eius. vide Dec.in c.1.in secunda lectura,col.4.vers.& adde,de constit.

Summarium in l. si quis defunctum.C.de apostat.

1 *Post quinquennium inquiri non potest de crimine hæresis.*

Bar.in l.si quis defunctum.C.de apostat.

1 BART. in hac l.si quis defunctum,ait,hanc.l.adduci ad probandum,post quinquenniũ † inquiri non posse de crimine hęresis post mortem illius,contra quem est inquirendum.vide Feli. in c.cùm nobis,col.4.cum seq.nu.12.de præscript.& Barb. in consi.70.in ultimo dub. vbi ponit etiam,an idem sit in crimine læsæ maiestatis.

Summarium in l.quod Cornelia.C.de Iudæ.

1 *Collegium Judęorum est reprobatum.*

Bar. in l.quod Cornelia.C.de Iudæis.

1 BART. in hac l.quod Cornelia,sic ait in summa. Collegium † Iudæorum est reprobatum, sed non reprobatur quilibet Iudæus. vide Feli.in c.Iudæi, col.10.de Iudæ.

Summarium in l.Iudęi.C.de Iudæ.

9 *Judæi habent ea quę sunt ciuium Romanorum.*

Bar. in l.Iudæi.C.de Iudæ.

1 BART. in hac l.Iudæi,ait,Iudæos † habere ea,quæ sunt ciuium Romanorum. vide Alex.in consi.75.in 5.uolu.& quæ posui in prima lucubratione in procem.fforum.

Summarium in l.nemo.C.de Judę.

1 *Statutum condi potest ut res certo pretio uendantur.*

Bar. in l.nemo.C.de Iudæ.

1 BAR. in hac l.nemo,ait,statutum † condi posse,ut res certo pretio uendantur. De hac re uide Ias.in l.ciuitas,col.3.ff.si cert.pet.& Feli.in c.1.de iud.

Summarium in l.nullus.C. de Judę.

1 *Ciuitates Italiæ quę superiorem non recognoscunt, possunt sibi inuicem bellum indicere quando faciunt aliquid illicitum.*

Bar. in l.nullus.C.de Iudæ.

1 BART. in hac l.nullus,ait hanc esse bonam.l. uide Bald.in §.si quis uerè,de pac.iur.firm. Et dum postea inquit Bart.per hanc.l.dici posse, ciuitates † Italiæ, quæ superiorem non recognoscunt,posse sibi inuicem bellum indicere,quando faciunt aliquid illicitum,vide Oldra.in consi. 70.& Alex.in consi.11.in 7.dub.in primo uol.

Summarium in l.hac ualitura.C.de Judę.

1 *Judæi non possunt ad aliquam dignitatem cooptari.*

Bar.in l.hac ualitura.C.de Iudæ.

1 BART. in hac l.hac ualitura,dicit Iudæos † non posse ad aliquam dignitatem cooptari. & ideo neq; doctores effici,quia doctoratus est dignitas. uide Dec.in c.proposuisti,in fi.de prob. & ad hæc uide Feli.in c.super eo.2. col.3.de test.& Card.Alex.in proœ.decretal.col.5.Barb.in cons.57.col.9.in 2.uol.Abb.in c.quanto,de magist.& in c.1.de Iudæ. & in c. cum sit.in primo

notab.eo.tit.& pulchre Alex.in cõsi.94. Consideratis his.nu.5.in 1.uol.ubi tradit ẽt an doctor artium & medicinæ sit constitutus in dignitate? & an doctor dicatur nobilis?& eum esse nobilem ait Dec.in d.c.proposuisti,in fi.vide Card. in proœm.clemen. colu.2. & omnino Roma.in singul.672.incip.Venianus.

Summarium in l.Christianis.C. de pagan.

1 *Iudæis uel paganis nulla iniuria fieri potest.*

Bar.in l.Christianis.C.de pagan.

1 BART. in hac l.Christianis,inquit,Iudæis † uel Paganis nullam iniuriã fieri posse, sed ideo Ecclesiam bellum indicere contra Saracenos, quia detinent terram Hierusalem, quæ est terra promisionis.An autem Iudæus transiens ad paganos sit puniendus? uide Old. in consil.51.& in consi.72.ubi tradit. an liceat bellum Saracenis indicere? & in consi.87.ubi tradit an principes possint eis bona auferre. & in consi.91.ubi tradit an possint compelli ad soluendas decimas.& Anchar.in c.peccatum,col.13.& seq.de regu.iur.in 6.& Fel.in rub.de Iudæ.& Sarac.& uide quæ posui in prima lucubratione in proœm.fforum.

Summarium in l. si seruus.C.de his qui ad eccl.confug.

1 *Quando quis occidit aliquem in casu permisso à statuto super hoc accusatio recipi non debet.*

Bar. in l.si seruus.C.de his qui ad eccles.confug.

1 BART. in hac.l.si seruus,ait, quando † quis occidit aliquem in casu permisso à statuto,super hoc accusationem recipi non debere, uide Angel. de malefic.uersic. quæro in uoce.ad denunciationem,col.83.& seq.nam ista exceptio, scilicet, eum occidi potuisse, impedit processum.Fel.in c.exceptionem.col.13.in fi.de excep.

Summarium in l.denunciamus.C.de his qui ad eccl.confug.

1 *Hominum conuenticulæ in ecclesijs fieri non possunt.*

Bar.in l.denunciamus.C.de his qui ad eccle.confug.

1 BAR. in hac.l. denunciamus,ait,hanc.l.coadunationem † & hominum conuenticulam fieri in ecclesijs prohibere.uide aliquid per Alex.in consi.111.col.fi.in 1.uol.& dum subdit Bar. de cautione petenda ab inimicis,dixi in l.illicitas.§.ne potentiores.ff. de offic.præsid.

Summarium in l. præsenti.C. de his qui ad eccle. confug.

1 *Nemo est de ecclesia extrahendus.*

2 *In quibus casibus quis in ecclesia capi possit.*

Bar.in l.præsenti.C.de his qui ad eccles.confug.

1 BART. in hac l.præsenti, in principio. ait, neminem † esse de ecclesia extrahendum. Limita istam.l.ut procedat solùm quando quis alibi deliquisset,& ad ecclesiam confugisset, secus si in ecclesia deliquisset. tex.est not.in §.is quoque etiam illud, in auth.ut licea.matr.& aui. Et in hac re scias,eum, qui commisit homicidium etiam ex proposito, de ecclesia extrahi non posse, alioqui uerò si proditorie deliquisset,utputa si socius socium trucidasset, & ista immunitas competit non solùm ipsi ecclesiæ,sed etiam monasterio, & domui, & porticibus. ita Alex. in consi.145.in 7.uol.vbi in prædicto casu ad utranque partem attulit argumenta, & denique concludit,vt prædictum est. Quid si aliquis ductus fuerit per transitum ad ecclesiam à familia prætoris,& is cognoscens se esse tutum,ibi uult immorari,possit ne an non? Respondeo cũ extrahi posse: quoniam iste non dicitur ad ecclesiam aufugisse, ex quo fuit ductus. ita Archi.in capitulo sicut antiquitus. 17.q.4.& Oldr.in consi.54.& ita pluribus argumentis concludit Petrus Lenauderius in tract.de oneribus doctorũ,q.100.4.par.vbi refert casum hunc paucis ante
2 diebus in Gallia contigisse,& ita parlamentum,(ut ipse dicit) iudicasse. Et ant & in quibus casibus quis in ecclesia capi possit.vide Ang.de malefi.in uoce,Fama publica,ver.quartò q̃ro. Et

pro

pro extensione huius.l.vide Alex.in consi.151.Visis dicto themate &c. in lib. primi & secundi vol.Oldr.in cons.141.& in cons.seq.& in consi.154.Feli.in c.de quarta,col.8.de præscr.Roma. in cons.227.& in cons.234.Card.in clem.1.in princ.de pœnit.& remiss.vide Feli.in c.ego.col. fi.de iureiur.& in c.fi.col.10.de for.compet.& latè Ang.in uoce immunitas,& Abb.in c.cũ pro causa col.2.de sent.excommunic.& in c.fi.de censib.ubi loquitur in oratorio.

Summarium in l.j.C.de legib.

1 *Jus scriptum præfertur æquitati non scriptæ.*

Bar.in l.j.C.de legib.

1 BART. in hac.l.j.sic ait in summa. Ius † scriptum præfertur æquitati non scriptæ. vide Præpositi.in c.disciplina,in 2.col.45.dist.Et dum Bar.in versi. ad istam lecturam, opponit dicens,tenendum uideri,æquitatem semper esse obseruandam. vide Abb. in cons.91.col.5.in 1.vol.& Roma.in cons.149.& ad ea,quæ ait Bar.in vers.dices tu,vide Alex. in cons.10.in 5.vol.& Feli.in c.in præsentia,col.21.& seq.de probat.Et dum Bar.hic propè finem agit de interpretatione probabili sed non necessaria,vide Barb.in l.j.col.4.ff.si cert.pet.& ibi Alex.col.9.& Ias.in 5.

Summarium in l.quæ ex relationibus.C.de legib.

1 *Rescriptum principis non facit ius generale.*

Bar.in l.quæ ex relationibus.C.de legib.

1 BART. in hac l.quæ ex relationibus,ait,rescriptum † principis non facere ius generale. vide Abb.in c.cùm in iure,col.2.vers.quæro tertiò,de offic.deleg.& ad ea quæ hic tradit Bar. vide Barb.in cons.21.col.2.in 2.vol.& in cons.26.col.15.eod.vol.

Summarium in l.digna uox.C.de legib.

1 *Princeps licèt sit solutus legibus,tamen secundum leges uiuere uult.*

2 *Princeps ex causa potest à contractu suo recedere.*

Bar.in l.digna uox.C.de legib.

1 BART. in hac.l.digna uox,colligit,æquum & dignum esse ut† princeps sit solutus legibus, uiuat tamen secundum leges. vide Oldra.in consi.95.& latissimè Feli.in c.1.de const. Et dum Bar.subiungit,principem teneri ad seruanda pacta, vide Alex.in cons.143.incip. Circa primũ dubium,col.5.in 2.dubio in libro primi & secundi vol.& in consi.vltimo,col.6.in 4.vol.& quæ posui ad Bar.in l.omnes populi col.7.in 4.quæst.tertiæ quæst.princip.ff.de iust.& iur.ad Bar.in l.j.ff.de decret.ab ord.faci.& Feli.in d.c.1.de const.& in c.quæ in ecclesiarum,col.17. eod.tit. & in c.1.de probat.& in c.cùm olim,col.3.de re iudi.& in c.in causis,colu.2. & seq.eod. titulo Barb.in consi.1.in 1.vol.& in consi.47.col.25.eod.vol.& in consi.62.col.14.eod.vol. Ant. de Butr.in consi.67.& in consi.74.Roma.in consi.109.& in consi.116.& in cons.252.& in cons. 325.col.3.Abb.in c.nouit,col.8.de iudic.Curt.in cons.2.& in cons.142.col.2.& in cons.143. Alex.in consi.249.Pro inuestigatione,col.5.in libro primi & secundi vol. & in cons.36.col.8.
2 in 5.vol.ubi ait principem † ex causa posse à suo contractu recedere. vide Bal. in consi.271. in 1.vol.ubi tradit,an successor principis obligetur ex contractu prædecessoris? Et attende quoniam princeps in contractibus utitur iure communi, & consideratur ut priuatus. Dec.in consilio.580. & in consilio. 689. nam principi Deus subiecit leges, sed non contractus. Bald. in c.1.de natur.feud.quem ibi refert Decius in d.consi.689.nam fides certa & obseruantia promissorum reddit principem præclarum.l.inter claras.suprà de summ.Trin.idque ait Bald.in l.j. ff.de pact. ubi refert Aristotelem dixisse Alexandro Macedoni, serua promissa, alioqui malus finis te sequetur.traditum enim est,ab ore ipsius Dei proueniss,ut pacta seruarẽtur.& hoc potissimùm ad principem pertinere,habetur egegiè in consi,12.inter consilia Albert. Bun.ubi multa scitu digna inueniuntr,& præcipuè citatur Scotus dicens,etiam spiritus immundos, qui sunt mendaces,seruare pactiones,quas habent cum hominibus.

Summa-

Summarium in l.non dubium.C.de legib.

1 *Pacta quæ fiunt contra ius habentur pro infectis.*

2 *Lex quãdo præcipit aliquid, debere inuiolabiliter obſeruari, quicquid contra tale præceptum fit, dicitur factum contra legem.*

3 *Verba legis ad improprium intellectum per aliam.l.trahi non debet.*

4 *Licèt lex prohibeat pupillum poſſe contrahere ſine tutoris autoritate, tamen oritur obligatio naturalis.*

5 *Dictio, ex cauſam proximam ſignificat.*

Bar.in l.non dubium.C.de legib.

1 BART. in hac.l.non dubium, ait, pacta, † quæ fiunt cõtra ius haberi pro infectis. vide Alex. in l.j.col.2.& ſeq.ff.de liber.& poſthum.& in conſi.24.in 4.vol.Et dum ait Barto.iuramentum poſitum ſuper contractu inutili, nullius eſſe roboris & momenti. vide Alex.in l.qui Romæ.§. fi.col.27.ff.de uerb.oblig.Feli.in c.ſicut.col.10.in fi.de re iudic.Alex. in conſi.87.colu.2. in 3. vol.ubi loquitur in legitimatione facta contra decretum principis. Feli.in cap.2.de teſti.Hinc
2 dici poſſet, quando † lex præcipit aliquid debere inuiolabiliter obſeruari,& quicquid contra ta le præceptum fiat, dici factum eſſe contra legem ſecundum ea, quæ habentur in c.ex literis, de offic.deleg.& in c.3.de offic.ordin. & conſequenter eſſe nullum, ut hic. Et ad materiam huius legis videas Dec.in conſi.499.nu.7.& latè Feli.in c.ex parte.nu.18.cum ſeq.de conſt. & attende unum memorabile in hac re, nam ſi actus propter honeſtatem prohiberetur, & prohibitus illum faceret, tamen ualet & tenet, ſi ei non opponatur.ita Feli.in c.fi. col.13.de conſt. & materiam formæ non ſeruatæ aperuit Feli.in c.cùm dilecta, de reſcript. Limita iſtam.l.ut per Iaſ.in l. cunctos populos.nu.78.ſuprà de ſumm.Trinit.ut procedat, quando facta eſt prohibitio actus per uerba prohibitiua, ſecus ſi per verba non permiſsiua; quia tunc actus non efficitur nullus, ut ibi per eum. Et dum Bar.agit hic de interpretatione extenſiua, vide Alex.in conſi.108.col. 5.in 3.vol.Et ad ea, quæ ſubiungit hic, in 3.col.verſi.ſi verò uult reſtringere, vide Abb. in conſ. 16.col.4.in 2.vol.& in conſi.22.col.fi.eod.vol.& Feli. in c.2. de conſt.colu.6. & Aret. in conſi.
3 118. Et ad ea, quæ dicit Bar.in verſi.ſecundum dubium.de eo.qui † uult trahere uerba legis ad improprium intellectum per aliam.l.vide Alex.in conſi.248.colum.3.in libro primi & ſecundi uol.& Aret.in conſi.66.col.1. Et ad ea, quæ ponit hic Bar.in verſi.pone exemplum, vide Felin. in c.ſolitæ, de maio.& obed. Poſtea Bar.hic in pen.col.verſi.quandoque quæritur, concludit, ſi lex aliquid prohibet,& procedit ulterius diſponendo, actum, ſi fiet, non eſſe inualidum; attende quia per iſtam concluſionem tollitur alia difficultas, quam Iaſ.tractauit.in l.eius qui in pro-
4 uincia, col.2.ff.ſi cert.pet. nam lex prohibet † pupillum poſſe contrahere ſine tutoris authoritate, tamen oriur obligatio naturalis.l.j.& ibi glo.ff.de nouat. quia lex non ſimpliciter minorem contrahere prohibuit, ſed ultra proceſsit diſponendo, ſi contrahit, obligationem naturalem oriri, ut ibi per eum. & de hac materia agit hic Iaſ.in 7.not.maximè in 4.colum.in 3.fallent. Et dum ſubdit Bar.in verſi.quandoque lex, ſi lex prohibitiua ulterius non procedit, tunc actum eſſe inutilem perinde ac ſi hoc ab ipſa lege fuiſſet expreſſum, limita niſi lex aliquid honeſtatis cau ſa prohiberet, ut per Feli.in c.decernimus, col.2.de iudic.& uideas gl.in c.1.§.officiales, in uerbo, attemptent, de offi.ordin.& Lap.in alleg.86.col.2. Ad ea verò quæ ſubiungit Bar. in verſi. quæro quid ſi lex, ſcilicet, quid ſi lex procedit ulterius pœnam imponendo, ſed de nullitate nihil ait, ubi remittit ſe ad ea quæ dixit in l.prætor.ff. de oper. nou. nunci. uide quæ ibi poſui, & Anchar.in c.canonum ſtatuta, col.18.& ſeq.de conſt. Alex.in conſi.87.col.2.in 3.vol. ubi limitat hoc niſi appoſita pœna, nihilominus de mente legis conſtaret, actum nullum eſſe debere. & ibi ponit exemplum. & plenè in propoſita re vide Feli.in c.2.de teſti. & Ang. in conſi.170.
5 Et dum Bar.dicit, uocem, † ex, cauſam proximam ſignificare, & uocem, ob, cauſam remotam. vide Aret.in conſi.4.col.4.Feli.in c.ſolitæ, col.2.de maior.& obed.Abb.in c.inter dilectos, col. 4.cum ibi addit.de fid.inſtr.Cuius autem ſit effectus, ut cauſam immediatam indicet, uel media tam, vide Bal.in l.de pecoribus, infrà ad leg.Aquil.& uocem, propter, cauſam remotam ſignificare, habetur in c.niſi, de præbend.& trad.Bal.in conſi.418. Caſus talis eſt, in 1.volu. & ad ea,

quæ

quæ ponit Bar.hic propè fi.in uerſi.ſecundum hoc ergo reaſſume.vide Alex. in conſ.4.colu.3. in 1.vol.& in conſ.59.col.fi.eod.vol.

Summarium in l.quod fauore.C.de legib.

1 *Quod fauore alicuius introductum eſt, non debet in odium retorqueri.*

Bar.in l.quod fauore.C.de legib.

1 BART. in hac.l.quod fauore,agit de illa trita regula,hoc eſt,quod † fauore alicuius introductum eſt,non debere in eius odium retorqueri. Adde hoc idem eſſe etiam contrà, ſcilicèt, ut quod in alicuius odium fuit inductum,in eius fauorem afferri non debet. & de hac re multa ſcitu digna vide apud Feli.in c. dilectus. 2. de reſcript. & de hac materia vide quæ poſui in l.itẽ in poteſtate.ff.de his qui ſunt ſui uel ali.iur.& ad.l.hanc vide Ant.de Butr.in conſi.37.colum.fi. Roman.in conſi.89.col.1.& in conſi.216.Gemin.in c.1.col.3.de reſcript.Aret. in conſ.72.& in conſi.102.& in conſi.113.& in ſimili Federic.in conſ.89.& ſeq.Barb.in c. prudentiam.§. ſi verò,de offic.deleg.Alexand.& Iaſ.in l.ſi inferius,infrà de teſta.milit.Alexan. in conſi.32.in 5. vol.Roma.in conſi.282.ubi ponit exemplum in tertio dubio & in conſ.453.Soc.in conſ.275. col.10.& Bal.in conſ.343.in 4.vol.Anch.in conſ.141.& Abb.in c.2.col.pen.de mut.petit.

Summarium in l.leges.C.de legib.

1 *Legis natura eſt, ut ad futura, non autem ad præterita porrigatur.*

Bar.in l.leges.C.de legib.

1 BART. in hac l.leges,tradit,legis † eam eſſe naturam,ut ad futura,non autem ad præterita porrigatur. vide Alex.in conſi.ultimo col.1.in 4.vol.& Imol.in conſi.67.Feli.& Aret. in c.fin. & ibi Barb.in 4.colu. de conſtit. & Card. Alexandr. in c.ex antiquis. 54. diſtin.in quibus locis plenè agitur de hac re.

Summarium in l.humanum.C.de legib.

1 *Lex quo ordine ſit promulganda.*

Bar.in l.humanum.C.de legib.

1 BART. in hac.l.humanum,ait,legem † eſſe hoc ordine promulgandam,ut primò examinetur,ſecundò ſcribatur,& tertiò recitetur. Vide ad iſtam.l.multa per Barb.in conſi.1.in 1.v olu. maximè col.11.& 27.& in rubrica de conſt. col.7.cum ſeq.& Præpoſit.in c.conſtitutio.2. diſt. & in c.in iſtis.diſt.4.

Summarium in l.leges.iij.C.de legib.

1 *Leges debent ab omnibus ſciri.*

Bar.in l.leges.iij.C.de legib.

1 BART. in hac.l.leges.iij.inquit,leges † debere ab omnibus ſciri. vide plenè apud Alex. in l.j.§.ſi quis ita.ff.de uerb.oblig.& aliquid per Corn.in conſi.18.col.4.in 3.vol.

Summarium in l.ſi imperialis.C.de legib.

1 *Sententia diffinitiua principis lata ſuper cauſa de qua cognouit, & eius declaratio, habet uim legis.*

2 *Imperator ſolus poteſt legem condere.*

Bar.in l.ſi imperialis.C.de legib.

1 BART. in hac.l.ſi imperialis, ſic ait in ſumma. ſententia † diffinitiua principis lata ſuper cauſa,de qua cognoui,& eius declaratio,habet uim legis. vide Alex.in conſi.5.col.3.in 5.vol. Feli.in c.in cauſis,col.3.de re iudic.Roma.in conſ.160.& in conſ.242.Alex.in l.apud Iulianũ. §.cum autem,in 4.notab.ff.ad Trebell.& in conſi.98.col.2.in 3.vol.Feli.in rubrica de reſcrip.

2 in princ.& Iaſ.in l.j.col.3.de ferijs. Et dum ſubiungit Bar.hic, ſolum imperatorem † poſſe legẽ condere,& interpretari, vide Abb.in c.fi.col.2.& ibi Barb.col.6.de conſt.Oldr.in conſ.95. & latè de interpretatione legis,vide Feli.in c.ſuper quæſtionum,in principio de offic.deleg. & Abb.in c.ex parte.3.de uerb.ſignif.Et dum ait Bar.etiam populum Romanum poſſe legem cõdere; quia poſtquàm transtulit poteſtatem in principem, adhuc apud eum remanſit poteſtas eligendi,& priuandi.vide Anch.in c.canonum ſtatuta,col.2.de conſt.

Summa-

De mandatis principum.

Summarium in l.j.C.de manda.princ.

1 *Non creditur alicui asserenti se habere mandatum principis nisi illud ostendat.*
2 *Cardinali an sit credendum dicenti se esse legatum Pontificis.*

Bar.in l.j.C.de mand princ.

1 BART. in hac.l.j. inquit, non † credi alicui asserenti se habere mandatum principis, nisi illud ostendat. Limita nisi mandans esset præsens: quia probari posset per testes. Ias.in repet.l.admonendi,col.81.ff.de iureiur. Et dum subdit Bar.non esse credendum nuncijs sedis apostolicæ,uel principis,nisi habeat literas,vide Alex.in consi.6.in 4.volum. & in consi.64.col.pen.in 3.vol.& in consi.79.& in consi.81.col.3.eod.vol.Feli.in c.sicut,col.17.de re iudic.Limita ut prædixi,nisi princeps esset præsens.de qua re vide Roma.in l.sciendum.ff.de uerb.oblig.& aliqua ad hoc vide apud Præpos.in c.nobilissimus.97.dist.Federic.in cõsi.145. col.5.& in consi.187.& in consi.251.Roma.in consi.59.colu.8.in 4. dubio.& in consi.336.in 2.dub.Abb.in consi.17.in 2.vol.& in consi.53.col.2.& in consi.94.col.2.in eod.vol.in 2.dub. Feli.in c.cùm in iuuenture,de præsumpt.in fin.Abb.in c.sicut nobis,de sentent.excomm.in fin. Ang.in consi.182.Bald. in c.cùm à nobis,de testi.& quoniam de hac re latè alibi egimus,& an
2 † sit credendum Cardinali dicenti se esse legatum pontificis,ideo ulterius non insistam,sed videre poteris Ias.in repet.d l.admonendi,col.80. & Feli.in c.cùm in iure,col.2.de offic.deleg.

Summarium in l.j.C.de iur.& fac.igno.

1 *Ignorantia iuris an excuset rusticum.*

Bar.in l.j.C.de iur.& fact.ignor.

1 BART. in hac.l.j.columna secunda,versi.quærit glo.tradit, an † ignorantia iuris excuset rusticum? vide Alexand.in l.iuris, columna secunda, infra qui admit. & quia de hac re alibi egi,non repetam.

Summarium in l.si emancipata.C.de iur.& fac.igno.

1 *Juris ignorantia non excusat in lucro.*

Bar.in l.si emancipata.C.de iur.& fac.ign.

1 BART. in hac l.si emancipata,ait,iuris † ignorantiam non excusare in lucro,sed oportet dicere,iuris ignorantiam non nocere in damnis. vide Angel.in l.sed si lege.§.scire.ff.de petit.hæredita. vbi declarat regulam.l.iuris ignorantia.ff.eod.tit.& Bal.in consi.386.in 1.volu.Et dum Bar. colligit ex hoc tex. eum, qui acquirit quod est sibi quasi debitum,dicitur lucrari, & de eo iudicari sicut de lucro. vide Roma.in cons.125.Aret.in cons.2.& in cõs.17.col.5.Alex. in cõs. 17.col.2.in 3.vol.& in cons.151.col.pen.eod.vol.vbi ait, titulum hæreditatis esse lucratiuum Soc.in cons.1.in fi.& in cons.212.col.2.in 1.vol.

Summarium in l.si post diuisionem.C.de iur.& fac.igno.

1 *Erronea diuisio non præiudicat diuidenti.*

Bar.in l.si post diuisionem.C.de iur.& fac.ign.

1 BART. in hac.l.si post diuisionem,ait,erroneam † diuisionem non præiudicare diuidenti. vide Alex.in consi.168.in 5.vol.Bal.in consi.366.in 1.vol.aliquid per Soc.in cons.87.col.5. & seq.in 3.vol.& in consi.25.in 4.vol.& Dec.in cõsi.600.Quid autem si super tali diuisione fuisset appositum iuramentum? vide latè apud Dec.in consi.408.Quid si appositum esset pactum de non contraueniendo? vide Decium in cons.525.Et dum Bar.hic subiungit,gl.ponere duas solutiones ad oppositionem,quam ponit,in versic.opp.ex testamento, vide pro declaratione Alex.in l.nemo potest.col.7.& ibi Ias.ff.de leg.1.& Alex.in consi.212.Viso consilio.col.pen. in libro primi & secundi vol.

Summa-

Summarium in l.cum falsa.C.de iur.& fac.igno.

1 *Confessio siue scienter, siue ignoranter facta, non præiudicat in his quæ partium uoluntate fieri nõ possunt.*

Bar.in l.cum falsa.C.de iur. & fact. ignor.

1 BART. in hac.l.cum falsa,in uersi.respondeo utraque,concludit,confesionem † siue scien ter siue ignoranter factam non præiudicare in ijs,quæ partium uoluntate fieri non possunt. vide Barb.in consi.18.col.17.cum seq.in 2.vol.Aret.in cons.13.col.fi.Bal.in titulo de feud.guar di.c.fi.col.fi.versi.modò quæro. & Ang.in consi.166.in fi.Et dum ait Barto.per confesionem extraiudicialem non transferri dominium nisi in ecclesiam,& ciuitatem, videas Aret.in consi. 14.col.5.& seq.Anch.in consi.291.in 2.& in 4.dubio.& ad rem faciunt trad.per Alex.in cons. 24.in 3.volum.& in consi.24.colum.fin.in 5.volum.Barb.in consi.37.col.3. in 3.volum. & in cons.4.col.1.eod.volum.& de ista confesione uide Aret.in l.naturaliter.§.nihil commune col. 7.ff.acquir.poss.

Summarium in l.error facti.C.de iur.& fac.igno.

1 *Error facti ante latam sententiam reuocari potest, alioqui uerò post latam sententiam.*

Bar.in l.error facti.C.de iur.& fact. ignor.

1 BART. in hac.l.error.ait in summa,errorem † facti ante latam sententiam reuocari posse, alioqui verò post latam sententiam. vide Signorel.in consi.115.ubi loquitur in criminalibus. Quid si est conclusum in causa? vide Roma.in consi.346.in 2.dubio.Dec.in cons.350.ubi tradit an & quando solutio siue confesio facta per errorem præiudicet.& quia de hac re alibi iam anteà diximus,hic tempus non conteram. Et ad ea,quæ Bar.hic ait in col.2.versi. dat gl. aliam solutionem,vide Alex.in consi.67.col.6.in 1.volu.& in l.j.ff.de eo per quem factum erit. Et ad ea quæ ponit Bar.in versi.sed si iuxta hoc quæro, vide Alex.in cons.192.col.2. in lib. primi & secundi vol.& ad tradita per Bar.hic propè fi.in versi.istam lecturam,vide Alex.in l.si mulier, in fi. versi.quod autem.ff.fol.matr.Barb.in c.cùm.M.col.19.de consti.

Summarium in l.ne passim.C.de iur.& fac.igno.

1 *Mulieribus non est subueniendum propter iuris ignorantiam, nisi in casibus à iure expressis.*

Bar.in l.ne passim.C.de iur.& fact.ignor.

1 BART. in hac.l.ne passim,ait mulieribus † non esse subueniendum propter iuris ignorantiam,nisi in casibus à iure expresis. De hac re vide Soc.in consi.39.col.5.& in cons.263.colu. pen.in 1.vol. Aret. in cons.114.in fi. & de ignorantia iuris & facti vide apud Damasum in suo tract.de brocardis, in primo membro.

Summarium in l.cum quis.C.de iur.& fac.igno.

1 *Juris ignorantia an,& quando repetitionem præbeat.*

2 *Legatum ex testamento non solemni non debetur naturaliter.*

Bar.in l.cum quis.C.de iur.& fact.ignor.

1 BART. in hac.l.cum quis,tradit in secunda oppos. an & quando † iuris ignorantia det repetitionem, sicut & ignorantia facti, ubi tractatur de damno uitando. vide Aret.in consi.33. col.fi.& Soc.in consi.263.col.pen.in 1.vol.& Damasum in tract.de brocardis, in primo membro. Et dum subiungit Bar.opinionem gl.quæ est in hac.l.esse intelligendam quando quis soluit debitum naturaliter,sed ciuiliter indebitum,ut legatum ex testamento non solenni: Atten-

2 de,quia immo legatum † ex testamento non solenni non debetur naturaliter.l. hac consultissima.§.ex imperfecto,in uerbo,accrescere.C.de testa.nam si uerum esset,relictum ex testamento non solenni deberi naturaliter,ius accrescendi locum nõ haberet,ut ibi dicitur, ad hoc enim ut ius accrescendi locum habeat,necesse est ut portio deficiens,in totum deficiat.l.si duo patroni,in principio.& ibi gl.& doct.ff.de iureiur.Pro solutione huius argumenti,vide Bart. & Paul. de Cast.in l si post diuisionem,suprà eod.tit.& ibi etiam Bal.& Corn.in consi.170. col.4. in 3. vol.& in consi.298.col.pen.in 1.vol.Posteà Bar.hic in pen.col.versi.quartus articulus, agit de eo,quod utroque iure est debitum,sed ope exceptionis indebitum,& ponit exemplum in macedoniano,& uelleiano,ut hic per eum. Tu verò aduerte dum Bar. distinguit, an exceptio sit

fauorabilis,

fauorabilis,& tunc ſolutum quocunque errore repetitur,an odioſa,& tunc repetitur ſolutum errore facti,alioqui non; nam contrarium uidetur eſſe dicendum, cum etiam macedonianum odio creditorum fuerit inuẽtum,iſtud odium militare debet etiam ſi errore iuris ſolutum eſſet ad hoc ut tanto magis quicunque præcaueret,mutuare filijsfamiliàs. hoc autem ſcilicet in macedoniano contractum & obligationem non prohiberi,ſed tantùm actionem exceptionis ope impediri,ſequitur Iaſ.in l.non dubium,col.12.verſi.tu reſponde,ſuprà de legi.& propterea dat pulchram ſolutionem. ſed contrarium in diſcurſu dicit idem Iaſ.in auth.ſacramenta puberum, col.14.in verſi.& contrarium infrà,ſi aduerſ.uendit.& Bartoli intentionem videntur probare leges hic per eum allatæ. ſed reluctatur.l.j.ff.ad uelleianum,niſi reſpondens illam.l.non eſſe attendendam,cum in l.ij.hic per Bartolum adducta,recitentur verba edicti,ex quibus mens Bartoli comprobatur. tamen contrarium uult idem Bar.in l.frater à fratre.colum.5.verſi.ſecundò quæro.ff.de cond.indeb.quem ibi redarguit Iaſ.in 14.col.verſi.circa.

Summarium in l.quoties.C.de precib.Imper.offer.

1 *Beneficia principum debent concedi ſine graui iniuria alterius.*

Bar.in l.quoties.C.de precib.imper.offer.

1 BART. in hac.l.quoties,in ſecundo notabili ait, beneficia † principum debere concedi ſine graui iniuria alterius. vide Feli.in c.quæ in eccleſiarum,colum.16.verſ.quarta declaratio,de conſt.

Summarium in l.uniuerſa.C.de precib.Impera.offer.

1 *Ille qui habet dilationem à principe tenetur ſatiſdare de ſoluendo in termino.*

Bar.in l.uniuerſa.C.de precib.imperat.offer.

1 BART. in hac.l.uniuerſa,inquit,eum,qui habet dilationem † à principe,teneri ſatiſdare de ſoluendo in termino.pro declaratione huius.l.vide Alex.in conſi.38.in 2.dubio.in 3.uolu. ubi dicit,eam non habere locum,quando debitum ſuper quo dilatio petitur,deberetur ex contractu iurato. Et ad rem hanc uide eundem Alex.in conſi.350.in libro primi & ſecundi vol.Rom. in conſi.323.& Aret.in conſi.137.Et dum Bar.quærit quando iſta ſatiſdatio præſtari debeat? vide Barb.in conſi.306.col.17.in 2.vol.Et dum Bar.ſubiungit,dicens,aut ſolennitas eſt adhibenda tempore contractus,& tunc ſi actus aliter fiat,non ualet ipſo iure. Aut lex.iubet ſolenni tatem adhiberi poſt contractum,& tunc ſi illa ſolennitas non ſeruatur, contractus nõ eſt nullus ipſo iure,ſed re ipſa non ualet. hoc Bar.documentum ſequitur hic Iaſ.& alibi appellat illud aureum & ſingulare in l.non dubium.col.3.in 7.notabili ſuprà de legi.& quanuis lex hac uoce,ſuper,uteretur, non tamen propterea concluditur,ſolennitatem hanc exigi tempore ipſius contractus,ita ut eius omiſsio irritum reddat contractum,ut in auth.ſacramenta puberum,ubi glo. & Bar.infrà ſi aduerſ.uendit.& ibi Iaſ.col.6.verſi.in tex. Et quomodo uerbum,non ualeat,ſignificet ipſo iure,vide Feli.in c.nonnulli,col.12.in 3.fallen.de reſcrip. Et ad hoc Bartoli documẽtum vide Felin. in c.2.in 1.notab.de teſti.& Roma.in conſi.203.& in conſi.236.in fin.Imol.in conſi.44.col.1.& addita ad Anan.in conſi.50.& Alex.in conſi.125.col.fi.in 1.vol.Feli. in c.ad hæc col.1.de reſcript.Aret.in conſi.77.in fi.& in conſi.85.col.fi.& Alex.in conſi.53. col.fin.in 3.vol.ubi in ſpecie agit de gabella,ut hic per Bar.& plenè de iſtis ſolennitatibus uide Angel. in conſi.86.ubi tradit de ſolennitate inſinuationis à ſtatuto requiſita,& Anch.in conſi.291.colu. 3.Dec.in conſ.20.ubi declarat Bartolum. Et quomodo cognoſcatur an aliquid requiratur pro forma,vide remiſsiuè Feli.in c.3.col.2.de teſti.cogen.& Aret.in conſi.69.

Summarium in auth.quæ ſupplicatio.C.de precib.Imper.offer.

1 *Judex non debet cognoſcere de iniquitate ſuæ ſententiæ.*

Bar.in auth.quæ ſupplicatio.C.de preci.imper.offer.

BART. in iſta auth.quæ ſupplicatio,opponit,dicens. uideri eſſe concludendum, eundem
1 † non debere cognoſcere de iniquitate ſuæ ſententiæ. aitque aliud eſſe in ſupplicatione,& aliud in

in appellatione. vide Feli.in c.ad hæc,col.fi.de appellat. Et quoniam ex isto tex.colligitur, tẽpus esse de substantia, vide Feli.in c.cùm dilecta.nu.33.de rescrip. Et dum hic in fi.ait Bar. porrigendam esse supplicationem ipsi præfecto infrà 10.dies,vide Paridem in tract.de syndic.col. 3.versi.an si statuto.

Summarium in l.uniuersis.C.de precib.Imper.offer.

1 *Quærendum non est à quo aliquid fuerit impetratum.*

Bar.in l.uniuersis.C.de precib.Imperat.offer.

1 Bart. in hac.l.vniuersis,ait,non esse quærendum † à quo aliquid fuerit impetratum. vide Feli.in c.2.col.4.versi.demum,de rescript. Et dum subdit Bar.defectum personæ impetrantis non reddere irritum rescriptum,sed mendacium eius & falsitatem,vide Feli. in c. nonnulli. §.sunt & alij.col.13.versi.fallit sexto.de rescript.

Summarium in l.j.C.quando libel.Princ.dat.

1 *Libellus datus Principi si ad eum est rescriptum,interrumpit præscriptionem,& facit actiones transitorias in hæredem.*

Bar.in l.j.C.quand.libell.princip.dat.

1 Bart. in hac.l.j.sic ait in summa. Libellus† datus principi,si ad eum est rescriptum, interrumpit præscriptionem,& facit actiones transitorias in hæredem. vide Bar.in l.j. in principio col.1.infra de lit.contest.ubi dicit in isto titulo non fieri litis contestationem, quamuis sit contra rubricam & textum.

Summarium in l.supplicare.C.ut lit.penden.

1 *Non licet priuilegium impetrare super causa quæ agitur.*

Bar.in l.supplicare.C.ut lit.pend.

1 Bart. in hac.l.supplicare,in fi.dicit,non licere † priuilegium impetrare super causa, quæ agitur.alioqui super alia. vide aliquid per Alex.in l.si quis.ff.si quis caut.

Summarium in l.fi.C.ut lite penden.

1 *Ille qui supplicat Principi ut retractetur sententia,quæ transiuit in rem iudicatam, & iterum re iudicatur,non solum caret impetratis, sed etiam infamis efficitur.*

L.fi.C.ut lite pend.

Bart. in hac.l.fi.nihil dicit,tamen est memorabilis,ex quo colligitur,eum, qui supplicat
1 principi,ut retractetur sententia,quæ transiuit in rem iudicatam,& iterum reiudicatur, non solùm carere impetratis,sed etiam infamem esse,ut hic dicit Paul.de Cast.& pauci aduertunt, & posset esse magni effectus propter infamiam.& Io.Baptista Caccialupus in tract. de transactionibus,quæst.27.dicit se semel uidisse hoc in facti contingentia,scilicèt obiectam fuisse infamiã impetranti,ideo non obliuiscaris.

Summarium in l.j.C.si contra ius uel util.pub.

1 *Si aliquid omittatur in precibus,nihilominus ualet rescriptum.*

Bar.in l.j.C.si contr.ius uel util.public.

1 Bart. in hac.l.j. tadit, nunquid si † aliquid omittatur in precibus, nihilominus ualeat rescriptum? vide aliquid ad rem hanc per Corn.in cons.114.col.pen.in 1.part.

Summarium in l.præscriptione.C.si contra ius uel util.public.

1 *Si in rescripto in quo dicitur expositum fuisse ab,A.quod, B. Fundum ad se pertinentem detinet, ideo tibi mandatur, ut dictum fundum restituere facias, quòd hoc rescriptum expresse continet restitutionem fundi,& tacitè cognitionem.*

2 *Testis crimen falsi committit non solum dicendo mendacium,sed etiam tacendo ueritatem.*

Bar.in l.præscriptione.C.si contr.ius uel util.public.

1 Bart. in hac.l.præscriptione,col.2. agit de rescripto, † in quo dicitur, expositum fuisse ab,A.quod,B.fundum ad se pertinentem detinet,ideo tibi mandatur,ut dictum fundum restituere

tuere facias: nam hoc reſcriptum expreſsè continet reſtitutionem fundi,& tacitè cognitionẽ. ad rem hanc faciunt trad.per Feli.in c.2.colu.3.de reſcript.& ibi Dec.in fi.primi notabilis. Ad ea verò,quæ ait Bar.hic in 3.colum.verſi.puto ergo,dicens ſi cognitio cauſæ alicui mandatur, quanuis ſit narrata falſitas,tamen quia narrando principi,præſupponitur hoc eſſe dubium,dolum eſſe commiſſum dici non poſſe. Adde ſi narratur falſitas in modo procedendi & ita obtineatur,nihilominus hoc non attendi. Abb.in c.ſuper literis,de reſcrip. Poſtea Bar. in ead. col. uerſi.breuiter mihi uidetur,inquit,ſi reſcriptum non habet falſitatem manifeſtam, ipſum iudicem poſſe cognoſcere. vide Feli.in d.c.ſuper literis,col.17.cum ſeq.uerſi.fallit quintò. Et dum Bar.in col.fi.agit de Florentino,qui promiſit dare centum in caſtro Iluſino comitatus Peruſij, & opponit Florentinus,illud caſtrum non eſſe Peruſinum, an iſta probatio præiudicet iudici, in cuius territorio dicebatur eſſe illud caſtrum? vide Alex.in conſ.1.in 5.vol. & Barb. in conſi. 50.col.3.in 1.vol.& Roma.in conſi.208.in fi.Et dum ſubiungit Bar.in iuribus incorporalibus non acquiri quaſi poſſeſsionem niſi aduerſario ſciente & patiente,vide Feli.in cap.cum ſuper,
2 col.5.de re iudic.Poſtea Bar.hic in fi.ait,teſtem † crimen falſi com mittere non ſolùm dicendo mendacium,ſed etiam tacendo veritatem.vide Fel.in c.1.de teſti.cogen.Alex.in l.argentarius. §.cùm autem.ff.de eden.& quæ dixi iam anteà in propoſita re.

Summarium in l.& ſi non cognitio.C.ſi contra ius uel util.pub.

1 *Executor an habeat cognitionem.*

Bar.in l.& ſi non cognitio.C.ſi contr.ius uel util.public.

1 Bart. in hac l.& ſi non cognitio,tradit,an executor † habeat cognitionem?vide Card.in conſi.145.colu.fi. & in re propoſita vide Abb.in c.exhibita.nu.6.de iudic.& in c. paſtoralis.§. quia verò,de offic.deleg.& Feli.in c.de cætero,de re iudic.

Summarium in l.fi.C.ſi contra ius uel util.pub.

1 *Reſcripta contra ius uel contra publicam utilitatem,non ſunt ſeruanda.*
2 *Juſta cauſa in Principe an præſumatur.*
3 *Imperator an poſſit reſcribere contra ius humanum.*
4 *Clauſula non obſtante,non tolluntur ſtatuta & conſuetudines niſi de ipſis fiat mentio ſpecialis.*

Bar.in l.fi.C.ſi contr.ius uel util.public.

1 Bart. in hac.l.fi.ſic ait in ſumma. Reſcripta † contra ius,uel contra publicam utilitatem, non ſunt ſeruanda. Ad materiam huius.l.vide Alex.in conſi.101.in 1.vol.ubi tradit etiam quando princeps poſsit auferre ius tertio acquiſitum. de qua re vide Feli.in c.quæ in eccleſiarum, de conſt.Et dum poſtea quærit Bar.utrũ princeps poſsit reſcribere contra ius diuinum? vide Alex.in conſ.pen.in 5.vol.Feli.in c.1.col.7.in 4.fallen.de conſt.& omnino in c.quæ in eccleſiarum,eod.tit.& quæ poſui ad Bar.in l.relegati.ff.de pœn.Barb.in conſi.1.col.9.in 1.vol.Card.in conſi.85.col.fi.& in conſi.142.& in conſi.147.Roma.in conſi.310.& in conſi.436.col.4. ubi
2 tradit an † præſumatur iuſta cauſa in principe? & in conſi. ſeq. & in conſi.352. Alex. in conſi. 57.col.3.in 1.vol.Barb.in c.nam concupiſcentiam,col.4.de conſt.Fulg.in conſi.20.col fi. & in conſi.61.Paul.de Caſt.in conſi.284.& ſeq. ubi loquitur in Papa. Poſtea Barto. quærit, utrum
3 † Imperator poſsit reſcribere contra ius humanum? & diſtinguit, aut uult auferre mihi iurisdictionem exercendo, aut uult mihi auferre priuilegium alteri concedendo, & reliqua. vide Fulgoſ.in d.conſi.61.Alex.in conſi.136.in 1.vol.& in conſi.pen.col.5.in libro primi & ſecundi vol.Paul.de Caſtr.& Alex.in l.ij.infrà de in ius uoc.Alex.in conſi.1.col.4.in 5.vol.& in conſi. 13.eod.vol.Abb.in conſi.17.col.16.in 2.vol.& in conſi.77.col.3.eod.vol. & in conſi.84.col. 1.eod.vol. Barb.in conſi 43.col.24.in 1.volu. & in multis alijs conſilijs quæ referre non curo. Ad ea verò quæ ponit Bar.hic in 3.quæſt.dicens,aut princeps uult reſcribere contra ius commune legem condendo,& reliqua,vide Abb.in c.fi.col.3.de conſt.uerſi.quid autem, ubi Feli. col.4.verſi.ſecundus,& ibi Dec.col.2.ver.prædicta. Poſtea quærit Bar.quid ſi princeps reſcribit contra legem,dicens,lege non obſtante? vide latiſsimè Feli.in cap.nonnulli,de reſcript. Et dum ſubiungit, an ſufficiat dicere in genere non obſtante aliqua lege, an verò in ſpecie dici debeat

debeat non obstante tali lege? vide latissimè Feli.in d.cap.nonnulli.col.13. vers.primò. Imol. in consi.24.Aret.in consi.15.in secundo dub.Abb.in d.c.nonnulli, colu.4.vers.aut ius non habet.Fulg.in consi.153.& in consi.170. Alexand.in consi.249. Pro inuestigatione,in lib.primi & secundi uolu.& in consi.267. Viso titulo,eodem libro. vbi loquitur, maximè quando agitur de derogando consuetudini. & in consi.87.colu.2.in tertio uolu.Roma. plenè in d.cons.436. vbi inter cætera ponit de priuilegio alicui utilitatis publicæ causa concesso habente clausulas generales non obstantibus. & videas Alexan.in consi.187.colu.penul.in 5.uolu. & omnino in cons.37.in primo uol.& Dec.in consi.10.vbi declarat Bar.Et attende circa prædicta,quoniam clausula,non obstante,non sufficit,quando plura sunt quæ obstant, nam de singulis fieri debet specialis mentio.l.si non lex Eliescentia.ff.de hæred.institu.Bal.in l.j.col.11.infrà de furt.quem sequitur Alexan.& Iaſ.hic.& Iaſ.in l.fi.ff.de constitu.princip. & Feli.in c.postulasti,& in c.nonnulli,de rescript.& ad rem hanc uideas Soci.in consi.41.& in consi.63.in tertio uol.& in cons. 47.colu.fi.in quarto uolu.Alexand.in consi.120. & in consi.121.in quarto uolu.& omnino in consi.111.Prospectis literis,in sexto uolu.& Curtium in consi.35.col.fi.vbi ait,per istam clau-
4 sulam † non obstante,non tolli statuta & consuetudines,nisi de ipsis fiat mentio specialis. Item clausula non obstante præiudicio tertij,intelligitur de modico præiudicio,secus si esset graue, quia ei non intelligitur derogare. Iaſ.in l.quoties, suprà de precibus imper. offer. & Albertus Brun.in consi.17. Attende tamen hoc potissimum in hac materia, quia princeps nisi ex magna causa uti non debet clausula, non obstante. Innoc. in capitulo innotuit, de elect.id quod tanquam singul.ibi sequitur Abb.& in capitulo ad hæc,de rescrip. & Bald.in l.bene à Zenone, infrà de quadrien.præscript.& propterea dicit Bald.in titulo de pac.Constan. colu.23.in vers. non obstante, populum Romanum nunquam usum fuisse ista clausula,ideo infertur,huic clausulæ standum non esse, quando princeps ea utitur sine causa. ita Iaſ. in consil.8.inter consilia Alberti Bruni.

Summarium in l.j.C. de diuer.rescrip.

1 *Præiudicij paruitas, & rationis identitas facit ut in rescriptis intelligatur repetita persona, quæ in interrogatione præcesſit.*

2 *Beneficium uni collatum an ad alium porrigatur.*

Bar.in l.j.C.de diuers. rescrip.

1 BART. in hac l.j.sic ait in summa. præiudicij † paruitas, & rationis identitas facit, ut in rescriptis intelligatur repetita persona, quæ in interrogatione præcesſit. vide Dec.in consi.16. Corn.in consi.136. colu.fi.in quarto uolu. & omnino Feli.in cap. super literis, colu.6.& sequ. de rescript.Alexand.in consil.84.colu.fi. in primo uolu. vbi ait,responsum principis in dubio intelligendum esse secundum preces ei porrectas. & Paul.de Cast. in consi.316. Roma.in consi.80. Iaſ.in l.iustitia.colu.2.ff.de iustit.& iur. Et dum Bar. tradit, an
2 † beneficium uni collatum ad alium porrigatur? vide Feli.in capitulo nonne,de præsumpt.colu.2.Alexand.in consi.236. in libro primi & secundi uolu. & in consi.7. in quinto uolu. & dum in fi.hic ait Bar. personam intelligi repetitam,vbi tractatur de modico præiudicio, vide Areti. in l.sicut.§.1.ff.de leg.j.& Roma.in consi.80.& in consi.132.

Summarium in l. falso asseueratur.C.de diuer.rescrip.

1 *Rescripta principis sunt perpetua.*

Bar.in l.falso asseueratur.C.de diuer.rescrip.

1 BART. in hac l.falso, inquit, rescripta † principis esse perpetua. solet etiam ista l.adduci, quòd rescripta in dubio debent ita intelligi, ut sint conformia iuri communi. Barb.in cons.12. colu.2.& seq.in tertio uolu. Et dum Bar.hic in fi.quærit,an priuilegia sint perpetua, vide Imol.

in consi. 146. col. 5. Bal. & Abb. in c. si autem, de rescript. & ibi Feli. Paul. de Castr. in consi. 158. & Corn. in consi. 15. col. 3. in 3. uol.

Summarium in l. j. C. de statu. & imagi.

1 *Iudex quando debet adesse in certo loco, ei non creditur nisi legitimè probet.*

Bar. in l. j. C. de statu. & imag.

1 BART. in hac l. j. inquit, quando iudex † debet adesse in certo loco, ei non credi nisi probet legitimè. vide Feli. in c. tenor, de re iudic. & Aret. in consi. 128. col. 2.

Summarium in l. formam. C. de offic. præfec. præto.

1 *A præfecto lex generalis potest sanciri.*

Bar. in l. formam. C. de offic. præfec. prætor.

1 BART. in hac l. formam, ait, à præfecto † legem generalem posse sanciri. *vide* Roma. *in* consi. 37. col. fi. in secundo dub. & Soc. in consi. 59. in primo uolu.

Summarium in l. si quos. C. de offic. præfec. præto.

1 *Iudices possunt remoueri propter negligentiam.*

Bar. in l. si quos. C. de offic. præfec. prætor.

1 BART. in hac l. si quos, ait, iudices † posse remoueri propter negligentiam. quomodo autem dicantur esse in negligentia. vide aliquid per Roma. in consi. 48. in fin. & Feli. in cap. edoceri, col. fi. de rescrip. & in cap. si autem, nu. 5. cum sequ. de rescript. Et ratio huius conclusionis esse potest: quia negligentia in his, qui ex officio tenentur aliquid facere, dolo æquiparatur. Anchara. in consi. 158. Ex narratis in facto. & Crauet. in consi. 132. nu. 4. Hinc negligentia in prælato est peccatum mortale. Feli. in rubrica. de treg. & pac. nu. 5. Et an & quando prælatus propter negligentiam sit deponendus, vide apud Felin. in cap. 1. eod. titu. de treg. & pac. & in cap. 1. col. 3. de offic. deleg.

Summarium in l. j. C. de offic. præfec. vrbis.

1 *Si in ciuitate fiat unus officialis specialis super damnis datis, vel super abundantia, non tollitur iurisdictio uniuersalis, quam habet potestas.*

Bar. in l. j. C. de offic. præfect. vrbis.

1 BART. in hac l. j. ait, si in ciuitate † fiat unus officialis specialis super damnis datis, vel super abundantia, non tamen propterea tolli iurisdictionem uniuersalem, quam habet potestas. vide Feli. in capitulo pastoralis, de offic. ordin. Dec. in capitulo cæterum, colum. 3. de iudic. & in consil. 3. per totum. Alexand. in l. Titia textores, in secundo notab. ff. de lega. primo. & in l. quod in rerum. §. si quis post. & ibi plenè Iaſ. ff. eodem titulo. & Iaſ. in d. l. Titia, in octauo notab. Roma. in consi. 42. & in d. §. si quis post, & in consi. 102. Barb. in capitulo dilectus filius, de rescript. Angel. in l. testamenta omnia, infrà de testa. & ibi Iaſ. & alios & Paridem in tract. de syndicatu, in uoce, arbitrium. columna quarta, verſ. fin. & Feli. in dicto capitulo pastoralis, colu. 2. tradit an inferior habens iurisdictionem in eo loco, in quo habet etiam superior, eam habeat cumulatiuè, vel priuatiuè, vide Barb. in consi. 87. colum. 7. in tertio uolumine. & in consil. 34. columna penult. in quarto uolumine. & Corn. in consi. 67. in 1. volu. & latè Bald. in l. j. §. vbi autem, col. 3. infrà de caduc. tollen.

Summarium in l. nemo iudex. C. de offic. diuer. iudi.

1 *Mulier carcerari non potest.*

Bar. in l. nemo iudex. C. de offic. diuerſ. iudic.

BART. in hac l. nemo iudex, ait hanc esse bonam. l. cum auth. sequ. tu uerò limita ut per Abb. in c. literas in fi. de restitu. spoliat. Areti. in consi. 95. Roma. in consi. 118. Seuerin. in tract.

tract.de debitor.suspec.& fugit.in 7.quæst.principali.& Paridem in tract.de syndicatu.§.adul-
1 terium,colu.3.& sequ.& ista auth.sed hodie, solet adduci ad probandum,mulierem † carcera-
ri non posse. de qua re uide Bar.in l.nemo carcerem.C.de exactor. trib. lib.10. & l.sacrilegij.§.
Labeo.ff.ad leg.Iul.pecul.Anch.in c.lator,de pignor.& Salic.in auth. matri & auiæ,infrà,quād.
mul.tutel.officio fung.non pot.

Summarium in l.suggerente.C.de offi.eius qui uic.alte.ger.

1 *Alius est delegatus,& alius uicegerens.*

Bar.in l.suggerente.C.de offic.eius qui uicem alter.ger.

1 BART. in hac.l.suggerente,declarat,alium esse delegatum, † & alium esse uices gerentē. vide Bal.in consi.38.in primo uolu. vbi per istam l.ait, factum coram uicario prætoris,dici factum coram ipso prætore,& ad rem hanc uide aliquid apud Roma.in consi.59. & Soc.in cons. 195.colu.1.Feli.in c.cùm olim,2.de offic.deleg.& an ista differentia sit bona? vide Alexan.in rubr.ff.de offic.eius,col.3.cum seq.

Summarium in l.consiliarios.C.de assesso.

1 *Officiales quibus culpa aliqua imputatur, si fugiunt, habentur pro confessis.*

Bar.in l.consiliarios.C.de assessor.

1 BART. in hac l.consiliarios,inquit eam esse singularem. ex qua colligitur,officiales,† quibus culpa aliqua imputatur, si fugiunt,haberi pro confessis.vide Oldrad.in consi.65.

Summarium in l.eos qui.C.de modo mulcta.

1 *Judex pro uno crimine solum tres mulctas imponere potest.*

Bar.in l.eos qui.C. de mod.mulct.

1 BART. in hac l.eos qui, ait, iudicem † pro uno crimine solùm tres mulctas posse imponere. vide omnino Alexand.in consi.177.viso themate, columna secunda.in libro primi & secundi uol.vbi declarat hanc materiam. & Ias.in l.sed si eximendi, quam legit in l.iij.§.fin.ff.ne quis eum qui.

Summarium in rub.C.de eden.

1 *Gerundium significat necessitatem.*

Bar.in rubr.C.de eden.

1 BART. in hac rubrica quærit, quare in ea dicatur, de edendo, & non de editione? & reprobat solutionem illam, qua dicitur, gerundium † significare necessitatem dicēs se nescire ubi hoc probetur. vide Alexand.in consi.28.in fi.in quarto uolu.Ias.in rubrica.ff.de liber.& posthum.& Feli.in cap.aut exceptionem,colu.3.vers.moueor, de excep.& de natura gerundij,vide plenè apud Ioan.Monach.& Io.Andr.& alios in capitulo unic.de postul.prælat.in sexto.& Alberic.in suo dictionario,in uoce,gerundia. Postea Bar.subiungit, iccirco hic positum fuisse istud gerundium,de edendo, quia significat modum agendi & patiendi,atque ita ipsius actus,de quo intendit tractare; vt uidemus similiter in omnibus rubricis, in quibus tractatur de ipso actu, vt de postulando, & de in ius uocando. hæc Bart. Tu uerò attende, quoniam huic expositioni refragatur rubrica infrà de contrahenda stipulatione, & institu. eodem titu.&.ff.eodem.& rubrica.ff.de contr.empt.& inst.eodem. sed ad rubricam.ff.de verbor.obliga.& institu. de empt. responderi posset, quamuis ibi aliquid ponatur de modo contrahendi,hoc fuisse, vt plenè sciri posset effectus, qui aliter bene sciri non potuisset, secundum l.primam.ff.de iust.& iure. Ad rubricam autem de contrahenda stipulatione,dicas,ibi ēt positum esse,& de committenda.& ad rubricam.ff.de contrah.empt.dicas ibi in rubr.positum esse etiam de pactis inter emptorem & uenditorem.Item contra hoc Bar.documentum facit.l.edita,& l.ij.& l.non est, infrà eodem titulo. in quibus habetur de effectu. sed dicas ibi pro maiori

parte de actu positum esse: & sic faciunt trad. per Bart. in rubrica.ff.solut. matrim. Dum verò aliqui opponunt, nomen uerbale etiam significare posse actum pro ut est in fieri, & citant.l. traditionibus,infrà de pact.& Bart.in l.si procuratori, columna secunda, versic.verùm ad glo. Dicas immo ibi agi de actu cõsummato & perfecto,hoc est de ipsa traditione facta. Ad ea uerò quæ subdit Bart.dicens, vbi agitur de effectu, ibi poni nomen, vt de pactis, de actionibus, & similibus, dicas huic sententiæ reluctari, quia titulus infrà de satisdando, de eadem re tractat, de qua & titulus inst. de satisdationibus, & tamen una rubrica posita est per gerundium, & altera per nomen.

Summarium in l.j.C. de eden.

1 *Reus non tenetur edere actori ad intentionem fundandam.*
2 *Reus cogitur ex causa officio iudicis edere actori.*
3 *Res quæ semel facta est alienabilis, perpetuò efficitur alienabilis.*

Bar.in l.j.C.de eden.

1 Bart. in hac l.j.in secundo notab.ait, reum † non teneri edere actori ad fundandam intentionem. Vide latissimè Dec.in repet.capituli primi de probat. colum.7.vers.ad primum, & ibi tradit casus & fallen. in quibus edere cogitur, maximè ex contractu usurario, vt ibi per eum,columna duodecima, vers.secundò principaliter. & ibi in 15.colu.versic. sed apud Doct. latissimè tractat, an mercator rationes suas edere teneatur. Et dum Barto. in tertio notab.ait,
2 reum cogi † ex causa officio iudicis edere actori, bene facit text. in l.eum quem temerè.§.primo.ff.de iudic. Et dum agit Bart.de.l.ex argentarijs.§.prohibet.ff. eodem titulo.intellige.d.§. prohibet, in eo, qui edidit ex necessitate, vt iterum edere teneatur ei, qui casu fortuito amisit, secus uerò in eo, qui cum edere non teneretur, tamen ex uoluntate sua edidit, vt hic inquit Petr.sufficit enim vt uel in paucis amici laboribus nobis succurratur.l.tutore.ff.de negoc. gest. Quod tamen limita nisi is proprius se ad edendum astrinxisset,ut in simili dicimus in donatione, quæ quando incipit à promissione, obligat donantem de euictione, secus si à traditione secundum trad.in l.Aristo.§.fin.ff.de donat.& in l.j.infrà de euict. & quia etiam isto casu militat dictum Pet. quòd ex necessitate edidit. Aduertendum tamen est, quoniam immo etiam in illo casu, quo quis sponte edidit, uidetur eum teneri, vbi quod semel est editum casu fortuito periret. primum quia.§.prohibet,non distinguit, ergo neque nos debemus distinguere.secundò, quia ubi semel est facta editio,videtur dicendum,eam denuo fieri debere,sicut actio, quæ semel transiuit in hæredem, sit perpetuò transitura.l.uidebamus.ff.quod met. cau.
3 Et res,† quæ semel facta est alienabilis,perpetuò efficitur alienabilis.l.pater.§.quindecim.ff.de legat.3. & hoc quoque uidetur posse probari in dicto.§. prohibet,ibi, illa ratione, inducendo hoc modo. pone editum fuisse argentario sponte,& eum postea amisisse, nonne probato casu poterit petere sibi iterum edi? certè poterit, non enim ista ratione prohibetur sibi edi, quia sponte semel editum est,sed quia debet esse instructus. & ideo quod de uno dicitur, de alio nõ est intelligendum.l.cum prætor.ff.de iudic. Ad ea uerò quæ hic subdit Bart.in uers.possumus ita dicere,scilicet,eum qui exercet aliquam artem,cogi edere libros, videas plenè Dec.in d.c. 1.col.15.vers.sed per doct.de probat.

Summarium in l.is apud quem.C. de eden.

1 *Acta ciuilia,& criminalia iudicis officio exhibentur.*
2 *Testium publicatio fieri debet authoritate iudicis.*
3 *Judex maleficiorum an super accusatione testes non productos possit examinare.*
4 *Minor an possit esse testis.*

Bar. in l.is apud quem.C.de eden.

1 Bart. in hac l.is.apud quem, sic ait in summa. Acta † ciuilia & criminalia iudicis officio exhibentur.

exhibentur. De materia huius. l. vide Decium in repet. capituli primi. de probat. colum. 32. verſ. circa ſecundam quæſtionem. vbi ponit regulam cum fallent. & ibi Feli. colu. 12. verſ. fallit nonò. & iſta l. legitur etiam alio modo, ut per Bar. in l. j. §. editiones. ff. eodem uerſ. quæro iuxta hoc. Et dum Bar. hic paulòpoſt inquit, ſi quis dixerit ſe non habere inſtrumentum, uel exhibere non uelit, pronunciandum eſſe illi inſtrumento nullo tempore habendam eſſe fidem, ſicut & in l. diffamari. C. de ingen. man. elapſo termino negatur audientia. Attende hic, quoniam ut hoc locum habeat, requiritur prius bina monitio ſecundum Dec. hic, qui citat Ange. ita declarantem per glo. in §. ſi quis autem non impletis, in authen. de hæred. & falcid. columna prima. & in §. ſi quis autem pro redemptione, columna nona. in auth. de eccleſiaſt. tit. De qua re uide Angel. de malefic. in glo. nec non ad querelam, columna decima. & in rubrica inſtit. de exception. colum. 14. Alexand. in conſi. 108. in primo uolumine. Cæpoll. in cautel. 150. & pro hac deciſione facit. glo. magna in fin. in l. j. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Et intellige hanc binam monitionem fieri debere cum temporis interuallo, ut in ſimili caſu aiunt Bart. & glo. in l. ſi quis conuenerit. ff. de pignorat. action. Hoc tamen documentum Angel. late oppugnat Roma. in l. quamdiu. ff. de acquiren. hæredit. colum. 29. vide Alexand. in l. fin. ff. de feri. poſt principium ſui apparatus, & Feli. in capitulo ex literis, colu. 6. verſ. fallit nonò, de teſti. & in cap. licèt cauſam, colu. 14. verſ. limita duodecimò, de probat. & aliquid in cap. 2. columna quinta. verſic. tamen dicas, de teſti. & in cap. cùm olim, colum. 3. verſ. quando autem, eodem titulo. de teſti. & in cap. gratum, colu. 1. de offic. delega. Barb. in cap. cùm cauſa, colu. 4. de offic. deleg. Anchar. in conſi. 306. Soci. in conſi. 41. colu. 3. in primo uolu. vbi declarat. vide in ſimili caſu text. in l. moris, in principio. in uerbo, poteſt. ff. de pœn. & ad prædicta uide omnino quæ poſui in d. l. diffamari, infrà de ingen. man. Et de remedio. d. l. diffamari & ſimilium uide Roma. in conſil. 53. Felin. in capitulo cùm ſit, columna quinta. verſ. amplia concluſionem, de foro compet. & Soci. in conſi. 94. in tertio uolumine. Ad ea uerò quæ hic ponit Barto. in verſ. quintò modo, ſcilicet
2 de publicatione † teſtium, quæ fieri debet authoritate iudicis: Adde, ſi notarius daret copiam atteſtationum ante publicationẽ, eum in pœnam falſi incidere. ita dicit hic Io. Bap. aliàs fuiſſe iudicatum Paduæ ex conſilio Iacobi de Are. & aliorum complurium. & per hoc facit memorabile dictum Bald. in l. fina. columna nona. infrà eodem. vbi vult, notarium, qui propalat ſecreta curiæ, incidere in crimen falſi, & Dec. teſtatur hic, ita Piſis iudicatum fuiſſe. pro quo facit. l. j. §. is qui. ff. de pœn. ſed hodie propè infiniti reperiuntur, qui hæc faciunt. dico etiam in crimine hæreſis, prout audiui ſemel ab inquiſitore hæreticæ prauitatis, qui mihi dixit, notarium inquiſitionis ſecreta curiæ reuelaſſe. Et dum poſtea Bart. quærit, vtrum iudex malefi-
3 ciorum † ſuper accuſatione teſtes non productos poſsit examinare, & inducitur in argumentum per glo. quòd minor debet iurare de ueritate dicenda, ſed non de calumnia. aduerte quia hic aliqui dicunt differentiam, quam facit, glo. de iuramento minoris, bonam non uideri, quia ſicut minor non iurat de calumnia, eo quòd à dolo præſumpto excuſatur, vt per Bartol. in l. quod Nerua, columna quarta. in fine. ff. depoſ. ita etiam hæc eadem ratio militat, quando iurare debet de ueritate dicenda. ſed dicas in iuramento calumniæ aliam ſubeſſe rationem, ut per glo. Barto. & docto. in l. ſecunda. §. quod obſeruari, infrà de iuramen. calum. Præterea hæc
4 fuit glo. intentio, vt minor † poſſet eſſe teſtis, & ita conſequenter iurare, vt ueritas habeatur; alioqui eius teſtimonium non probaret. l. iurisiurandi, infrà de teſti. & patet ex glo. in dicto §. quod obſeruare, & in l. j. eodem titulo. & glo. in l. quoniam, in fin. ſuprà de hæret. & manich. Poſtea quærit Bart. in glo. vtrum acta facta in uno iudicio probent in alio. vide Felin. in capitulo cauſam quæ, de teſt. Barb. in conſilio 19. columna ſexta. in primo uolumine. Anton. de Butr. in conſi. 37. & aliqua per Feli. in capitulo cum l. & A. de iudic. & Paul. de Caſt. in conſ. 3. in nouis, vbi ponit an teſtes examinati in cauſa ſummaria fidem faciant in plenaria? vt uerbis eius utar. & quia de prædicta quæſtione alibi egimus, vlterius non inſiſtam.

De edendo.

Summarium in l.edita.C. de eden.

1 *In alternatiua sufficit altera pars esse uera.*
2 *Actioni propositæ an quis addere possit.*
3 *Emendare quid sit.*
4 *Gabella non soluitur ex libello nullo, stante statuto, &c.*
5 *In pœnis legalibus locus est pœnitentiæ usque ad sententiam.*
6 *Fructus qui sunt accessorij an possint cumulari cum principali.*
7 *Petitorio intentato potest quis intentare possessorium, & utrunque simul prosequi.*
8 *Cumulationis materia non procedit ubi princeps rescripsit procedi debere summariè, simpliciter & de plano.*
9 *Quis non debet ex delicto commodum sentire.*
10 *Cumulatio in omnibus casibus est licita.*
11 *Iuramentum exigit quandam solennitatem, & uerborum formam.*
12 *Si in libello de aliquo instrumento fit mentio, utrum illud edi debeat.*
13 *Editio fieri debet ut reus sciat, debeat nè cedere, an non.*
14 *Beneficium principis intelligitur sine alterius iniuria.*

Bar. in l.edita.C.de eden.

BART. in hac l.edita, ponit casum, ut hic per eum. sed aliqui mouent unam difficultatem,
1 quare, cùm tex. loquatur alternatiuè, † in qua sufficit alteram partem esse ueram, Bar. & alij ponant summam copulatiuè? sed pro solutione uideas Barto. in l.si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dub. Et dum Bart. hic opponit in secunda columna, dicens solam propositionem actionis non sufficere, & respondet ex mente glo. hic subintelligendum esse actionem fuisse propositam, prout proponi debet: Dicas tu hanc subauditionem superfluam uideri, quoniam hic ponitur actio pro libello, qui constat ex omnibus expresionibus necessarijs, vt per Barto. & docto. in l.j. ff. eodem titulo. vel dicunt aliqui non esse necessariam, quia posita actione, ponitur & res. & causa, cum sit ius prosequendi, & oriatur ex contractu uel quasi. &c. sed hoc uidetur esse contra iura per Barto. allata, & contra not. in dicta l.j. & certè edita sola actione, non posset reus deliberare, uelit ne contendere an non, contra trad. hic per docto. Et dum Bart.
2 prosequitur discutiendo utrum quis possit addere † actioni propositæ: & quia hic dicitur quòd non, opponit de l. ædiles. §. item sciendum. ff. de ædilit. edict. respondetque ibi emendationem fieri circa accessoria, hic uerò circa ipsam rem principalem. Aduerte tamen quia hoc uidetur confundi ex ijs, per quæ reprehenditur glos. in petitione hæreditatis: nam in dicto. §. item sciendum, nihil habetur de emendatione, idque quod ibi dicitur, procedit uigore officij iudicis, non autem emendationis. Postea quatenus in versic. pro declaratione, Bart. hic tra-
3 dit materiam emendationis, & in primis sequitur glo. declarando quid sit † emendare, attende quia glo. non procedit diffinitiuè, sed per exemplum. & circa emendationem uideas textũ in c. quia Gu. de iudic. & ibi Abb. in primo notab. Et quid sit emendare, & corrigere, uide text. in l.fi. C. de donat. ante nupt. Quid autem sit mutatio, vide bonum textum. & glo. in l. hæredes palàm. §. si quid post. ff. de testa. Et quòd emendare, sit mutare uerba, firma tamen permanente sententia, facit tex. in l. actorum uerba. ff. de re iudic. Sed aduerte diligenter, quia ille tex. ad rem facere non uidetur; si enim emendare id significaret, quod prædictum est, utique in d. tex. non fuisset necesse exprimere, ibi tenore sententiæ permanente; quia hoc satis indicasset sola ipsius uerbi, emendare, significatio. Ad ea uerò quæ hic in tertia columna, inquit Bart. in uersi. quandoque est talis defectus, qui etiam parte tacente, adde quæ sit ratio, quòd omissio loci & temporis in criminali uitiet libellum etiam parte non opponente, alioqui uerò in ciuili. & cogita an dici possit, in ciuili causa quemcunque iuri suo renunciare posse, secus in criminali, cùm nemo sit dominus membrorum suorum. cui quidem iuri renunciare uideretur, si huiusmodi libellus admitteretur; si quidem eo casu de ipsius innocentia probari non posset, ut puta probando, eum illo tempore non fuisse in loco perpetrati criminis. Et dum subdit Bartol.

in uers.

in uerſ.iſto caſu, emendationem libelli fieri poſſe ante litem conteſtatam ſi tempora largiantur. vide hæc uerba adducta per Paul.de Caſtr.in conſi.329.in ſecundo dubio.& in conſ.321. in ſecundo dubio. vide Feli.in c.2.colu.9. de libel. oblat. Ad ea uerò quæ paulò poſt ait Bar.in uerſ.reſpondeo fortè: attende quoniam Bar.hic uidetur duo ſentire, quorum primum eſt ex li
4 bello † nullo ſolui debere gabellam ſtante ſtatuto, &c. id quod eſt contra.l.primam.& ibi Bal. & Salic. C.de eunuch. cum concord.adductis per Alexand. in conſi. 36. viſo themate, colu. 2. in quarto uolu.aliud eſt,ex libello nullo reformato gabellam ſolui non debere,id quod uidetur contra trad.in l.iuris gentium.§.adeò.ff.de pact.quod habebit locum etiam in contractu reformato. niſi dicamus, vt hic dicunt aliqui Bartolum conſideraſſe actum producendi. ſed contra iſtos facit.l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudic. Quo uerò ad ſecundum conſideraſſe gabellam prius ſolutam pro libello inualido compenſari cum eo quod poſtea ſoluendum erat pro libello poſtea reformato. argumento.l.& poſt.§.1.ff. de tranſact. ſed hoc implicat contradictionem, ideo cogita. Et dum Bart.hic in eadem 3.col.in fi. verſ. aut poſt litem conteſtatam inquit poſt litem conteſtatam detrahi poſſe libello. Ex hoc documento poteſt inferri, pœna.§.tripli.inſti. de action.poſſe tolli poſt litem conteſtatam, ſi id, quod plus petitum eſt, detraho,cuius contrarium ibi innuit Iaſ.in tertia colu. & pro iſta opinione facit illa regula,qua cautum eſt, in pœ-
5 nis † legalibus locum eſſe pœnitentiæ uſque ad ſententiam, ut per Barto.in l.in criminali, infrà de iuriſdict. omni.iudic. Et dum Bart. in hac inueſtigatione in 4.col. in princip. ait prædictam concluſionem non habere locum in l.j.infrà de plus petit.quia ibi quis deliquit in duobus, ſcilicet in plus petendo,& in plus cautionem per dolum exigendo. Aduerte hic, quoniam in d. l.j.poſt litem conteſtatam detractio non prohibetur, ſed propterea pœna non euitatur, atque ita colligitur,in caſibus, in quibus inquit Bart. poſſe detrahi, intelligitur & pœna uitari, ut ibi pono ad eum. Et dum immediatè hic ſubiungit Bart. ſi uolo addere circa principalia, & non poſſum, dicas tu immo ſentiendum eſſe, ut poſsit addi. nam concludunt doct.poſt Bart.infrà in ſequentibus, licitum eſſe emendari uſque ad ſententiam,quando nô ſequitur mutatio actionis, uel facti, ſed tantum augetur uel minuitur condemnatio.l.in delictis. §. ſi detractio. ff.de noxal.igitur ſi addo aliquid ex eadem cauſa debitum, & ſic non mutata actione, neque ſubſtantia, ſed tantùm aucta condemnatione, licita erit emendatio, & in hoc uidetur recludi intellectus Ioan. Fabr. & eorum quæ habentur per Iaſ.in §. ſi minus,columna penultima. verſic. vnum tamen non omitto, inſtitut.de action. Ad ea uerò quæ ſubiungit hic. Bart.in verſic.aut circa acceſſoria, conſidera an mutatio, quæ fit circa acceſſoria fiat uirtute mutationis, an officij iudicis? & vide quæ poſui ſuprà in hac eadem l.in ſecunda columna.verſi. oppono de.l.ædiles. & quia hæc materia ſatis difficilis eſt,& uaria, an fructus,† qui ſunt acceſſorij,poſsint cu-
6 mulari cum principali,vide hic latè Iaſ.colu.10.& ſequ. & fortaſſe Bart.hic non rectè loquitur, cum abſolutoria pariat exceptionem. Poſtea Bar.hic in verſi.quando uolo emendare,addendo uel detrahendo aliquam qualitatem, diſtinguit ut hic per eum. ſed aduerte quoniam aliter Bar.diſtinguit in l.j.infrà de iudic.circa.l.ædiles.§.item ſciendum, dicit,ſi peti poſſunt ex natura actionis propoſitæ, & tunc in eodem iudicio occurrentia poſt litem conteſtatã deduci poſſunt,alioqui uerò ſi ex natura propoſitæ actionis peti non poſſunt: nam tũc in eodem iudicio peti prohibentur. & ita credo declarandum eſſe hoc Bart.documentum.

Bart.in hac eadem l.& colum. in verſ.ſumus expediti, expedita materia emendationis tradit materiam mutationis. Tu circa mutationem uide caſum notatu dignum in capitulo quia Gu. & ibi Abb.in primo notab.de iudic.vbi contra defunctum agitur interdicto unde ui,& contra ſucceſſorem in uitio agitur condictione capituli ſæpe,de reſtitut.ſpoliat.& in hac materia nunquam prætereas trad.in capitulo paſtoralis,de cau.poſſeſ.& propriet.& in l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acquiren.poſſeſſ. maximè in prima combinatione Bar.ubi intentato petitorio
7 † quis poteſt intentare poſſeſſorium, & utrunque ſimul proſequi. & quandoque differtur petitorium,vt poſſeſſorium expediatur,vbi Alexand.perpendit. & Iaſ.colu.30.& ſeq. Et circa ea, quæ hic dicit in verſ.certè hoc non placet, contrarium tenet idem Bart.in d.§.nihil commune,

col.fi.verſ.reſpondeo,vbi Iaſ.colu.44.verſ.circa ultimum. & ſic Bart.eſt ſibi ipſi contrarius. Et dum Bar.hic in quinta col.in princip.in uerſ.quandoque actor uult,dicit, actorem deſiſtere nõ poſſe ab inſtantia ſolùm,remanente ſalua ſibi actione & cauſa. vide Alex. in conſ.112.in 5.uol. & Mari.Soci.in c.2.col.74.in principali articu.de libel.oblat.& in c.fi. col.17. cum ſeq.eodem titu.& Imol.in conſi.112.col.4.Et ad ea,quæ ponit Bar.hic. in verſi.quid enim ſi primo actor, vide tex.& ibi doct.in l.quamuis.ff.de in ius uoc.

Bar.hic in eadem quinta colu.verſ.Nunc uenio,tradit materiam cumulationis. Tu in hac re
8 attende unum quod eſt memorabile,hoc eſt materiam † cumulationis nõ procedere,vbi princeps reſcripſit,procedi debere ſummariè,ſimpliciter,& de plano. ita Aret.ſingu.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de uerb.obli. Et dum in verſ.videndum eſt, tradit nunquid cumulatio ſit permiſſa, vide tu an cumulando ſolui debeant expenſæ litis factæ in primo iudicio? apud Bar. in l.naturaliter.§.nihil commune,in ſecunda lectura,col.4.ver.ſecundò quæro.ff.de acquir.poſſ.& in materia cumulationis uide Aret.in l.ij.§.fi.col.quarta & quinta.ff. de uerb.obliga. Et dum Bar. hic ſubijcit, primam regulam prohibitiuam, in qua cumulatio non eſt permiſſa, ſcilicet quando prima actio ita ſe habet ad ſecundam, vt poſsibile ſit abſolutoriam latam in prima exceptione rei iudicatæ parere in ſecunda,vide Bar.ſuprà in hac eadem l.colu.3.verſ. aut eſt acceſſoria. vbi uult acceſſoriam poſſe cumulari cum principali, & tamen abſolutoria lata in una, parit exceptionem rei iudicatæ in alia. Iaſ.hic in col.10.& ſeq.ponit duas ſolutiones, vbi tradit duas limitationes, vt ibi eum. Limita tertiò ut procedat quando communiter & ueriſimiliter parit exceptionem in alia,ſecus ſi aliquo caſu ſpeciali pareret exceptionem, quia tunc propter hoc cumulatio non prohiberetur. Bar.in l.fundum.ff.de except.de iſta regula etiam agit Bart.in l. ij.§.hoc edicto,col.2.ff.ui bon.rapt. Quartò limita quando cumulatio peteretur officio iudicis incidenter; nam eo caſu prædicta regula non procederet. Bar.in l.ij.§.hoc edicto,colu.2.ff. de ui bon.rap.vbi ſcripſi. alias limitationes poſui ad iſtam regulam in d.l.fundum.præterea attende Bar.hic,quia uult iſtam regulam procedere,quando poſsibile eſt,ut ſententia lata in uno pariat exceptionem in alio. & ita non exigit,ut ita ſit in omnem euentum,ſed poſsibilitatẽ tantùm. pro inde ex hoc Alex.in d.§.nihil commune,col.28.reprehendit Bar.exigentẽ ut in omni euentu pariat exceptionem. Et adde quòd ultra ſex regulas cumulationem impedientes,eſt & alia ſeptima,quam poſuit Bar.in d.§.nihil commune,col.2.Item poteſt addi alia regula,quando per poſitionem ſecundæ actionis,actor uidetur dicere ſe habere quod petebat in prima.Et prę dicta regula limitatur procedere in eadem perſona,ſecus in diuerſis. Item niſi conditionaliter proponatur. Aret.in l.ij.§.fi.colu.5.ver.ſed id.ff.de uerb.oblig. Poſtea Bar.hic in 6.colu.uerſi. addit Dyn.agit de tertia regula,quando ſcilicèt, ſunt plures actiones contrariæ,ut tunc cumulatio non admittatur. Attende tamen quia hoc,quod de actionibus contrarijs dicitur,procedit ſimul & eodem tempore,ſecus autem ſucceſsiuè, ueluti rei uendicatio, & interdictum uti poſsidetis,ſunt contraria; quia primum præſupponit poſſeſsionem eſſe apud conuentum, & ſecundum præſupponit me poſsidere. Pone igitur,intentaui rei uendicationem, & ſic petitorium,poſtea intento poſſeſſorium retinendæ,certè ſi tu negas me poſsidere,propterea non intelligitur eſſe renunciatum petitorio, immo prius agitur de poſſeſſorio & poſtea de petitorio ſecundum Bar.in d.§.nihil commune,in tertia lectura glo.& ibi Alex. in ſpecie infert ad limitationem huius regulæ. Item aduerte quia Bart. in hac tertia regula uult, actiones de quibus in l.prima.infrà,de furt.eſſe contrarias origine. ſed contrarium tenet Barto. & melius in dicta l. prima.columna prima.verſic.modò intro glo. magnam, & ibi poſui. & idem uidetur ſentire Barto. in hac eadem l.columna antepenultima. verſiculo expeditis generalibus, dum citat d.l.primam. Ad ea uerò,quæ dicit Barto.hic in uerſicu. Ego addo alias tres regulas impedientes. dum ait primam eſſe quando duæ actiones ita ſe habent, ut una propoſita & condemnatione ſecuta, & executione facta, contingit liberatio ab alia, non admitti cumulationem. Limita iſtam regulam ut per Alex.in dicto.§.nihil commune, col.22.verſi. reſpondet. & ex ſolutione Ang.ibi colligé unam limitationem,& ex ſolutione Alex.aliam,quanuis ſi rectè conſide-

rentur,

rentur,recidant in idem. Item limita hæc procedere contra unam & eãdem perſonam,alioqui verò contra plures,& diuerſas. Paul.de Caſtr.in conſi.87.in 1.uol. Et intellige hoc Bartoli documentum,quando poſsibile eſt executionem fieri, ita, ut contingat liberatio à ſecundo: nam cumulatio impeditur,quamuis hoc non ſemper eueniat. & vide ad hæc Bal.in l.ordinarij, col. 5.infrà de rei uendic.& Roma.in conſi.240.col.2.& in conſi.245.& huic regulæ reluctantur trad.per Bar.in l.conquærebatur.ff.iudic.ſolu.ubi Paul.de Caſtr.& ex eius ſolutione iſta regula limitatur. Ad ea verò quæ hic ait Bar. in ſecunda regula, de ratione maioritatis dicas, hanc regulam hic non probari per leges à Bar.adductas. ſed vide Paul.de Caſtr. & Alex. in l.j. colu. 13.ff.de leg. 1.Et dum paulòpoſt Bar.concludit,hic haberi ſex regulas, quæ cumulationẽ prohibent. Adde aliam ut per Ang.Aret.in §.ſi minus,col.fi.inſt.de action.& aliam per Aret.in l.j. §.ſi quis ſimpliciter.ff.de uerb.oblig.ubi ait,quando proceditur ſimpliciter,non admitti cumulationem. Item non fit poſt concluſionem in cauſa.ut hic per Alex.poſt Bal.& alios in 6. colu. verſi.& in caſibus in quibus. Ad ea verò quæ ponit Bar.hic in fi.huius.6.colu.dicens,quandoque fit cumulatio actionum ex diuerſis cauſis competentium ad diuerſa ſe nullo modo tangentium,& tunc cumulationem admitti.l.ſi idem cum eod.ff.de iuriſd.omni.iud. & l.fi. infrà de anal.except.dicas.d.l.fi.procedere non ſolùm ubi libellus obſcurus in una cauſa proponeretur, ſed etiam in pluribus: quia ſicut una declarari poteſt,ita & illæ plures. Et dum Bart. ſubiungit prædicta non habere locum ratione maioritatis, ut puta ſi eſt propoſita una actio criminalis, nullum aliud iudicium inter eos agitari poterit inter eos etiam ex cauſis penitus ſeparatis, ſed dicit contra hoc facere textum in l.rerum amotarum.ff.rer.amot. Adde quod etiam cõtra hoc
9 facit,quoniam hoc modo ſequeretur,aliquem ex delicto † poſſe commodum ſentire, contra.l. itaque fullo.ff.de furt.neque obſt.l.fi.de ord.iudi.nam reſpondeas ut per gl.in d.l.rerum amotarum. Non obſt.etiam.l.per minorem.ff.de iudic.quia loquitur, quando per ciuilem præiudicari poterat criminali. Et ad ea, quæ ſubdit Bar.in materia cumulationis, adde unum ſingul. ſcilicet,regulas impedientes cumulationem habere locum in una & eadem perſona, non autem in diuerſis. ita Aret.in l.ij.§.fi.col.5.ff.de uerb.oblig.ubi aliam quoque poſuit limitationẽ, niſi plura cumulentur ſub conditione ſimul compatibili.quæ nota quamuis ibi alia quoque poſuerit. Ad ea verò quæ ſubdit Bar.hic in verſi.ſed iuxta hoc quæro,in 7.col. dicas propter hæc cumulari non poſſe publicianam & rei vendicationem: quia contraria ſunt,ut per doct.in §.ſed iſtæ,inſtit.de action. neque admittitur libellus, in quo dico ſententiam nullam & falſam, ut per Bar.in l.ſi expreſsim.col.3.de appell.Poſtea Bar.in ead.col.verſi.ſecundum genus, ait ſecundũ eſſe genus cumulationis,quando plures actiones ex eadem cauſa ad idem competunt, & reliqua ut hic per eum. Conſidera tu hic Bartolum habuiſſe reſpectum ad effectum cauſarum, nõ autem ad actiones; ſola enim intentabatur,ſed plures erant cauſæ. Item dum ait in eodem libello fieri cumulationem, intellige ſi à principio ſimul proponuntur, alioqui uerò ſi una poſt aliam,quoniam tunc nouo libello opus eſſet.l.non eſt nouum.poſt principium.ff.de acti.empt. & ultra gl.ibi,vide aliam in c.fi.in uoce,perſonalibus,de reſcrip.Et aduerte quia.l.eadem.ff. de except.quam hic celebrat Bar.non multùm facit ad rem; quia ibi non habetur de actione cumulanda impedienda, ſed de abſolutoria, immo melius facit.l.nemo ex ijs.§.quoties.ff.de re iud.quam hic citat Barto.in quarto genere. Et circa hoc ſecundum genus cumulationis, vide hic Paul.de Caſt.in 4.col.& Alex.in 6.Ad ea uerò quæ hic ſubiungit Bar.in verſi.oppo. ergo in auth.conſidera quomodo iſta obiectio ad utrunque caſum adaptari poſſet. & vide Roma. in conſi.240.Et an hypothecaria & perſonalis ſimul intentari poſsint,vide Alex.in conſi.51.col. fi.in 5.vol. Signorell. in conſi.194.& Practic. Papien.in forma libelli. quo agitur hypothecaria,col.16.in gl.in uoce,ex memoratis cauſis. Et dum ſubdit Bar. hypothecariam ſine principali conſiſtere non poſſe,uide tu caſum ſing.in l.ij.vbi gl.C.de luit.pignor. ubi eſt actio hypotecaria ſine principali. De fructibus uide.l.interdum.ff.de uerb.obli.Poſtea Bar.hic in 8.colum. verſi.quartum genus,tradit aliud eſſe genus cumulationis ex diuerſis cauſis plurium actionum ad idem competentium,& in hoc duas refert opiniones Dyn.& Petr.ut hic per eum. Tu verò

uide

vide Bar.in d.§.nihil commune,col. 5 .in 5 .lectura.ff.de acquir.poſſ.verſi.ad ſolutionem.ubi refert iſtas opiniones & nihil concludit,quid ſit tenendum,& ibi Alex.colu.2.verſi. quæ opinio,
* dicit Bartolum hic dare aliud documentum, quod eſt * communiter approbatum . Dum autem paulò poſt Bar.in verſi.expeditis generibus,tractat uniuerſaliter de materia cumulationis:
Attende in hac re memorabilem limitationem,ut dixi etiam in præcedentibus, nam in omni-
10 bus caſibus † licita eſt cumulatio ſed ſi ſummariè eſſet procedendum, non concederetur . ita Aret.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verb.oblig.poſt Bal.in l.nec æquum.§.de plano.ff.de offic. procon.& lega.& Aret.in d.§.ſi quis ſimpliciter,col. 1 .verſi.& prædicta , loquitur quando deberet procedi ſimpliciter,ut ibi per eum . Et ad ea quæ ſubiungit Bar.in uerſi.ſed dic quandoque impeditur cumulatio ratione ordinis,vide Iaſ.in d.§.nihil comuune , colu.42. ubi docuit unam aliam limitationem ultra eas,quæ hic habẽtur,& ibi Aret.col. 14.& ſeq. ubi multa ponit, quamuis de ipſo alij non faciant mentionem. Poſtea Bar.hic in antepen.col.quærit ſimul cum gl.nunquid ſuper actione cumulata iurari debeat de calumnia ? Et concludit, quando actio cumulatur , & mutatur inſtantia ſuper actione cumulata , iurari debere , alioqui verò ſi ſit eadem inſtantia,ut in pluribus actionibus ſpecie non differentibus,ſed numero ; quia tunc non eſt iu-
11 randum . Sed huic ſententiæ reluctatur ; nam iuramentum † exigit quandam ſolennitatem & uerborum formam,ideo ſuper actu de præſenti debet adaptari , non autem extendi ad futura. c.pen.de iureiur.tradit Bar.in l.fin. C.de uend.reb.ciuit.lib. 11 .ubi limitat, ideo in propoſita re iuramentum præſtitum ſuper prima actione,non porrigitur ad ſecundam. Neque obſtat,hanc inſtantiam eſſe illam eandem : quia id procederet , ſi à principio ſimul actiones intentarentur & cumulentur,ſecus ſi ex poſt.l.non eſt nouum.ff.de action.empt.& perpendit Dec.hic niſi intelligas Bar. loqui in caſu , in quo actiones eſſent à principio cumulatæ . ad ea verò quæ ſubdit Bar.hic in verſi.uel quæro , ſcilicet nunquid ſuper prima , & ſuper ſecunda actione ſit pronunciandum ? Aduerte , quia iſta quæſtio parum dubitationis uidetur continere , quando ſit pronunciandum ſuper eo,quod cogitatum eſt . Ideo intellige Bar.præſuppoſito quòd ſuper utraque ſit pronunciandum,nũquid una ſententia ſufficiat,an uerò duæ requirantur ? & ita format quæſtionem Fulg.hic,qui tenet unam tantùm ſufficere. ad rem faciunt trad.per Paul.de Caſt. & Alex.in præcedentibus,vbi aiunt cumulationem fieri poſſe in uno & eodem libello, igitur & una ſententia ſufficit. vide Alexan.in conſi. 132.In cauſa & lite uertente inter uniuerſitatem,in
12 quarto uol. Poſtea Bar.hic in uerſ.& per hoc facit ad quæſtionẽ,tractat, ſi in libello † de aliquo inſtrumento fit mentio,vtrum illud edi debeat. & diſtinguit ut hic per eum . Vide Alex.in cõſ. 46.Viſis & accuratè,col.pen.in 1.vol.& in conſi.145.In cauſa & lite uertente inter Abraam in libro primi & ſecundi vol.& in conſi.59.col.5.& fin.in 3.volu.Corn. in conſi.60. col.fin. in 1. vol.Bal.in conſi.53.in 3.volu. Et ad prædicta vide omnino Dominos de Rota in deciſ.34.in
13 nouis.Et dum Bar.in col.pen.ait,editionem † ita fieri debere,ut reus ſciat, debeat ne cedere an non . & ideo adnotandum eſt,quoniam ubi debet dari noua dilatio, ſi non detur,proceſſus eſt nullus ipſo iure ; quia dilatio ad deliberandum eſt de ſubſtantialibus iudicij ſecundum gl. in c. vxor fœlicis. 17.q.4.& in clem.ſæpe,in voce, litis conteſtatio,de verb. ſignific.id quod non eſt obliuioni tradendum . Et dum Bar.hic in fi.quærit,an mulier & minor poſsint in expenſis condemnari ? & dicit mulieri non eſſe parcendum,ſed minori . dicas rationem eſſe poſſe , quia in ijs,quæ introducta ſunt ad conſeruandum iuris rigorem , non parcitur mulieri, nec ruſtico , ut
14 per Bar.in l.j.§.nunciatio,col.fi.ff.de oper.nou.nunc.Item quia beneficium † principis intelligitur ſine alterius iniuria.l.ij.§.ſi quis à principe.ff.ne quid in loc.publi.Poſtremò hic quærit Bar. ſi aliquis propoſuit certi condictionem,quę infamiam non irrogat,poſtea uult mutare,& actionem famoſam proponere,an poſsit? & concluditur quòd non ; quia ius dicẽtis æquitas non dictat , cùm hoc non tendat ad aliud quàm ut officiat . Tu autem aduerte , quoniam attenta iſta ratione,neque à principio actio famoſa proponi poſſet, quãdo aliam habet quis non famoſam, quod tamen eſt falſum : ideo contrarium uidetur eſſe dicendum . neque reluctantur hæc dicta Bartoli ſcilicèt hoc fieri malo animo ſolùm ut officiat ; quia etiam alia cauſa hoc fieri poteſt,

test,hoc est,ut aduersarius metu actionis famosæ intentatę ueniat ad respondendum,ut iudicij famosi pœnam euitet.

Summarium in l.qui accusare.C.de eden.

1 *Reus non tenetur edere actori ad intentionem fundandam.*
2 *Mala fides impedit præscriptionem.*
3 *Debitor an puniri possit pœna stellionatus.*
4 *Iudex ex officio examinare non potest testem non productum.*

Bar.in l.qui accusare.C.de eden.

1 BART. in hac l.qui accusare,ait in summa. Reum † non teneri edere actori ad intentionẽ fundandam,sed eum esse absoluendũ actore non probante. Limita hoc non procedere in causa dotis, & alimentorum; quia tenetur reus edere ad intentionem fundandam. & hanc esse * communem opinionem testatur Dec.in c.1.nu.21.de probat.Et de fisco uide hic per eundem Dec.& omnino quæ latè posui in l.fi.infrà eod.titulo.& ad l.hanc uide Feli.in c.2.col.2.& 4.de
2 except.Quærunt hic aliqui unde hoc,quod mala † fides impedit præscriptionem.c.fin.de præscript.& tamen non impedit ualiditatem absolutoriæ latæ pro reo? dicas malam fidem,nõ impedire prę scriptionem,nisi probetur,& ita esset hic,quia si debitum probaretur,non fieret absolutoria pro eo. Vel dicas in præscriptione pro substantia bonam fidem exigi, qua deficiente non procedit.d.c.fi.in sententia uerò requiritur pro substantia ut sententia fiat secundum allegata & probata.l.illicitas.§.ueritas.ff.de offic.præsid.Præterà in præscriptione agitur de præiudicio irreparabili,alioqui verò in sententia absolutoria,ut patet ex ijs, quæ hic aiunt doct. dũ quęrunt,an si instrumenta debiti ad correctionem perueniant,aliquo remedio succurratur?co-
1 Bart. in hac l pactum procuratoris,ait, per † administratorem de debito liquido fieri nõ posse gratuitam remissionem. de hac re uide aliquid per Dec. in consi.255.contra hoc oppono de l.iusiurandum quod ex conuentione.§ j.ff.de iureiur. vbi curator potest iusiurãdum deferre,& ex hoc minori præiudicare. respondeo hic esse debitum,& ideo pacisci nõ posse; quia hoc esset dilapidare, ibi uerò non erat liquidum. & si obijciatur hanc esse diuinationem ad illũ
2 text.respondeas licet,immo non; quia tutor † & curator ita demum possunt iuramentum deferre,si aliæ desunt probationes.l.tutor.ff.de iureiur.& ad hæc uide Abb.in consi.38.in secũdo dub.in primo uol.& in cons.45.eod.uol.& in consi.15.in 2.uol.& in consi.97.col.2.eod.uolu. & aliquid in consi.108.eod.uol.Feder.de Sen.in consi.94. Roma.in consi.28. in secundo dub. Paul.de Castr.in cons.1.Barb.in cons.7.col.2.in primo uol.& in consi.42.col.13.eodem uolu. Aret.in consi.4.Dec.in consi.39.colu.3.vbi tradit,an tutor uel curator possit facere compro-

missum. & in consilio 22. vbi tradit quid in curatore hæreditatis iacentis? & pro declaratione vide Corn.in consi.123.in quarto uol.

Summarium in l. filius paciscendo.C.de pac.

1 *Filio uel seruo solui non potest nisi debitum esset contractum per ipsum filium, & ipsi patri quæsitum.*

Bar.in l.filius paciscendo.C. de pact.

1 BAR. in hac l.filius,inquit,filio † uel seruo solui non posse,nisi debitum esset contractũ per ipsum filium,& ipsi patri quæsitum. vide Ias.in l.eum qui.§.qui tibi,col.3.ff.de uerb. oblig. vbi in vers.limita secundò,refert Rapha.Cuma.contrarium sensisse. & pro intellectu huius l.vide Imol.& Alex.in l.is qui.§.fi.ff.de acquir.hæred.

Summarium in l.si quis.C.de pact.

1 *Priuilegio fori potest quis renunciare.*
2 *Mulier renunciare non potest statuto requirenti consensum duorum propinquorum in eius contractu.*
3 *A partibus remitti potest iuramentum testi, non autem iuramentum calumniæ.*
4 *Minor an possit renunciare restitutioni in integrum.*

Bar. in l.si quis.C.de pact.

1 BART. in hac l.si quis,sic ait in summa. Priuilegio † fori potest quis renunciare: item cuilibet est licitum renunciare iuri suo. vide Aret.in consi.87.Et dũ Bar.agit de illo, qui uult posse conueniri vbique,hic versi.& ista materia. vide Barb.in cons.12.col.1.& 2.in 1.uol.& in cõs. 21.col.12.cod.uol.Mari.Soci.in c.si diligenti,de for.compet.col.4.in tertio membro principali. Bal.in tract.schismatis,quem posuit in rubr.infrà si quis aliq.testa.prohib.col.3.& in cons.289.
2 in 5.vol.& in l.j.infrà qui admit.col.20.dum vult, mulierem † renunciare non posse statuto requirenti consensum duorum propinquorum in eius contractu,& in c.1.qui succes.feud.cons. tenet Bar.in l.Modestinus.ff.de donat.& quæ ibi posui, vbi agitur an possit renũciari legibus requirentibus insinuationem? & in proposita quæstione de eo,qui se obligauit, vt ubique conueniri possit,quæro utrum in loco non tuto conueniri poterit? Ang. & Alexan.in l.cum res.ff.de leg.j.aiunt non posse. Imol.verò contrarium tenuit. sed ad sententiam Alex. accesit Feli.in c. accedens,2.nu.6.& 7. vt lit.non cont. Nunquid in casibus in quibus prædicta renunciatio non ualet,si iuramentum adijciatur,ualeat? vide Bar.in l.si quis pro eo,col.1.cum seq.ff. de fideiuss. Et dum Bar.hic in vers.primo casu,ponit exemplum in testamento solenni,in quo dispositũ est, pacta & stipulationes certo modo fieri debere,vt eis renunciari non possit, hoc intellige uerũ, quando huiusmodi solennitas ad fauorem publicum est introducta, aut ne detur materia committendi falsum, vel aliter delinquendi,vt per Bar.& doct.in l.nemo potest.ff.de leg.j.secus uerò si introducta esset in fauorem personarum priuatarum: ita declarat Bar.in l.j.§.si filius.ff. de
3 feri.dum dicitur, à partibus † remitti posse iuramentum testi,non autem iuramentum calũniæ. & facit ad rem.c.tuis,& quod ibi habetur,de test.& uide Raph.Cuma. in cons.59.Barb.in cõs. 1.col.38.in primo uol.& in cons.37.col.12.eod.vol.Posteà Bar.tradit de ijs,quæ continent priuatam utilitatem,& in vers.primo casu,ait,si fauor ille inductus est propter renunciantis imbe-
4 cillitatem,& tunc renunciationem non ualere: sed nunquid minor † possit renunciare restitutioni in integrum? Bar.hic ait quod non: & idem uidetur uelle glo. in l.si iudex circumuento. ff.de minor.Quid autem si esset certioratus de huiusmodi beneficio legis. cogita. potest tamẽ iuramento interueniente renunciare.auth.sacramenta puberum,& ibi Ias.colu.14.vers. tertiò principaliter,infrà si aduers.uendit. vbi tradit, an tunc requiratur certioratio quando iurat. si uerò non intercedit iuramentum,an credatur notario testanti & affirmanti se certiorasse,& declarasse minori quid importet beneficium restitutionis in integrum? & alia remedia sibi competentia? vide latè per Ias.in l.si duo patroni.§.idem Iulianus,col.3.vers.ego iuxta.ff.de iureiu. Et dum Bar.hic paulò infra in col.fi.citat.l.arbitro.& l.si arbitro.ff.qui satisd. cog. dicas ex illis legibus non uideri probatam esse Bartoli intentionem, cum procedant in articulo emergenti, qui est facti,non iuris. & de ista quæst. Bar.vide Cæpoll. in consi.10.colu.2. Soc.in consi.300. col.3.& in consi.51.& Dec.in cons.44.

Summa-

Summarium in l.fi.C.de pact.

1 *Pactum per quod de hæreditate uiuentis disponitur, non ualet.*
2 *Ille qui non potest facere per se, an possit facienti consentire.*
3 *An statutum ualeat quo cautum est, eum qui monasterium ingreditur, succedere non debere.*
4 *Pactum de perdendo iure succedendi an ualeat.*
5 *Si promitto tibi omnia bona mea post mortem meam, utrum sit donatio causa mortis.*
6 *Donatio facta de omnibus bonis præsentibus & futuris aliquo sibi retento an ualeat.*
7 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum facta ecclesiæ an teneat.*
8 *Donatio quæ non ualet de omnibus bonis præsentibus & futuris an uitietur solum in ea parte, in qua dicitur, & futuris, an in totum.*
9 *Hæreditas eius cui successurus sum ab intestato, an spe mihi dicatur esse debita.*

Bar.in l.fi.C.de pact.

1 BART. in hac l.fi.sic ait in summa. Pactum † per quod de hæreditate uiuentis disponitur, non ualet, nisi ille consenserit, & in ea uoluntate perseuerauerit usque ad mortem. pro declaratione huius.l.uide Alex.in l.si quis mihi bona.§.sed utrum, col.3.ff.de acquir.hæred. Et an confirmetur hoc pactum superueniente consensu illius, de cuius hæreditate tractatur? uide Dec.in consi.31.col.pen.& Crauet.in consi.19 ubi ait pactum confirmari. & de materia huius.l. vide Dec.in consi.225.& in consi.351. Et dum Bar.hic in col.2.uersi.aut ille qui non potest, tradit,
2 an ille, † qui non potest facere pro se, possit facienti consentire? vide Dec.in consi.124. col.3. Posteà Bar.in ead.col.versi.ex gl.pro declaranda ista materia, aperit, an ualeat pactum futuræ successionis? De hac re uide Alex.in consi.28.in 3.volu.& in consi.225. Visa facti, in libro primi & secundi vol.& in consi.29.in 5.vol.Oldrad.in consi.139.in principio.Abb. in consi.18.in 1.vol.& in consi.116.in 2.vol.Paul.de Castr.in l.pacta quæ contra, suprà eod.Fulgos.in consi. 73.Imol.post Bal.in §.item sacramenta, de pace iur.firm.colum.antepen.& seq.& Curtium iunio.in cons.1.col.8.Signorel.in consi.116. Dec.in d.consi.31.ubi tradit, quid si iuratum esset. Corn.in consi.60.colu.fi.in 1.vol. & Bal.in consi.417.in 1.volu.Ad ea uerò, quæ ait Bar. hic in
3 versi.ad illam quæstionem examinandam, scilicèt, an statutum † ualeat, quo cautum est, eum, qui monasterium ingreditur, succedere non debere? vide Alex.in consi.281. Viso themate, in
* fi.in libro primi & secundi vol.ubi ait * communem esse sententiam, ut huiusmodi statutum nō ualeat. & Feli.in c.ecclesia sanctæ Mariæ, col.26.de const.& in c.in præsentia, colu.18.de probat.& ibi Dec.& Abb.in c.cùm clerici, col.antepen.de for.compet.& ibi Aret. col.fi. & Bal.in consi.246.Moniales, in 1.vol.& Soc.in consi.81.col.2.& seq.in 1.vol.& Anch.in consi.107. & seq.Et dum Bar.ait, statutum ualere si disponit de ingrediente per hæc uerba, ingrediēs monasterium; quia disponit de laico: & dat exemplum de uiuente, qui moritur. hoc Bartoli documentum refellit Io.Campegius in tract.de dote, in 32.quæst.quintæ part. Ad ea uerò quæ subiungit Bart.in uersi.secundò quæro utrum, hoc est, an ualeat pactum † de perdendo iure succe-
4 dendi; dicitque in uersic.si uerò tantum, pactum non ualere, quando tantum non percipitur. vide Bar.in consi.6.& in consi.8.& aduerte hic, quia pactum de futura successione non firmatur iuramento. & uide Alex.in consi.28.col.3.in 3.vol.ubi respondet argumentis, quæ uidentur huic sententiæ reluctari. & Dec.in d.consi.31.& Corn.in consi.255.in 4.vol.& uide Bar.in
5 l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.Posteà Bar.in versi.& primò examinemus, quærit, si promitto † tibi omnia bona mea post mortem meam, utrum sit donatio causa mortis? vide Alex.in cōs.78. col.1.in 4.vol.& in consi.81.in 1.vol.Aret.in consi.41.col.fi.& in consi.74. colu.2. Ad ea verò quæ subdit hic Bar.in uersi.si uerò esset donatio inter uiuos, vide Alex.in consi.40.colu.4.in 4. vol.& in consi.12.col.1.in 1.vol.Roma.in consi.26.in primo dubio.& in consi.95. & in consi. 171.Ang.in consi.179.in primo dubio.Abb.in consi.41.in secundo dubio, in 2.volu.& in cons. 48.eod.uolum.Barb.in consi.53.col.2.in 2.vol.Imol.in rubrica infrà de testa.Aret.in cons.54. col.3.in secundo dubio.ubi omnino uideas. & Alex.in consi.25.in fi.in 3. vol. ubi loquitur de
6 illo, qui donauit † omnia bona sua præsentia & futura, aliquo sibi retento. & in consi.29. & in consi.

consi. 59. in 5. vol. Dec. in consi. 30. & in consi. seq. Bal. in consi. 373. in 5. vol. & Paul. de Castr. in consi. 101. Ad ea uerò quæ ait Bar. hic in col. fin. versi. si uerò diceret omnia bona mea præsentia & futura, adde Iaſ. in l. à diuo Pio. §. in venditione, colu. 63. in 4. notab. ff. de re iudic. ubi concludit, huiusmodi ualere donationem; quia non continet iura & actiones, quæ non ueniunt appellatione bonorum, de quibus poterit testari. & per eundem in l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de uerbor. oblig. ubi agitur de hac materia. & ad rem hanc uide ibi Iaſ. in fi. col. versi.

7 quid tenendum. Et dum subdit Bar. prædicta † non procedere, si donaretur ecclesiæ, vide Pau. de Castr. in l. iubemus, in principio. col. 1. suprà de sacrosan. eccles. & Ang. in consi. 179. colu. 5. Abb. in consi. 48. in 2. vol. & in consi. 89. in ultimo dubio. eod. vol. & in consi. 102. eod. uolu. Feli. in c. in præsentia, col. 3. de probat. Barb. in consi. 28. col. 13. in 1. vol. & in consi. 59. col. 10. in 2. vol. Card. in consi. 21. Abb. in consi. 2. col. 2. & seq. de concess. præben. Anch. in consi. 231. Bal. in d. c. in præsentia, col. 7. & in consi. 215. in 5. vol. Posteà quærit Bar. in uersi. quæro eo ca-

8 su, nunquid donatio, † quæ non ualet de omnibus bonis præsentibus & futuris, uitietur solùm in ea parte, in qua dicitur & futuris, an uerò uitietur in totum? vide Ang. in d. consi. 179. colu. 5. Alex. in d. consi. 28. col. penul. & fin. in 3. volu. & aliquid per eum in l. quæ dotis, col. 4. ff. sol. matrim. Dec. in consi. 30. col. fi. Ang. in quæst. 2. incip. quæstio pro ponitur, col. 5. Vltimò quæ-

9 rit Bar. hic in fi. utrum † hæreditas eius, cui succeſſurus sum ab inteſtato, spe mihi dicatur esse debita? & tenet quod non. De ista quæst. uide omnino Alex. in consi. 67. col. pen. in 1. volu. & Aret. in consi. 7. col. fi.

Summarium in l. cum te proponas. C. de transact.

1 *Transactio facta metu futuræ litis ualet.*

Bar. in l. cum te proponas. C. de transact.

1 BART. in hac l. cùm te proponas, sic ait in summa. Transactio † facta metu futuræ litis ualet. vide Abb. in consi. 12. col. pen. & seq. in 2. vol. Alex. in consi. 42. col. 6. in 1. vol. & Soc. in consi. 220. col. 3. in 1. vol.

Summarium in l. age cum Geminiano. C. de transac.

1 *Petitio quando est generalis, transactio specialis, non præiudicat nisi in ijs, in quibus specialiter est transactum.*

Bar. in l. age cum Geminiano. C. de transact.

1 BART. in hac l. age cum Geminiano, sic ait in summa. Quando petitio est generalis, transactio specialis, non præiudicat nisi in ijs, in quibus specialiter est transactum. De hac re vide Soc. in consi. 18. col. pen. in 1. vol. Et dum Bar. in uersi. oppo. infrà de iud. l. licet, ait transactioné hic fuisse specialem, & ideo non esse opus replicatione; quia omnia non comprehendit. quæro hic, quid si hæc transactio fuisset generalis, & prosecutio specialis, nunquid restringi debeat ad prosecutionem tantùm ope replicationis? vide Iaſ. hic in fi.

Summarium in l. actione. C. de transac.

1 *Dictio, nisi, aliquando ponit, & aliquando priuat.*

2 *Si promitto non uendere istum librum nisi tibi, non possum alij uendere, sed neque cogor propterea tibi uendere.*

3 *Ille qui promittit nulli alij quàm tibi uendere, si tibi denunciat, & elapsi sint duo menses, poterit alteri uendere.*

Bar. in l. actione. C. de transact.

1 BART. in hac l. actione, agit de significatione huius uocis, nisi, † quæ quandoque ponit, quandoque priuat. de qua etiam alibi disseruimus. vide aliqua per Barb. in consi. 6. col. 5. in 1. vol. & col. 16. Alex. in consi. 83. in 1. vol. Bal. in c. cum accesisſent. colu. 3. de const. & ibi Barb. col. 9. in fi. & de uoce, præter, uide Card. in clem. 1. de summ. Trinit. & fid. cath. Roma. in consi. 328. col. 1. & 2. & de uoce, nisi, uide Corn. in consi. 80. col. 2. in 2. vol. Et dum Bar. hic in uersic.

quan-

quandoque per orationem precedentem, agit de intellectu. l. Titia. ff. de manumiſ. teſta. aitq; in d. l. Titia, illa uerba, liber ne eſto, importare potentiam. contra hoc facit; nam uerba, liber eſto, indicant actum, igitur & contra, hæc uerba, liber ne eſto, debeat negare actum, non autem potentiam: nam idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, iuribus uulgar. huic difficultati conatur reſpondere Riminal. hic, & iudicio meo non bene. uide quæ poſui in l. Proculus. ff. de uſufruct. Et aduerte quoniam audiui aliàs in facti contingentia fuiſſe obtentum, ſi iudex pronunciauit, inſtrumentum non mereri executionem, maximè niſi probaſſet, &c. facta probatione, fieri debere executionem, non obſtante illa uoce, maximè, per quam contrarium eſſe dicendum uidebatur; quia tunc eſt ſuperflua. uel exponitur, pro ideſt, per tex. in l. fi. ff. de man. teſtam. in uerſi. ſi autem, iuncta gl. in uoce, maximè. ex qua poteſt ſumi hoc generale documentum, ubicunque uox, maximè, non poteſt eſſe concors cum oratione ſequenti, ita, ut prædiximus, eſſe exponendam. & uide Bar. in extrauag. ad reprimendum, in uo-
2 ce, maximè. Ad ea uerò quæ ponit Bar. hic in ſequentibus dicens, ſi promitto † non uendere iſtum librum niſi tibi, non poſſum alij uendere, ſed neque cogor propterea tibi uendere; cum autem uelim uendere, uendam tibi. Aduerte hic, quia nihilominus ſi tu uelis emere, teneris mihi dare pretium, quod ab alio inuenerim, quamuis communiter res illa minoris pretij æſtimetur: ita not. dixit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in titulo de empt. & uendit. §. nunc uidendum,
3 verſi. pone ſtatutum. & ille, qui promiſit † nulli alij quàm tibi uendere, ſi tibi denunciat, & elapſi ſint duo menſes, poterit alteri uendere. l. qui Romæ. §. cohæredes, & ibi Bar. ff. de uerb. obligat. Et dum Bar. in uerſi. quædam eſt dictio exceptiua, ſubiungit, uocem, præter, non ſtare exceptiuè quando ſub generalitate præcedentium terminorum non continebatur, hoc fallit ſecundũ eum in ijs, quæ continent odium. Attende quoniam iſta limitatio uidetur confundi per textũ. in l. j. in fi. ff. de pignor. actio. & in l. quicunque, in principio infrà de ſeru. fugit. & in c. decet domum, de immunit. eccleſ. in 6. & in c. ſi quis presbyterum. de reb. eccleſ. non alien. ideo iſta limitatio eſt intelligenda, non ſolùm quando eſt odioſa, ſed etiam quando capiendo ampliatiuè ſuccederet aliquid contra legem. ita Roma. in conſ. 328. incip. Præſens conſultatio. ubi cõplures alias diſtinctiones in hac materia poſuit.

Summarium in l. cum mota. C. de tranſac.

1 *Regreſſus non datur ad querelam extinctam.*
2 *Ad cognoſcendum contractum innominatũ an magis attendi debeat forma conuentionis, an impletionis.*

Bar. in l. cùm mota. C. de tranſact.

1 BART. in hac. l. cùm mota, ſic ait in ſumma. Ad querelam † extinctam non datur regreſſus, ſed ſi promiſſa non ſeruantur, ſuccurritur, ut hic per eum. vide ad quid iſtum textum adducat Roma. in conſi. 459. in fi. Et dum ſubdit hic Bar. limitandas eſſe omnes leges, quibus cautum eſt, actionem eſſe tranſitoriam ad hæredem, niſi à lite ſit receſſum conuentione partium, vide Alexand. in l. ij. col. antepen. ſuprà de eden. Feli. in c. cauſam quæ, col. 7. verſi. fallit primò, de teſtib. & in c. illud. col. 7. de præſcript. Ad ea uerò quæ ait Bart. hic in uerſi. & quid intelligatur in dubio, uide Alex. in conſi. 2. col. 1. in 1. vol. Aret. in conſi. 93. col. fi. & in conſ. 150. col. 2. Poſteà
2 Bar. in pen. col. ver. ut ergo cognoſcamus, declarat, an † ad cognoſcendum contractum innominatum magis attendi debeat forma conuentionis, an impletionis, ut ipſe ait. Circa iſtam declarationem uideas Ias. in §. actionum, col. 18. uerſi. in gl. in l. naturales, inſt. de action. & latè Bar. in d. l. naturales. Dum verò Bart. propè fi. huius. colu. ait, ſtipulationem de aliquo dando interpoſitam ſuper aliquo contractu, debere intelligi ſecundum naturam illius contractus, ſuper quo interponitur. Attende quia huic documento refragari uidentur trad. per eundem Bart. in l. ij. infrà de condict. ob cauſ. ſcilicèt, hodie rarò dari contractus innominatos in inſtrumento publico, quoniam notarijs ſemper in illis ſtipulationem apponunt. Tunc enim, ut ipſe ibi ſentit, recurrendum eſt ad contractus innominatos: atq; ita corruerent ea, quæ hic tradidit. ſed pro horum declaratione vide Alex. in l. j. in fi. ff. de pact. & in l. ſtipulationes, in 9. oppoſ. Bartoli. ff. de uerb. obli. Et intellige hoc uerum eſſe, ſcilicet ſtipulationem ſequi debere naturam contractus,

ctus,cui fuit adiecta,quando super eodem interponitur,super quo factus est contractus, secus si super alio. ita Imol.in l.iiij.§.Cato,in secunda oppos.Bar.ff.de uerb.obligat.quod dictum ibi extollit Aret.Item declara hanc regulam,ut non detur in plus quam dabatur contractus,neque sit uitæ (ut ita dixerim) longioris,non autem ut non possit primum contractum reddere fortiorem. ita egregiè docuit Imol.in l.miles.§.decem.ff.de re iudic.per illum tex.& ad hæc uide Imol.in l.si ita quis.§.Seia.ff.de uerb.oblig.ubi vide hanc regulam habere actum, quamuis stipulatio esset conditionalis appositа super contractu puro. & uide Alex. in consi.76. colum.1. in 5.vol.Anch.in consi.76.& Soc.in cons. 149.colu.2. Et dum Bar.hic in col.fi. agit de actione datiua & natiua,vide Ias.inst.de acti.in princ.col.3.Et ad ea,quę subijcit Bar.ibi,sed potest quis si uult sua sponte,vide Ias.in l.si Titius,col.1.versi.circa.ff.de uerb.oblig.

Summarium in l.transactionis.C.de transac.

1 *Procurator ad litem non potest transigere.*

Bar.in l.transactionis.C.de transac.

1 Bart. in hac.l.transactionis,ait,procuratorem † ad litem non posse transigere.Dicas etiã non posse compromittere. ita Orian.in tract.de arbitr.in 3.quæst.

Bar.in l.de alimentis.C.de transact.

Bart. in hac.l.de alimentis,ait in ea poni duas regulas,ut hic per eum.Ad hanc.l.uide aliqua similia apud Barb.in c.& super,col.1.de reb.eccl.non alien.

Summarium in l.si super.C.de transac.

1 *Transactio ualet etiam si nihil ad partem perueniat.*

Bar.in l.si super.C.de transact.

1 Bart. in hac.l.si super,ait,transactionem † ualere, etiam si nihil ad partem perueniat, sed peruenire possit.vide ad hanc.l.Paulum de Cast.in cons.274.

Summarium in l.fratris.C.de transac.

1 *Exceptione transactionis impeditur litis ingressus.*

Bar.in l.fratris.C.de transac.

1 Bart. in hac l.fratris,dicit,exceptione † trãsactionis impediri litis ingressum. Amplia hoc procedere etiam si sit facta pendente iudicio & post litem contestatam.l.eleganter.§.si post.ff. de cond.indeb.tradit Alex.in cons.40.col.1.in 5.vol.

Summarium l.de fideicommisso.C.de transac.

1 *Fideicommissum inter fratres potest remitti.*

Bar.in l.de fideicommisso.C.de transac.

1 Bart. in hac. l. de fideicommisso, inquit, fideicommissum † inter fratres posse remitti, neque ex hoc minorem posse dici esse læsum,quamuis hoc posit ei casu esse damnosum. vide Anch.in consi.291.

Summarium in l.præses.C.de transac.

1 *Administrator ciuitatis potest transigere de re dubia,debitum autem liquidum remittere non potest.*

2 *Remissio iurium dicitur donatio.*

3 *Prælatus solus licèt bona ecclesiæ alienare non possit,tamen ius ecclesiæ delatum alienare non prohibetur.*

Bar.in l.præses.C.de transac.

1 Bart. in hac.l.præses,ait,administratorem † ciuitatis posse transigere de re dubia: debitum autem liquidum remittere non posse. Ad hoc faciunt trad.per Feder.de Sen.in cons.177. incip.Quidam habens potestatem. & quod not.in l.si procurator,infrà de procurat.& in l.tutor.ff.de iureiur.& uideas in simili casu Alexand.in consi.5.col.4.in 5.volu.& in consi.76. col. 3.in 3.volum.Bal.in consi.252.in 4.volum.& in consi.166.in 1.volum.& Barb.in consi.7.col. 2.in 1.volum.Limita sing.istam.l.quia & si administrator non potest remittere debitum liquidum,potest tamen remittere pœnam, in quam incidit quis per lapsum termini. Aret. in consi. 89.citat gl.sing.in c.potuit,in uerbo exempli,de locat.& ibi Ant.de Butr.& Card.ubi habetur, à solo rectore ecclesiæ posse recipi solutionem ab emphyteota, & remittere pœnam, in quam incidit,

incidit, si uult ecclesia: & tamen rector ecclesiæ non potest remittere liquida, ut hic. Attende tamen, quoniam ista non potest dici propriè limitatio, quia iste est casus diuersus à casu po-
2 sito in hac.l. hic enim ille qui remittit liquida, alienat, & donat; nam remissio † iurium dicitur donatio. Alex.in consi.22.in 1.vol. idque sentit Bar.in l.transactio, infrà eod. sed ille, qui remittit caducitatem, non dicitur alienare, sed non acquirere: paria uerò non sunt lucra non acquirere, & acquisita perdere. l.qui autem.ff.de his quæ in fraud.cred. ubi uideas quæ ibi posui. & est tex.in l.si sponsus.§.si maritus.ff.de donat.int.uir.& uxor.& in l.fin. infrà de codicill. & l.non fraudatur.ff.de reg.iur.ubi Dec.multa alia citat. vide Angel.in consi.338.ex quibus habetur,
3 quamuis prælatus † solus bona ecclesiæ alienare non possit, eum tamen ius ecclesiæ delatum alienare, non prohiberi. & ita tenuit Bal.in l.j.infrà, qui admit.gl.& doct.in l.iubemus, suprà de sacrosanct.eccles.& Roma.in consi.148.Abb.in c.uerum.num.28.de for.comp.gl.Abb.& alij in c. ne pro defectu, de elect.ubi traditum est, prælatum in iure deuoluto ecclesiæ non cogi ad habē dum capituli consensum.& ad rem faciunt trad.per Feder.de Sen.in cons.9.& Dec.in cōs.260. cùm igitur hic casus habeat diuersitatem rationis, sunt diuersi, & ideo limitatio Aret.magis pro priè declaratio appellabitur, quàm limitatio.

Summarium in l.interpositas.C.de transac.

1 *Metus non præsumitur ex eo quòd quis dedit magnum pro modico.*

Bar.in l.interpositas.C.de transac.

1 Bart. in hac.l.interpositas.in tertio notab.dicit, metum † non præsumi ex eo, quod quis dedit magnum pro modico. Limita hoc, ut per Soc.in consi.63.col.4.in 1.vol.& uide Ancha. in consi.299. Et ad ea quæ ait Bart.in versi.oppono & uidetur, uide Ias.in §. quadrupli. colu.8. inst.de action. Et dum Bar.hic in vers.quandoque infertur metus, tradit in actu metu facto quā do rescinditur officio iudicis, minorem metum sufficere, quam si edicto prætoris rescinderetur. Limita non procedere, quando iuramentum interuenisset; quia etiam eo in casu maior metus requiritur.tex.est secundum unum intellectum,& ibi Abb.in c.cùm dilectus,col.3.quod met.cau. Ad ea verò quæ hic ait Bar.in fi.de tertio modo, quo probatur qualitas causæ, vide Ias. in §.quadrupli,col.12.vers.& iuxta,inst.de action.

Summarium in l.si diuersa.C.de transac.

1 *Sententia lata consensu partium super eo quod semel est iudicatum, non ualet.*

Bar.in l.si diuersa.C.de transac.

Bart. in hac.l.si diuersa, in uersi. quandoque tollitur, agit de actione sublata per transactionem, ut hic per eum. vide omnino Paul.de Cast.in cōsi.74.col.4.& seq. Et dum hic in uers.
1 quærit gl.tradit, quæ sit ratio, quod sententia † lata consensu partium super eo, quod semel est iudicatum, non ualet,& tamen ualet super eo, de quo fuit transactum. vide Feli.in c.inter cæteras,col.5.& in c.inter monasterium,col.9.& 14.de re iudic.& in c.cum contingat,colum.3.de offi.deleg.& Alex.in cons.237.Visis processibus, in lib.primi & secundi vol

Summarium in l.ut responsum.C.de transac.

1 *Transactione facta per aquilianam stipulationem & acceptilationem tollitur omnis actio etiam in rem.*

Bar.in l.ut responsum.C.de transac.

1 Bart. in hac.l.ut responsum, ait, transactione † facta per aquilianam stipulationem,& acceptilationem, tolli omnem actionem etiam in rem. Item adnotandum est, ex mutatione facti ius totum mutari. concors est l.j.infrà de acquir.poss.& uide textum in l.si cum plures.§.in cliuo capitolino.ff.ad l.Aquil.

Summarium in l.causas.C.de transac.

1 *Statutum non extenditur ad causas transactione decisas.*

2 *Lis dicitur post litem contestatam, causa uerò & ante & post.*

Bar.in l.causas.C.de transac.

1 Bart. in hac.l.causas, ait, statutum † non extendi ad causas transactione decisas. ad hoc accedit Ang.in consi.248.& in consi.53.Aret.in consi.114.Paul.de Castr.in cōs.291.Alberi.

in 1.

in 1.parte ſtatut.quæſt.33.& 70.pro cuius dicti ampliatione.vide Bar.& quæ ibi poſui in l.j.ff. ad Tertul.& Fel.in c.1.col.3.verſi.ſecundus caſus,de conſt.Anch.in conſ.167.ubi loquitur in ſtatuto concedente arbitrium iudici iudicandi,ut uoluerit,ut non ualeat, ſi ſenſit uigore huius
2 arbitrij lites finitas denuo iudicari poſſe,ut hic, Et dum Bar.ſubdit,litem † dici poſt litem conteſtatam,cauſam uerò & ante,& poſt. vide ad hæc Imol.in conſi.131.col.fi.Barb.in c.de cauſis,de offic.deleg.in princ.& Alex.in conſ.238.Viſo proceſſu,col.fi.in lib.primi & ſecundi vol. ubi ait,litem motam dici poſt litem conteſtatam. de cauſa verò,vide Gemin.in c.ſi duo.§.fi.de procur.in 6.& Roma.in conſ.412.in fi.ubi tradit etiam de voce,quæſtio. & quia circa prædicta alibi ſcripſi,ulterius non inſiſtam.

Summarium in l.tranſigere.C.de tranſac.

1 *Tranſactio ſuper iure ſanguinis fieri poteſt.*
2 *Accuſator punitur eadem pœna ſi calumniosè accuſationem inſtituit.*
3 *Pater uel mater ſi occiſores filij accuſarunt, à calumnia, & ab eius pœna excuſantur, licèt probare non poſſint.*
4 *Accuſator qua pœna puniatur quando querelam ſuſtinere non potuit.*

Bar.in l.tranſigere.C.de tranſac.

1 Bart. in hac.l.tranſigere,ait,tranſactionem † ſuper iure ſanguinis fieri poſſe. Limita hoc non procedere de iure canonico,ut per Roma.in ſing.681.incip. Tu audiuiſti. de qua te uide Feli.in rubrica de homicid. Et dum Bar.hic tradit,quæ ſit ratio,ut de crimine capitali tranſigere liceat. aitque eam eſſe, quia cuicunque licitum eſt ſanguinem ſuum redimere. ſubiungit Bar.rationem hanc procedere reſpectu rei,ſed non reſpectu actoris. tamen Barto. dicit immo etiam reſpectu actoris: nam ſi accuſator non ſuſtineret querelam,eadem pœna puniretur, qua
2 reus accuſatus.l.fi.infrà de accuſat.ſed aduertendum eſt hic, quia ita demum accuſator † punitur eadem pœna, ſi calumniosè accuſationem reſtituit, alioqui uerò ſi bona fide, & non animo calumniandi; quia tunc ſi probare non poteſt,debet abſolui.l.j.ff.ad turpil. in principio & d.l.
* fi.in uoce,calumniantes.& iſta eſt * comm.opinio.doct.in c.2.de calumni.ubi Abb.& Felin.& ideo iſta ratio Bartoli quò ad accuſatorem,ut tranſigere poſsit,non eſt ſimpliciter uera, ſed ita demum ſi calumniandi animo accuſauit,aliter enim non imminet ei periculum pœnæ,ut tradi-
3 tum eſt in eo, qui ratione magnæ affectionis accuſauit, ut puta pater † uel mater, ſi occiſores filij accuſarunt; nam à calumnia,& ab eius pœna excuſantur quamuis probare non poſsint, ut docuit Feli.in d.c.2.de calumni. Sed hic ſuboritur incidenter alia difficultas, nunquid accuſatori,qui ſemiplenè querelam probauit,de calumnia teneatur? vide Specul.in titulo de accuſat. in fi.& in titulo de calumni.in fi.Bar.in l.fi.infrà de probat.& plenè Feli.in d.c.2. ubi etiam alia docuit ad rem hanc facientia. & ad prædicta vide Soc.in conſi.108.in 1.vol. Iaſ. in conſi.137.
4 in 1.vol.& Albert.Brun.in conſ.27.col.pe.Et qua pœna puniatur accuſator † ſeu inſtigator,ſeu ſollicitator quando querelam ſuſtinere non potuit, uide Abb.in conſi.78.in 1.vol.Feli.in c.accuſaſti,de accuſat.& gl.& doct.in l.athletas,in uoce,ex utraque.ff.de his qui not.infam.& plenè Paulum Grillandum in tract.de relaxatione carceratorum,in titulo de calumniatoribus.& quę ego poſui in lucubrationibus meis in l.lex Cornelia.ff.de iniur.ubi latè egimus de hac re. Adea verò quæ hic ait Bar.in penul.col.uerſ.reſpondeo immo.ſcilicet,an propter iniuriam alicui factam competat actio iniuriarum agnatis eius,uide omnino quæ poſui in lucubrationibus meis in d.l.lex Cornelia.ff.de iniur.

Summarium in l.ſub prætextu.C.de tranſac.

1 *Ttranſactio non reſcinditur prætextu inſtrumenti de nouo reperti.*
2 *Tranſactio per teſtamentum nouiter inuentum reuocatur.*

Bar.in l.ſub prætextu.C.de tranſact.

1 Bart. in hac l.ſub prætextu,ait,tranſactionem † non reſcindi prætextu inſtrumenti de nouo reperti; & ſi dolus rei dat cauſam tranſactioni,ſuccurrendum eſſe actori per replicationem uel doli exceptionem. vide Orian.in tract.de arbitris,in pen.quæſt.& Alex.in conſi.30.col.fi.

in 5.

in 5.vol.& tranſactionem reſcindi non debere quamuis poſt tranſactionem appareant inſtrumenta,ex quibus liqueat tranſigentem fuiſſe deceptum,habetur in tex,not.in l.Lucius.§.fin.ff. ad trebell.quẽ extollit Abb.in c.1.de tranſac.Et an & quando tranſactio retractari poſsit uigore inſtrumenti nouiter reperti,& tranſactionem facilius retractari, quàm ſententiam apparet,
2 quia tranſactio † per teſtamentum nouiter inuentum reuocatur.l. de his.ff. de tranſact. alioqui uerò ſententia.l.iij.§.item.ff.ſi cui pluſquam per leg.falcid.hæc Soc.in conſi.66.in 4.vol.& plenè materiam tranſactionum uide apud Io.Baptiſtam Caccialupum in tract.de tranſac. Et dum Bar.hic in col.fi.ait,quamuis tranſactio ſit ſtricti iuris; tamen de illa iudicandum eſſe,ut de omni contractu ſtricti iuris liberatorio,& reliqua. vide ad hæc Alex.in l.ſi quis aliter col.1.in gl.2. ff.de uerb.obligat.

Summarium in l.non minorem.C.de tranſac.

1 *Tranſactio,& res iudicata æquiparantur.*

Bar.in l.non minorem.C.de tranſact.

1 Bart. in hac l.non minorem,ſic ait in ſumma. Tranſactio † & res iudicata æquiparantur. vide Ana.in conſi.50.col.fi.Et dum hic in fi.Bar.ait,tranſactionem factam de nocte debere eſſe cum luminaribus, ut teſtes cognoſcant partes: vide Feli.in cap.cùm cauſam,colum.2.de teſt. & in c.ſicut,colum.3.& ſeq.de re iudic.& Barb.in c.conſuluit,col.15.de offi. deleg. & ibi Feli.

Summarium in l.nec intentio.C.de tranſac.

1 *Actio negatur ei,cui negatur exceptio.*

Bar.in l.nec intentio.C.de tranſact.

Bart. in hac l.nec intentio,tradit,ut hic per eum. Tu uerò quatenus ex hac.l. colligitur,
1 ei negari † actionem,cui negatur exceptio, vide aliquid apud Bal.in conſ.261.in 1.vol.

Summarium in l.ſi quidem.C.de tranſac.

1 *Dictio tantum,quid ſignificet.*

Bar.in l.ſi quidem.C.de tranſact.

1 Bart. in hac.l.ſi quidem,agit de ſignificatione huius uocis,tantum. † De hac re uide aliquid apud Præpoſit.in c.mos eſt.diſt.1.in 1.col.& Imol.in conſi.86.col.2.& Alex.in conſ.206. Viſa conſultatione,col.2.in lib.primi & ſecundi vol.

Summarium in l.ſiue apud.C.de tranſac.

1 *Tranſactio an ſit contractus nominatus,an non.*

Bar.in l.ſiue apud.C.de tranſac.

1 Bart. in hac l.ſiue apud,colu.pen. in verſi.quæro ſecundò, tradit nunquid † tranſactio ſit contractus nominatus an non? vide Alex.in conſi.40.colu.1.in 5.volum.ubi ait eam eſſe contractum nominatum.

Summarium in l.ſub prætextu.2.C.de tranſac.

1 *Vbi eſt petitio generalis, & tranſactio generalis refertur ad omnia quæ in actione propoſita poterant comprehendi.*

Bar.in l.ſub prætextu.2.C.de tranſact.

1 Bart. in hac.l. ſub prætextu.2. ſic ait in ſumma, ubi eſt petitio † generalis, & tranſactio generalis refertur ad omnia,quæ in actione propoſita poterant comprehendi. De materia huius.l.vide Aret.in conſ.33.col.fi.& Specu.in titulo de arbitr.§.excipitur.uerſi. ſed pone Titius. & Alex.in conſ.153.Viſo ac ut oportet conſiderato,in libro primi & ſecundi vol.Barb. in cõſ. 16.col.16.in 2.vol.& in conſ.18.col.8.eod.vol.& in cõſ.21.col.3.eod.vol.& in conſ.26.& 60. eo.uol.Et dum Bar.accedit ad ſolutionem Vltramontanorum,ibi,qñque poteſt de aliqua re cogitare ſpecialiter,& reliqua. Declara hæc ut per Bar.in l.ſi de certa,col.fi.infrà eod.uide Alex. in cõſ.43.col.3.& ſeq.in 1.vol.Aret.in conſ.32.col.fi.& in conſ.60.in fi.& Roma.in conſ.403. colu.2.& ſeq. &Abb.in c.1.de tranſac.Ad ea verò quæ hic ponit in pen.col.in verſ.vt ergo tibi liqueat

liqueat materia,ibi,quandoque eſt petitio generalis, & tranſactio ſpecialis, & tunc in non proſecutis nõ obſtat exceptio tranſactionis, contrarium tenuit Iaſ.in l.age,ſuprà eod.

Summarium in l.ſi de certa.C.de tranſac.

1 *Tranſactionis uerba generalia reſtringuntur ad rem, de qua erat lis.*

Bar.in l.ſi de certa.C.de tranſac.

1 BART. in hac.l.ſi de certa,ait in ſumma, tranſactionis † uerba generalia reſtringi ad rem, de qua erat lis. uide Alex.in conſi.153.Viſo ac ut oportet,in libro primi & ſecundi vol.Aret.in conſi.138.col.2.& in conſ.161.col.fi.& in conſi.ſeq.col.4.Bal.in conſi.417.in 5.vol. ubi ponit pulchrum caſum. & in conſi.180.in 4.vol.& omnino Corn. in conſ.144. in 3.vol. An autẽ trãſactio facta de aliqua re,quam petebam aliqua ſpeciali actione,porrigatur ad alias actiones mihi ad eam rem competentes? an uerò uti poſsim alia actione non obſtante tranſactione? vide Abb.in c.1.de tranſact.& tranſactionem non extendi ad incognita ſiue incogitata,neque ad ea,quæ ſunt occulta dolo aduerſarij,docuit Soc.in conſi.66.in 4.volu.Ad ea uerò quæ hic tradit Bar.in verſi.contra glo.vide Alex.in conſ.110.col.1.in 4.vol 1.& in conſi.113.in 1.vol.& in conſi.148.& in conſ.150.col.6.eod.vol.Imol.in conſ.138.& Soc.in conſ.214. col.2.& Feli.in c.ſedes,col.antepen.de reſcript.

Summarium in l.ſi cauſa cognita.C.de tranſac.

1 *Iudicatum quod eſt, tranſigi non poteſt.*

Bar.in l.ſi cauſa cognita.C.de tranſact.

1 BART. in hac.l.ſi cauſa cognita,ait,ſuper eo,quod iudicatum † eſt tranſigi non poſſe. vide Roma.in conſ.369.in 3.dub.

Summarium in l.ſi pro fundo.C.de tranſac.

1 *Fundus traditus ex cauſa tranſactionis ſi euincatur, de euictione agitur, ſecus ſi non eſt traditus.*

Bar.in l.ſi pro fundo.C.de tranſact.

1 BART. in hac.l.ſi pro fundo, ſic ait in ſumma. Si fundus † traditus ex cauſa tranſactionis euincatur,de euictione agitur ſecus ſi non eſt traditus. vide aliquid per Ancha.in conſi.87. Et dum in verſi.tertiò habes, Bar. ex iſto tex.colligit, contractum tranſactionis tribuere titulum poſsidenti in re. quæ ex cauſa tranſactionis traditur. vide Alex.in conſi.24.colum.fi.in 5.vol. Poſteà Bar.ex mente gl.opponit dicens,etiam eum,qui dimittit,dare titulum poſsidenti,per l. ſi donari.ff.de donat.int.uir.& uxo.& reſpondet,ibi ſolutam fuiſſe litis æſtimationem,quæ ſimilis eſt emptioni. iſtam ſolutionem ſequitur Bar.in l.j.in princip.ff.pro empt.ubi declarat quomodo cognoſcatur, an fiat tranſactio, an uerò litis æſtimatio? & ſecundum diſtinctionem ibi poſitam opus eſt reſtringere hoc,quod hic habetur,& dicere eum,qui retinuit fundum,probationes claras non habuiſſe,ut ibi per eum.

Summarium in l.cum donationis.C.de tranſac.

1 *Scienti non infertur dolus.*

Bar.in l.cum donationis.C.de tranſact.

1 BART. in hac.l.cum donationis,ſic ait in ſumma. Scienti † non infertur dolus,& pollicitatio ſucceſsionis non obligat pollicitantem. vide exemplum apud Barb.in conſi.34.colu.pen. in 3.vol.Et dum hic propè fi.ait Bar.ubi contractus continet turpitudinem,in pari cauſa potiorem eſſe conditionem poſsidentis. vide pro iſta opinione Bar. eundem Bar. in auth. ingreſsi, col.2.verſ.quæro ulterius,ſuprà de ſacroſ.eccleſ.& ad ea quæ in ultimis uerbis hic ait Bart.uide Corn.in conſ.255.in 4.vol.

Summarium in l.tranſactionem.C.de tranſac.

1 *Ex præſentia amicorum tollitur præſcriptio metus.*

Bar.in l.tranſactionem.C.de tranſact.

1 BART. in hac.l.tranſactionem,ait,ex præſentia † amicorum tolli præſumptionem metus. vide Soc.in conſ.263.col.5.in 1.vol.Ang.in conſ.215.col.pen.& omnino in conſi.218.col.2.& Feli.in c.edoceri,col.pen.de reſcript.Et dum Bar.in fi.ait,in eo, quod dictum eſt de proximis, ſubeſſe

subesse rationem: quia cum ad eos spes successionis pertineat, verisimile est diligẽtius eos esse acturos. aduerte quoniam ex hoc documento multa colligi solent.

Summarium in l. transactio. C. de transactio.

1 *Remittere non est dare, quando remittitur dubium.*

Bar. in l. transactio. C. de transact.

1 BART. in hac l. transactio, sic ait, remittere, † non est dare, quando remittitur dubium. Tu uerò an & quando remittere, & dare, sint idem, etiam in materia stricta, vide apud Feli. in cap. veniens, nu. 3. de testi. & Dec. in l. si quis obligatione liberatus. ff. de regul. iur. & ad declarationem huius l. ex qua colligitur, transactionem aliquo non dato uel promisso, vel retento, non ualere. vltra hic trad. per Alex. vide Bal. in l. fi. infrà de execut. rei iudic. Paul. de Castr. in l. quod si Ephesi, colu. fin. ff. de eo quod cert. loc. Angel. in consi. 94. Lis & quæstio. Et aduerte, quoniam si in instrõ contineretur, partes à lite recessisse aliquo dato uel promisso, nõ creditur, nisi probetur datum, vel promissum. vide in l. suus, in quibusdam lecturis infrà de repud. hæred.

Summarium in l. quamuis. C. de transac.

1 *Contractum transactionis ex pœnitentia non resoluitur.*

Bar. in l. quamuis. C. de transact.

1 BART. in hac l. quamuis, ait, contractum † transactionis ex pœnitentia non resolui. vide Raph. Cuma. in consi. 156.

Summarium in l. ubi pactum. C. de transac.

1 *Alternatiua quę ponitur inter genus, & speciem resoluitur expositiuè, id est, quando hoc est secundum mentem proferentis.*

2 *Quando aliquid fieri debet de iure, non sufficit si id fiat de facto.*

Bar. in l. vbi pactum. C. de transact.

1 BART. in hac. l. vbi pactum, colu. 1. inquit, alternatiuam, † quæ ponitur inter genus & speciem, resolui expositiuè, idest, quando hoc est secundum mentem proferentis. vide Alexand. in consi. 22. colu. 2. in primo uol. Posteà Bar. col. pen. in fi. & col. sequ. ait, si statuto cautum est, bannitum posse impune offendi; & bannitus fuit offensus ab aliquo, qui non audebat comparere ad hoc deducendum, alius comparuit & produxit bannum illius offensi, dicens uigore statuti potuisse offendi, iudicem debere offendentem absoluere. vide Roma. in d. consi. 22. col. 2. & in consi. 214. Barb. in cons. 62. col. 9. in primo volu. Card. in cons. 29. colu. 3. & in consi. 103. Imol. in cons. 127. Feli. in c. cum super, col. 16. de re iudi. & in c. sciscitans, col. 4. vers. non se excusat. de rescript. Aret. in cap. 1. col. 4. de accusat. & Corn. in cons. 222. in quarto uol. Ad ea uerò de quibus hic agit Bart. in fi. scilicet quando † aliquid fieri debet de iure, non sufficere, si id fiat de facto. Adde quòd si aliquid in ciuitate seruaretur de facto, quod de iure non ualet, perinde esse ac si de iure ualeret. gl. in l. qui habebat, in fin. ff. de manum. testa. & ad hæc uideas Alberic. in l. j. col. fi. suprà de summ. Trin. in quæst. de fideiussoribus circa usuras.

2

Summarium in l. si quis maior. C. de transac.

1 *Qui uenit contra transactionem iuramento firmatam, efficitur infamis.*

2 *Petens absolutionem à iuramento non citata parte, ut agat ad rescissionem contractus, dicitur contrauenire.*

3 *Periurus est infamis.*

4 *Iuramentum impedit purgationem moræ.*

5 *Vna determinatio respiciens plura determinabilia debet ea æqualiter determinare.*

6 *Executio à lege ubi fit ibi mora purgari non potest.*

7 *Mora aliquando potest purgari, etiam in obligationibus iuratis, quando post moram non succedit obligatio ad aliud.*

De tranſactionibus.

Bar.in l.ſi quis maior.C. de tranſact.

1 BART. in hac l.ſi quis maior,ſic ait in ſumma. Qui uenit † contra tranſactionem iuramento firmatam, efficitur infamis,pœnam ſoluit,& reliqua, vt hic per Bart. Vide Matthæſil.in ſuo ſingul.50. incip. Nota magnam, cum ibi addit. vbi ait, vltra prædictas pœnas hic, periurum cogi ad obſeruandum contractum aduerſæ parti, quæ non incidit in periurium, & tamen aduerſam partem liberam eſſe ab omni eo, ad quod tenebatur, vt ibi uidere eſt. Et declara iſtam.l.vt per Roma.in ſingul.493. incip. Tu ſai. cum ibi addit. per Caſtill.Et ad materiam huius.l.vide Alexand.in conſi.85.& in conſi.126. in primo uolumine. Dec.in conſi.452.& omnino Io.Baptiſtam Caccialupum in tracta.de tranſactionibus, quæſt.15. Feli. in cap. teſtimonium,colu.7.verſ.ſed inquantum,de teſti. Barb.in cap.licèt ex ſuſcepto, in decimo caſu.Panor. ibi de for.compet. vbi ait hanc.l.habere locum etiam ſi quis iuraret per legem.& Barb.in cap. ex literis,colu.5.poſt Bald.ibi,de conſt.& in cap.1.colu.8.de offic.deleg.Card.in conſi.148.in ſecundo dubio. Feli.in cap.querelam,colum.2.de iureiur. vbi tradit, an iſta.l.habeat locum in uiolante fidem? Alexand. in conſi.76. colu.ſi. in quinto uolu. vbi ponit an procedat in eo, qui pro parte impleuit, & pro parte non? & Signorell.in conſi.253.Feli.in cap.dilecti filij, colu.1. de except.& in cap.2.colu.6.de ſponſal. Alexan.in conſ.34.in primo uolu.Barb.in conſi.85.in
2 ſecundo dub.in tertio uolu.vbi tradit, an † petens abſolutionem à iuramento non citata parte ut agat ad reſciſsionem contractus,dicatur contrauenire? vide etiam Feli.in cap.ex tenore,colu.2.& ſequ.de reſcript.Bald.in conſi.345.in primo uolu. Attende tamen quoniam Bald.in l. obſeruare.§.proficiſci.ff.de offic.proconſ.& lega. ait, dolum exigi ad hoc,vt pœnæ huius.l.habeant locum,ad quem accedit Alexand.in l.ſi.ff.qui ſatiſd.cogan. Tamen aduerte,quia hoc eorum documentum puto ueritate carere,& latam culpam ſufficere, quamuis enim ad infamiam irrogandam lata culpa dolo non æquiparetur, vt eſt glo. in l.in actionibus.ff. de in lit.iuran. & tex.in §.ſuſpect.inſtitu. de ſuſpect.tutor.& ibi glo.tamen non habet locum vbi lex infamiam irrogat ipſo iure, vt uidere eſt in l.liberorum.§.notantur.ff.de his qui not.infam. & glo.in uoce, non æquè,in d.§.ſuſpect.& Bart.in l.quod Nerua, colu.6.verſ.item quæro.ff. depoſ.ſed in caſu huius.l.ipſo iure infamia irrogatur,ut concedit Bart.hic propè fin.propter uocem? mox,igitur conſequens eſt,vt lata culpa ſufficiat,& dolus non exigatur,vt Bald. & Alexan. prodiderunt,id quod non eſt obliuioni tradendum.vide Iaſ.in d.l.in actionibus.ff.de in lit.iuran.& Barb.in conſilio 24.colu.1.in primo uolumine. Et dum Bar.hic ſubiungit, ſi quis promittit non contrauenire, & iſto caſu ſtipulationem committi ſecundum formam huius.l.vide Orian. in tract.de arbitris,in 12.quæſt.Alexand.in conſi.59.in fi.in quarto uolum.Feli.in cap.veniens, colum.8.de præſcript. Abb.in cap.Raynaldus,colum.4.de teſta. & quæ poſui in l.amplius non peti.ff.rem rat.haber. Ad ea uerò quæ ait hic Bar. in verſ.oppono ad iſtud, & videtur quòd requiratur, vt perueniat ad ſententiam. vide Alexand.in l.quamuis, colu.2.ff. de in ius uocan. Et dum colli-
3 git Bart.ex iſto text.periurum † eſſe infamem, vide Felin. in cap.ſecundo de reſcript. Et dum ſubiungit Bart.iuramentum habere uim clauſulæ, rato manente pacto, accedit Iaſ.in §.ſi quis poſtulante,colu.3.verſ.decimo.inſtitu.de actioni. vide Alexand.in conſi.174.Opportunè conſiderato,colu.3.in libro primi & ſecundi uolu. Et dum ſubdit Bart. iuramentum habere etiam uim illius clauſulæ,vt ſi tranſactio nõ ualeat iure tranſactionis, valeat omni meliori modo. idem tenet Angel.in l.ſeruus.§.pactus.ff.de pact.& Bald.in repet.l.ſecundæ.in quinta quęſt.princip. infrà de reſcind. vendit. Et dum Barto. ſubijcit has pœnas ipſo iure iniungi, propter illam uocem, mox, vide Alexand.in l.ſi.ff.qui ſatiſda.cog.& in conſi.92.colu.2.in primo uolum. Dum
4 autem Barto.in verſic.& ex hoc nota, inquit, iuramento † impediri purgationem moræ. vide omnino Iaſ.in §.item ſi quis poſtulante,columna quarta verſic.11.inſtitu.de action. vbi tradit etiam, quid de iure canonico. & Bart.Angel.& alios in l.ſi inſulam,in quarta quæſt.ff.de uerb. obligatio.Alexand.in conſi.148. in ſeptimo uol. Adde hoc,ſcilicet,moram interueniente iuramento purgari non poſſe,habere locum in his omnibus quatuor pœnis, de quibus hic agitur. Scias tamen Angel.in d.l.inſulam,in 5.quæſt.Bart.& Paul.de Caſtr.hic tenere opinionem Bart.

quò ad

quò ad infamiam, & actionis amissionem, non autem quò ad pœnam, & ad restitutionem eorum quæ habita sunt, in quibus asserunt factum hominis requiri. quasi uolentes hic potius purgationem moræ non admitti, ex eo quia fiat executio ad legem, quàm propterea quòd iuramentum interuenerit. tamen Imol. & quidam Perusi. in d.l.si insulam, aiunt, opinionem Bart.
5 procedere indistinctè. quò ad omnes pœnas de quibus hic: quia una † determinatio respiciens plura determinabilia debet ea æqualiter determinare. l. nam hoc iure. ff. de vulga. & pupill. sed his respondent quidam Senens. & est ex mente Alex. hic, illud esse uerum, vbi est eadem ratio. l. si ita scriptum. ff. de man. testa. & l. si seruus. ff. de statulib. sed hic subesse diuersam rationem, igitur &c. præterea pro Bar. facit secundum Imol. ibi, quia hoc modo ista. l. nullam haberet specia
6 litatem, cum clarum sit, vbi fit † executio à lege, ibi moram purgari non posse. huic rationi respondent Senen. & est de mente Alexand. hic, immo esse speciale quò ad infamiam, & actionis priuationem, vt per eos. Item facit secundum Petr. hic, quia una & eadem res non debet diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de usucap. huic argumento tamen respondetur, hoc admitti propter rationis diuersitatem. facit etiam secundum eundem iste tex. in uoce, mox, quæ omne temporis interuallum excludit. sed respondetur, immo tempus ab alia lege statutum non excludi. l. ad peremptorium, cum l. seq. ff. de iudic. Aliud etiam colligit argumentum Alexan. hic, cui respondetur per Dec. in d.l.si insulam. et uide Roma. in consi. 427. & iuramento purgationem moræ impediri docuit Alexan. in consi. 105. col. 3. in tertio uolu. vbi ponit quid in contractu locationis. & in consi. 76. colu. 3. in quinto uolu. & Dec. in consi. 138. Anchar. in cons. 148. Angel. in cons. 326. & omnino uide Ias. in d. §. si quis postulante. col. 3. institu. de action. Limita
7 tamen istam conclusionem, ut mora † purgari possit etiam in obligationibus iuratis, quando post moram non succedit obligatio ad aliud. l. si seruus. §. sequitur, & l. interdum. ff. de uerbor. obligat. Salic. in l. semel mora. ff. solu. matrim. & uide quæ ibi posui ad Bart. proinde ex hoc infert Card. Iacob. in tracta de concilio, in septimo libro, Papam, qui iurauit congregare concilium infra triennium, posse moram purgare, & illud congregare etiam elapso biennio: quia nõ succesit obligatio ad aliud. & an & quando mora purgari possit, vide Ant. de Butr. in c. breui, de iureiur. Fulg. in consi. 154. Soci. in consi. 99. in primo uolu. Dec. in consi. 451. & apud Salic. in tracta. de mora. & latissimè apud Marcum Antonium Bauerium in tract. de mora, vbi multa memoratu digna explicauit.

Summarium in l. si ex falsis. C. de transact.

1 *Instrumentum in parte falsum, an præsumatur falsum in totum.*

Bar. in l. si ex falsis. C. de transact.

1 Bart. in hac l. si ex falsis, in vers. ista glo. inducit, quærit, an † instrumentum falsum in parte, præsumatur falsum in totum? vide Alexand. in consi. 43. colu. 2. in quarto uolu. Barb. in consilio 43. col. 3. in primo uolu. & in consi. 53. col. 3. in secundo uolu. Abb. in cap. fraternitatis, de hær. Bal. in c. cùm accesisset, col. 6. de consti. & ibi Barb. col. 24. & seq. Bal. in c. cum adeò, col. 2. de rescrip. Feli. in c. sedes, eodem titu. de rescrip. in fi. Bal. in consi. 28. in primo uol. & in cons. 66. in primo dub. in tertio uol. & Corn. in consi. 61. col. 3. in tertio uol.

Summarium in l. fi. C. de transact.

1 *Transactio in causa matrimonij fieri non potest ubi iudicatur inualiditas matrimonij.*

Bart. in l. fi. C. de transact.

1 Bart. in hac. l. fi. ait, transactionem † in causa matrimonij fieri non posse, vbi iudicetur inualiditas matrimonij. Declara omnino, vt per Roma. in singu. 614. incip. Tu audiuisti. vide doct. in c. fi. de transact. Et an & quando & quomodo in causa matrimoniali deferri possit iuramentum in supplementum probationis? vide Abb. in c. mulieri, de iureiur. & attende quoniam multa in fauorem matrimonij conceduntur, quæ concedi debent etiam oppugnantibus ma-

trimonium fauore animæ: quia non minus fauorabile est matrimonium contra legem Dei cõ tractum dissoluere, quàm legitimè contractum conseruare. Dec. in c. 1. nu. 20. de probat.

Summarium in l. j. C. de erro. calcu.

1 *Si in calculo erratum est, potest sæpius retractari, nisi super eo iudicatum sit, uel transactum.*

Bar. in l. j. C. de error. calcu.

1 BART. in hac l. j. sic ait in summa, si in calculo † erratum est, potest sæpius retractari, nisi super eo iudicatum sit, vel transactum. Vide in hac materia Dec. in consi. 94. vbi multa cumulat. Et dum agit Bart. de errore expresso in sententia, vt eo casu sit ipso iure nulla, vide Ias. in l. præses, col. 6. in primo notab. ff. de re iudic. vbi sequitur hanc Bart. distinctionem, an & quando sententia lata contra ius ualeat. & ibi ponit quamuis iudex in præfatione dicat: visis actis, propterea non dicitur se referre ad acta, ad hoc ut ipsa sententia intelligatur expressum iuris errorem continere. Et dum ait Bar. hic, quandoque non esse expressum errorem in sententia, sed apparere in contractu, & tunc aut fit relatio ad acta, & reliqua ut hic per eum. ad quæ uideas Alex. in consi. 123. col. 4. in primo uolu.

Summarium in l. si sub specie. C. de postul.

1 *Statuta quando permittunt exceptionem simulationis opponi, de qua simulatione sit intelligendum.*

Bar. in l. si sub specie. C. de postul.

1 BART. in hac l. si sub specie, propè fi. tradit, quando statuta † permittunt exceptionẽ simulationis opponi, de qua simulatione sit intelligendum? vide Alex. in consi. 142. col. 3. in quinto vol. & in consi. 28. col. 4. & in consi. 57. col. fi. eod. volu.

Summarium in l. quisquis. C. de postul.

1 *Aduocatus & iudex quis esse non potest.*

Bar. in l. quisquis. C. de postul.

1 BART. in hac l. quisquis, tradit, eundem † non posse esse aduocatum & iudicem. Tu uerò ad istum tex. in vers. apud urbem, vide Cæpoll. in caut. 156.

Summarium in l. prouidendum. C. de postul.

1 *In causis ex utraque parte aduocati æquales esse debent.*

Bar. in l. prouidendum. C. de postul.

1 BART. in hac l. prouidendum, ait, in causis † ex utraque parte aduocatos æquales esse debere. vide aliquid per Feli. in c. peruenit, primo de testi. cogen.

Summarium in l. j. C. de aduoca. diuer. iudiciorum.

1 *Iudex corruptus pecunia, eius sententia non ualet.*

Bar. in l. j. C. de aduo. diuer. iudic.

1 BART. in hac l. j. in vers. nam illa distinctio, sentit. l. venales, quando prouoc. non est necess. non habere locum in aduocato, sed in iudice tantùm. quid si est pecunia † corruptus, non ualet sententia, secus in aduocato; quia ualet sententia, quamuis restitutio cõcedatur. idem tenuit Ias. in l. prius, colu. 15. in quarto notab. ff. de re iudic. adde glo. in l. j. infrà de sent. iud. qui mal. iudic. in uerbo, amittat. licèt Bar. ibi dicat glo. non firmare aliquam opinionem. Et dum Bar. hic in fi. quærit, vtrũ probationes factæ contra aduocatos in causa præuaricationis probent contra ipsum principalẽ? vide Feli. in c. causam quæ, col. 6. uer. fallit 4. de testib.

Summarium in l. qui necessario. C. de aduoca. diuer. iudic.

1 *Aduocatus, neque habens salarium ex publico potest aduocare contra rempublicam.*

Bar. in l. qui necessario. C. de aduoc. diuer. iudic.

1 BAR. in hac l. qui necessario, ait, neq; aduocatum † neque habentẽ salariũ ex publico posse aduocare cõtra rẽpublicã. vide Barb. in cõs. 2. col. 4. in 1. uol. & Abb. ĩ c. fi. in 3. notab. de postu.

Summa-

Summarium in l. fori tui. C. de aduoca. diuer. iudic.

1 *Aduocati quicquid acquirunt ex aduocatione, dicitur quasi castrense peculium.*

Bar. in l. fori tui. C. de aduoc. diuer. iudic.

1 BART. in hac. l. fori tui, ait, aduocatos † quærere aduocatione sua quasi castrense peculiū. uide Alex. in cons. 48. col. 2. in primo uol. et in consi. 2. in sexto uol. Et dum in fi. ait Bart. etiam illud, quod acquirunt assessores, esse quasi castrense, uide Dec. in c. 2. col. 2. de consti.

Summarium in l. sancimus. C. de aduoca. diuer. iudic.

1 *Aduocati possunt cogi esse de consilio.*

Bar. in l. sancimus. C. de aduoc. diuer. iudici.

1 BAR. in hac l. sancimus, ait, aduocatum † posse cogi esse de consilio. vide Feli. in c. 3. col. fi. de offic. deleg.

Summarium in l. nemini licere. C. de aduoca. diuer. iudic.

1 *Ille qui sub colore assidendi est prohibitus, non debet in consilium assumi.*

Bar. in l. nemini licere. C. de aduoc. diuer. iudi.

1 BART. in hac. l. nemini, ait, eum † qui sub colore assidendi est prohibitus, non debere in cō silium assumi. Ad hunc tex. ultra Salic. hic, uide Feli. in c. ex literis, col. fi. de constit. Roma. in cō silio 216. & Aret. in consilio 57.

Summarium in l. petitionem. C. de aduoca. diuer. iudic.

1 *Nomina eorum qui sunt de collegio debent scribi in matricula.*

Bar. in l. petitionem. C. de aduoc. diuer. iudici.

1 BAR. in hac l. petitionem, colligit ex hoc principio, nomina † eorum, qui sunt de collegio, debere scribi in matricula. vide Feli. in c. solitæ, col. 2. de maiorit. & obed.

Summarium in l. j. C. de aduoca. diuer. iudicum.

1 *Ille qui deposuit officium aduocationis est constitutus in dignitate, & clarissimus appellatur.*

Bar. in l. j. C. de aduoc. diuer. iudicum.

1 BART. in hac l. j. ait, eum, qui deposuit † officium aduocationis, esse constitutum in dignitate, & clarisimum appellari. vide pulchra similia per Feli. in c. quæ in ecclesiarum, col. 29. de const. Aduocati enim officium est nobilisimum secundum Bal. in l. j. §. ait prætor. ff. de postul. & glo. in l. j. §. hoc edicto. ff. de postul. sed in contrarium facit text. in l. quisquis, supra titu. 1. vide Cæpoll. in caut. 156.

Summarium in l. errores. C. de erro. aduoca.

1 *Negatiua circa sententiam quomodo probetur.*

Bar. in l. errores. C. de error. aduocat.

1 BART. in hac. l. errores, dum agit de negatiua † probanda circa sententiam, hoc est senten tiam non fuisse latam; idque ait probari posse si tempus latæ sententiæ est coarctatum loco & tempore, vide Imol. in consi. 110. in primo dubio.

Summarium in l. sententijs. C. de error. aduoca.

1 *Aduocati error reuocari potest probato errore usque ad sententiam.*

Bar. in l. sententijs. C. de error. aduoc.

1 BART. in hac l. sententijs, ait, errorem † aduocati reuocari posse probato errore usque ad sententiam. vide Barb. in consi. 6. col. 10. in primo uolu. Et dum subiungit Bar. errorem aduocati adhibitum in causa principali, reuocari posse in causa appellationis, vide not. Roma. in con silio 346. in secundo dubio.

Summarium in l. j. C. ut quæ desunt aduoca.

1 *Judex potest supplere de iure, & non de facto.*

Bart. in l. j. C. vt quæ desunt aduoc.

1 BART. in hac l. j. ait, iudicem † posse supplere de iure, non de facto. In hac materia, vt iudex super nō petitis iudicare possit, vide textum mirabilem in c. Raynutius, de testa. vbi Abb.

col.3. & ibi uide Barb.in 45. Et dum subiungit Bar.ad iudicem pertinere,dare dilationes,pronunciationes, & similia. vide Feli.in.c.licet causam,col.9.in fi.de probat.

Summarium in l.interlocutio.C. ex quib.cau.infam.irrog.

1 *Admonitio præsidis ut quis ad meliorem uitam se redigat, infamiam non irrogat.*

Bar.in l.interlocutio.C.ex quib.cau.infa.irrog.

1 BART. in hac l.interlocutio,ait,admonitionem† præsidis,ut quis ad meliorem uitam se redigat, infamiam non irrogare. hoc documentum nõ est obliuioni tradendum. quod facit pro quodam Cardinali,qui Marcello secundo ad pontificatum euecto,eum rogauit,vt inter dignos gratia sua annumeraretur, cui summus Pontifex respondit,si uitam mutabis, eris nobis gratus. vt propterea non dicatur ei irrogatam fuisse infamiam, tamen multi ob hoc malè de illo Cardinali sentiebant. vide ad istam.l.& ad l.verbum,suprà eodem. Roma.in consi.208.& Alexan. in consi.152.col.3.in quinto uolu.

Bar.in l.improbum.C. ex quib.cau.inf.irrog.

BART. in hac l.improbum,ait,hanc infamiam ipso iure irrogari. vide Matthæ.in sing.49.

Summarium in l.j.C. de procurat.

1 *Procurator de cuius mandato dubitatur, admittitur cum cautione de rato.*

Bar.in l.j.C. de procurat.

1 BART. in hac l.j.in uers. Tertio casu,ait, procuratorem † de cuius mandato dubitatur, admitti cum cautione de rato. sed hoc non habere locum in procuratore dato ad recipiendam solutionem. Adde quòd hoc quoque non procedit quando per huiusmodi cautionem aduersario non esset plenè consultum per adducta hic per Alex.& est text. in l.iusiurandum quod ex conuentione.§.fi.cum l.seq. vers.nec multùm interest. vbi Alex.ff.de iureiur. Immo amplius dico, etiam si aduersario quò ad pecuniam plenè consuleretur,non autem quò ad famam,procuratorem cum ista cautione admitti non debere,vt probatur in d.vers.nec multùm interest,iuncta glo. Et dum Bar.hic paulò post,dicit, ex aduẽtu procuratoris conditionem aduersarij non debere fieri deteriorem, vide Fulg.in cons.95.

Summarium in l.eum qui res.C.de procurat.

1 *Dominus prius citari debet,quam procurator.*

Bar.in l.eum qui res.C. de procurat.

1 BART. in hac.l.eum qui res,ait, primum † citari debere dominum, quàm procuratorem. Vide Barb.in consi.18.colu.3. in primo uolu. Alexand. in l.meminerint.infrà unde ui. Et dum Bar.ait,à iudice tutorem uel curatorem cogi posse, ut defendant. vide Areti.in consi.29.& in consi.66.Et dum subiungit Bar.vtrum tutor contumax tãquam suspectus remoueri possit absque nouo processu an non? vide Roma.in consi.428. Et dum Bart.quærit hic an ex contumacia procuratoris contra dominum peruenire possit ad primum decretum, vide Feli.in c.1.col. 3.vt lit.non contest.

Summarium in l.reum.C.de procurat.

1 *Accusatus de crimine capitali procurator alterius esse non potest.*

Bar.in l.reum.C.de procurat.

1 BART. in hac l.reum. ait,accusatum † de crimine capitali procuratorem alterius esse non posse. sed in fi.Barto. ex mente glo.ait, si hæc exceptio non opponatur, iudicium ualere. vide Barb.vbi multa similia posuit in consi.90.colu.6.in tertio uolu.

Summarium in l.quod quis.C.de procurat.

1 *Procurator ad iudicia ante litem contestatam non potest alium substituere, sed post.*

Bart.in l.quod quis.C.de procurat.

1 BART. in hac l.quod quis, sic ait in summa. Procurator † ad iudicia ante litem contestatam

tam non potest alium substituere, sed post. vide pro ampliatione huius.l.Roma.in consi.241. col.3.vbi dicit in causis,in quibus lis non contestatur, alium nō posse substitui. & ad materiam huius.l.vide omnino eundem Roma.in sing.211.incip. Vltimò tu scis.

Summarium in l.si procurator.C. de procurat.

1 *Idem est dicere, concedo tibi plenam administrationem, & concedo tibi liberam administrationem.*

Bar.in l. si procurator.C. de procurat.

1 BART. in hac.l.si procurator, ait, idem esse dicere, concedo † tibi plenam administrationem; & concedo tibi liberam administrationem. ad hoc accedit Ias.in l.posthumo,col.16.infrà de bonor.poss.contratab.& in l.si tibi,§.1.ff.de pact. vbi etiam alios effectus enarrauit,quos operatur ista uox, plena.

Summarium in l.neque tutores.C.de procurat.

1 *Tutor, & curator ex sua persona procuratorem non constituit, sed minori constituenti authoritatem impertitur.*

Bar.in l.neque tutores.C.de procur.

1 BART. in hac l.neque tutores, sic ait in summa. Tutor † & curator ex sua persona procuratorem non constituit, sed minori constituenti authoritatem impertitur. De materia huius.l. vide Soc.in cons.255.in 1.vol. Et dum postea agit hic Bar.an & quando administrator possit constituere procuratorem? vide Ang.in l.post litem.ff.de procur. & Feli. in c.ex parte decani, in fi.de rescri.& de tutore vide Alex.in cons.162.in 5.uol.& de natura actoris, de quo inferius agit Bar.hic,vide Fulg.in consi.182.Postea hic tractat Bart.an & quando minor possit constituere procuratorem sine tutoris authoritate? vide Angel.in consi.157.& Feli.in cap.cum I.& A. colu.5.de re iudic.

Summarium in l.exigendi.C.de procurat.

1 *Coniuncta persona quando admittatur pro coniuncta.*

Bart.in l.exigendi.C.de procurat.

1 BART. in hac l.exigendi,in ultima oppos. tradit, quando † coniuncta persona admittatur pro coniuncta. Vide Roma.in cons.24.in fi.& quia de hac re alibi egimus,non insistam hic. & ad ea quæ hic ait Barto. in fi.in vers. item quòd legis authoritate hic ut minor admittitur, uide Aret.in consi.76.col.4.& sequ.

Summarium in l.ita demum.C.de procurat.

1 *Exceptio procuratoris seu alia declinatoria debet apponi ante litem contestatam.*

Bar.in l.ita demum.C. de procur.

1 BART. in hac.l.ita demum, in primo notab.dicit, exceptionem † procuratoris seu aliam declinatoriam ante litem contestatam debere opponi. vide Ias. in l.quamdiu, colu.2.infrà qui admit. Et dum in secundo notab.ait Bart.exceptionem, quæ fuit omissa ante litis contestationem,obijci non posse in causa appellationis: vide Abb.in c.pastoralis,colu.fi.de except. Ad ea uerò quæ hic ponit Bar.in 3.notab.dicens per appellationem posse rescindi,iudicari, & reponi in eo statu,vt possit facere omnia,quæ posset quis post litem contestatam, vide Abb.in c.ad audientiam,col.3.de rescrip.ille igitur qui repellitur,ne possit esse procurator,in prima instantia, repellitur etiam in causa appellationis. quod intellige, vt hic,quando fuit oppositum. vide Roma.in cons.384.& omnino in cons.75.

Summarium in l.non eo minus.C. de procurat.

1 *Quod in fauore alicuius introductum est, non debet in eius odium retorqueri.*

Bar.in l.non eo minus.C.de procur.

1 BART. in hac.l.non eo minus,sic ait in summa. Quod in fauorem † alicuius inductum est, non debet in eius læsionem retorqueri. vide ad istam.l. Bal.in c.1.colu.4.de rescript. & in hac materia uide trad.in l.quod fauore.suprà de legib. Et dum tradit Bar. hic sententiam latam pro minoris procuratore non legitimè constituto,non ualere. vide aliqua similia per Abb.in cons. 89.in 1.dub.in 2.vol.& Feli.in c.P.& G.col.3.de offic.deleg.& Paul.de Castr.in consi.323. Et

ad ea,quæ hic ponit Bar.in verſi.quæro quid ſi ipſe minor litigat? vide Alex.in conſ.201. Viſo proceſſu,in lib.primi & ſecundi uol.Poſteà quærit hic Bart.ſi iſta exceptio opponitur ante ſententiam,an reddat iudicium retro nullius momenti?vide Abb.in cõſ.45.in fi.in 2.vol. & Corn. in conſi.164.in quarto uol.

Summarium in l.inuitus.C.de procurat.

1 *Inuitus quis dicatur.*

Bar.in l.inuitus.C.de procur.

1 BART. in hac l.inuitus,tradit,quis dicatur † inuitus. Vide eundem in l.quæ dotis.ff.ſol.matrim.& Oldra.in conſi.308. Quæ autem ſit differentia inter inuitum & renitentem,vide apud Feli.in c.lator,col.2.de re iudi.Et dum poſtea Bar.hic in 2.col.verſ.ex prædictis,dicit,quandoque aliquem eſſe in iudicio nomine ſuo, ad commodum tñ non ad incommodum alienum,vt fideiuſſor,& emptor,& tunc eum teneri appellare,& appellationē proſequi. Aduerte quia hic Bar.æquiparat fideiuſſorē & emptorem.vide oīno Paul.de Caſt.in cõſ.30.col.3.& 4.in 1.uol.

Summarium in l.alienam.C. de procurat.

1 *Mater non poteſt defendere filium pupillum.*

Bar.in l.alienam.C.de procur.

1 BART. in hac.l.alienam,ſic ait in ſumma.Mater † nõ poteſt defendere filium pupillum,ſed eidem tutorem petere. vide aliquas limitationes ad iſtam l.per Dec.in l.ij.col.3.ff. de reg.iur.

Summarium in l.nihil.C. de procurat.

1 *Ille qui primus litem conteſtatur,efficitur dominus litis.*

Bar.in l.nihil.C. de procur.

1 BART. in hac l.nihil,in fi. ait, cum ille,† qui primus litem conteſtatur, efficiatur dominus litis,alius dominus eſſe non poteſt. vide Feli.in c.cùm.M.Ferrarien.col.5.de conſt. & litē non poſſe pluries conteſtari docuit Feli.in d.col.uerſ. & hoc.

Summarium in l.maritus .C.de procurat.

1 *Maritus tanquam coniuncta perſona admittitur ad agendum pro uxore ſine mandato præſtita cautione.*

2 *Mulier habet patrimonium triplicis generis.*

Bar.in l.maritus.C.de procura.

1 BART. in hac l.maritus,ſic ait in ſumma. Maritus † tanquam coniuncta perſona admittitur ad agendum pro uxore ſine mandato præſtita cautione. iſte text. eſt ſing. ſecundum Paul. de Caſt.hic ad probandum,idem eſſe iudicandum de principio principiante, quod iudicamus de ijs,quæ ſequuntur ab ipſo principio.nam maritus principium cõiunctionis eſt,& tamen habetur pro coniuncta perſona,vt hic.id quod eſt adnotandum ad multas quæſtiones. Adiſtã.l.
2 uide Barb.in c.translato,col.7.de conſt. Et dum hic ſubiungit Bar.† mulierem habere patrimonium triplicis generis,hoc eſt,dotem, & quædam bona uiro tradita extra dotem, quæ uocãtur paraphernalia,& quædam alia bona marito non tradita quoquo modo: vide Imol.in conſi.82. Alex.in conſ.42.col.5.in 1.vol.& in conſ.205.in lib.primi & ſecundi uol.& in conſ.144.col.3. in 5.vol.Corn.in conſ.190.col.3.in 3.uol.Soci.in conſi.82.in 4.uol.& oīno Dec.in conſi.521. vbi eruditè admodum loquitur circa hæc bona mulieris. addens quam libertatem in iſtis bonis uxoris habeat maritus.Et dum Bar.ſubdit, mandatum circa unam rem & aliam porrigi nõ debere. vide Roma.in conſi.461.

Summarium in l.nulla.C.de procurat.

1 *Poſt conteſtationem factam à procuratore,morte domini mandatum non extinguitur, & alius poteſt ab ipſo procuratore ſubſtitui.*

Bar.in l.nulla.C.de procur.

1 BART. in hac l.nulla,ſic ait in ſumma. Poſt † conteſtationem factam à procuratore, morte domini mandatum non extinguitur, & alius poteſt ab ipſo procuratore ſubſtitui. Ad hanc.l. vide aliquid per Fulg.in conſ.182.& Oldr.in conſ.130.& in conſ.217.Poſtea q̃rit Bar. hic,q̃n

procurator

procurator dicatur effici dominus litis in causis, in quibus lis non contestatur? vide Roma.in
4 cons.174.col.2.Barb.in c.cùm.M.Ferrarien.col.21.de const. Areti.in cons.73.& in cons.134.

Summarium in l.licet.C.de procurat.

1 *Exceptio quæ reddit iudicium retro nullum, quandocunque opponi potest.*
2 *Si iudex pronunciat aliquem esse procuratorem legitimum, non potest opponi ipsi procuratori eum non esse procuratorem.*
3 *Procuratori opponi non potest postquam terminatum est pro eo.*

Bar.in l.licet.C.de procur.

1 BART. in hac.l.licet, sic ait in summa. Exceptio, † quæ reddit iudicium retro nullum, quãdocunque opponi potest. vide ad istam.l.Roma.in consi.170.Cyn.in l.si tutor, infrà in quib. cau.in integr.testa.non est necess.& Corn.in consi.292.in 5.vol.Postea Bar.opponit, & circa primam solutionem, quam ait non esse ueram, vide Feli.in c.quoniam contra, colu.27.versi. septimò quæro, de probat. Et dum opponit Bar.dicens, exceptionem dilatoriam obijci debere ante litis contestationem, vide Alex.in consi.72.in 4.vol.& Paul.de Castr.in consi.323.in fin. Et dum Bar.hic in 2.col.versi.prima quæ opponitur, agit de exceptione, quæ obijcitur procuratori intuitu personæ suæ, quæ non potest esse in iudicio, ut puta quia seruus; vide Alex.in l.j. §.1.col.2.ff.ad Trebell.Ana.in consi.96.& in consi.104.& utrobique addita. Et dum Bart.in
2 3.col.versi.quandoque disputatur, ait, si iudex † pronunciat aliquem esse procuratorem legitimum, non posse opponi ipsi procuratori, eum non esse procuratorem. ad hoc accedit Alexand. in consi.201.col.2.versi.secundò respondeo, in libro primi & secundi vol.& in consi.102.col. 1.in 5.vol.& in consi.61.eod.vol.Ad ea uerò quæ dicit hic in versi.si verò de hoc, uide aliquid per Alex.in consi.78.col.3.in 5.vol.Feli.latè in c.super literis, col.17.cum seq.versi.fallit nonò, de rescript.Et dum Bar.hic in uersi.ubicunque autem, declarat id, quod prædixit, scilicet, pro-
3 curatori † opponi non posse postquam terminatum est pro eo, ut procedat nisi ille, qui opponit, uellet in se assumere onus probandi hanc negatiuam, ut hic per eum. vide Alex.in cõs.112. In causa & lite, in fi.in 4.vol.& in consi.222.col.2.in libro primi & secundi vol.& Abb.in cons. 18.col.2.in 2.vol.Ad ea verò quæ ait Bar.hic in vers.secundus casus, vide aliquid per Feli.in c. 2.col.2.de testa.& in c.quamuis, col.pe.de re iudic.& ultra Paul.de Cast.in cons.320.in 2.dub. & Anch.in consi.41.

Summarium in l.in pecuniarijs.C.de procurat.

1 *Citatus potest comparere per procuratorem.*

Bar.in l.in pecuniarijs.C.de procur.

1 BART. in hac.l.in pecuniarijs, sic ait in summa. per procuratorem † potest comparere citatus, neque cogitur quis personaliter comparere, nisi ex causa.idem dicas etiam si aduersarius impetrasset, eum posse compelli ad comparendum personaliter. ita Domini de Rota in tit. de dol.& contum.ut refert Feli.in rubr.de rescript.col.2.

Summarium in l.j.C.ne lice.potenti.

1 *Patrocinium potentis, qui ratione officij procurauit, causa priuatur, & ille potentior punitur.*

Bar.in l.j.C.ne lice.potent.

1 BART. in hac.l.j.sic ait in summa. Qui † patrocinium potentis ratione officij procurauit, causa priuatur, & ille potentior punietur. vide aliquid per Barb. in cap.ecclesia sanctæ Mariæ, colu.18.de constitu.& in c.1.col.8.de offic.deleg.& ibi, Feli.in 1.colu. Et dum quærit utrum sit necesse, ut illud patrocinium palàm præstetur, vide Barb.in d.c.1.col. fi. Et dum Bar.ait idem esse etiam in eo, qui procurauit patrocinium alicuius familiaris potentiorum, vide Aret.in cons.24.col.2.

Summarium in l.cum allegas.C.ne fiscus.

1 *Res publica non potest actionem litigiosam uel dubiam sucipere, ex causa donationis*

Bar.

Bar.in l.cum allegas.C.ne fisc.

1 BART. in hac l.cum allegas,ſic ait in ſumma. Actionem † litigioſam uel dubiã reſpublica ex cauſa donationis ſuſcipere non poteſt. vide Iaſ.in l.prima,col.fi.infrà qui teſta.fac.poſſ.

Summarium in l.cum tutores.C.de neg.geſt.

1 *Iudex ſi daret tutorem,qui alioqui eſt legitimus tutor,non uitiatur tutela.*

Bar.in l.cum tutores.C.de negoc.geſt.

1 BART. in hac.l.cùm tutores, exponit,faceres,hoc eſt,detegeres. & ex hoc infert,ſi iudex † daret tutorem,qui alioqui eſt legitimus tutor,propterea non uitiari tutelam; quia debet intelligi,dedit,hoc eſt,datum declarauit. vide Alex.in l.j.in princ.col.3.in fi.ff.ad leg.falc.ubi ponitur ſimilis expoſitio.

Summarium in l.contra impuberes.C.de nego.geſt.

1 *Quilibet eſt idoneus defenſor alterius ſine mandato ſuper tota cauſa.*

Bar.in l.contra impuberes.C.de negoc.geſt.

BART. in hac.l.contra impuberes, uerſic.ultimò uide,ait,iſtum tex.eſſe mirabilem, ut hic per eum. Vide Alex.in l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.in primo notab.ff.ad Trebell. & ad ſpeciale,de quo agit Bar.in uerſi.poſſumus dicere,uide aliquid per Feli.in c.illa præpoſitorum, de
1 accuſat. Dum Bar.in fi.ait,uel dicamus quòd ſicut quilibet eſt idoneus defenſor † alterius ſine mandato ſuper tota cauſa, ita & ſuper vno articulo. & illud quod hic dicitur de materia, & ſic
* de fœmina, ſpeciale eſt fauore pupilli. Dicas hunc eſſe * communem intellectum, ut inquit Alex.in l.Titia diuortium,col.2.verſ.circa hoc.ff.ſol.matr.& vide Barb. in conſi.15.colum.4. in 1.volu.& Alexand.in l.ille à quo.§.ſi de teſtamento, ad Trebell.& Iaſ.in l.uideamus, colu.2. ff. de in lit. iuran.

Summarium in l.ſiue pro fratre.C.de nego.geſt.

1 *Actio negociorum geſtorum locũ habet quãdo negociũ geritur ex uoluntate,alioqui uerò ſi ex neceſſitate.*

Bar.in l.ſiue pro fratre.C.de negoc.geſt.

1 BART. in hac l.ſiue pro fratre,dicit,actionem † negotiorum geſtorum locum habere,quãdo negocium geritur ex uoluntate,alioqui uerò ſi ex neceſsitate. Vide Bar.in l.ij.§.ex ijs. ff. de uerb.oblig.ubi Iaſ.latè,in 4.col.verſi.circa primam. Et dum hic in fi.ait Bar.adnotandum eſſe, quia eſt reperire actionem in genere,vide Bar.in l.Iulianus.ff.de hæred.inſtit.

Summarium in l.alimenta.C.de nego.geſt.

1 *Mater an & quando poſſit repetere alimenta præſtita filio.*

Bar.in l.alimenta.C.de neg.geſt.

1 BART. in hac.l.alimenta,tradit,an & qnando mater † poſsit repetere alimenta præſtita filio? & diſtinguit ut hic per eum. vide Aret.in conſi.160.col.2.& Bar.in l.Neſennius.ff.de neg. geſt.& in l.ſi quis à liberis.§.ſi mater.ff.de liber.agnoſ.cum additis ad Bar.in d.l.locis.& uideas Alex.in conſ.110.in 7.vol.& in conſ.72.col.3.in 5.vol.& Soc.in cõſ.161.in 1.vol.Et ad eaq; in hac re ait Bar.hic in verſ.quandoque onus,vide Alex.in conſ.108.col.fi.in 1.volum. Capr.in conſ.17.col.pen.Corn.in conſ.165.in 4.vol.

Summarium in l.quod in uxorem.C.de nego.geſt.

1 *Expenſæ factæ à marito in curanda uxore infirma,repeti non poſſunt.*

Bar.in l.quod in uxorem.C.de negoc.geſt.

1 BART. in hac. l. quod in uxorem, ait, expenſas † factas à marito in curanda uxore infirma, repeti non poſſe. uide Abb.in conſi.85.col.2.in 2.volum.& Capr. in conſi.52.& Roma. in conſi.607.in primo dubio. Et ad ea quæ ponit Barto.hic in verſi.ſi uerò mulier, uide Aret. in conſilio 98.

Summarium in l.ſi paterno.C.de nego.geſt.

1 *Expenſæ factæ circa perſonam priuigni non repetuntur,niſi fuerint factæ animo repetendi.*

Bar.

Bar.in l.si paterno.C.de neg.gest.

1 BART. in hac.l.si paterno,sic ait in summa. Expensæ † factæ circa personam priuigni,non repetuntur nisi fuerint factæ animo repetendi. vide Alex.in consi.285.Circa primam dubitationem,in fi.in libro primi & secundi vol.ubi ponit an expensæ factæ per proauum pronepoti in studio repeti possint?vide Dec.in cõs.21.ubi loquit de fratre qui fecit expensas pro fratre.

Summarium in l.curatores.C.de nego.gest.

1 *Actiones quomodo distinguantur per actionem directam,& contrariam.*

Bar.in l.curatores.C.de negoc.gest.

1 BART. in hac.l.curatores, tradit, quomodo † actiones distinguantur per actionem directam,& contrariam.Tu verò dicas hanc distinctionem non fieri nisi in casibus à iure expressis. gl.in l.omnino.ff.de impens.in reb.dotal.fact.& ibi habetur in apostill.ad Bar.ubi posui. Ad ea verò quæ Bar.ait hic in versi.dicendum est ergo,& reliqua,facit tex. & ibi Alex. in l.ij. infrà de bonor.poss.secundum tab.& ibi Paul.de Cast.& Feli.in c.aduersus,col.1.de except.

Summarium in l.tutori.C.de nego.gest.

1 *Gestor an teneatur de neglectis.*

Bar.in l.tutori.C.de negoc.gest.

1 BART. in hac.l. tutori, versic.veritas est ista, agit, an gestor † teneatur de neglectis. vide Roma.in consi.413.col.4.versi.quò ad septimum, & in consi.426.Fulg.in consi 25. & Corn. in consi.85.in 4.vol.

Summarium in l.fi.C.de nego.gest.

1 *Prohibitio tollit actionem negociorum gestorum in his, quæ queruntur post prohibitionem.*

Bar.in l.fi.C.de negoc.gest.

1 BART. in hac.l.fi.sic ait in summa. Prohibitio † tollit actionem negociorum gestorum in ijs,quæ geruntur post prohibitionem; secus in ijs,quæ gesta sunt ante. Declara & limita istam l.ut per Soc.in consi.26.in 1.vol.& uide multos casus, in quibus expendens contra prohibitionem repetit,quos ponit Soc.in regula 137.Et dum subdit Bart.si mandaui tibi, ut mihi codicẽ emeres pro x.& tu emisti pro.xx.utrum illa x.possis repetere? vide Paul.de Cast.in cons.157. Et dum Bar.tradit an protestatio fieri possit in scriptis? & sine scriptis? vide Ias.in l.non solùm. §.morte.col.12.ff.de oper.nou.nunc.

Rubrica de his quæ ui met.cau.

CIRCA istam rubricam uide quæ posui ad Bar.in rubrica.ff.eo d.tit.

Summarium in l.cum te non solum.C.de his quæ ui met.cau.

1 *Si quis scienter soluit,sublatum esse uitium metus adhibiti tempore promissionis.*

Bar.in l.cum te non solum.C.de his quæ ui met.cau.

1 BART. in hac l.cum te,versi.modò uenio,inquit,si quis † scienter soluit,sublatum esse uitium metus adhibiti tempore promissionis. vide Soc.in consi.263.col.5.& seq. Et dũ Bar.in versi.breuiter omnes,ait,aut quis soluit instante metu,& tunc potest repetere: aut soluit postquam cessauit metus,& tunc secus. vide Aret.in cons.14.colu.10. Et ad ea quæ tradit Bar.hic in fi.uideas de purgatione metus apud Alex.in consi.98.& in cons.seq.in 3.volu. & in consi.47.seq.in 4.vol.& Bal.in cons.240.in 1.vol.

Summarium in l.si ui uel metu.C.de his quæ ui met.cau.

1 *Coactus fundum uendere,potest illum repetere à quolibet possessore, si pretium restituit.*

Bar.in l.si ui uel metu.C.de his quæ ui met.cau.

1 BART. in hac l.si ui uel met.sic ait in summa. Coactus † fundum uendere, potest illud repetere à quolibet possessore,si pretium restituit,& præscriptio non currit. vide Card.in cons. 137.in 2.dubio.

Bar.

De his quæ ui metusue causa.

Bar.in l.si per uim.C.de his quæ ui met.cau.

BART. in hac.l.si per uim dicit,actionem hanc tolli exceptione consensus postea adhibiti. uide Paul.de Castr.in cons.88.

Summarium in l.ad inuidiam.C.de his quæ ui met.cau.

1 *Ex sola dignitate,uiolentia,& metus non præsumitur.*

Bar.in l.ad inuidiam.C.de his quæ ui met.cau.

1 BART. in hac l.ad inuidiam,ait ex sola † dignitate uiolentiam uel metum non præsumi. vide Alex.in consi.16.col.3.in 3.vol.& in cõs.47.in 4.vol.Abb.in cons.3.col.7.in 6.dub.& quæ posui ad Bar.in l.j.§.quæ onerandæ.ff.quar.rer.act.non dat.& Bal.in cons.26.in 3.vol.

Summarium in l.metum.C.de his quæ ui met.cau.

1 *Metus an probetur ex solis minis.*

Bar.in l.metum.C.de his quæ ui met.cau.

1 BART. in hac l.metum,tradit,an † ex solis minis probetur metus? & dum ait inspiciendã esse personam inferentis,vide Dec.in c.1.in 2.notab. de offic. deleg. Posteà subiungit, minas illusorias non esse attendendas. vide Roma.in consi.331.Ang.in cons.215.Ang. Aret.in trac. malefic.in gl.in uoce,fama publica,in 6.col.Feli.in c.afferte, col.fi.de præsumpt. & Brunum in tract.de indicijs & tortura,col.13.& alibi latè de metu egimus,ideo non repetam.

Bar.in l.si per impressionem.C.de his quæ ui met.cau.

BART. in hac l.si per impressionem,opponit,& respondet ad.l.ad inuidiam,suprà eod. vide Alex.in consi.16.col.3.in 3.vol.Ang.in consi.218.in 3.dub.ubi ponit multa,ex quibus colligitur impressio.Bal.in cons.20.in 3.vol.Aret.in cons.14.& in cons.24.& Soc.in cons.263.

Bar.in l.uenditiones.C.de his quæ ui met.cau.

BART. in hac.l.uenditiones,inquit,istam.l.posse loqui in casu.l.præcedentis,& eam extendere. Tu verò in quibus terminis militet ista.l.uide apud Ias.in §.quadrupli,col.9.ver.quædam est,inst.de action.

Bar.in l.cum proponas.C.de dol.mal.

BART. in hac.l.cum proponas,in uersi.gl.soluit duobus modis,declarat istas solutiones ut hic per eum. benefaciunt trad.per Ias.in l.ij.& in l.stipulationes non diuiduntur, col.17. versi. ultra.ff.de uerb.oblig.& Paul.de Cast.in l.Iulius Paulus,& in l.seq.ff.de cond.& demonstr.

Summarium in l.dolum.C.de dol.mal.

1 *Ea quæ consistunt in animo,directè probari non possunt.*

Bar.in l.dolum.C.de dol.mal.

1 BART. in hac.l.dolum,ait,ea,quæ † consistunt in animo,directè probari non posse,sed ex perspicuis indicijs. de materia huius.l. & alia multa ad rem facientia, vide Felin. in c.si autem, col.1.& 2.de rescrip.Roma.in consi.504.col.2.Imol.in consi.78.& in consi.147.col.4.Abb.in c.super literis,col.6.& ibi Bal.in 3.col.de rescrip.Aret.in cons.147.Alex.in consi.58.col.fi.in 3. vol.& in cons.41.in 3.vol.& in cons.152.col.6.in 5.vol.Barb.in cons.42.col.10.in 1.vol.Soci. in cons.163.col.6.Anch.in cons.299.& Bal.in cons.26.in 3.par.

Summarium in l.si curatorem.C.de in integ.rest.

1 *Si minor habens curatorem contrahit sine illo,contractus est nullus.*

2 *Minor in ultima voluntate potest dare licentiam executoribus alienandi immobilia sine curatoris authoritate.*

3 *Prodigus cui est interdictum bonis,non potest legare pro anima.*

Bar.in l.si curatorem.C.de in integr.rest.

1 BART. in hac.l.si minor,sic ait in summa. Si minor † habens curatorem contrahit sine illo contractus est nullus,& reliqua. Attende tamen quia iste minor habens curatorem posit fieri monachus, & bona sua tribuere monasterio sine consensu curatoris; nam perinde

perinde est ac si ea per uiam ultimæ uoluntatis reliquisset, in qua non requiritur tutor, aut cu-
rator: ita doct.in l.j.§.fuit quæsitum.ff.ad Trebell.Item quia in alienatione uniuersali facta in cõ
sequentiam personæ non exigitur authoritas curatoris. Præterea iura prohibentia alienatio-
nem,non comprehendunt alienationem factam ad causas pias,Ias.in auth.ingressi.col.1.versi.
sed pone,supra de sacros.eccles.& ex istis tribus rationibus tripliciter limitat hunc tex.Et ibi di
2 cit Ias.minorem †huiusmodi in ultima uoluntate posse dare licentiam executoribus alienandi
immobilia sine curatoris authoritate,& sine decreto iudicis. & Ias.in l.fi.col.fin.versi.hinc ui-
demus.C.de pact.affert rationem prædictæ conclusionis,quia bona ueniunt in consequentiã
personæ,ut prædixi. Et minorem posse dare prædictam licentiam executoribus, tenuit etiam
Ias.in d.l.j.§.fuit quæsitum,in fi.sed huic sententiæ reluctatur: nam adultus,& prodigus curato-
rem habentes æquiparantur,ut hic,& tamen prodigus testari non potest,nec esse testis.l.is cui.
ff.de testa.sed facilis est solutio ex ijs, quæ paulò post subijcit Bar.hic dicens,adultum æquipa-
rari pupillo in actibus uiuentium, non in actibus morientium: ut idem dicamus in prodigo.
& de æquiparatione prodigi,qui pupillo & furioso æquiparatur,vide Feli.in c.cùm non liceat.
3 nu.9.de præscript.& ideo cum careat sensu,non potest prodigus,cui † est interdictum bonis,le
gare pro anima. Alex.in consi.182.in 5.volu. Hinc prodigo administratio bonorum interdici
* non potest eo non citato secundum magis * communem sententiam,ut per Soc.in consi.279.
in 1.uol.non sic in adulto,& in quibus casibus furiosus & prodigus æquiparentur,docuit Dec.
in l.furiosi.ff.de regul.iur. & pro confirmatione prædictorum vide quæ pono in auth.sacramẽ-
ta,infrà si aduersus uendit. dum loquor de prodigo, qui testari non potest, non sic in minore.Ad
illud autem,quod prædixi, ex mente Bartoli hic, scilicet, pupilium & adultum æquiparari in
actibus uiuentium,alioqui uerò in actibus morientium: vide gl. & doct. in d.§. fuit quæsitum,
ubi habetur in quibus æquiparentur,& quid possit facere adultus curatorem habens.quæ om
nia sunt de uilceribus huius.l.ad ea uerò, quæ hic subiungit Bar.in uersi.quidam sunt.vide Pau.
de Cast.in consi.140.col.1.in 2.dub.Et dum Bar.subdit, iudicem non posse supplere defectum
tutoris,vide Dec.in consi.72.& ad practicam quam hic in fi.ponit Bar.de decreto iudicis, vi-
deas Alex.in cons.245.col.4.in libro primi & secundi vol.

Summarium in l.si intra.C.de in integ.resti.

1 *Minor an possit renunciare restitutioni in integrum.*

Bar.in l.si intra.C.de in integ.restit.

1 Bart. in hac.l.si intra,tradit,an minor † possit renunciare restitutioni in integrum? vide
Abb.in c.si diligenti.col.5.& ibi doct.de for.compet.

Summarium in l.de tutela.C.de in integ.resti.

1 *Sciens non decipitur.*

Bar.in l.de tutela.C.de in integ.rest.

1 Bart. in hac.l.de tutela,sic ait in summa. Sciens † non decipitur; ideo qui minorem æta-
tem sciuit,probatione ætatis se deceptum dicere non potest. Item affinitas & proximitas san-
guinis facit præsumi,ut quis sciat ætatẽ minorem. De materia huius.l.& l.Octaui.ff.und.cogn.
vide plenè apud Alex.in l.Titius.§.Lucius.ff.de liber.& posth.& Feli.in c. quoties, in 2. notab.
de testi.& aliquid per Barb.in cons.53.in 2.vol.Bal.& Ang.in l.quoniam sororem, infrà de iur.
delib.& in l.fi.iuncta gl.ff.de rit.nupt. Et dum Barto. loquitur hic de teste. qui ait aliquem esse
minorem,& hoc scit quia est suus patruus,uel auunculus.vide latius eundem Bar.in l.j.col.3.&
quę ibi posui.ff.si cert.pet.ubi respondit huic oppositioni,quam hic cogitandam reliquit.& ibi
latissimè uideas Alex.in 5.col.cum seq.

Summarium in l.non uidetur.C.de in integ.resti.

1 *Si in libello ponitur aliquem esse minorem & lesum, & non diceretur, hoc sui facilitate contigisse, libellus non concludit.*

Bar.in l.non uidetur.C.de in integr.rest.

1 Bart. in hac.l.non uidetur,in fi.ait,si poneres† in libello aliquem esse minorem & læsum,
& non

& non diceretur hoc sui facilitate contigisse, libellum non concludere. vide Anan. in cons. 48. & ibi addita & Barb. in cons. 79. in 4. vol.

Summarium in l. etiam. C. si tut. uel cura. interue.

1 *Perempta instantia, remanet perpetua actio.*

Bar. in l etiam. C, si tut. uel cur. interuen.

1 BART. in hac. l. etiam, ait, perempta † instantia remanere perpetuam actionem, quæ est facta per litis contestationem. & dum reprobat solutionem Petri, qui contrarium sentiebat, vide Abb. in consi. 77. colum. 3. in 2. dubio. in 2. volum. & Paul. de Cast. in consi. 317. in quarto dubio.

Summarium in l. j. C. si aduer. rem iud.

1 *Sententia an possit ferri pro parte.*

Bar. in l. j. C. si aduers. rem iudic.

1 BART. in hac. l. j. tradit, utrum † sententia possit ferri pro parte. & dum ait, si libellus unũ tantùm capitulum continet, eam pro parte ferri non posse. vide Federic. de Sen. in consi. 26. & plenè Feli. in c. cùm inter, col. 4. cùm seq. de re iudic. & Alex. in l. si conuenerit, col. 4. ff. de re iudic. Ad ea verò quæ hic subiungit Barto. in versic. sed si ponamus in libello. vide Corn. in cons. 137. in 4. volum. Et ad ea quæ tradit Bar. de iudice hic in versi. Hic aduerte, vide Alex. in consi. 141. col. pen. in 5. vol.

Summarium in l. si cum pater. C. si aduer. rem iud.

1 *Filius minor in causa status aduersus sententiam latam pro parte petere potest restitutionem.*

Bar. in l. si cùm pater. C. si aduers. rem iudic.

1 BART. in hac l. si cùm pater, ait, filium † minorem in causa status aduersus sententiam latã pro parte posse petere restitutionem. & dum in uersi. quandoque patri, dicit, si patri objcitur factum suum in cursu temporis, sufficere x. annos ad excludendum patrem. Adde quod filius si etiam seorsum habitat à patre, præsumitur emancipatus. Ita. in l. si certis annis, colu. 3. vers. septimò facit, suprà de pact. & in l. qui in aliena, in princ. col. 72. vers. secundò adde. ff. de acquir. hæred. & aduerte quia Bar. hic non uult hoc. sed Bal.

Summarium in l. cum minores. C. si aduer. rem iud.

1 *Facta ab adulto non habente curatorem, an & quando sint ualida.*

Bar. in l. cùm minores. C. si aduers. rem iudic.

1 BART. in hac. l. cùm minores, tradit an † & quando facta ab adulto non habente curatorẽ ualida sintẽ vide Alex. in cons. 145. In causa & lite, col. fi. in lib. primi & secundi vol.

Summarium in l. j. C. si aduer. uendi.

1 *Juramentum de non ueniendo contra restitutionem impedit postulare.*

Bar. in l. j. C, si aduers. uendit.

1 BART. in hac. l. j. sic ait in summa. Iuramentum † de non ueniendo contra restitutionem, impedit postulare. vide Abb. in consi. 107. col. 4. in 4. dub. in 2. vol.

Summarium in auth. sacramenta. C. si aduer. uendi.

1 *Ista authentica an locum habeat data enormi læsione.*

2 *An ubi iuratur extra contractum requiratur præsentia aduersarij.*

3 *Per iuramentum simpliciter præstitum an impediatur minor petere restitutionem in integrum.*

4 *Minor an possit in iudicio interesse cum iuramento.*

Bar. in auth. sacramenta. C. si aduers. uendit.

1 BART. in hac auth. sacramenta, tradit de iuribus iuramenti. An autem † ista auth. locum habeat data enormi læsione? Dec. in cons. 45. tenet quòd non. Contrarium uidetur uelle Soc. in cons.

in consi.116.in 1.vol.ubi dicit,ex hac uoce,inuiolabiliter,quæ hic habetur in tex. sublatam esse restitutionem,ac etiam facultatem petendi absolutionem ab huiusmodi iuramento. De quare videas Dec.in consi.403. Item aduerte quoniam ista auth.non uidetur procedere nisi quando contractus est nullus ex defectu ætatis,secus si esset nullus etiam ex alia causa. Dec.in d.consi. 403.col.pe.in fi. Item scias hanc auth.habere locum etiam in donatione iuris patronatus.Dec. in consi.639.Et de materia huius auth.uide Imol.in consi.1.colu.2. & in consi.66. Alexand.in consi.42.col.2.& seq.in 1.volu.Anch.in c.canonum statuta,colu.41.de const.& in consi.339. Aret.in consi.74.col.3.Alex.in consi.53.in 3.vol.ubi etiam ipse tradit, an hæc auth. locum habeat data enormi læsione? & an in contractu donationis? & an ubi in contractu non interuenit authoritas curatoris? uel aliæ solennitates requisitæ à iure communi uel municipali. & ibi in 5.col.nunquid peti possit absolutio ab huiusmodi iuramento? vide eundem in consi.21. in fi.in 5.vol. ubi tradit, quid si iuramentum esset præstitum à tutore uel alio administratore? & Roma.in consi.437.Soc.in consi.65.col.8.in 1.vol.ubi ponit an hæc auth.locum habeat in iudęo? Bal.in consi.31.in 3.vol.ad hanc auth.uide aliquid per Corn.in consi.126.in fi.in 1.volu. ubi declarat. Dec.in consi.31.& Anch.in consi.303.Et dum Bar.hic quærit, an iuramentum hoc sit corporaliter suscipiendum? uide Abb.in consi.39.in 2.dubio.& in consi.108.in 2.vol.

2 Posteà quærit Bart.an ubi iuratur † extra contractum requiratur præsentia aduersarij? aitque non requiri. Istam decisionem Bartoli ut præsentia non requiratur,reprobat Ias.hic in 19.col. uersi.sum in 3.dicens,alteri per alterum actionem quæri non posse.§.si quis alij, inst. de inutil. stipul.nisi per publicam personam,ut puta,iudicem,uel notarium. & ita limitat hoc Bartoli documentum procedere solùm quando iuratur in manibus publicæ personæ. sed non respondet ad fundamentum Bartoli hic. Et dum Bar.agit de iuribus iuramenti suscepti contra dispositionem statutorum,aitque uerba statuti esse diligenter inspicienda. vide Alex. in consi.29. col.2. & in consi.102.in 4.vol.& Roma.in consi.12.& in consi.437.Et dum Bar.hic in colu.fin. uersi.

3 quæro utrum,tradit,an per huiusmodi † iuramentum simpliciter præstitum impediatur minor petere restitutionem in integrum? & reliqua. Tu uerò collige limitationem ad istam auth. ex dictis doct.in l.is cui bonis.ff.de uerb.oblig.dum redarguunt Bal.qui uolebat,illud, quod dicitur,scilicèt prodigum,qui iurauit super contractu non teneri ad eum obseruandum, non procedere quando tutore authore iusiurandum suscepisset; cuius contrarium ultra doct. præmemoratos tenuit ipsemet Bal.sibi contrarius in c.ex parte,de consuetud. Item ista auth.non procedit,ubicunque datus esset curator minori propter malos mores; quia tunc etiam si miles iuraret authore curatore super contractu,non tamen obligaretur,ut expresè uoluit Bal.in c.1.§. item sacramenta,in fi.de pac.iura.firm.ex quo etiam colligi posset,& fuit consideratio quorundam in d.l.is cui,minorem, cui datus esset curator propter malos mores, testari non posse, secundum.§.item prodigus,inst.quib.non est permiss.facer.testa.& ad hæc videas Dec.in consi. 31.& omnino Bal.in consi.176.in 4.vol.Et dum Bar. ait, se consuluisse. vide eum in consi.88. & Barb.in consi.53.col.10.in 3.vol.& Ant.de Butr.in consi.46.Alex.in consi.125. col.fi.in 1. vol.Barb.in consi.16.in 3.vol.Bal.in c.ex rescripto, col.1.de iureiur.& in c.peruenit,in eod.tit. Paul.de Cast.in consi.70.col.fi.Alex.in cons.80.col.fi.in 5.vol.& in consi.133.col. penul.eod. vol.& Dec.in d.cons.31.Et dum Bar.subiungit,utrum hęc auth.locum habeat in contractibus, in quibus ex una tantùm parte oritur obligatio? vide Feli.in c.in præsentia,col.4.de probat. & Alex.in consi.51.col.2.in 5.vol.& Corn.in consi.11.in 3.vol.Ad ea verò quæ subdit Bar.quærens,an ista auth.sit fauorabilis an odiosa? vide Barb.in consi.53.col.12.in 2.volum. Roma.in consi.185.in fi.& Imol.in consi.1.col.3.Alex.in consi.42.in fi.& in consi.85.in 1.vol. & in cõs. 125.eod.vol.& in consi.53.in 3.vol.Aret.in consi.94.col.3.gl. & Abb. in c.referente, de præbend.in fi.Et dum Bar.ait,hanc auth.si fauorabilis est,fauore animæ posse dilatari. facit gl.in l. omnes dies,in voce,apostolicæ. infrà de feri.cuius meminit Gemin.in c.1.de tempor.ordin.uide etiam Alex.in consi.63.col.2.& in consi.99.colum.2.in 4.vol. Feli.in c.translato, colu.6.de const.& in c.iurauit,col.2.de probat.& in c.in præsentia,col.15.eod.tit.& in c.fi. de præscript.

& Barb.

& Barb.in consi.64. col.12.in 1. vol. Postea quærit Bart.quid si iuramentum interponatur super distractu. vide Feli.in c.cum.M.Ferrarien. col.15. de const. Et dum subijcit Barto. utrum
4 † in iudicijs possit minor interesse cum iuramento? vide Roma.in consi.12.in fi. Ang. in l.j.in fi.ff.si quis in ius uoca. non ier.Bal.in consi.309.in 3.vol.ubi tradit, an minor procuratorem ad lites possit constituere cum iuramẽto de non contraueniendo?& in cõs.seq.& Anch.in cõs.41.

Summarium in l.rem quam.C. si aduer.uendi. pigno.

1 *Minor nullo pacto restituitur quando pignus cœpit à maiore.*

Bar.in l.rem quam.C.si aduers.uend.pignor.

BART. in hac.l.rem quam,in uersi.tertij dicunt,refert eorum opinionem,qui aiunt,mino-
1 rem † nullo pacto restitui,quando pignus cœpit à maiore.vide Alex.in cons.67.in 5.vol.

Summarium in l.j.C. si aduer.liber.

1 *Pronuncians quem esse condemnatum,an dicatur condemnare.*

Bar.in l.j.C.si aduers.libert.

BART. in hac.l.j. uersi.opp.infrà facit differentiam, an aliquis pronuncietur liber an liberandus. vide Alex.in l.j.§.si quis ita.col.3.ff.de uerb.oblig.ubi tradit, an pronunciãs
1 † quem esse condemnandum,dicatur condemnare? & an dicens condemno secundum formam consilij,dicatur condemnare? de quo hic ponit Barto. & istam materiam latè aperuit Aret.in d.§.si quis ita,col.2.& seq.& Fel.in c.si pro debilitate,col.fi.de offi.deleg.Et ad id quod suprà tetigi,& infrà tradit Bar.an ille,qui condemnauit secundum formam consilij,dicatur condemnasse reum? vide Feli.in c.cùm uenerabilis, col.16. versi. neque credatur de excepr. & in c.3.colum.fin.de offic.deleg.& Angel.Aret. instit.de leg.fus. cani.tollen. Et ad ea, quæ hic ponit Bar.in fin. de iudice appellationis,qui debet super meritis primæ causæ pronunciare, vide Imol.in consi.146.col.3.

Summarium in l.j.C. si aduer.transac.

1 *Restituto minore uidetur restitutus aduersarius quatenus ex contractu erat læsus.*

Bar.in l.j.C.si aduers.transact.

1 BART. in hac.l.j.sic ait in summa. Restituto † minore uidetur restitutus aduersarius quatenus ex cõtractu erat læsus. De materia huius.l.& seq.scilicèt an restituto minore censeaẽ quo que aduersarius restitutus? vide Bar.in l.j.§.nunciatio,col.fi.ff.de oper.nou.nunc.Et dum subdit Bar.an & quando transactio non præiudicet minori? vide Imol.in cons.1.col.1. & Barb. in c.nulli.col.2.de reb.eccl.non alien.Et dum subiungit Bar.gl.hanc esse adnotandam, quia recto res ecclesiarum sine decreto alienare non possunt, vide Roma.in consi. 166. Posteà Barto.in versi.ultimo nota,inquit,rem iudicari mobilem & immobilem secundum qualitatem rei, quæ in actione deducitur. vide Alex.in consi.27.colu.fi.in 3.vol.& in cons.111.col.pe.in 4.volu.& Corn.in cons.104.in 4.vol.

Summarium in l.j.C. si aduers.dotem.

1 *Mulier admittitur aduersus dotem immoderatam.*

Bar.in l.j.C.si aduers.dotem.

1 BART. in hac.l.ait, mulierem † admitti aduersus dotem immoderatam. Vide Roma.in consi.314.in fi.

Summarium in l.j.C. si aduers.delict.

1 *Minor restitui non debet aduersus delictum dolo commissum.*

Bar.in l.j.C.si aduers.delict.

1 BART. in hac.l.j.inquit,minorem † restitui non debere aduersus delictum dolo commissum. Vide Ana.in cons.48.& Roma.in singul.pen. & fi.ubi tradit,an statutum generaliter disponens includat minorem. Et dum Bar.hic in fi.ponit differentiam inter delictum,& crimen vide Abb.in c.antepe.de testi.

Summa-

Summarium in l.licet minor. C.si aduer.delict.

1 *Minor ætas excusat matrem, quæ filijs suis tutorem non petijt.*

Bar. in l.licèt minor.C. si aduersꝰ.delict.

1 Bar. in hac l.licèt minor,ait,minorem † ætatem excusare matrem, quæ filijs suis tutorem non petit. vide Roma.in cons. 279.& pro intellectu huius.l. vide Fulg.in cons. 52.

Summarium in l.j.C. si aduer.usucap.

1 *Minor restituendus est aduersus usucapionem.*

Bar. in l.j. C. si aduersꝰ.usucap.

1 Bart. in hac.l.j.dicit,minorem † esse restituendum aduersus usucapionem. vide Alex.in consi. 51.col. 3.in 5.uol.vbi declarat.

Summarium in l.j.C. si aduersꝰ.credit.

1 *Vnusquisque tenetur ad probandum id quod est causa intentionis suæ.*

Bar.in l.j.C.si aduersꝰ.credit.

1 Bart. in hac.l.j.inquit,unumquemque † teneri ad probandum id,quod est causa intentionis suæ.vide exemplum apud Alexan.in consi.46.in primo dub.in primo uol. & videas Soci.in cons. 115.col.4.in primo uol.Et dum Bar.hic in fi.tradit fallentiam in fœneratore,ad hoc accedant doct.in l.singularia, circa specialia mutui.ff. si cert.pet.& Ias.in l.nam & postea.§. si minor,col.fi.ff.de iureiur.quamuis ista sit magna restrictio ad istum text.licèt.l.ij.huius tituli loquatur in fœneratore. sed ibi text. videtur uelle minorem debere probare pecuniam non uersam esse in utilitatem suam,vt per Alex.in l.ciuitas, col.4.versꝰ.item magis.ff. si cert.pet.vide Bar.in auth.hoc ius porrectum suprà de sacrosꝰ.eccleꝰ.dum citat huñc text.

Summarium in l.j.C. si min. se ab hæred.absti.

1 *Ille qui se non immiscuit,tutus est ipso iure, alioqui uerò ope exceptionis.*

Bar.in l.j.C.si minor se ab hæred.abstin.

1 Bart. in hac l.j.ait,eum,qui † se non immiscuit,tutum esse ipso iure,alioqui uerò ope exceptionis. Hic habetur, minorem restitui aduersus aditionem, quid si minori denegetur restitutio contra sententiam,& ex tali aditione lata fuit sententia, utrum minor, qui non potest restitui contra sententiam,possit restitui contra huiusmodi aditionem? vide Soci. in consi. 242. colu.2.& sequ.in primo uolu.Et dum Bar.ait in filio non esse necessariam aditionem, vide Roma.in consi.157.

Summarium in l. si omnes. C. si min. se ab hære.absti.

1 *Creditores præsentes non sunt citandi.*

Bar.in l.si omnes.C.si min.se ab hæred.abstin.

1 Bart. in hac.l.si omnes, inquit, creditores † præsentes citari non oportere, ita ut à pari procedant,præsentia partis in iudicio, & citatio eius. vide Alexand.in l.quamuis, colu.2.ff.de in ius uocan.

Summarium in l.in minorum.C.in quib.cau.in integr.resti.non est necess.

1 *Mora contrahitur re ipsa sine interpellatione fauore minoris.*

Bar.in l.in minorum.C.in quib.cau.in integr. restit. non est necess.

1 Bart. in hac l.in minorum, dicit hanc.l. esse notabilem, ex qua colligitur, fauore † minoris sine interpellatione moram contrahi re ipsa, & actionem ex testamento, licet sit stricti iuris,æquiparari actioni bonæfidei.vide ad hoc Ias.in §.actionum,in secundo notab.institu.de action.vbi tradit in quibus casibus hæ actiones conueniant, & in quibus non. & Bart.in l.si hæres.ff.de eo quod cert.loc. vbi Ias. & de materia huius.l. vide Soci. in consi.133.

col.3.in 1.uolu. Amplia illam.l.procedere etiam in ecclesia, secundum glo.in §.ex maleficijs,in uoce,iudicio,inst.de action.vbi Ias.col.9.dicit idem esse in fisco.

Summarium in l. si tutor.C.in quib.cau.in integ.resti.non est necess.

1 *Sententia lata contra tutorem, qui non cauerat, ipso iure est nulla.*

Bar.in l.si tutor.C.in quib.cau.in integ.rest.non est necess.

1 BART. in l.si tutor, sic ait in summa, sententia † lata contra tutorem, qui non cauerat ipso iure est nulla. iudicium igitur actitatum cum tutore minus legitimè constituto, est nullum, & pupillo præiudicare non potest. vide Roma.in consi.454.colu.4. vbi loquitur in curatore, & ibi declarat. Et dum Bart.oppo.de l.non eo minus, & soluit dicens, sententiam latam pro minore ualere iure singulari. vide Corn. in consi.164. in quarto uolu.vbi loquitur in actore constituto à tutore legitimo cui non fuerat per iudicem decreta administratio. Et dum Bar.subiungit, an sententia lata cum falso procuratore posit rata haberi à domino? vide Ant.de Butr. in cons.18.& Bal.in c.ex parte,col.3.de rescrip.

Summarium in l. sancimus.C.in quib.cau.in integ.resti.non est necess.

1 *In casibus in quibus minor contra præscriptionem olim contra se cœptam, & finitam restituebatur, hodie ipso iure seruatur illæsus.*

Bar.in l.sancimus.C.in quib.cau. in integ.resti.non est necess.

1 BART. in hac l.sancimus, ait, in casibus, † in quibus minor contra præscriptionem olim cõtra se cœptam & finitam restituebatur, hodie ipso iure seruatur illæsus, nisi sit præscriptio xxx. annorum. vide Alex.in cons.116.in 5.vol. Et dum Bar.hic in col.2.opponit dicens, uideri sentiendum, etiam hodie currere debere præscriptionem, vide Abb.in cons.77.in 1.dub.in 2.uol. Posteà paulò post inquit Bar.in præscriptione initium esse inspiciendũ. vide Bal.in consi.309. in tertio dub.in secundo uolu. Et dum in colu.fi.Bart.ait, minorem in dubio censeri esse læsum, quando dubitatur an expediat minori appellare, an non, & perditur beneficium appellandi. Contrarium & melius uult Bart.in l.nam & posteà.§. si minor, in fi.ff.de iureiur. vbi Ias.colu.3. vers.glo.vbi testatur, se hoc in loco non bene loqui, quòd in dubio præsumatur læsus. vide tamen pro concordia ibi Alex.post Fulgo. Posteà inquit Bar. in præscriptione xxx.annorum, vel maiori, si minor est pupillus, contra eum non currit præscriptio. vide Alex.in cons.31.col.1.in 5.uol.& Fulg.in cons.74.colu.fi. Postremò hic quærit Bar.an præscriptiones, quæ proueniunt à statutis, currant contra minores? vide Anchar.in cap.canonum statuta, colu.52.de constitu. Alexan.in dicto cons.31.vbi loquitur in proclamationibus, vt nõ præiudicent minori,& Fulg. in consi.64.in fi.

Summarium in l.j.C.qui, & aduersus quos in integ.resti.

1 *Semiplena probatio aliqua præsumptione infringitur.*

Bar.in l.j.C.qui & aduers.quos in integr.rest.

1 BART. in hac l.j. inquit, semiplenam † probationem aliqua præsumptione infringi. vide Ias.in repet.l.admonendi,colu.100.& colu.79.ff.de iureiur. Et dum subiungit, si doctor dicat se læsum in allegatione iuris, non esse audiendum: quia allegat turpitudinem suam. Et idem dicit Bar.esse in alijs professoribus. vide Barb.in consi.58.colu.12.in primo uolum.& Roma. in consi.318.

Summarium in l. si alterius.C. si min. se maio.dixe.

1 *Minor, qui dolo asseruit se esse maiorem, restitui non debet.*

Bar.in l.si alterius.C.si minor se mai. dixer.

1 BART. in hac.l.tradit, minorem, † qui dolo asseruit se esse maiorem, restitui non debere. Limita sing.istam.l.habere locum dumtaxàt, quò ad excludendum minorem à restitutione, secus in reliquis. & ideo infertur, si statuto cautum est, minorem sine consensu

propinquorum

propinquorum contrahere non posse: & minor iuret se maiorem, nihilominus eum posse non obstante huiusmodi iuramento dicere contractum nullum. ita Roma.in cons. 12. Ang. in consilio 166.colu. 3.& Franc.Cremens.in singul. 162.incip. Statuto cauetur. Et dum oppo. Bart. dicens,idem ius uideri esse instrumentorum & testium, vide Abb.in consi. 71.colu. 3.in primo uol.& Barb.in cons. 52.col.2.

Summarium in l.omnes.C.de his qui ueni.ętat.impetr.

1 *Res quæ uitæ est breuioris, citius perficitur.*

Bar. in l.omnes. C. de his qui ueni. ætat. impetr.

1 BART. in hac l.omnes,ait,rem † quæ uitæ est breuioris,citius perfici. sed glo.signat cõtrarium. pro cuius solutione vide Bar.in l.Gallus.§.fortitan.ff.de liber.& posthum.vbi Ias.col.fi.& Bar.in §.si verò is.in auth.quib.mod.natur.effici. sui.

Summarium in l.eos qui.C.de his qui ueni.æta. impetra.

1 *Illi qui ueniam ætatis meruerunt, non possunt alienare, uel immobilia obligare.*

Bar.in l.eos qui.C.de his qui ueni.ætat.impet.

1 BART. in hac l.eos,ait,eos,qui ueniam† ætatis meruerunt,non posse alienare uel immobilia obligare. Limita ut per Aret.in l.more,col.pen.ff.de acquir.hæred.

Summarium in l. fi.C.de his qui ueni.æta.impetr.

1 *Verba sunt intelligenda naturaliter, & propriè, non autem ciuiliter & fictè.*

Bar. in l.fi.C. de his qui ueni. ætat.impetr.

1 BART. in hac l.fi.& ita Bald.& alij tradunt,verba † esse intelligenda naturaliter & propriè, non autem ciuiliter,& fictè. Ad hanc.l.vide Alex. in consi. 2.in 1.uol.& in cons. 229.ver.tertiò pro hoc facit.l.fi.cum seq.in lib.primi & secundi uol. & omnino decisionem Bal.memoratu dignam in l.iij.§.hæc uerba.ff.de nego.gest.vbi ait,si statuto punitur offendens ciuem,hoc debere intelligi solùm de illo,qui uerè est ciuis,non autem per priuilegium. quem sequitur Alex. in cons.99.in 6.volu, sed contra istam.l.facit tex.in l.cum ex oratione.ff.de excusat.tut.& Soci.in cons. 1.in 1.uol.& ad materiam hanc uide Feli.in c.super eo, col. 3.vers.alios,de testi. Barb.in cõ sil.10.in 2.uolu.& in cons. 30.& sequ.eodem uol.col.7. Anch.in c.canonum statuta,colu.8.de const.& Bal.in cons.54.in 5. uol.

Summarium in l.j.C. si maio.factus ratum habue.

1 *Ratihabitione maioris tollitur restitutio aduersus læsionem.*

Bar.in l.j.C.si mai.fact.rat.hab.

1 BART. in hac l.j.inquit ratihabitione † maioris, tolli restitutionem aduersus læsionem. vide de Aret.in cons. 128.col.2.& in cons.seq.& dum Bar.ait in hac l.quæri de duobus, vide Roma. in cons. 54.col.2.& Barb.in cons.42. in 1.uol.

Summarium in l.quoniam.C.vbi & apud quem.

1 *Actor sequi debet forum rei, & quando.*

Bar.in l.quoniam.C.ubi & apud quem.

1 BART. in hac l.quoniam,dicit in summa,actorem † sequi debere forum rei, quando restitutio petitur aduersus contractum. Vide Felin.in c.cùm sit generale, colu.2. vers.& ecclesia,de foro compet. Quid si minor uult petere restitutionem aduersus unum articulum,an debeat illum exprimere, an uerò sufficiat dicere se esse generaliter læsum? vide Roma.in singu. 113.incip.Minor uult. & ad quæstionem,quam hic format Bar.de Perusino,vide consilium Christophori quod est positum in consilijs Raph.Cuma. post consi.17.

Summarium in l.cum scimus.C.vbi & apud quem.

1 *Illi possunt restituere, qui præsunt administrationi, cui adhæret iurisdictio.*

De restitutione militum.

Bar. in l. cum scimus. C. vbi & apud quem.

1 BART. in hac l. cum scimus, vers. in quarta particula dicit eos † posse restituere, qui præsunt administrationi, cui adhæret iurisdictio. videas Alex. in consi. 35. col. 1. in 4. volu.

Summarium in l. j. C. etiam per procu. cau. in integ. resti. agi pos.

1 *Ad petendam restitutionem in integrum per procuratorem exigitur speciale mandatum.*

2 *Ad deferendum iuramentum, requiritur speciale mandatum.*

Bar. in l. j. C. etiam. per procur. cau. in integ. rest. agi pos.

1 BART. in hac l. j. inquit, ad petendam † restitutionem in integrum per procuratorem, exigi speciale mandatum. Limita hoc esse uerum quando restitutio principaliter peteretur, alioqui uerò si incidenter; vt puta si quis in aliquo eius articulo incidenter opponeret restitutionem in integrum: quia tunc speciale mandatum non requiritur. ita Bar. in l. cum procurator. ff. de oper. nou. nunc. vbi uideas Alexan. & Abb. in c. coram, de restitu. in integ. vbi tradit et iam quale debeat esse mandatum. Proinde considera si idem dici posset in iuramento, vt quamuis
2 ad deferendum † iuramentum, requiratur mandatum speciale. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. fi. ff. de iureiuran. hoc tamen intelligi debeat quando principaliter uellet quis iuramentum deferre, alioqui uerò si incidenter, vt tunc possit absque speciali mandato uel æquipollenti? & vide Alexand. in l. qui bona. §. si aliena, colum. 3. vers. pro quo dicit facere. ff. de damn. infec. & in quæst. in fi. postea Bart. hic in fin. agit de significatione huius uocis, etiam, quæ est implicatiua. vide Angel. omnino in consi. 338. & Aret. in consi. 67. & quia alibi de hac uoce egimus, non repetam.

Summarium in l. j. C. de restit. milit.

1 *Beneficium petendæ restitutionis ad hæredem transit.*

Bar. in l. j. C. de rest. milit.

1 BART. in hac. l. j. inquit, beneficium † petendæ restitutionis ad hæredē transire. vide Iaſ. in l. si infanti, in fi. infra de iur. deliber. & Fulg. in consi. 85.

Bar. in l. quod tempore. C. de rest. milit.

BART. in hac. l. quod tempore, vers. hoc præmisso, quærit, si ego fui præsens primo anno quo usucapiebas, & reliqua, vt hic per Bar. Vide circa istam difficultatem Bar. in l. ab hostibus. §. sed & si simpliciter. ff. eodem tit. & maximè in 6. col. vbi uidetur contrarium sentire, ibi enim ad opinionem Bulg. cum quadam distinctione accedit, hic uerò illi indistinctè innititur.

Summarium in l. ignorare. C. de resti. milit.

1 *Si nolo expectare tempus reuersionis an sit aliquod remedium quo mihi succurratur circa secundum decretum.*

Bar. in̄ l. ignorare. C. de restit. milit.

1 BART. in hac l. ignorare, vers. circa istud, quærit, si nolo † expectare tempus reuersionis, an sit aliquod remedium, quo mihi succurratur circa secundum decretum? De illa quæstio. vide remissiuè apud Iaſ. in §. rursus, colu. 6. vers. iuxta hanc partem, institu. de action. & Bald. in c. consultationis, in fi. de offic. deleg. Et de materia quando possit dari curator bonis absentis, vide Alexand. in consi. 146. Videretur inspectis. colum. 2. vers. vnde poterit, in libro primi & secundi uoluminis. & in quot casibus possit dari curator, ac de ordine dandi eos, & de eorum potestate, vide Angel. in consi. 193.

Summarium in l. si cum. C. de restit. milit.

1 *Restitutio datur aduersus uenditionem factam ex potestate legis, secus si ex potestate conuentionis.*

Bar. in l. si cum. C. de restitu. milit.

1 BART. in hac. l. si cum, colligit ex glo. mirabile dictum, scilicet restitutionem † dari aduersus

sus uenditionem factam ex potestate legis, secus si ex potestate conuentionis facta esset. Vide ad corroborationem huius documenti Barb. in cons. 40. col. fi. in primo uol.

Summarium in l. ea quæ. C. de tempo. in integ. restit.

1 *Quanto tempore præscribatur contra hæreditatem iacentem.*

Bar. in l. ea quæ. C. de tempor. in integ. resti.

1 BART. in hac. l. ea quæ, vers. prætereà cessat, agit de tempore † præscriptionis contra hæreditatem iacentem. vide Alexand. in consi. 146. Videretur, in libro primi & secundi uol. & in consi. 83. in fi. in tertio uol. Soci. in consi. 60. col. fi. in 1. uolu. Paul. de Castr. in consi. 378. col. 2. & Fulg. in consi. 64. col. fi.

Summarium in l. petendæ. C. de tempo. in integ. resti.

1 *Dilatio quæ tempus instantiæ non excedit, tam actori quàm reo conceditur.*

Bar. in l. petendæ. C. de tempor. in integr. resti.

1 BART. in hac. l. petendæ, ait eam esse singularem, ex qua colligitur, dilationem, † quæ tempus instantiæ non excedit, tam actori quàm reo concedi. & reliqua, ut hic per eum. Tu ad istam. l. & similes uide Alexan. in consi. 72. col. 1. & fi. in secundo uolu. & Bal. in c. sinautem, colu. 2. de rescrip. & omnino Feli. in cap. fraternitatis, colu. 5. vers. super hoc etiam not. de testi. Et dum Bar. posteà subiungit, an & quando & quomodo quis uti possit priuilegio quod habet à me contra me, & reliqua ut hic per eum, vide Imol. in consi. 8. colu. fi. Bal. in l. amicissimos. ff. de excusat. tutor. & in l. postquam liti, suprà de pact. Specul. in titu. de dilat. §. uidendum, vers. quid si reus. & ad rem faciunt trad. per Abb. & Imol. in capitulo ex conquestione, colu. 5. & sequ. de restitu. spoliat. & in capitulo si diligenti, columna quarta, vers. isto casu, de foro compet. Roma. in consi. 433. col. fi. Iaſ. in l. si arrogator, col. antepen. post alios ibi. ff. de adopt. & omnino Paul. de Castr. in consi. 321. col. fi. in tertio dubio.

Summarium in l. superuacuam. C. de tempo. in integ. restit.

1 *Pro anno utili hodie datur quadriennium.*

Bar. in l. superuacuam. C. de tempor. in integr. rest.

1 BART. in hac. l. superuacuam, ait, pro anno † utili hodie dari quadriennium. ex ista l. colligit Roma. in consi. 431. post Bald. hic, tempus subrogatum loco alterius, sapere naturam illius, in cuius locum subrogatur. & ad hanc. l. vide etiam aliquid per Corn. in consi. 111. in primo uol. Et dum Bar. hic colligit ex glo. in ijs, quæ minor facit infra quadriennium, non posse peti restitutionem in integrum, adnotandum igitur est, vbicunque alicui tempus assignatum ad aliquid faciendum, currit non culpa sua, hoc ei non nocere. vide omnino Alex. in consi. 71. in 5. uol. Ad ea uerò quæ hic ponit Bart. in tertia oppos. de cursu temporis continui, vide Alex. in consi. 63. col. 4. in quarto uolu. & in pen. col. in princip. & Feli. in c. 1. col. 6. de præscript. vbi bene agit de hoc quadriennio. Alex. in consi. 71. col. 3. in primo uol. & in cons. 84. colu. 2. in eodem uolum. Aret. in consi. 15. col. fi. Abb. in cap. cùm ex literis, colu. 3. & sequ. de restit. in integ. Alexand. in consi. 146. colu. 6. in lib. primi & secundi uolu. vbi ait hoc quadriennium esse utile, & ideo non currere ignoranti. de qua re uide Iaſ. in §. rursus, colu. 14. institu. de action. & Alexand. in cons. 31. colu. 1. in quinto uolu. & in consi. 116. colu. 2. eodem uolum. Bald. in consi. 92. & in consi. 235. in primo uolu. Corn. in consi. 144. in secundo dub. in quarto uolu. vbi tradit, an huiusmodi tempus currat ignoranti si procurator eius fuit sciens? & Dec. in consi. 36. col. fi. vbi ipse quoque ait hoc tempus non currere ignoranti. & idem ait in cons. 42. in fi. & in hac re uide Soci. in cons. 66. in quarto vol. vbi ait ecclesijs & alijs habentibus simile priuilegium competere ius petendi restitutionem etiam elapso quadriennio, quando fuerint ignorantes iurium suorum. vide Soc. in cons. 194. in 1. vol. & ad rem faciunt trad. per Alex. in consi. 71. in 1. uol.

Summarium in l. respublica. C. quib. ex cau. maio.

1 *Respublica minori æquiparatur.*

2 *Minor efficitur maior per iuramentum.*
3 *Actio præſcriptione non tollitur ipſo iure.*

Bar.in l.reſpublica.C. quib.ex cau.mai.

BART. in hac l.respublica,dicit,eam ſummario non egere. tamen ex ea colligitur,rempu
1 blicam† minori æquiparari: & ideo ei competere in integrum reſtitutionem. circa iſtam.l.in qua dicitur,rempublicam & minorem æquiparari,glo.ſubdit,idem eſſe in eccleſia.de qua re ui de Iaſ.in.§.ex maleficijs,col.9.in glo.in uoce,iudicio,inſtit.de action. & quia minor & eccleſia æquiparantur, ideo ſicut ſententia lata ex falſa cauſa contra minorem eſt nulla ipſo iure, ita & contra eccleſiam,vt pono in l.j.infrà ſi ex falſ.alleg.& eccleſia habetur loco minoris perpetuò. ſed ſi opponeres contra minorem non currere præſcriptionem, ſed dormire: item quadriennium niſi poſt 25.annos non currere,ſecus in eccleſia,igitur eccleſia non habetur loco minoris perpetuò; quia hæc tempora nunquam currerent, ſed inductum eſt, præſcriptionem currere, & à tempore læſionis quadriennium ad reſtitutionem: ita Bar. in auth.quas actiones,ſupra de ſacroſanc.eccleſ.de qua re uideas etiam Soci.in conſi.194.col.9.in primo uol.& in conſi.66.in
2 quarto uolu. Item minor† efficitur maior per iuramentum, auth.ſacramenta puberum, ſuprà ſi aduerſ.uend.ſecus in eccleſia ſecundum glo.primam magnam in cap.1.de reſtitut.in integr. Et aduerte quoniam non ſemper respublica minori æquiparantur, vt per Iaſ.in l.ſi quis maior,colu.3.verſ.non obſt.ſuprà de tranſact.& Soc.in conſi.194.col.4. in primo uolu. poſtea quia glo. hic ait.l.hanc procedere in republica Romanorum,nulla enim reſpublica nuncupatur,niſi Romanorum,vt per Cæpoll.in cautel.139.ideo quærit Bar.quid in alijs ciuitatibus? vide remiſsiuè apud Iaſ.in §.rurſus,colu.7.& ſequ. inſtitu.de action. & Bart.in extrauag.qui ſint rebelles,in uoce,Lombardiæ. & Feli.in c.Rodulphus,in principio, de reſcript. Et ad ea quæ hic ſubiungit Bar.vide Alexand. in conſ.1.colu.2. in quarto uolu.& Abb.in conſi.89. colu.2.in primo uolu. Et dum Bart. extendit hanc l.ad caſtra quæ per adminiſtratores reipublicæ gubernantur, vide Roma.in conſi.423.colu.1.& Paul.de Caſtr. in conſ.317. & Dec.in d.conſi.42.columna fi.in ultimo dubio. Et dum Bar. infrà agit de actione reſciſſoria,quæ datur reſtitutis in integrum,vide Abb.in cap.ex literis, colu.pen.de reſtitut. in integr. & plenè Baptiſtam de ſancto Blaſio,in tract.de actione,& eius natura, in ſecunda actione cum duabus ſequ. Et dum paulòpoſt inquit
3 Bar.actionem † præſcriptione non tolli ipſo iure,quia tempus non eſt modus tollendi uel inducendi obligationem.vide Feli.in c.ad aures,colu.1.de præſcript. Et dum in uerſ. hoc præmiſſo quærit Bar.quo tempore tollatur iſta reſciſſoria. vide Abb.in d.cap.ex literis, & Baptiſtam de ſancto Blaſio in dicto tract.

Summarium in l.j.C. de recep.arbitr.

1 *A ſententia arbitri appellari non poteſt.*
2 *Hodie ex forma ſtatuti Italiæ ex ſententia arbitrorum actio oritur.*

Bar.in l.j.C.de recep.arbitr.

1 BART. in hac.l.j.dicit,à ſententia † arbitri appellari non poſſe. vide multa ad iſtam.l. per Iaſ.in l.fi.col.4.verſ.ſed iſtud,infrà de iudic.vbi ait,hoc non procedere de iure canonico. Item ſcias hanc regulam non habere locum in ſententia arbitratoris. Bar.in l.fi.col.2.de appellat.recip.& circa hoc Bar.documentum de ſententia arbitri,vide Alex.Aret. & Iaſ.in l.nemo poteſt.ff.de lega.1.ex quorum dictis elicitur ueritas eorum,quæ hic dicit Bart. videas etiam Raph.Cuma.in conſi.50.Et quid in ſententia arbitratoris uide apud Abb.in cõſ. 77.col.fi.in ultimo dub.in 2.vol.Alex.in l.j.col.6.ff.de leg.3. & Corn.in conſi.259.in 1.uolu.&
2 qm̃ alibi egimus de hac re,vlterius non progrediar. Poſteà ſubiungit Bart.cùm hodie † ex forma ſtatutorum Italiæ ex ſententia arbitrorum actio oriatur, ita poſſe ab illa ſententia appellari, ſicut à ſententia iudicis. idem tenet Barto.in l.fin.infrà de iudic. & in l.ij. in fi.ff. eodem titulo. Sed contrarium tenet idem Bart. ſupra in prima conſtitutione, quem ſequitur Anton.de Butr.

in c.

in c.quintauallis,de iureiur.de qua re uide Bart.in l.j.§.fi.ff. à quib.appell.non lic.& Bald.in l.j. C.de pericu.& commod.rei uend. Ant.de Butr.in cap.dilecti,de arbitr.Imol.in l.j.col.fi.ff.solu. matrim.vbi istas contrarietates ad concordiam redigit, & de hac materia uide latius apud Ias. in d.l.fi.col.3.vers.& ex hoc, infrà de iudic.

Bar.in l.si contra.C.de recept. arbitr.

BART. in hac.l.si contra,in fi.tradit, quomodo sit intelligenda.l.nam ex omnibus.ff.eod. vide Abb.in consi.33.col.7.in tertio dub.in secundo uol.

Summarium in l.arbitrorum.C.de recep.arbitri.

Aduersus petitionem pœnę competit exceptio doli, si per sordes fuerit arbitratum.

Bar.in l.arbitrorum.C. de recept.arbitr.

BAR. in hac l.arbitrorum,sic ait in summa. Aduersus † petitionem pœnæ competit exceptio doli si per sordes fuerit arbitratum. Ad istam.l.vide Card.in cons.139.col.5.& seq.

Summarium in l.ne in arbitris.C.de recep.arbi.

Arbiter, uel iudex an possit esse testis in causa, in qua fuit iudex uel arbiter.

Bar.in l.ne in arbitris.C.de recept. arbitr.

BART. in hac.l.ne in arbitris,vers.tu dic clarius, quærit an arbiter † uel iudex possit testis esse in causa,in qua fuit iudex,vel arbiter? vide Raph.Cuma.in cons.7.col.5. & Feli. in c.cùm à nobis,col.3.vers.secunda conclusio,de testib.Anto.de Butr.in cons.24.col.5.& sequ.Ana.in cons.17.col.3.Bal.in cap.conquærente, in fi.de restitu.spoliat.vbi ait, tales de fundamento iurisdictionis testimonium dicere non posse. Aret.in c.qualiter & quãdo,col.3.de accusat. Abb. in cons.64.col.4.in primo uolu.& in c.2.col.4.de arbitr.Aret.in cons.68.& in cons.164.colu. 6.Bal.in c.dilecto,de testib.& in d.c.cùm à nobis.Alex.in cons.88.col.penult.in 5.uol.Fulg.in cons.142.vide etiam Ang.in cons. vltimo. & omnino Alex.in cons.70.col.pen.in 3.uolu.vbi generaliter ait,iudicem super ualiditate & iustitia sententiæ suę testem esse non posse.& in hac materia uide omnino Card.in cons.144.Factum est tale,magister Bartholomæus.Et dum Bar. opponit hic de.l.in exercendis,& soluit ut hic per eum,vide Feli.in c.quoniam contra, col.27. vers.nono quæro,de probat.& Alexan.in consi.74.col.3.in primo uolu.Posteà Bar. hic propè fin.dicit,paria esse dicere non contradico,& approbo. tamen hoc non habet locum in notario dicente partibus præsentibus & non contradicentibus. Orian.in tract.de arbitris,in uoce,emologatum,col.1.& ad istam.l.vide eundem in 21.quæst.

Bar.in auth.decernimus.C. de recep.arbitr.

BART. in ista auth.decernimus,in fi.ait hanc auth.habere locum in arbitro,non in arbitratore,vt non iuretur super compromisso. vide Paul.de Castr. in cons.67.lo.& Georgius.

Summarium in l.cum antea.C.de recept.arbit.

Ex sententia arbitri quando actio oriatur.

Bar.in l.cùm antea.C.de recept.arbitr.

BART. in hac.l.cùm antea,tradit,quando ex sententia † arbitri actio oriatur. vide ad istam l.Feli.in c.ecclesia sanctæ Mariæ,col.15.de constit.Alex.in l.ait prætor.ff.de re iudi. Soc.in consilio 20.col.2.in primo uolu. vbi ait etiam an coram arbitro uel arbitratore libellus requiratur. Et dum Bar.hic propè fi.vers.venio ad uersiculum ait,ex contestatione facta coram arbitris,induci perpetuationem & interruptionem præscriptionis. vide Orian.in tract.de arbitris,quæst. 35. Postremò quærit Bar.an probationes factæ coram arbitro fidem faciant coram iudice? vide Orian.in d.tract.quæst.39.Alex.in consi.13.in primo uolu. Feli.in cap.causam quæ,colu.6. de testi.& in cap.præsentata,colu.2.cum sequ.& quia de hoc iam antea dixi in alijs lucubrationibus, non repetam.

Summarium in l. sancimus.C.de recep.arbit.

Mulier non potest assumere arbitrium.

Bar. in l. sancimus. C. de recept. arbitr.

1 BART. in hac l. sancimus, ait, mulieres † non posse assumere arbitrium. sed postea quærit, quid dicendum sit de illis magnis dominabus, quæ habent iurisdictionem præcellentem? & respondet, eas posse. vide Orian. in d. tract. de arbitris in uoce, hactenus, & Abb. in cap. quintauallis. nu. 2. de iureiuran.

Summarium in l. j. C. de satisd.

1 *An & quando reuocato procuratore iudicium ualeat.*

Bar. in l. j. C. de satisd.

1 BART. in hac l. j. col. 2. vers. circa reuocationem, tradit an † & quando reuocato procuratore iudicium ualeat? vide Ana. in consi. 25. & ibi addita. Ias. in l. si pecuniam. §. si seruum. ff. de cond. cau. dat. & Feli. in c. ex parte, de rescrip. & alibi diximus de hac re. Et ad ea quæ in proposito casu dicit Bar. in vers. quartum membrum, vide Abb. in c. in nostra, & in c. mandato, de procurat. Et dum Bar. hic in col. fi. sentit, sententiam latam per falsas allegationes esse nullam ipso iure. vide Matthæsil. in singul. 18. incip. Nota quòd sententia. & dum Bar. hic in fi. ponit uerba quæ poni solent in quocunque procuratorio, vide Ana. in consi. 82.

Summarium in l. j. C. de iureiur.

1 *Quæ sit differentia inter instrumentum, & scripturam priuatam.*

Bar. in l. j. C. de Iureiurando.

1 BART. in hac. l. j. in princip. ponit differentiam † inter instrumentum, & scripturam priuatam, & infert ad statutum, vt hic per eum. Vide Dec. in c. tertio loco, in primo notab. de probatio. & Roma. in consi. 77. in fi. & Feli. in proœmio decretal. Et dum hic in fi. dicit Bar. ad quæstionem peruenire; quando omnes aliæ probationes deficiunt. vide Barb. in consi. 43. col. 5. in primo uolu. & aliquid per Alexand. in l. unius. §. primo. in apostill. infrà de quæstion.

Summarium in l. cum & iudices. C. de iureiur.

1 *Litigantes & patroni causarum iurare debent de calumnia.*

Bar. in l. cùm & iudices. C. de iureiur.

1 BART. in hac l. cùm & iudices, ait, litigantes † & patronos causarum iurare debere de calumnia, & reliqua. circa istum text. ibi, post narrationem & responsionem, vide clarè quomodo fiat contestatio litis, Bar. in l. j. ff. de lit. contest. & circa hoc iuramentum calumniæ, attende, quia si hoc iuramentum non est præstitum, & facta plena probatione requiratur, non tenetur quis iurare. Ias. in repet. l. admonendi, col. 41. vers. primum. ff. de iureiur.

Summarium in d. l. cum, & iudices. §. quod obseruari. C. de iureiur.

1 *Scire est uehementer opinari.*

Bar. in d. l. cum, & iudices. §. quod obseruari. C. de iureiur.

1 BART. in hac ead. l. §. quod obseruari, ait, scire, † esse uehementer opinari, & hoc dicit non esse obliuioni tradendum. Hoc sequitur Alexand. in consi. 186. viso & discusso, col. 3. in libro primi & secundi uolu.

Summarium in d. l. cum & iudices. §. quòd si actor. C. de iureiur.

1 *Actor si non uult iurare de calumnia, cadit ab actione.*

Bar. in d. l. cum & iudices. §. quod si actor. C. de iureiur.

1 BART. in hac eadem l. §. quod si actor, sic ait in summa. si actor † non uult iurare de calumnia, cadit ab actione: & si reus non uult iurare, habetur pro confesso. Attende tu quoniam ista ficta confessio idem operatur, quòd uera. Corn. in consi. 17. col. 3. & seq. in tertio uol.

Summa-

Summarium in d.l.cum & iudices. §. antiqua. C. de iureiur.

1 * *Constitutio quæ respicit litis ordinationem porrigitur ad lites futuras.*

Bar. in d.l.cum & iudicis. §. antiqua. C. de iureiur.

1 BART. in hac eadem.l.§.antiqua, inquit, constitutionem, †quæ respicit litis ordinationem, porrigi ad lites futuras, & opponit, & soluit, ut hic per eum. Tu uerò dicas hæc dicta procedere tantum in lege generali, alioqui uerò in rescripto, uel statuto; quia non possunt dare formam litibus pendentibus etiam respecta ordinis iudicij; ita colligitur ex tex. in auth. in med. lit. non fieri sacr. iuss. ibi causam examinari & decidi. qui tex. habet locum etiam in statuto, non autem in lege generali, secundum Bart. in repet. l. omnis populi, colum. 12. ff. de iust. & iur. & Abb. in cap. 1. de constit.

Summarium in l.j. C. de iudic.

1 *Quædam occurrunt pendente iudicio quæ peti possunt ex natura actionis propositæ.*

2 *Stipulatio interposita non mutat naturam contractus præcedentis.*

Bar. in l.j. C. de iudic.

1 BART. in hac.l.j. distinguit, dicens, quædam† occurrere pendente iudicio, quæ peti possunt ex natura actionis propositæ, & ista expediri posse per officium iudicis deseruientis illi actioni: quædam uerò emergere pendente iudicio, quæ ex natura actionis propositæ non ueniunt, eaque per officium iudicis expediri non posse; & huiusmodi ait Bar. esse usuras in casu huius.l. quæ debentur ex stipulatione usurarum, non ex natura actionis propositæ ad sortem, merito expediri non poterant per officium iudicis. Tu uerò dic melius ut hic per Paul. de Cast. hoc esse uerum si contractus erat stricti iuris, secus si bonæfidei, nam licèt pro usuris stipulatio interponatur, adhuc tamen ueniunt ex natura propriæ actionis, cùm stipulatio

2 † interposita non mutet naturam contractus præcedentis. Bar. in l. singularia, colu. 3. ff. si cert. pet. immo secundum Iaſ. ibi in 8. col. 1. versi. extra gl. efficitur ipsa stipulatio bonæfidei. & aduerte quoniam Bart. hic uult posse cumulari fructus cum principali, qui debentur iure actionis etiam post litem contestatam, quando ex natura propositæ actionis peti possunt, si eos met sit stipulatus, & possunt peti iure actionis, & hic potest esse casus huius.l. & tamen etiam in iudicio possunt cumulari cum principali. Contrariam uerò distinctionem tradidit Iaſ. in l. edita, col. 10. & seq. suprà de eden. cogita solutionem. & circa materiam. l. ædiles. §. etiam sciendum. ff. de ædilit. edict. de qua hic agit Bar. aduerte, quia idem Bar. aliter distinguit in d.l. edita, col. 1. ubi de illa opponit, & col. 3. versi. Aut circa materiam.

Summarium in l. quoties. C. de iudic.

1 *Iudex potest incidenter cognoscere, quod alioqui principaliter cognoscere non potuisset.*

Bar. in l. quoties. C. de iudic.

1 BART. in hac l. quoties, sic ait in summa. Iudex † potest incidenter cognoscere, quod alioqui principaliter cognoscere non potuisset. Ad materiam huius.l. vide Card. in consi. 98. Soc. in consi. 41. col. 4. in 1. vol. Et an & in quibus casibus possit iudex ea cognoscere, quæ ampliant suam iurisdictionem, vide Abb. & alios in c. tuam, de ord. cognit. Et ad ea quæ hic tradit Barto. de exceptione excommunicationis, vide Alex. in consi. 9. in 4. vol. & in consi. 76. eod. vol. Bald. in consi. 3. in 2. vol. & Paul. de Cast. in consi. 2. in nouis. Et dum Bar. hic infert ad iudicem secularem, an possit incidenter cognoscere de causa spirituali, an non? & distinguit, an quæstio sit super facto, an super iure. tamen Ambrosius de Vignate in tract. de usur. nu. 122. cum seq. ait, ma-

* gis * communem esse sententiam, hæc à solo iudice ecclesiastico posse cognosci, quia rarò potest contingere, quin aliquid spiritualitatis sit mixtum in huiusmodi causarum cognitionibus. & ad rem hanc faciunt trad. per Abb. in c. significante, de pignor. & per Feli. in c. 2. de sponsal.

Summarium in l. si cum tibi. C. de iudic.

1 *Sententia generalis parit exceptionem in non prosecutis.*

Bar.

Bar.in l.si cum tibi.C.de iudic.

1 BART. in hac.l.si cum tibi,sic ait in summa. Sententia † generalis parit exceptionem in non prosecutis,si tamen sunt de appendicijs prosecutorum. vide multa similia apud Felin.in c. de testibus,col.2.& seq.uers.tertiò declara.de test.

Summarium in l.à iudice.C.de iudic.

1 *Delegatus à principe potest subdelegare.*

Bar.in l.à iudice.C.de iudic.

1 BART. in hac.l.à iudice,ait,delegatum † à principe posse subdelegare,delegatum uerò ab inferiore non posse. Limita hoc quod dicitur de delegato à principe,ut non procedat quando
* princeps per uerbum,præcipio,delegasset; quia tunc subdelegare non posset, per gl.* commuiter approbatam in l.sæpe audiui.ff.de offic.præsid.tradit Feli. in c.eam te, de rescrip. & ad l. hanc uide aliquid apud eundem Feli.in c.cùm Bertoldus,col.7.de re iudic. & in c.literis,col.1. de offic.deleg.& omnino Alex.in cons.84.super consultatione,in 5.volu.ubi limitat hoc quod ex hac lege colligitur,scilicèt de delegato ab ordinario, qui subdelegare non potest,ut non procedat quando iste delegatus sciente & patiente ordinario subdelegaret.

Summarium in l.placuit.C.de iudic.

1 *Æquitas scripta rigori est præferenda.*

Bar.in l.pacuit.C.de iudic.

1 BART. in hac.l.placuit,æquitatem † scriptam ait rigori esse præferendam,& se remittit ad ea,quæ dixit in l.j.ff.de leg.1.ubi uide quæ posui in lucubrationibus meis,& Fel.in c.2 in princ. de re iudic.& Præposit.in cap.in istis,colu.1.in fin.in 4.distin.& Abb.in c.ex parte,in 3.notab. de offic. deleg.

Summarium in l.iudices.C.de iudic.

1 *Quædam est causa criminalis in qua plena exigitur probatio.*

Bar.in l.iudices.C.de iudicijs.

1 BART. in hac.l.iudices,in prima opposinquit,quandam† esse causam criminalem,& in ea plenam exigi probationem,& reliqua, ut hic per eum. Vide omnino Paul. de Castr. in consi. 32.in tertio dub.ubi plenè docuit,quæ nam dicantur causæ ordinariæ,& quæ summariæ, & in consi.322.colum.1.

Summarium in auth.iubemus.C.de iudic.

1 *Productioni testium,& instrumentorum quis renunciare non potest.*

Bar.in auth.iubemus.C.de iudic.

1 BART. in illa auth.ait,quem † non posse renunciare productioni testiũ,& instrumẽtorum. Vide Roma.in consi.176.col.2.Bal.in c.in causis,de testib.Bar.in auth.at qui semel, colu.3.& omnino Vitalem in tract.clausularum.§ ostenso,ubi plenè hunc articulum uentilauit, & tenuit cum Bar.Et ad ea,de quibus agit Bar.hic de clausulis,quæ opponuntur in instrumentis,ut contra instrumentum non possit probari,nisi per aliud instrumentum,& reliqua. uidetur dici posse,huiusmodi pacta ualere; nam id, quod per legem uel statutum fieri potest, etiam per pacta fieri potest.l.testium,infrà de testi.igitur debet etiam fieri posse pactum. solutio colligitur ex trad.per Bar.& doct.in l.omnes populi,col.6.in fi.ff.de iust.& iur.& uide Alex.in cons.50.col. 1.in 5.vol.& Feli.in c.2.col.pe.& fi.de probat.

Summarium in l.nulli.C.de iudic.

1 *Continentia iudicij coram diuersis iudicibus diuidi non potest.*

Bar.in l.nulli.C.de iudic.

1 BART. in hac l.nulli,dicit,continentiam † iudicij coram diuersis iudicibus diuidi non posse. Limita istam.l.ut per Oldrad.in cons.17.col.3. Et aduerte quoniam ille qui est iudex causæ præparantis,est etiam iudex causæ præparatę. vide Barb.in c. secundo.colu.4. de offic. deleg. & Alex.in cons.58.circa primum.col.fi.in 1.vol.& in consi.63.in 3.vol.Aret.in cons.29. col.2. & seq.& pro intellectu huius materiæ vide Pau.de Cast.in consi.32.in 3.dub.Et ad ea,quæ hic

ponit

ponit Bar.in fi.uide Soc.in conſ.38.col.6.in 1.vol.& ad materiam huius.l. vide multa ſcitu digna apud Soc.in conſ.51.in 1.vol.& Feli.in c.ſignificauerunt,de iudic.

Summarium in l.properandum.C.de iudic.

1 *Inſtantia cauſæ an poſſit conſenſu partium prorogari.*
2 *An per procuratorem prorogatio fieri poſſit.*
3 *Sententia lata peremptа inſtantia nullius eſt roboris.*

Bar.in l.properandum.C.de iudic.

1 BART. in hac l.properandum, tradit an inſtantia † cauſæ poſsit conſenſu partium prorogari? vide Alex.in conſi.280.In cauſa & lite,in libro primi & ſecundi vol.& in conſi.23.Inſpecto proceſſu,col.fi.uerſ.Poſtremò ut ſatisfaciam,in 4.vol.ubi loquitur in inſtantia ſtatutaria. & in conſi.42.in 3.vol.Roma.in conſi.174.col.2.Abb.in conſi.64.col.2.in 2.vol.Barb.in conſi. 67.in 2.vol.& aliquid per Abb.in conſi.33.col.4.in 4.dubio,in 2.volu.& in c.de cauſis,colu.2. & ſeq.de offic.deleg.Aret.in c.pen.col.pen.de iudic.Anch.in conſi.284.& Soc.in conſi.95.in 1.vol.& Ang.in conſi.200.in fi.Et ad ea quæ ſubiungit Bar.de pacto prorogandæ inſtantiæ,ut firmari non poſsit iuramento,quia eſt cõtra publicam utilitatem,uide quid ex hoc infert Alex. in conſi.192.Viſis actis,in libro primi & ſecundi vol.& Soc.in conſi.24.ubi ponit an per pro-
2 curatorem † prorogatio fieri poſsit. Et ad illud quod ſubijcit Bar. ibi quis eſſet modus. vide Alex.in conſi.39.col.1.in 5.vol.Dum uerò Bar.hic in uerſi.tempus,ait,ſi tempus ſtatuitur iudici tantum,tunc quod iudex facit poſt tempus ualet,ſed ipſe punietur.vide Roma.in conſ.415. & Paul.de Caſt.in conſi.328.col.1.& in conſi.140.in 1.vol.& Ang.in conſi.186.col.fi.Et dum ſubiungit Barto.illud,quod iudex facit finita inſtantia non ualere,quia ſententia non ualet, niſi præcedant acta ſolennia ad ſententiam,& reliqua. vide Abb. in conſi.5.in 2.dub.in 2.uol. & in conſi.16.col.4.eod.volu.Alex. in conſi.278.In cauſa & lite,in libro primi & ſecundi volu.& in
3 conſi.82.in 3.volu.ubi ait, ſententiam † latam peremptа inſtantia nullius eſſe roboris,etiam ſi iudex pronunciaſſet aliquid de inſtantia ſupereſſe,cum tamen non ſupereſſet. & in conſ.104. in 1.dub.in 5.vol.Paul.de Caſt.in conſi.328. ubi aperit,nunquid ualeat ſententia lata poſt terminum præfixum iudici ad cauſam expediendam,uel præfixum ipſi cauſæ.

Summarium in d.l.properandum.§.& ſi quidem.C.de iudic.

1 *Inſtantiæ tempus incipit currere poſt litem conteſtatam.*
2 *Abſolutio ab obſeruatione iudicij an ſit ſententia diffinitiua.*

Bar.in d.l.properandum.§.& ſi quidem.C.de iudic.

1 BART. in ead.l.§.& ſi quidem,in primo notabili dicit,inſtantiæ † tempus incipere currere poſt litem conteſtatam. & ideo & in cauſis,in quibus lis non conteſtatur, ait Bar.tempus currere à die,qua cœpit tractari. atque ita Bar.ſentit hanc auth.habere locum etiam in cauſis ſummarijs,& executiuis. Vide Bar.in conſi.192.Viſis actis,col.3.verſi. confirmantur prædicta, in libro primi & ſecundi volu.& Nic.omnino in tract. concordantiarum Bartoli in fi. uide etiam Soc.in conſi.95.in 1.vol.Et dum Bar.in uerſi.nota etiam,dicit abſente quoque actore hermodicium contrahi,& peruenirи poſſe ad diffinitiuam ſententiam. vide Alex.in l.ij. col.3. verſi.in
2 ea,de eden.Dum aũt Bar.hic in verſ.q̃ro ſecundo,tradit an abſolutio † ab obſeruatione iudicij ſit diffinitiua ſententia, vide Feli.in rubrica de re iudic.colum.20.& in c.examinata, colum.fi. verſi.abſolutoria,de iudic.& ibi etiam Aret.col.fi.Ana.in conſ.93.Alex.in conſi.80.in 4.vol.& Paul.de Caſtr.in conſ.96.in princ.& ad id,quod Bar.dicit in verſi.gl.tamen,vide Feli.in c.illud, col.5.de præſcript.Poſtea quærit Bar.utrũ acta facta in prima inſtantia durent in ſecunda,peremptа inſtantia? vide Bar.in conſ.200.Viſa petitione,in lib.primi & ſecundi vol.

Summarium in d.l.properandum.§.ſin autem alterutra.C.de iudic.

1 *Victus victori debet in expenſis condemnari.*
2 *Juramentum excuſat à præſumpta calumnia.*

Bar.in d.l.properandum.§.ſin autem alterutra.C.de iudic.

1 BART. in ead.l.§.ſin autem alterutra,tradit,uictum † victori debere in expenſis condemnari.

nari. Vide aliquid ad materiam huius.§.apud Bal.in c.ex parte, de reſcrip.& Alex. in conſ.264. in fi.in libro primi & ſecundi vol.ubi ait,eum qui ſuccubuit propter iuramẽtum aduerſario delatum,debere ab expenſis abſolui.&in conſ.34.col.fi.in 3.uol.ubi loquitur quando ſtatuto cautum eſt,uictũ uictori debere in expenſis condemnari,& quando per inſtrumentum eſſet facta promiſsio. & laſ.in repet.l.admonendi.ff.de iureiur. ubi in col.79. ait uiros approbatæ & laudabilis uitæ, ſi litem habent & ſuccumbant, non debere in expenſis condemnari. Item uictus non debet condemnari in expenſis factis antequam uideat acta, ex quibus cognoſcat iniuſtitiã ſuam. Feli.in c.paſtoralis,de iudic.multa vide apud Bal.in auth.generaliter, ſuprà, de epiſcop. & cleric.Et quomodo ſit intelligendum ſtatutum,quo cauetur,uictum uictori debere in expenſis condemnari,etiam ſi iuſtam cauſam habuerit litigandi,vide Bal.in conſi.102.in 1.vol.Limita iſtum tex.non procedere quando actor traheret reum in uetito examine,quia tunc victor condemnatur uicto in expenſis. textus eſt in §.& iudicare cum gl.in uoce,omnis,de defenſor.

2 ciuit.Et dum Bar.hic dicit,iuramentum † excuſare à præſumpta calumnia,& agit Bar.de calumnia,facit tex.in l.j.in principio.ff.ad Turpil.ubi habetur,calumniam & contemptum differre,& ita ibi ait Bar.in 1.col.ſed ibi ait calumniam poſſe cognoſci hic.Et ad ea quæ ponit Bart. hic in verſi.& ideo placet mihi una practica,vide Matthæſi.in ſing.82.& in ſing.83.Alex.in conſi.41. in 4.vol.& quæ poſui in l.ſi quis inficiatur.ff.depoſ.Barb.in conſi.12.col.8.in fi.in 1.volu. & in 39.col.10.& in conſi.40.cod.vol.& in conſi.136.in fi.& Rotam in deciſ.10.in titu.de dolo, in antiquis,& in deciſ.7.eod.tit.Poſtremò hic quærit Bar.utrum iudex poſsit uictum uictori condemnare in expenſis, ſi non fuit petitum?vide Feli.in c.ſignificauerunt,col.2.verſ. limita quarto,de except.& quæ poſui in l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff.de damn.infect.

Bar.in d.l.properandum.§.ſin autem utraque.C.de iudic.

BART. in ead.l.§.ſin autem utraque,in fi.quærit cum gl.utrum iſto caſu inſtantia finiatur ? dicitque eam finiri,ſed partes eſſe reſtituendas. Vide Alex.in conſ.42.col.3.in 3.vol. & Soc. in

∗ conſ.30.in 1.vol.ubi ait,hoc documentum gl.* communiter approbari.

Summarium in d.l.properandum.§.illo proculdubio.C.de iudic.

1 *Perempta inſtantia adhuc officium iudicis durat.*

Bar.in d.l.properandum.§.illo proculdubio.C.de iudic.

1 BART. in ead.l.§.illo proculdubio,in fi.ait,perempta † inſtantia adhuc officium iudicis durare. Vide Alex.in conſi.280.In cauſa & lite,in princ.in lib.primi & ſecundi vol. & in conſi.8. Circa primum,in fi.in 4.vol.

Summarium in d.l.properandum.§.ſin uerò cauſæ.C.de iudic.

1 *Minoribus an detur regreſſus contra actorem uel procuratorem à tutore conſtitutum.*

Bar.in d.l.properandum.§.ſin uerò cauſæ.C.de iudic.

1 BART. in ead.l.§.ſin uerò cauſæ.colligit ex iſto caſu,an minoribus† detur regreſſus contra actorem uel procuratorem à tutore conſtitutum. vide Alex.in conſ.33.in 3.vol. ubi dicit per iſtum tex.ſicut minori aduerſus lapſum inſtantiæ nõ datur reſtitutio,ita nec piæ cauſæ.& Paul. de Caſt.in conſ.317.in 4.dub.ubi declarat.

Summarium in l.rem non nouam.C.de iudic.

1 *Judices,& aduocati debent iurare ſolenniter.*

Bar.in l.rem non nouam.C.de iudic.

1 BART. in hac l.rem non nouam,dicit,iudices † & aduocatos debere iurare ſolenniter. circa iſtam.l.in §.patroni, dum tex. declarat quomodo fiat litis conteſtatio, ibi, poſt narrationem propoſitam,& contradictionem obiectam,vide clarè Bar.in l.j.infrà de lit.conteſt.

Summarium in l.ſancimus.C.de iudic.

1 *Contumax non auditur niſi refectis expenſis.*

Bar.in l.ſancimus.C.de iudic.

1 BART. in hac l.ſancimus, ait, contumacem † non audiri niſi refectis expenſis. Ad iſtam.l. vide omnino Barb.in c.cùm.M.col.37.de conſt.& in conſi.90.col.5.in 3.vol.Aret.in cõſ.160.

col.2.

col.2. & Dec.in consi. 34.col.fi.Et dum Bar.in versi.quæro primò, quærit, si quis debet citari tribus edictis,& fuit contumax in primo & secundo,& compareret in tertio, an debeat reficere expensas? vide Feli.in c.quoniam contra,col.8.versi.item nota.de probat.

Bar.in auth.nouo iure.C.de iudic.

BART. in hac auth.nouo iure, ait, ex ea corrigi.l.C.ad hanc auth.uide Aret. in consi.160. col.2.ubi ponit aliquid non ab re. Et dum Bar.hic in fi.quærit, quid uelit dicere tex. dum sentit,neutrum debere condemnari in expensis,& declarat dicens esse posse, ut utraque pars iustam habuerit causam litigandi,uel utranque partem pro dimidia obtinuisse. & per istum tex. Bal.hic uult,ubi causa est dubia, quem ad expensas non teneri,ut puta si uariæ essent doctorum sententiæ.id quod intelligas nisi de communi opinione constaret; quia tunc solui deberent expensæ.Ias.in l.properandum.§.sin autem alterutra,suprà eod.tit.in versi.confirmo.

Summarium in l.apertissimi.C.de iudic.

1 *Judex ordinarius,& delegatus an tanquam suspecti recusari possint.*

Bar.in l.apertissimi.C.de iudic.

1 BART. in hac.l.apertissimi,tradit an iudex† ordinarius,& an delegatus tanquam suspecti recusari possint? vide ad istas quæstiones Abb.in c.si quis contra clericum,col.4. de for. comper.& Feli.in c.si diligenti,col.2.versi.quintum correlarium,de for.comp.An autem adiunctus pro lite decidenda ire debeat ad domum ordinarij,uel contra? vide Barb. in c. suspicionis, de offic.deleg.& Abb.in c.ad hæc,col.pen.de appell.Et dum Bar.concludit,de iure ciuili delegatos etiam sine causa recusari posse,per l.quia poterat.ff.ad Trebell.uide ibi Alexan.in 2.colum. & Barb.in d.c.suspicionis,col.2.Alex.in consi.104.in secundo dubio.in 5.volu.ubi loquitur in materia actorum recusato suspecto. & Anchar. in consi.263. ad quæ in cap. quoniam contra, colum.9.de probat.

Summarium in auth.si uerò contigerit.C. de iudic.

1 *Iudex potest esse arbiter inter partes.*

Bar.in auth.si uerò contigerit.C.de iudic.

1 BART. in ista auth.si uerò,colligit ex ea dicendum uideri,iudicem† posse esse arbitrum inter partes,& respondet ut hic per eum. Ad istam auth.uide Abb.in c.licet ex suscepto, colu.3. versi.septimus casus, de for.compet.Oldr.in consi.137. & attende quoniam arbitramentum non solùm dicitur esse transactio quãdo amicabiliter & de iure & de facto fuit processum, sed etiam si de iure tantùm esset processum,ut sentit Imol.in l.si ex duobus,in 6.quæst.Barto. ff. de duob.reis,dum citat.l.si duo.ff.de arbitr.quod est adnotadum. & quomodo arbitrium dicatur transactio,vide omnino Dec.in cons.60.

Summarium in l.fi.C.de iudic.

1 *Libellus recusationis proferri debet coram ipso recusato.*

Bar.in l.fi.C.de iudic.

1 BART. in hac l.fi.sic ait in summa. Libellus † recusationis proferri debet coram ipso recusato,& reliqua. Vide ad istum tex.Barb.in consi.48.col.4.in 1.vol.& Roman.in consi.29. col. 1.& gl.& doct.in c.sciscitatus;in uoce,impedimento,de rescrip. Et dum subiungit Bar.arbitros, qui cogente statuto eliguntur,magis habere uim iudicum delegatorum,quàm arbitrorum. uide quæ posui ad Barto.in l.j.ff.de arbitr. An autem ab huiusmodi arbitris liceat appellare? vide Aret.in l.nemo potest,in 6.quæst.Bartoli.ff.de leg.1.& in cons.87.in fi.Fel.in c.1.de const.col. fi.in ultima fallent.Abb.in c.pastoralis.j.de rescrip.& in c.fi.colum.pe.& seq. de re iudic.Bal.in consi.451.col.4.in 5.vol.& Alex.in l.j.col.pen.ff.sol.matr.

Summarium in l.j.C.de sportul.

1 *Executor qui fuit in principio litis debet in ea usque ad finem persistere.*

Bar.in l.j.C.de sportulis.

1 BART. in hac.l.j.dicit,executorem † qui fuit in principio litis,debere in ea usque ad finem persistere.vide Feli.in c.prudentiam,col.3.de offic.deleg.

Bar.

Qui pro ſua iuriſdictione.

Bar.in l.j.C.de pedan.iudic.

BART. in hac l.j.in fi.dicit,gl.hanc formare duas quæſtiones, vide Feli. in c. cùm ex officio.col.15.de præſcript.

Summarium in l.j.C.qui pro ſua iuriſdic.

1 *Sententia nulla ex defectu iuriſdictionis poteſt à partibus approbari.*

Bar.in l.j.C.qui pro ſua iuriſdictione.

* 1 BART. in hac.l.j.inquit adnotandum eſſe finem huius.l. vide Feli.in c.ſignificanti, col.2. de for.compet. Et dum ſubdit Bar.iſtam gl. * communiter reprobari, quia tenuit, ſententiam † nullam ex defectu iuriſdictionis poſſe à partibus approbari; nam talis approbatio non operatur,ut ualeat in uim ſententiæ,ſed contractus. vide gl.& doct.in d.c.ſignificaſti. Abb.in conſi.92.& in conſi.18.col.2.in 2.vol.& in conſi.62.col.1.eod.vol.Felin. in c. cùm ex officij,col.15.& ſeq.de reſcrip.& Corn.in conſi.259.in 1.vol.Poſteà Bar.quærit hic, quid ſi in principio cauſæ delegans carebat iuriſdictione, ſed poſtea pendente iudicio ſuperuenit, an confirmetur iuriſdictio delegati? quære tu quid ſi iuriſdictio tempore facti proceſſus uerè erat mandata & collata,ſed nondum erat exhibitum reſcriptum ipſi delegato,an proceſſus ualeat? Bald.ait,proceſſum huiuſmodi non ualere in l.eum qui.ff.de iuriſd. omni. iudic. quem ſequitur Dec.in c.2.de appell. Contrarium tamen dicit idem Bal.in l.nec quiquam.§. ubi decretum.ff. de offi.præſid.quem etiam ſequitur idem Decius corrigendo ſe in c.ſignificantibus, de offic. deleg.ſed prædictæ opiniones poſſunt ad concordiam redigi,ut prima opinio procedat,ſi pars iuriſdictionem obiecit,ſecus ſi admittit; & ita procedat alia opinio. Vel melius, aut delegans habet imperium in delegatum, quia poteſt eum cogere ut hic, alioqui ſi non habet; nam tunc expectatur reſcriptum.

Summarium in l.j.C.de ordi.iudic.

1 *Sententia lata ſuper principali an & quando præiudicet ſuper incidenti.*

Bar.in l.j.C.de ordine iudiciorum.

1 BART. in hac.l.j.colu.2.verſi.breuiter ergo reaſſume, tradit an † & quando ſententia lata ſuper principali præiudicet ſuper incidenti. Vide Paul.de Caſt.in conſi.53.in 1.vol. & Soci.in conſi.255.col.1.& 2.& in conſi.264.col.pen.& fi.Et dum paulòpoſt quærit Bar. utrum ſuper incidenti ſit pronunciandum? vide aliquid apud Paul.de Caſt.in conſ.323.Et dum Bar. hic in col.fi.verſ.tertia opinio,declarat quid ſit incidẽs,& quid ſit emergens;ad eum accedit Alex. in l.quod iuſsit,col.2.uerſi.tamen in contrarium.ff.de re iudic.& ibi Iaſ.col.51.verſi.in ea gl.

Summarium in rub.C.de lit.conteſt.

1 *In poſſeſſorijs an exigatur litis conteſtatio.*

Rubrica.C.de lit.conteſt.

1 CIRCA iſtam rubricam,quæro nunquid in poſſeſſorijs † exigatur litis conteſtatio? vide Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune,col.13.ff.de acqui.poſſ.Adde quod in actu, qui ſui natura non habet aduerſarium certum, non requiritur litis conteſtatio. glo. in l.quinquaginta.ff.de excuſa.tut.ubi poſui. & litis conteſtatio fit non ſolùm per uerba domini,& procuratoris ſui,ſed etiam aduocati præſente parte & tacente. Abb.in c.paſtoralis, & ibi Dec.in 1.notab.de iudic.

Summarium in l.j.C.de lit.conteſt.

1 *Poſtulatio uel actionis editio litis conteſtationem non facit.*

2 *Exceptio iuſiurandi opponi poteſt ad impediendum proceſſum.*

3 *Litis conteſtatio an fieri poſſit per narrationem & reſponſionem factam ex interuallo.*

Bar.

Bar.in l.j.C.de lit.conteſt.

1 BART. in hac.l.j. ſic ait in ſumma. Poſtulatio † uel actionis editio litis conteſtationem non facit,ſed fit per narrationem negocij,& reſponſionem. Vide quid per hanc.l.dicat Bart.in l.edita,col.3.verſi.ſumus expediti,ſuprà de eden. Et dum Bar.opponit de l.j.ſuprà quand.libel. princ.dat.dicens, ibi litem non conteſtari, & reſpondit ut hic per eum. Tu uero dicas hanc obiectionem continere quando lis non conteſtatur,ideo non facit ad rem,quoniam hic agitur de litis conteſtatione,ut in rubrica,& in tex.ideo dicas litem conteſtari ſolùm quò ad duos effectus,ut ibi,non autem generaliter,quia non ſeruatur ſua forma. Et dum Bar.hic in 2.colu. in
2 uerſi.exceptio uerò,ait exceptionem † iuriſiurandi opponi poſſe ad impediendum proceſſum, vide Alex.in conſi.10.col.1.in 5.vol.Poſteà quærit Bar.an litis conteſtatio fieri poſsit abſente parte,& reprobat opinionem Petr.idem facit in l.edita,ſuprà de eden. ſed Petrum refert & ſequitur idem Bar.ſibi contrarius in l.naturaliter.§.nihil commune,col.fin.verſi.reſpondeo.ff.de acquir.poſſ.& ibi Iaſ.in 44.col.verſi. circa ultimum. Et an litis conteſtatio fieri poſsit abſente
3 parte,vide Aret.in conſi.58.& Alex.in conſi.100.in 5.vol.Quærit poſtea Bar.utrum † litis conteſtatio fieri poſsit per narrationem & reſponſionem factam ex interuallo? & dicit quòd non Tamen Paul.de Caſtr.hic in rubr.inquit hoc,quod dicitur de interuallo,non ſeruari de conſuetudine. Sed aduerte, quoniam immo dicendum uideretur, negationem & ſic reſponſionem fieri poſſe ex longo interuallo,per trad.per gl.in l.ſi ſtipuler.§.fi.ubi omnes.ff.de uerb.obli. neque reluctantur hic adducta per Bar. quia procedunt in ſtipulatione, in qua interuallum refragatur,alioqui uerò in alijs contractibus; & ita not.in l.j.§.1.ff. de uerb. oblig. Tenendo tamen opinionē Bartoli expone illam, ut in ſimili declaratur de ſtipulatione in d.§.1. Ad ea verò quæ dicit Bar.hic in 3.col.verſi.procedo ulterius,ſcilicèt,quòd ſi reus reſpondendo narrationi actoris dicat, ſe reſpondere, ſed non animo conteſtandi litem. vide Alex.in l.non ſolùm.§.morte, col.6.verſi.ad hoc.ff.de oper.nou.nunci.& in conſi.130.col.4.in 4.vol. & in conſi.ſeq. colu.2. videas etiam Feli.in c.cùm.M.col.15.& ſeq.de conſt.Poſteà in uerſi.quærit gl.tradit Bar.an litis conteſtatio fiat,ſi reus confitendo reſpondet. Adde quod confitendo & negando lis conteſtatur ſecundum Bar.in l.ſi debitor.ff.de petit.hæred.uide quæ ibi poſui.

Summarium in auth.offeratur.C.de lit.conteſt.

1 *Sola productio inſtrumenti cum uerbali petitione habet uim libelli.*
2 *Libellus an fieri debeat in græco an in latino,an in uulgari ſermone.*
3 *Præſcriptio an interrumpatur quando conteſtatio litis eſt nulla.*
4 *Proceſſus facti coram arbitris quomodo ualeant.*

Bar.in auth.offeratur.C.de lit.conteſt.

BART. in hac auth.tradit quid debeat facere actor,quid reus,& reliqua. & quoniam agit
1 de porrectione libelli,aduerte, quia ſola † productio inſtrumenti cum uerbali petitione habet uim libelli. Bal.poſt Specul.in l.ab executore,col.antepen.infrà quor.appellat.non recip.Item ſcias in hac materia, ſi ſtatuto cautum eſſet, in certis cauſis procedendum eſſe per uiam querelæ,idem eſſet ac ſi diceretur, ſine libello: proinde ſufficeret ponere in actis petitionem uerbalem. Bal.in l.j.in fi.infrà ut in poſſeſſ.lega.& ſi libellus exigeretur,& quis faceret in actis ſcribi,peto à Titio centum,in quibus peto eum condemnari,nihil eſſet. Iaſ.in §.tripli, col.5.verſi.
Bar.in l.si inferiorem.C.de rei uendic.

1 BART. in hac.l.si inferiorem,ait,ædificiũ † cedere solo.Vide latè Alex.in l.j.§.nunc uidea-
mus.ff.de oper.nou.nunc.

Summarium in l.mater tua.C.de rei uendic.

1 *Emens ex pecunia mea rem suo nomine, utrũ illam emptionem possim ratã habere, & possim rẽ petere.*

Bar.in l.mater tua.C.de rei uendic.

1 BART. in hac.l.mater tua,propè fi.quærit,si aliquis † ex pecunia mea emit rem suo nomi-
ne, utrum illam emptionem posim ratam habere,& posim rem petere? vide Ias. in l.j. colum.
3.infrà de furt.

Summarium in l.domum.C.de rei uendic.

1 *Malæfidei possessor tenetur de fructibus perceptis & percipiendis.*

2 *Malæfidei possessor ante restitutionem rei potest deducere omnes expensas factas in cultura.*

Bar.in l.domum.C.de rei uendic.

1 BART. in l.domum,dicit,malæfidei † possessorem teneri de fructibus perceptis & perci-
piendis. videas exemplum apud Alex.in consi.161.col.fin.in 5.volu.& Paul. de Castr.in consi.
326.col.pen.& fi.& dum Bar.distinguit hic dicens,aut quis uult se referre ad illud,quod perci
pi posset singulariter,& reliqua. vide Alex.in l.apud Iulianum,in principio.ff.de leg.1.ubi ait,
* istam esse * communem opinionem. Roma.in consi.55.Aret.in consi.17.col.9.& seq.& Barb.
2 in consi.80.col.10.& seq.in 3.vol.Attende tamen quoniam malæfidei † possessor ante restitu-
tionem rei potest deducere omnes expensas factas in cultura. sed an deducere posit expen-
sam factam in custodia fundi? Bar.in l.cùm quæreretur.§.prædijs.ff.de leg.3.dixit quod non.
sed locutus est contra textum sing.in l.si à domino.§.fi.ff.de petit.hæredit. ita inquit Roma. in
sing.332. incip. Malæfidei possessor. Et quoniam hic habetur, malæfidei possessorem teneri
etiam ad fructus quos percipere potuit,limita,nisi eos percipere potuisset propter melioramẽ.
ta à se facta,per tex.sing.in l.cæterùm.§.ubi in parte.ff.de rei uendic.ita Roma.in sing.333.in-
cip.Malæfidei possessor tenetur.

Summarium in l.si ut proponis.C.de rei uendic.

1 *Res empta ex pecunia minoris, ab eo potest uendicari.*

Bar.in l.si ut proponis.C.de rei uendic.

1 BART. in hac l.si ut proponis, ait, non esse uerum simpliciter, rem † emptam ex pecunia
minoris ab eo uendicari posse. vide Abb.in consi.94.in 1.dubio.in 2. vol.Feli.in c.cùm ex of-
ficij,colu.1. de præscript.Roma.in consi.159.Card.in consi.27.Capr.in consi.13.& Abb.in c.
pastoralis,col.2.de decim.

Summarium in l.doce ancillam.C.de rei uendic.

1 *Uxor uendicare non potest rem dotalem.*

Bar.in l.doce ancillam.C.de rei uendic.

1 BART. in hac.l.doce,inquit,uxorem uendicare † non posse rem dotalem. huius dicti ra-
tio est,quia dos constante matrimonio est in dominio mariti, pro oneribus matrimonij.l. pro
oneribus,infrà de iur.dot.vide gl.in l.iij.§.proinde,in uoce,patrimonium.ff.de minor. Alex. in
consi.26.col.2.in 1.vol.& ad rem faciunt tradita per Alex.in consi.180.in lib.primi & secundi
vol.& omnino uide Curtium in cons.27.nu.25.ubi declarat, cuius sit dos,an mariti,an uxoris,
& qualirer & quomodo.

Summarium in l.cùm à matre.C.de rei uendic.

1 *Pro ea parte qua quis succedit defuncto, pro ea parte ipsius personam repræsentat.*

Bar.in l.cùm à matre.C.de rei uendic.

1 BART. in hac l.cum à matre, ait, pro ea parte; qua quis succedit defuncto, pro ea ipsius
personam repræsentare. Vide ad istam.l.exemplum apud Alex.in consi.29.col.3.in 5.vol.Pau.
de Castr.in consi.247.colu.2.in antiquis.Fulg.in consi.67.Roma.in consi.18.Raph. Cuma.in
cons.

conſ.33.& ad rem facit tex.& ibi Iaſ.in princ.in auth.unde ſi parens,ſuprà de inoffi.teſta.Alex. in conſi.170.col.2.in 5.vol.Bal.in conſi.89.in 1.vol.& in conſi.346.eod.vol.& Alex.in conſi. 18.in 2.dubio in 5.vol.ubi loquitur in patre alienante fundum in caſu permiſſo,& in conſ.21. col.3.eod.5.vol.ubi declarat. & in conſi.3.col.2.in 3.vol.& in conſi.10.col.pe.eod. vol. & in conſi.87.col.3.in 5.vol.& in conſ.26.col.2.eod.vol.Oldr.in conſ.94.col.2.Aret. in conſ.132. col.2.ubi limitat.

Summarium in l.quoties.C.de rei uendic.

1 *Ille eſt potior in dominio,cui prius res traditur.*

Bar.in l.quoties.C.de rei uendic.

1 BART. in hac.l.quoties,dicit,eum † eſſe potiorem in dominio, cui prius res traditur. Limita in primis.l.hanc non habere locum in pignore. Antonius de Fano in tract. de pignoribus & hypothec.in primo membro primæ part.nu.57.& ad iſtam. l.uide Zanet. in c.1. de accuſat. in 12. differentia inter ius canonicum & ciuile. & Bald.in rubrica infrà, de reuoc.his quæ in fraud.credit.Alex.in conſi.14.Circa primum,in fi.in 1.vol.& in conſi.136.eod.vol.& in conſi. 18.in 4.vol.& in conſi.25.Viſo teſtamento,in fi.in 3.vol.Oldr.in conſi.114. Abb. in conſi.91. col.5.in 1.vol.Roma.in conſi.70.in 2.dub.& in conſi.270.& in conſi.295.Felin.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,col.21.de conſtit.& in c.præſentata,col.2.de teſt.& in c.1.col.2.ſeq. ut lit. non conteſt.Barb.in conſi.41.col.6.& 8.in 1.vol.& in conſi.51.in 3.dub.eod.vol.Bal. & Barb. in c. 2.col.1.de reſcript.Rot.in deciſ.7.in titulo de conceſſ.præben.in antiquis. Abb. in c.2. de his quæ fi.à prælat.Iacob.de ſancto Georgio in trac.feudorum,in uoce princeps.in gl.in uoce, ſed an princeps,col.6.verſi.quinquageſimaſecunda ſpecialitas. Barb.in conſi.35.colu.3.in 3.vol. Bal.in rub.infrà de contrahen.empt.quæſt.16.& ibi addita. & omnino Curtium in conſi.22. Ang.in conſi.387.ubi tradit,quid ſi dominus uni uendidiſſet, & alteri eius procurator.& Cępoll.in caut.147.Soc.in conſi.239.in 1.vol.Iaſ.in §.ſi quis in fraudem,col.29.in fi.inſt.de acti. Feli.in rubrica de ſponſal.col.fi.Aluarot.in titulo ſi de feud.fuer.contro.§.ſi facta,col.pen. & fi. Alex.in conſi.124.in 5.vol.

Summarium in l.ſi fundum ueſtrum.C.de rei uendic.

1 *Denunciatio facta à domino nequis emat,emptorem conſtituit malæfidei poſſeſſorem.*

Bar.in l.ſi fundum ueſtrum.C.de rei uendic.

1 *BART.* in hac l.ſi fundum,ſic ait in ſumma. Denunciatio facta à domino,ne quis emat, emptorem conſtituit malæfidei poſſeſſorem. Vide ad hanc.l.Feli.in c.nihil,col.fi.uerſi.fallit ſexto & in c.illud,de præſumpt.Aret.in conſi.13.col.5.Soc.in conſi.128.col.fi.& omnino Bal.in cõſ. 257.in 1.vol.& ad iſtum tex.cum gl.in uerbo,percepiſſe,in qua habetur iuſtum titulum in aliquibus caſibus non excuſare à fructibus percipiendis, adde alium caſum, in quo iuſtus titulus non excuſat,ſcilicèt in re minoris,caſus eſt not.in l.pater.§.prædium,cum gl.ff.de minor.quem extollit Roma.in ſing.528.incip.Tu habes.

Summarium in l.indicia.C.de rei uendic.

1 *Dominium inſtrumentis,& alijs indicijs probari poteſt.*

Bar.in l.indicia.C.de rei uendic.

1 BART. in hac.l.indicia,inquit,dominium†inſtrumentis,& alijs indicijs probari poſſe.vide exempla apud Soc.in conſ.89.col.5.in 1.vol.& Abb.in c.tertio loco,col.pen.de probat.

Summarium in l.ſi mancipium.C.de rei uendic.

1 *Ille qui recipit rem ſuam non tenetur ad reſtituendum pretium ab alio perceptum.*

Bar.in l.ſi mancipium.C.de rei uendic.

1 *BART.* in hac l.ſi mancipium,ait,eum,†qui repetit rem ſuam, non teneri ad reſtituendum pretium ab alio perceptum. uide Ana.in conſ.32.col.pen.

Summarium in l.more litis.C.de rei uendic.

1 *Præſcriptio longi temporis poſt litem conteſtatam non currit.*

Bar.

Bar.in l.more litis.C.de rei uendic.

1 BART. in hac.l.more,dicit,præscriptionem † longi temporis post litem contestatam non currere. Ad istam.l.vide aliquas limitationes apud Alex. & alios. in l. si aliena.ff.solut. matr. & in consi.1.col.9.in 5.vol.

Summarium in l.fi.C.de rei uendic.

1 *Opponere quis potest de iure tertij.*

Bar.in l.fi.C.de rei uendic.

1 BART. in hac l.fi.ait,quem posse † opponere de iure tertij. Dicas tu in iudicijs summarijs opponi non posse,quando opponentis non interest.l.ille à quo.§.si de testamento,& ibi Alex. col.2.ff.ad Trebel.ubi generaliter traditum est, si sua non interest,non posse agi,nec excipi, ut ibi per Alex.in 1.notab.

Summarium in l.j.C.de usufr.

1 *Usus fructus omnium bonorum est in rebus, quæ usu consumuntur.*
2 *Usufructuarius qui habuit potestatẽ uendẽdi mobilia, an teneatur ad restitutionem pretij, si ea alienauit.*

Bar.in l.j. C. de vsufruc.

1 BART. in hac.l.j.in 1.oppositione ait, videri ex hoc tex.colligi posse,vsumfructum† omnium bonorum esse in rebus,quæ vsu consumuntur. Vide Alex.in consi.58.in 3. vol. Et dum Bar.infrà in versic. sed contra istam solutionem, dicit testatorem posse prohibere falcidiam,quæ est in fauorem hæredis,& reliqua. De hac re vide plenè Alex.in d.consi.58. col. 2.& seq.Abb.in consi.4.col.6.& seq.in 2.vol.Barb.in consi.12.col.10.in 1.vol.& in consi.64. in 2.vol.Ana.in consi.80.col.2.Capr.in consi.9.in 1.dub.Abb.in c.cum constet,in 3.notab.de pignor.posteà Bar.hic in versic.modò pro declaratione,agit de cautione de vtendo & fruendo arbitrio boni uiri.uide Alex.in d.consi.57.in 3.volu. ubi tradit quo in loco ista cautio præstari posit.& in consi.seq.col.2.& ibi ponit etiam quid in vestibus? & alijs rebus similibus? & quomodo fiat æstimatio, & an peti posit ut hæ res,quæ vsu consumuntur, describantur? & an ista
2 cautio peti posit ab instituto in re certa substituto uniuersaliter sub cõditione? & an † usufructuarius,qui habuit potestatem uendendi mobilia,teneatur ad restitutionem pretij si ea aliena uit? vide etiam Soc.in cons.131.col.pen.in 1.vol.ubi aperit an ista cautio remitti posit? & alia pulchra ad rem facientia. & Barb.in consi.56.in 3.vol.in 2.dubio.ubi ponit quid iuris, quando mulier esset prohibita molestari,& in cõsi.4.col.9.& seq.in 4.vol.Feli.in c.causam quæ,col. 13.& seq.de rescript.& ad limitationem huius.l.vide Barb.in cons.11.col.fi.in 3.vol.& in cons. 95.col.2.eod.volu. ubi etiam ipse agit de uxore prohibita molestari. vide Corn. in cons.64. in 4.vol.Soc.in consi.210.in 1.vol.ubi loquitur de uxore exonerata à cautione præstanda. Fulg. in consi.13.col.pen.& fi.& ad prædicta omnia vide semper Paul.de Montepico in repet.l. Titia cum testamento.§. Titia cum nuberet.ff.de leg.2.Et dum Bar.hic in col.fi.uers.modo pone, tradit,an procedat libellus,in quo dicat quis se esse in possesione iurium, cum iura non possideantur? vide Alex.in cons.38.in 1.dub.in 3.vol.Postremò hic ait Bar.hanc.l.facere pro teste, ut si loquitur impropriè,dictum suum coadiuuari debeat.vide Felin.in c.tu,in 1.quæst.de testi. Imol.in cons.101.Bal.in rubr.infrà si ex fals.instr.col.fi.

Summarium in l.usufructu.C.de usufruct.

1 *Usufructuarius qui debet cauere, & dare fideiussores de utendo arbitrio boni uiri, an gaudeat commodo usufructus, si fideiussores dare non potest.*

Bar.in l.usufructu.C.de usufruct.

1 BART. in hac l.usufructu,uersi.pro declaratione,quærit utrum † usufructuarius,qui debet cauere & dare fideiussores de utendo arbitrio boni uiri, gaudeat commodo usufructus, si fideiussores

iussores dare non potest? vide Abb.in consi.40.col.3.in 1.vol.& in c.cum constet,col.fi.de pignor.& Alex.in cons.57.in 3.vol.

Summarium in l.interest.C.de usufruct.

1 *Usumfructum, qui habuit in dote, an possit illum cedere, uel uendere.*

Bar.in l.interest.C.de usufr.

1 BART. in hac.l.interest,tractat,an qui † habuit usufructum in dote,possit, illum cedere uel uendere? & in fi.distinguit,ut hic per eum. Vide tu Bar.in l.j.col.1.C.de petit.bon.subl.lib.10. & in l.per diuersas,col.3.infrà mand.& tex.in l.necessario.§.fi.ff.de peric.& cõmod.rei uend.& in l.si fundus.§.1.versi.quæro qui sunt isti.ff.de pignor.

Summarium in l.cum antiquitas.C.de usufruct.

1 *Habitatio est ius per se,& qui eam habet,potest locare.*

Bar.in l.cum antiquitas.C.de usufruct.

1 BART. in hac l.cùm antiquitas,sic ait in summa. Habitatio † est ius per se,& qui eam habet, potest locare. quid in uasallo habitationis, an ipse locare poterit? vide Bald. in præludi. feud.in secunda diuis.& ibi Præpositt.& omnino Fulgos.in consi.207. in 2.dubio.Et dum subiungit Bar.quomodo probari poterit,ut qui legat habitationẽ,uoluerit legare dominium? aitque quosdam esse,qui domum uocant habitationem. vide Feli.in c.3.col.1.de probat.& in c. causam,col.6.de præscript.

Summarium in l.antiquitas.C.de usufruct.

1 *Appellatio hæredis relata ad illud quod est transmissibile ad hæredes, in persona primi hæredis finitur.*

Bar.in l.antiquitas.C.de usufr.

1 BART. in hac.l.antiquitas,sic dicit in summa. Appellatio hæredis † relata ad illud,quod est transmissibille ad hæredes,in persona primi hæredis finitur. De hac materia vide Alex.in cons. 151.Visis,in libro primi & secundi vol.& ad oppositionem,quam subdit Bar. de l.in annalibus, vide Ias.insurgentem contra istam solutionem Bartoli.

Summarium in l.j.C.de seruit.& aqua.

1 *Quædam sunt seruitutes negatiuæ,& in istis acquiritur possessio ex sola prohibitone.*

Bar.in l.j.C.de seruit.& aqua.

1 BART. in hac l.j.uersic.circa hoc opp. & dicit,quasdam † esse seruitutes negatiuas, & in istis acquiri possessionem ex sola prohibitione. & reliqua. ad hæc accedit Anchar. in cons.157.col.fi.Et dum Bar.hic propè fi.ait,si ciuitas à tyranno occupatur, & tyrannus patiatur aliquid in detrimentum illius iurisdictionis,ex patientia huius tyranni ius præscribendi acquiri non posse.atque ita colligitur,iurisdictionem illius ciuitatis occupatæ non esse apud illum populum & uniuersitatem,sed apud superiorem,qui & in quasi possessione.vide Bal.in c. 1.col.3.in tit.si de inuest.inter domi.& uasal.lis ori. & in dub.& apud Imperatorẽ,ut per Alex. in cons.24.Ponderatis his in 5.vol.Ad ea uerò,quæ ait Bar. hic in fi.in vers. ista dico inducendo,vide Alex.in cons.138.col.5.in 1.vol.& in cons.278.in lib. primi & secundi vol. & in cons. 16.in causa,in 5.vol.ubi ponit unum modum probandi scientiã illius,ad quem iurisdictio pertinebat.uide eundem in d.cons.24.eod.5.vol.& Anch.in cons.142.

Summarium in l.si aquam.C.de seruit.& aqua.

1 *Quomodo cognoscatur seruitutes habere causam continuam.*

Bar.in l.si aquam.C.de seruit.& aqua.

1 BART. in hac.l.si aquam,uersi.qualiter autem, tradit quomodo † cognoscatur, seruitutes habere causam continuam,& non. De hac re uide Alex. in consi.250. in libro primi & secundi uol.ubi agit de seruitute aquæductus,dicens, eam esse prædialem: & ideo necesse esse probare cui prædio fuerit acquisita. & ibi etiam docuit,quãto tẽpore præscribat. & in cons.75.in 4.vol.& Cor.in cõs.322.col.4.in 1.vol.ubi limitat.& in cõs.47.in 3.vol. & quomodo cognosci debeat,

debeat,habeant ne seruitutes causam continuam an non,vide aliquid apud Feli.in c.de quarta, col.13.& sequ.de præscript.Alexand.in cons.69.in primo dubio. in quinto uol.vbi loquitur de aquæductu,& quæ requirantur ad illius acquisitionem.& in consi.ultimo in 1.vol.Et dum Bar. paulò infrà subiungit,in vers.& ex hoc sis cautus,semper in istis iuribus incorporalibus faciendum esse articulum de scientia & patientia eius,contra quem præscribitur. vide Abb.in consi. 8.in fi.in 2.vol.& in cons.23.& in cons.62.col.3.eod.uol.aliquid per Alex.in cons.6.in 1.uol.& Feli.in d.c.de quarta,col.pe. Et de modo probandi scientiam uide aliquid apud Alex. in consi. 23.col.2.in 5.uol.Bal.in cons.446.in 3.uol. Barb.in cons.35.col.2.in 3.uolu. & in hac materia seruitutum recurre semper ad Cæpoll.in suo tract.de seruitutibus. Posteà in fi.quærit Bar.hic quomodo præscriptio interrumpatur? vide omnino Aret. in cons.30.colu.fi. vbi ponit quid si libellus erat ineptus,& si compareat in iudicio neque constet de citatione.

Summarium in l.aquam.C.de seruit.& aqua.

1 *Aquæductus uni concessus an & quando possit alteri concedi.*

Bar.in l.aquam.C.de seruit.& aqua.

1 BAR. in hac l.aquam, tradit an † & quando aquæductus uni concessus posit alteri concedi. vide Alexand.in cons.22.in fi.in quarto uol.& de materia aquæductus,videas Dec.in cons. 244.& in cons.262.& in cons.373.& omnino Ias.in l.quominus.ff. de flumin. & in l.rescripta, suprà de precib.imper.offeren.& Cæpoll.in tract.de seruitutibus.

Summarium in l.præses.C.de seruit.& aqua.

1 *Omnis charitas incipit à se ipso.*

Bar.in l.præses.C.de seruit.& aqua.

1 BART. in hac.l.præses,inquit, omnem † charitatem incipere à seipso. vide Barb.in consi. 1.col.44.in primo uol.& text.& glo.in c.nisi, de aut.& usu pall.Barb.in c.prudentiam.§.adijcimus,col.2.& ibi uide etiam alios,de offic.deleg & Roma.in cons.344.

Summarium in l.altius.C.de seruit.& aqua.

1 *Omne solum est liberum usque ad cœlum,nisi ei seruitus sit imposita.*

Bar.in l.altius.C.de seruit.& aqua.

1 BART. in hac l.ait,omne † solum esse liberum usque ad cœlum,'nisi ei seruitus sit imposita. vide Alex.in consi.250.In causa & lite,colu.1.in libro primi & secundi uol.& in cons.318.Opportunè consideratis,in lib.primi & secundi uol.vbi plenè agit de materia & intellectu huius.l. & in cons.15.colu.1.in quinto uol.& Abb. in cons.57.in tertio dubio, in secundo uol. Limita egregiè istam l.procedere tantùm quando quis altius tollit ædes suas, vt sibi proficiat, alioqui uerò,si ut uicino noceat, uel ut secreta domus suæ perscrutetur; ita eruditè declarat Alexan. in cons.9.Consideratis uerbis,in 6.volu.vbi declarat etiam,ex quibus indicijs conijciatur,an quis ædificet,ut noceat.dicens inter cætera hoc probari,si aliàs iste minatus esset, & multa alia scitu digna in hac materia ibi aperuit. quæ omnino sunt uidenda, & obliuioni non tradenda. vide etiam omnino quæ posui suprà ad l.cum eo.ff.de seruit.vrba.prædio.

Summarium in l.per agrum.C.de seruit.& aqua.

1 *Quis non potest ire per agrum alienum, si potest ire per uiam publicam.*

2 *Priuilegium latissimum habens,& stricte utens non potest postea uti magis largè.*

Bar. in l.per agrum.C. de seruit.& aqua.

1 BAR. in hac l.per agrum,sic ait in summa. Non † potest quis ire per agrum alienum, si potest ire per uiam publicam. vide Alex.in cons.35.in quarto uolu.Et dum Bart. quærit,si ab initio aquam duxisti ex flumine publico ad domum in qua habes unum molendinum, ego ex alia parte duco aquam ex eodem flumine,cum tanta sit aqua,quæ utrique sufficit; tu me uis impedire dicens, te uelle plura molendina in domo tua construere: deciditq; te non posse me pro-
2 hibere. faciunt ad rem trad.per Bart.in l.vsum. C. de aq. duct. lib.11. scilicèt eum, † qui habens latissimum priuilegium eo strictè utitur, non posse posteà uti magis largè. cogita tamen si ista conclusio limitari posset,non procedere,quando iste non fuisset usus, quia ei nõ fuit expediẽs,

per ea quæ Bar.ait in l.filijs.C.de decurion.lib. 10.& in l.cum ſcimus.C.de agricol.& cenſ.libro 11.hoc eſt quando eo uti non contigiſſet. & vide quæ poſui in l.Attilicinus.ff. de ſeruit.ruſtic. prædi.vbi probatur iſta limitatio.& in ſpecie ita limitat Iaſ.in l.ij.col. 1.verſ.& ſecundum, ſuprà de diuerſ.reſcrip.vbi alio modo limitat,quando ignorauit. & in hac materia ducēdi aquam ad molendina,vide Iaſ.in l.reſcripta,ſuprà de precib.imper.offeren. & in l.quominùs.ff. de flumi. & Cæpoll.in tract. de ſeruit.

Summarium in l. non modus.C.de ſeruit.& aqua.

1 *Licèt prædia quibus debetur ſeruitus aquæ fuerint aucta, non tamen propterea augetur modus aquæ ducendæ à principio limitatus.*

Bar.in l.non modus.C.de ſeruit. & aqua.

BART. in hac l.non modus,nihil ſcribit,ſed ex ea colligitur ſecundum Paul.de Caſtr. quā-
1 uis prædia,† quibus debetur ſeruitus aquæ,fuerint aucta,non tamen propterea augeri modum aquæ ducendæ à principio limitatum. Ad materiam huius.l. vide Alexand. in conſi. 323. in lib.primi & ſecundi uolu.

Summarium in l. fi.C.de ſeruit. & aqua.

1 *Seruitus quæ habet uſum diſcontinuum perditur tempore duplicato.*

Bar.in l.fi.C.de ſeruit. & aqua.

1 BART. in hac l.fi.in princip.dicit,ſeruitutem,† quæ habet uſum diſcontinuum perdi tempore duplicato. & dum Bart. infert ad quæſtionem de epiſcopo,qui habere debet uiſitationē, vt hic per eum,vide Feli.in c.de quarta,col. 13. de præſcript.

Summarium in l.j. C.famil. erciſc.

1 *Si quid hæreditatis non eſt diuiſum, hoc iudicio agi & diuidi.*

Bar. in l.j. C.famil.erciſcundæ.

1 BART. in hac.l.j. ſic ait in ſumma. Si quid hæreditatis † non eſt diuiſum, hoc iudicio agi & diuidi. Quare autem hæc actio pluries intentari non poſsit, ſicut petitio hæreditatis,quæ & ipſa eſt iudicium uniuerſale,tradit Iaſ.in §.quædam,colu.10.verſ.an autem, inſtit.de action.

Summarium in l. uxor tua.C.fami.erciſc.

1 *In hoc iudicio filium deducere præcipuam dotem uxoris ſuæ uiuentis, uel poſt mortem patris defuncti.*

Bar. in l.vxor tua.C.famil.erciſc.

1 BAR. in hac l.vxor tua, inquit in hoc iudicio † filium deducere præcipuam dotem uxoris ſuæ uiuentis,vel poſt mortem patris defuncti. vide Alexan.in conſi.74.in quinto uolu. Quid ſi fratres ſunt ſocij omnium bonorum? vide Specul.in titu.de iudic.§.ſequitur. verſ.quid ſi communione manente. & Bal.in tract.de duobus fratribus,colu.2.in fi.Item ſcias dotem probari ſi in diuiſionibus factis inter fratres fit aſsignatio dotium. Soc.in conſ.158.in primo uol.

Summarium in l.ea quæ.C.famil.erciſc.

1 *Nomina per hoc iudicium non eſſe diuidenda, cum ſint ipſo iure diuiſa.*

Bar.in l.ea quæ.C. famil.erciſc.

1 BART. in hac l.ea quæ, ait, nomina † per hoc iudicium non eſſe diuidenda, cum ſint ipſo iure diuiſa. vide Aret.in conſ.124.

Summarium in l. ſi familiæ.C. famil.erciſc.

1 *In diuiſione utrunque uidetur in ſe ſuſcipere periculum ſuæ partis.*

Bar.in l.ſi familiæ.C.famil.erciſc.

1 BART. in hac.l.ſi familiæ,ait ex mente gl.in diuiſione † utrunque uideri in ſe ſuſcipere periculum ſuæ partis. & ideo unum pro alio non teneri. Tu iſtam gl.amplia & limita ut per Alex. in l.qui Romæ.§.duo fratres,colum.20. verſ.ea,ibi niſi fuerit ſciens.ff.de uerborum obligatio.

An autem

An autem & quando in materia diuiſionis ueniat euictio? vide Bar.in d.l.qui Romæ. §.fi.colu. fi.vbi Alexand.in vltima col.ponit ſingularem limitationem,quam reprobat per iſtum text. Et dum Bar.hic in uerſ.quæro,& eſt not.quæſtio,tractat,an ubi alicui in diuiſione obueniunt bona libera,& alteri emphyteotica,poſsit iſte eueniente caſu agere contra alium de euictione?vide Curt.in conſi.49.Alexan.in conſ.21.in quinto uolu. & Dec.omnino in conſ.411. Et ad ea quæ dicit Bar.hic in uerſ.dom.Ric.Mal.vide Alex.in conſi.113.in fi.in quarto uolu.& in conſi. 21.col.2.in 5.uol.vbi declarat.& Aret.in conſ.3.& Bal.in conſi.108.in primo uol.

Summarium in l.cohæredibus.C.fami.erciſc.

1 *Diuiſio facta inter ſocios alijs abſentibus non præiudicat.*

Bar.in l.cohæredibus.C.famil.erciſ.

1 BART. in hac l.cohæredibus, inquit, diuiſionem † factam inter ſocios, alijs ſocijs abſentibus non præiudicare. vide latè Soci.in conſi.195.columna tertia.in ſecundo dubio.& Paul.de Caſtr.in conſi.94.

Summarium in l.filiæ.C.fami.erciſc.

1 *Pater quod nomine unius filij emit,& tradidit,debet eius filio adiudicari.*

Bar.in l.filiæ.C. famil.erciſcun.

1 BART. in hac l.filiæ,dicit,quod † pater nomine unius filij comparauit & tradidit, debere eius filio adiudicari. vide Roma.in conſ.291.col.fi.

Summarium in l.familiæ.C.fami. erciſc.

1 *Si uendo rem ut alienam,me uideri uendere nomine alieno,ita ut ille poſſit ratum habere.*

Bar. in l.in familiæ.C. famil.erciſc.

1 BAR. in hac l.in familiæ,inquit,ſi uendo † rem ut alienam,me uideri uendere nomine alieno,ita ut ille poſsit ratum habere. vide Feli.in c.cùm.M.in primo notab.de conſt.

Summarium in l.inter omnes.C.fami. erciſc.

1 *Voluntas patris minus ſolennis in diuiſione inter liberos eſt ſeruanda.*

2 *Indicium in delictis debet legitimè probari per duos teſtes.*

Bar.in l.inter omnes.C.famil.erciſc.

1 BART. in hac l.inter omnes,inquit,uoluntatem † patris minus ſolennem in diuiſione inter liberos eſſe ſeruandam, ſecus quò ad extraneos. Circa iſtam l.amplia idem eſſe in pia cauſa, ut per Iaſ.in l.licèt inter priuatos, colu.2.verſ. ſecundò moueor, ſuprà de pact. quamuis ibi dubitet,& firmet in l.tale pactum,colu.penul.verſ.ſecundò ineuitabiliter.ff.de pact.& ad iſtam.l. vide Bald.in l.ſi qua, infrà ad Orfici.Alexand.in conſi.123.colu.3.in primo uolu. An autem diuiſio facta à patre uiuente ualeat? vide Abb.in conſ.66.in ſecundo uolu.& Dec.in conſ.86.colu. pen. Et dum Bar.colligit ex iſto text.cum glo.uoluntatem hanc dici legitimè probari, quando ſaltem per duos teſtes probaretur, vide Alex. in conſi.76.in tertio uolum. & in conſi.168 in
2 quinto uolu.& in conſ.150.colu.fi.& in conſ.176. eodem uolu.5.Et dum in fi.ait,indicium † in delictis debere legitimè probari per duos teſtes, vide Alex.in conſ.143.in libro primi & ſecundi uolu.& in conſ.325.in eodem lib.& in conſi.11.in fi.in quarto uol.& in conſi.19. col.4.eod. uol.& in conſ.5.in primo uol.& in conſ.13.col.6.& in conſ.18.colu.fi.& in conſ.93.eod.1.uolu. Abb.in conſ.16.col.fi.in 1.uol.Feli.in c.in præſentia,col.7.verſi.ſecundò limita, de probat.& in c.2.col.4. uerſ.quartò limita,de teſti.Cæpoll.in conſi.32.col.5.& in cõſ.40.col.8.& ſeq.Barb. in conſ.27.col.5.in 1.vol.& omnino Roma.in conſi.451.& Iaſ.in repet.l.admonendi, col.83.ff. de iureiur.& unum teſtem non facere ſemiplenam probationem,tradit Gemin.in c.clarius, de ſenten.excommunic.Feli.in c.ueniens.j.colu.2. de teſti.& ad hoc ut unus teſtis faciat indicium ad torturam,neceſſe eſt,eum eſſe omni exceptione maiorem.Crauet.in conſ.99.

Summarium in l.j.C.communi diuid.

1 *Si duo ſunt pares ita ut neuter plus alio offerat,quis ſit præferendus.*

Communi diuid.

L.j.C.communi diuid.

1 QVONIAM in hac.l.j.tractatur de licitatione: ideo quæro, si duo † sunt pares, ita ut neuter plus alio offerat, quis sit præferendus? istam quæstionem mouet Ias.in §. quędam, col. 11. uersi. & quomodo, inst. de action. ubi etiam declarauit, quomodo dicatur rem commodè diuidi non posse, & alia multa ad rem facientia, & quæ ponuntur in l. ad officium, infrà eod. titulo.

Summarium in l. si probatum. C. communi diuid.

1 *Utrum duo sint intentanda iudicia.*

Bar. in l. si probatum. C. comm. diuid.

1 BART. in hac.l.si probatum, quærit, utrum duo † sint intentanda iudicia, hoc est, unum, in quo uendicem partem meam, & aliud in quo petam diuisionem. an uerò solum istud communi diuidundo, in quo incidenter de dominio cognoscatur? vide Alex. in cõs. 25. col. 2. in 5. uol. & Dec. in cons. 22. col. pe. Et ad ea, quæ hic subdit Bar. in uer. ad istud, vide Barb. in cõs. 28. col. 7. cum seq. in primo uol. & ad dicta Bar. hic in fi. vide Corn. in cons. 85. col. pen. in quarto uol.

Summarium in l. ad officium. C. communi diuid.

1 *In hoc iudicio ueniunt ea quæ sunt communia.*

Bart. in l. ad officium. C. commu. diuid.

1 BART. in hac l. ad officium, sic ait in summa. In hoc iudicio † ueniunt quæ sunt communia; & reliqua, vt hic per eum. & quia hic habetur, etiam tertiam personam ex causa ad licitationem uenire posse, vide Ias. in §. quædam, col. 11. vers. item aduertite, inst. de action. vbi multas quæstiones memorabiles subiungit. Et dum Bar. hic dicit, in hoc iudicio quandoque uenire fructus, vide Ias. omnino in d. §. quædam, col. 11. vers. & quomodo.

Summarium in l. si maior. C. communi diuid.

1 *Diuisio præsumitur ex diutina eorum possessione, qui res aliquas pro diuiso possederunt.*

Bar. in l. si maior. C. commu. diuid.

BART. in hac l. si maior, ait glo. hanc esse bonam & singularem, ex qua colligitur, diuisio-
1 nem † præsumi ex diutina eorum possessione, qui res aliquas pro diuiso posside-
rũt. vide Alex. in cons. 234. in libro primi & secundi uolu. & in cons. 3. in fi. in tertio uol. & in cons. 25. in quinto uol. vbi declarat hanc glo. nisi alia præsumptio esset in contrarium. vide Cæpoll. in cons. 22. col. 2. Roma. in cons. 205. Paul. de Castr. in cons. 93. in antiquis. Barb. in c. & super, colu. 3. de rebus eccles. non alien. & Roma. in cons. 418. & Soci. in cons. 164. in primo uolu. Bal. in cons. 437. col. fi. in 1. vol. & in cons. 396. eod. uol. & ad glo. hanc uide omnino Dec. in cons. 79.

Summarium in l. etiam si is. C. commun. utri. iudic.

1 *Diuisio facta à iudice incompetenti potest consensu partium inualidari.*

Bar. in l. etiam si is. C. commu. utriu. iudic.

1 BART. in hac l. etiam si is, ait, diuisionem † factam à iudice incompetenti posse consensu partium inualidari. De intellectu & materia huius l. vide Feli. in c. significasti, col. 3. de for. compet. & ibi Abb. & Anchar. in cons. 290. in 2. dub. Bal. in c. de causis, col. 6. de offic. deleg. Alex. in l. quod iussit, col. fi. ff. de re iudic. Card. in cons. 71. Abb. in cõs. 62. in 2. uol. & in cons. 92. in primo uol. Feli. in c. inter monasterium, col. 9. de re iudic. Abb. in cap. examinata, in tertio notab. de confirm. vtil. vel inuti. Soc. in cons. 220. col. 3. Roma. in cõs. 175. vbi loquitur in laudo. Fulg. in cons. 13. col. pen. Alex. in l. j. in princip. col. pen. ff. de feri. Corn. in cons. 140. in quarto uol. Feli. in c. ex officij. col. 5. & seq. de præscript. & aliquid in c. 1. col. 4. & sequ. de re iudic. Roma. in cons. 173. Curt. in cons. 74. col. pen. & addita ad Ana. in cons. 6. Bart. in l. j. col. 3. C. quand. prouoc. non est necess. Alex. in cons. 123. col. 4. in primo uol. Aret. in consil. 56. & Bal. in c. ex parte decani. col. 3. de rescript. vbi limitat.

Summa-

Summarium in l. maioribus. C. commu. utri. iudi.

1 *Subueniendum est ei, qui in diuisionibus fuit deceptus dolo aduersarij uel re ipsa.*

Bar. in l. maioribus. C. commu. utri. iudic.

1 BART. in hac. l. maioribus, inquit, ei esse † subueniendum, qui in diuisionibus fuit deceptus dolo aduersarij, vel re ipsa. vide ad hæc Bal. in cons. 386. in primo uol.

Summarium in l. si patruus. C. commun. utri. iudi.

1 *Empta res per socium uel fratrem, uel patruum habitantem cũ nepotibus an & quando dicatur esse cõis.*

2 *Societas inter fratres simul habitantes an & quando dicatur contracta.*

Bar. in l. si patruus. C. commu. utri. iudic.

1 BART. in hac l. si patruus, tradit an & quando † res empta per socium, uel fratrem, vel patruum habitantem cum nepotibus dicatur esse communis? vide Card. in consi. 27. in secundo dubio. & in consi. 139. & Dec. in consi. 58. vbi loquitur in marito, qui nomine suo & suæ uxoris acquisiuit. & in consi. 99. & in consi. 172. viso testamento, colu. fi. in libro primi & secundi uolu. Et dum Bar. subiungit, an frater habitans cum alijs fratribus teneatur ei communicare lucrum factum mortuo patre? vide Dec. in consi. 255. in consi. 628. & omnino Ias. in consi. 2. in tertio uolu. Anchar. in consi. 295. & Ana. in consi. 65. cum ibi additi. per Bolognin. & quæ posui in l. Titium & Mæuium. §. altero. ff. de administra. tut. Et dum Bart. ait, cum hoc ei in facti contingentia euenisset, videre uoluisse librum rationum, vt intelligeret an communi nomine negocia fierent, vide ad hæc Alexand. in consi. 297. Videretur, in libro primi & secundi uol. & in consi. 103. in tertio uolu. Barb. in consi. 22. colu. 1. in primo uolu. Roma. in consil. 274. & in simili Card. in consi. 153. & Soci. in consi. 160. & in consi. 162. & in consi. 192. in primo uol. Et

2 an † & quando dicatur contracta societas inter fratres simul habitantes, vide etiam Abb. in cõsilio 87. in 2. uol. Ana. in cons. 65. Capr. in consi. 17. Alex. in cons. 190. Diligenter prospectis, in lib. primi & secundi uol. vbi dicit feudum acquisitũ per unum ex fratribus simul habitantibus, non esse communicandum, sed tantùm debere conferri acquisita ex artibus quæstuarijs, & negociationibus, non quæ ex legato, nisi esset expresè contracta societas. & in hac re uide etiam Alex. in cons. 34. in 5. uol. & Corn. in consi. 214. in quarto uolu. Alex. in cons. 36. in quarto uolu. & Dec. in cons. 441. & in cons. 548. & quæ posui in d. §. altero, vbi est locus proprius.

Summarium in l. si fratres. C. commun. utri. iudic.

1 *Ex contractu diuisionis quis de euictione tenetur.*

Bar. in l. si fratres. C. commun. utri. iudic.

1 BART. in hac. l. si fratres, ait, ex contractu † diuisionis quem de euictione teneri, nisi sciens res alienas uel obligatas accipiat. vide Rom. in cons. 457. col. 2. vbi ponit exemplum.

Summarium in l. illud. C. commun. utri. iudic.

1 *Dos uel donatio ante nuptias ad patrem reuersa, debet esse præcipua illius filiæ pro qua data fuit extraneis institutis.*

Bart. in l. illud. C. commu. utri. iudic.

1 BART. in hac l. illud, ait, dotem uel donationem † ante nuptias ad patrem reuersam debere esse præcipuam illius filiæ, pro qua data fuit extraneis institutis. vide ad hanc l. Alexand. in cons. colu. 2. in tertio uolu.

Summarium in rubr. C. fini. regund.

1 *Actio finium regundorum non datur ei, qui non possidet.*

Rubrica. C. finium regund.

1 CIRCA istam rubricam scias, actionem † finium regundorum non dari ei, qui non possidet, vt per Ias. in §. quædam, colu. 4. instit. de action.

Summarium in l. j. C. fini. regund.

1 *Primò de possessione, secundo de proprietate iudicari debet, & tertiò per agrimensores poni debent fines.*

Bar.in l.j.C.fini.regund.

1 BART. in hac.l.j.inquit,primò † de poſſeſsione, ſecundò de proprietate iudicari debere, & tertiò per agrimenſores poni debere fines.Circa iſtam.l.vide Iaſ.in §.quædam,col.fi.inſti.de action. Et dum ſubdit Bar. quando quæſtio eſt ſolùm de finibus,& non de proprietate, lite nõ conteſtata poſſe peruenìri ad diffinitiuam ſententiam. idem tenet Bart.in l.ſi finita.§. Iulianus, col.7.& ſeq.ff.de damn.infec.vbi dicit,iſtam glo.violare literam, & ibi Alex.col.3. verſ.ad ter-
* tium,ait iſtam glo.* communiter reprobari.

Summarium in l.commune.C.de conſort.eiuſd.lit.

1 *An & quando quis poſſit pro ſuo conſorte agere, & defendere.*

Bar.in l.commune.C.de conſort.eiuſd.lit.

1 BART. in hac l.commune,tradit, an † & quando quis poſsit pro ſuo conſorte agere & defendere: & diſtinguit,ut hic per eum. De hac re uide Feli.in c.cùm.M.col.4.& ſeq.de conſti. Roma.in conſi.411.col.3.Barb.in d.c.cùm.M.col.15.& 77.

Summarium in l.ſi ſerui.C. de noxal. actio.

1 *Verba ſtatuti ſunt reſtringenda ne quis damnum indebitè patiatur.*

Bar.in l.ſi ſerui.C.de noxal.action.

1 BART. in hac l.ſi ſerui, ait,uerba † ſtatuti eſſe reſtringenda,ne quis damnum indebite patiatur. vide Soci.in conſi.38.colu.2.& ſequ.in primo uolu. & quia de hoc latè egimus in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.non repetam.

Summarium in l. ſi criminis.C.ad exhiben.

1 *Teſtes quando dicunt ſe non cognoſcere perſonam uel rem,debet ei oſtendi.*

Bar.in l.ſi criminis.C. ad exhibend.

1 BART. in hac l.ſi criminis, ait, quando † teſtes dicerent ſe non cognoſcere perſonam uel rem,debere oſtendi. videas Feli.in c.auditis,col.15.de præſcript.

Summarium in l.ſi res tuas. C.ad exhiben.

1 *Ex pacto alterius appoſito in traditione rei meæ, quæritur mihi utilis actio.*

Bar.in l.ſi res tuas.C.ad exhibend.

1 BART. in hac l.ſi res,ait,ex pacto † alterius appoſito in traditione rei meæ,quæri mihi utilem actionem. vide Bar.in l.certi condictio.§.quoniam.ff.ſi cert.pet.vbi Iaſ.colu.1. Adde idem eſſe non ſolùm in re mea, ſed quæ futura eſt mea; quia alteri actio quæritur, vt per Barto. in l. quod dicitur,in fi.ff.de uerb.obligat.

Summarium in l.monumentorum.C.de reli.& ſumpt.fun.

1 *Scripturæ quæ reperiuntur in muris,& in lapidibus an faciant fidem.*

Bar.in l.monumentorum.C.de relig. & ſumpt.fun.

1 BART. in hac l.monumentorum, quærit, vtrum † ſcripturæ quæ reperiuntur in muris & in lapidibus faciant fidem? vide Feli.in c.cùm cauſam, colu.3. de probat. & Iaſ.remiſsiuè in §. pœnales,colu.3.inſtitu.de action.vbi etiam tradidit de ſcripturis factis in parietibus,an faciant fidem,ibi in 3.col.in 2.notab.de qua re uideas etiã Alex.in l.j.col.9.ver.& iuxta.ff.ſi cert.pet.

Summarium in l.actori.C.de reb.cred.& iureiur.

1 *Ex iuramento præſtito uel remiſſo actio oritur.*

Bar.in l.actori.C.de reb.credit. & iureiur.

1 BART. in hac l.actori,ait,ex iuramento † præſtito,vel remiſſo actionem oriri. Limita iſtã l.vt per Bar.in l.ij.ff.eodem tit.vbi Iaſ.col.1. verſ.in ea.

Summarium in l.ſi quis.C.de reb.cred. & iureiur.

1 *Delatio iuramenti reuocari poteſt antequam præſtetur.*

Bar.

Bar.in l.si quis.C.de reb.cred.& iureiur.

1 BART. in hac l.si quis, dicit, delationem † iuramenti reuocari posse antequam præstetur. amplia etiam si stipulatio interuenisset,tamen esse locum reuocationi antequam declaretur, ut per Bar.in l.fi.ff.de prætor.stipul.id quod est mirandum, cum stipulatio sit firmus contractus.

Summarium in l. generaliter. § sed iuramento.C.de reb.cred.& iureiur.

1 *Ille qui uicit in prima causa, si in causa appellationis succubuit, non debet in expensis condemnari.*

Bar.in l.generaliter.§. sed iuramento.C. de reb.cred.& iureiur.

1 BART. in hac l.§. sed iuramento,vers.quæro quid uult, ait, eum, † qui uicit in prima causa, si in causa appellationis succubuit, non debere in expensis condemnari. vide Ias.in l.properandum §. sin autem alterutra, col.9.vers.nonò & ultimò, suprà de iudic. Et ad ea,quæ hic ponit Bart.in fi. vide Angel.Aret.in consi. 281. Lanzellotus, in fi.inter consilia Alexandri in libro primi & secundi uolu.

Summarium in l. cum quis.C.de reb.cred.& iureiur.

1 *Iuramentum retractatur prætextu testamenti de nouo reperti.*

Bar.in l.cùm quis.C.de reb.cred.& iureiur.

1 BAR. in hac l.cum quis,dicit,iuramentum † retractari prætextu testamenti de nouo reperti. vide Bar.in l.admonendi,col. 3.vers.fuerunt quidam.ff.de iureiur.Soci.in consi. 159.colu.4. in primo uol.vbi hæc adducit ad pulchrum casum.

Summarium in l. si absentis.C. si cert.pet.

1 *Si pecunia aliena absentis domini nomine mutuetur, ei actio quæritur.*

Bar.in l.si absentis.C.si cert. pet.

1 BART. in hac l.si absentis,sic ait in summa,si pecuniat aliena absentis domini nomine mutuetur,ei actionem quæri. ad istã.l.vide Pau.de Cast.in l.certi condictio.§ si nummos.ff.si cert.pet.& ibi Ias. Et dum Bar.hic in fi.dicit,si ex contractu alterius nomine celebrato,ille ratum non habet,gerenti competere utilem actionem. vide Alex.in cons.22. in 5.vol.& in cons.24.col.3.eod.vol.& Bal.in cons.200.in 2.vol.

Summarium in l.non unde.C. si cert.pet.

1 *Ille qui agit certi condictione ex mutuo, probare debet pecuniam mutuatam fuisse propriam.*

Bar.in l.non unde.C.si cert.pet.

1 BART. in hac.l.non unde,tradit,utrum ille, qui † agit certi condictione ex mutuo,probare debeat pecuniam mutuatam fuisse propriam. Tu uerò cuius præsumatur fuisse pecunia numerata,uide apud Bal.in cons.416. in secundo uol.

Summarium in l.eo quod.C. si cert. pet.

1 *Plures uno instrumento possunt obligari.*

Bar.in l.eo quod.C.si cert.pet.

1 BART. in hac l.eo quod,ait,plures uno † instrumento posse obligari. vide in simili textum & ibi Bal.in l.licèt,suprà de pact.vbi etiam alij tradiderunt.

Summarium in l.incendium.C. si cert.pet.

1 *Casus fortuitus non liberat debitorem quantitatis, uel generis.*

Bar.in l.incendium. C. si cert.pet.

1 BAR. in hac l.incendium,ait,casum† fortuitum non liberare debitorem quantitatis uel generis. vide Ias.in l.quod te,colu.5.ff.si cert.pet. vbi hanc regulam limitat quatuor modis. & ad rem faciunt trad.per Ancha.in consi.148.col.fi.

Summarium in auth. sed nouo iure.C. si cert.pet.

1 *Quot testes requirantur in instrumento.*

De condictione ob causam.

Bar.in auth.sed nouo iure.C.si cert.pet.

1 BART. in ista auth.primò quærit,quot † testes requirantur in instrumento. vide Abb.remissiue in c.1.col.4.de fide instrum. Et dum Bar. subdit de imperito literatum, & quis dicatur imperitus,vide Feli.in c.scitatus,de rescript.vbi Dec.col.fi.

Summarium in l.vnica.C. de prohibi. sequest.

1 *Sequestratio communiter est prohibita.*

Bar.in l.vnica.C.de prohib.sequestr.

1 BAR. in hac l.vnica, dicit, sequestrationem † communiter esse prohibitam. vide ad hanc l.Alexand.in consi.7.colu.2.in quinto uolumine. Roma.in consi.312.Imol. in consil.50.& in cons.97.& Card.in consi.145.

Summarium in l.j.C.de condi.indeb.

1 *Indebitum ex causa iudicati solutum non repetitur.*

Bart.in l.j.C.de cond.indeb.

1 BART. in hac.l.j.inquit,indebitum † ex causa iudicati solutum non repeti. vide Felin.in c. suborta,colu.6.de re iudic.& Anchar.in cons.259.vbi limitat.Et dum Bar.ex mente glo.in uoce,iudicati,dicit,exceptionem factam in uno casu,non excludere alios similes,immo ad eos dilatari. vide Soci.in cons.38.col.2.in primo uol.& Barb.in cons.8.in quarto uol.

Summarium in l.j.C.de condi. ob cau.

1 *Quod datur ob causam dotalem pro matrimonio illicito, per condictionem ob causam repeti.*

Bar.in l.j.C.de cond.ob caus.

1 BART. in hac l.j.dicit, quod datur † ob causam dotalem pro matrimonio illicito, per condictionem ob causam repeti. vide latè Bald.in rubrica.ff.solu.matrim.col.2. & seq. vbi ait idem esse etiam in rebus donatis, & in arrha.

Summarium in l.si ut proponis.C.de condi.ob cau.

1 *Donatio simplex olim & hodie fuit contractus innominatus.*

Bar.in l.si ut proponis.C. de cond. ob caus.

1 BART. in hac l.si ut proponis.vers.quid dicemus, inquit, donationem † simplicem olim & hodie fuisse contractum innominatum; donationem uerò,quæ fit ob causam,non dici propriè donationem, sed magis dationem ob causam. vide docto. in l.fin.ff.eodem. Et dum subiungit Bar.an in contractibus nominatis locum habeat condictio ob causam,& stipulationem esse cõtractum: vide Alexand.in rubrica.ff.de uerb.obligatio.propè fi.& ibi Aret.in fi. & Ias.in quinta colu.cum sequ.& in l.j.ff.de pact.& stipulatio operatur, ut non sit locus pœnitentiæ. doctin l.si conuenerit.ff.de iurisdi.omni.iudic.Feli.in cap.1.colu.10.de iudic. & quamuis ratione pœnitentiæ conueniri non possit, tamen ratione non implementi poterit. Alexan. in l.j.in fi.ff.de pact. Et stipulationem, olim quoque inter contractus annumerari, traditum est in l.iuris gentium.§.quod ferè,& ibi glo.ff. de pact.

Summarium in l.hac lege.C.de condi.ob cau.

1 *Pactum de non alienando rem donatam, operatur ut eius metu quis non alienet, vel si alienabit condictione ob causam teneatur.*

2 *Vbicunque res est prohibita alienari de iure communi, prohibitio facta de non alienando sine causa ualet.*

Bar.in l.hac lege.C. de cond.ob caus.

1 BAR. in ista.l.hac lege,sic ait in summa. Pactum † de non alienando rem donatam, operatur ut eius metu quis non alienet; vel si alienabit,condictione ob causam teneatur. Circa istam materiam,scilicèt,per contractum alienationem dominij impediri non posse,quãuis contrafaciens ad interesse teneatur,vide Bar.in l.si quis ita.§.ea lege.ff.de uerb.oblig.vbi posui.quo uerò ad prohibitionem factam per contractum, quæ ualet, etiam sine causa, amplia ut ualeat

non

non solùm si facta est in ipso contractu,sed etiam si post contractum in ipsa traditione prohibitio apponatur,ut per Bart.in l.filius familiàs.§. Diui.colu.1.versi.oppono.& ibi Iaſ.in 2.lectura, col.7.uersi.teneas ergo.ff.de leg.1.Et dum Bar.infrà in uersi.item oppono de l.fi.ibi,aut de iure communi potest alienare,& reliqua,vide Alex.& Iaſ.in d.§. Diui,Barb.in conſ.43.Clarè scribitur,col.17.in 1.vol.& in consi.63.Præclarè scribit.col.4.in 2.uol. ubi tenent, ubicunque res
2 † est prohibita alienari de iure communi, prohibitionem factam de non alienando sine causa ualere,& tenere,adeò ut alienatio alijs in casibus à iure permissis impediatur. ad hæc faciunt trad per Bal.in c.1.§.præterea,de capit.Corra.in usibus feudorum,ubi habetur, pactum de nõ alienando positũ in inuestitura feudali,operari,ut etiam in casibus à iure concessis alienari non possit. facit ad rem.l.tutelam.cum gl.infrà de administr.tut.Contrarium tamen uidetur tenere Ang.in consi.147.incip.Andreas Petri Monaldi. vide ad hæc etiam Aret.in consi.22.Diligenter & maturè discussis.& Alex.in l.quidam testamento.§.si quis filium, col.2. ff. ad Trebell. & Abb.in consi.3.in 2.vol.& Feli.in c.uenerabili,de offi.deleg. Et dum Bar.subdit,aut nullum ius sibi reseruauit,& tunc dominij translatio non impeditur.vide Rotam in deci.3.in tit.de pactis, in antiquis,& Bal.in consi.482.in 1.vol.ubi ponit,an ualeat pactum, ut ego non possim emere in tali loco,& cuius sit effectus,& in consi.506.in ultimo uol.

Summarium in l.si repetendi.C.de condi.ob cauſ.

1 *Causa dandi in mente retenta non expressa,si non impleatur hanc condictionem non inducit.*

Bar.in l.si repetendi.C.de cond.ob cauſ.

1 BART. in hac.l.si repetendi,sic ait in summa. Causa † dandi in mente retenta non expressa, si non impleatur hanc condictionem non inducit.Limita nisi huiusmodi causa a iure præsumeretur. ita Præpos.in c.ueritate,col.2.8.dist.itē limita nisi causa tacite ab utraque parte subintelligeretur.ita Roma.in consi.417.& Iaſ.in l.dedi.§.si liber.in 6.notab.ff.eod.uide Alexan.in consi.148.col.2.in 5.vol.ubi ampliat.

Summarium in l.j.C.de actio.& oblig.

1 *Mandatum in rem suam morte mandantis non finitur.*

Bar.in l.j. C.de acti.& oblig.

1 BART. in hac.l.j.uersic.contra omnes, opponit dicens,mandatum † in rem suam morte mandantis non finitur,& reliqua. vide ad hæc Aret.in consi.124.& seq.ubi ex his dictis Bartoli colligit,eum uelle,ut his cui mandatæ sint directæ sine utilium cessione dicatur procurator in rem suam. Et dum Bar.subiungit,quando quis decedit sine hærede,tunc mandatum extingui. ad hæc accedit Iaſ.in l.pe.uersi.placebat limitatio.ff.si cert.pet. uide quod in simili tradit Alex.in l.non solùm.§.morte,col.2.uersi.extra gl.ff.de oper.nou.nunci. Feli. & Dec. in c.relatum,in princ.de offi.deleg.Et dum Bar.hic in col.fi.versi.tu dicas, ait directas semper apud cedentem remanere,à cuius ossibus separari non possunt. vide Aret. in consi.125. & ad ea,quæ hic ponit Bar.in fi.ibi aut quis intentat directas,aut utiles,vide Feli.in c.1.col.14. versi. quintò restringe,de probat.

Summarium in l. sicut.C.de acti.& oblig.

1 *Verba ligant homines.*

Bar.in l.sicut.C.de action.& oblig.

1 BART. in hac.l.sicut, dicit, homines † uerbis ligari. Dicas tu regulam huius. l. procedere, etiam si contractus sit conditionalis,ut per Alex.in conſ.40.col.1.in 5.vol.

Rubrica.C.ut actiones ab hæredibus & contra hæredes.

QVARE in hoc titulo dictum non sit obligationes,vide Oldr.in conſ.114.

Summarium in l.ob maritorum.C.ne uxor pro mari.

1 *Uxor probare debet res esse suas.*

Bar.

Bar.in l.ob maritorum.C.ne uxor pro marito.

1 BART. in hac.l.ob maritorum,ait,uxorem † probare debere res esse suas,& reliqua. vide Soc.in cons.60.& in cons.128.& in cons.131.

Summarium in auth. sed omnino.C.ne uxo.pro mari.

1 *Repræsaliæ an sint licitæ.*

Bar.in auth.sed omnino.C.ne ux.pro mari.

1 BART. in ista auth.tradit an † repræsaliæ sint licitæ? vide Signorel.in cons.207.& quia de hac re alibi egi,ulterius non insistam.

Summarium in auth.habita.C.ne fil.probat.

1 *An priuilegium istorum iudicum competat clericis.*

Bar.in auth.habita.C.ne fil.pro patr.

1 BART. in ista auth.habita,tradit de quibusdam scholarium priuilegijs. De hac materia vide Abb.in c.si diligenti,de for.compet.in 4. col.ubi docuit an † priuilegium istorum iudicũ cõpetat clericis? & nunquid rector hodie habeat iurisdictionem? & ad istam auth.uide Abb.in c. cùm olim,col.pen.de consuet.& in c.si quis contra clericum,col.antepe. de for.compet. Barb. in c.ex transmissa,eod.tit.& Feli.in c.significasti,in fi.de offi.deleg.

Summarium in l.j.C.de hæredit.actio.

1 *Cohæredes possunt personaliter conueniri pro hæreditaria portione, & insolidum hypothecaria.*

Bar.in l.j.C.de hæredit.actio.

1 BART. in hac.l.j.ait,cohæredes † posse personaliter conueniri pro hæreditaria portione,& in solidum hypothecaria. Limita hoc non habere locum in legatarijs,qui pro cõsequendis legatis agerent hypothecaria:quia tunc non tenentur insolidum,sed pro hæreditaria portione,ut est tex.in l.j.in fi.& ibi gl.infrà,comm.de lega.& ratio est, quia hypothecaria incipit in personis ipsorum legatariorum, sed si in persona defuncti originem habuisset, tunc quilibet hæredum posset in solidum conueniri;quia obligatio eo casu est indiuidua.l.quãdiu,& ibi Iac.Butr.& Ang.infrà de distract.pignor.tradit Soci. in consi.135. in 1.vol.intelligo tamen hoc quando ista obligatio esset perfecta in persona defuncti, sed si originem quandam ab ipso defuncto traxisset,sed posteà in personis hęredũ perficeretur,ut puta si defunctus obligatus erat sub conditione,quæ postea purificata est in personis hæredum,eo casu quilibet pro sua tantùm portione teneretur:ita Pau.de Cast.in d.l.j.comm.de legat.& Ias.in auth.quas actiones,suprà de sacros.eccles.

Summarium in l.pro hæreditarijs.C.de hæredi.acti.

1 *Actiones personales dantur contra hæredes pro hæreditarijs portionibus, reales uerò quatenus possidẽt.*

Bar.in l.pro hæreditarijs.C. de hæredi.action.

1 BART. in hac l.pro hęreditarijs ait, actiones † personales dari contra hæredes pro hęreditarijs portionibus,reales uerò quatenus posidẽt.Limita hoc procedere in obligationibus casu satis à contractu,non autem à delicto;quoniam in his tenentur hæredes quatenus ad eos peruenit,non autem pro hæreditarijs portionibus.l.quàm plures.ff.de ui & ui arm.ubi Bar.in 2.sol.id quod fallit in condictione furti.

Summarium in l.hæredem.C.de hæredi.acti.

1 *An contra debitorem debitoris agi possit hypothecaria.*

Bar.in l.hæredem.C.de hæredit.action.

1 BART. in hac.l.hæredem,tradit,an contra† debitorem debitoris agi posit hypothecaria? de qua re agit gl.hic.uide tu Ias.in l.item seruiana,col.7.inst.de action.

Rubrica.C.ex delictis defunctor.

AD materiam huius tituli uide aliquid per Feli.in c.1.col.13.de const.& Bal.in cons.243. Alex.in l.fi.in princ.col.2.& seq.ff.de eo per quem fact.eri.& Ang.in cons.240.

Summa-

Summarium in auth.ſi quando.C.de conſt.pecu.

1 *Obligatio uitiatur propter impersonalitatem.*

Bar.in auth.ſi quando.C.de conſt.pecun.

1 BART. in iſta auth. colligit ex hoc tex. obligationem † uitiari propter impersonalitatem. vide Alex.in conſ.323.In occurrenti,in lib.primi & ſecundi vol.

Summarium in l.receptitia.C.de conſt.pecu.

1 *Negociatores possunt condere ſtatuta inter ſe.*

Bar.in l.receptitia.C.de conſt.pecun.

1 BART. in hac l.receptitia,inquit,negociatores † posse condere ſtatuta inter ſe.An autem quò ad alios,uide Barb.in conſ.87.col.2.& ſeq.in 3.vol.

Summarium in l.j.C.de probat.

1 *Actor ſuam intentionem,& reus ſuam exceptionem probare debet.*

Bar.in l.j.C.de probat.

1 BART. in hac l.j.dicit,actorem † ſuam intentionem, & reum ſuam exceptionem probare debere. colligitur etiam ex iſto text. pluralitatem rerum non præſumi. ad quod uide Soc.in conſi.318.col.3.in 1.vol.& plenè de materia pluralitatis,vide apud Feli.in c. cum Ioannes Eremita,de fid.inſtrum.

Summarium in l.ij.C.de probat.

1 *Actori incumbit onus probandi dominium,alioqui reus debet abſolui.*

Bar.in l.ij.C.de probat.

1 BART. in hac.l.ij.inquit,actori † incumbere onus probandi dominium, alioqui reum debere abſolui. Vide exemplum ut per Alex.in conſi.24.col.4.in 5.vol.

Summarium in l.ex perſona.C.de probat.

1 *Ex perſona authoris qui ſoluendo fuit tempore depoſiti officij non poteſt alius conueniri.*

Bar.in l.ex perſona.C.de probat.

1 BART. in hac l.ex perſona, ait, ex perſona † authoris,qui ſoluendo fuit tempore depoſiti officij,non poteſt alius conueniri. Ad l.hanc,optimè facit tex.in l. Imperator.ff. ad muncip. ibi & ſoluendo fuerit tempore,quo potuit conueniri. & in re propoſita,vide Fulgo.in conſi.135. Et circa probationem,quę fieri debet,eum tunc fuiſſe ſoluendo,de qua hic agit Bar.vide Alex. in conſi.16.in 5.vol.& Aret.in conſ.51.Et an & quando ex præterito præſumatur in præſens ? vide Alex.in conſ.244.Super primo,col.6.verſ.& primo,in lib. primi & ſecundi vol. & Feli. in c.cùm in iure,de offic.deleg.& in c.ſcientiam,de præſcript.

Summarium in l.proprietatis.C.de probat.

1 *Dominium poteſt probari per inſtrumenta,& per alias legitimas probationes.*

Bar.in l.proprietatis.C.de probat.

1 BART. in hac l.de proprietatis,inquit,dominium † posse probari per inſtrumenta & per alias legitimas probationes. vide Barb.in conſ.11.col.1.in 2.vol.& in conſ.6.col.9. & in conſ. 18.col.8.& ſeq.eod.vol.& in conſ.12.col.4.in 6.vol.& in conſ.55.col.6.& ſeq.in 4.vol.

Summarium in l.rationes.C.de probat.

1 *Rationes defuncti non probant alium fuiſſe debitorem defuncti.*

Bar.in l.rationes.C.de probat.

1 BART. in hac.l.rationes,ait,textum hunc duas partes habere, in quarum prima de ratione agitur, & in ſecunda de ultima uoluntate. & hoc dicit in ſumma. Rationes † defuncti non probant alium fuiſſe debitorem defuncti. vide Socin.in conſi.151.& ad rem faciunt trad. per Alex.in conſi.117.col.2.in 4.vol. Et dum Bar.hic in fi.ait,eum,qui dicit ſibi centum deberi, nõ negare quia etiam plus habere debeat; niſi dixerit centum tantùm. vide Anch. in c. canonum ſtatuta,col.64.de conſti.& uide in conſi.93.inter conſilia Alex.in 3.vol.ubi habentur aliqua de

uoce

uoce taxatiua. & Anch.in consi.95.col.2.Abb.in consi.51.in 1.vol.& in c.cum inter, col.pen. de re iudic.& in c.quia in tantùm,de præben. Bal.in consi.147.in 1.volum.& omnino Paul. de Castr.in consi.319.Soc.in consi.198.in 1.vol.& Ias.in §.si minus,col.1.insti.de action. Bald.in consi.334.in 3.vol.ubi loquitur de uoce,solùm. & quia alibi egimus de ui uocis taxatiuæ, non repetam. Et circa prædicta scias, sicut creditor, qui petit centum, non propterea excluditur quando etiam aliud plus petere possit,ita debitor,qui alicui soluit centum tanquam debitor, non prohibetur ab eodem petere alia centum quæ ipse præsupponit sibi esse debita ab eodem, quamuis ei compensationem non opposuerit. ita Bar.& Ias.in l.si quidē.C.de transact.& Alex. in consi.154.Viso themate,col.pe.in lib.primi & secundi vol.

Summarium in l.neque naturales.C.de probat.

1 *Non probat hoc esse, quod ad hoc contingit abesse.*

2 *Probatio difficilis esse dicitur circa ea, quæ fiunt de nocte.*

Bar.in l.neque natales. C. de probat.

1 BART. in hac.l.neque natales, sic dicit. Non probat † hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. atque ita probatio debet de necessitate concludere. vide Alex. in consi.118. in 1.vol. Abb.in c.audiris,col.9.de præsumpt.& ibi addita.& Alex.in consi.152.in 3.vol.& in consi.81. eod.vol.Et ista regula multis modis limitatur,in quibus etiam præsumptiua probatio sufficit. Feli.in c.in præsentia,nu.27.de probat.& Alex.in consi.146.in 6.vol.ubi ait,probationem suf-
2 ficere per indicia & coniecturas,quando casus sunt clandestini. Item sufficit quando sumus in ijs,quæ sunt difficilis probationis. Soc.in consi.16.in 3.vol. Et probatio † difficilis esse dicitur circa ea,quæ fiunt de nocte. gl.est singul.secundum Ang.in l.si cùm exceptione.§.in hac actione.ff.quod met.cau.Item probatio semiplena sufficit in iudicijs summarijs executiuis, & in iudicio ad exhibendum. Soc.in consi.96.in 4.vol.Item etiam si probatio temporis certa & terminata exigeretur, tamen sufficeret, si præsumptiuè concluderet,probando olim inesse illam qualitatem.tex.est sing.& ibi tradunt Innoc.& Ant.de Butr.in c.proposuit,de cleric.excomm. & Aret.in consi.51.& sufficere,si probatio præsumptiuè concludit,docuit Alexan.in consi.82. col.3.in 3.vol.& an & quando sufficiat præsumptiua probatio,tradit Feli.in c. quia uerisimile, & in c.afferte,de præsumpt.& in rubrica de probat.

Summarium in l.cum res.C.de probat.

1 *Ad publicianam an requiratur ut quis mittatur in uacuam possessionem.*

Bar.in l.cum res.C.de probat.

1 BART. in hac.l.cum res,versi.quæritur,tractat utrum † ad publicianam requiratur,ut quis mittatur in uacuam possessionem. Vide Alex.in consi.10.in fi.in 4.volum.& in consi.seq.& in consi.112.eod.vol.& in consi.260.In causa & lite,col.1.& seq.in libro primi & secundi vol. Et dum Bar.hic propè fi.quærit,quomodo probetur tradentem fuisse dominum, ibi, sed qualiter respondebis ad istam.l.vide Alex.in consi.11.in 4.vol.& in consi.240.Viso & considerato,col. 2.in libro primi & secundi vol.& in consi.44.col.2.in 3.vol.& an per instrumentum solum emptionis probetur dominium? vide apud Soc.in consi.89.col.5.in 1.volu. uide Paul.de Castr.in consi.96.Bal.in consi.89.in 3.vol.& in consi.486.& in consi.379.eod.vol.

Summarium in l.non epistolis.C.de probat.

1 *Per uerba enunciatiua in epistolis uel libellis prolata, non probatur consanguinitas.*

Bar.in l.non epistolis.C.de probat.

1 BART. in hac l.non epistolis,sic ait in summa. Per uerba † enunciatiua in epistolis uel libellis prolata, non probatur consanguinitas. An autem per nominationem uxoris probetur matrimonium? vide Abb.in c.illud,col.2.& seq.de præsumpt.Ad ea uerò,quæ hic Bart. ponit, in fi. scilicet epistolam nihil probare in eo, quod partes inducere non potuissent, vide Roma. in consi.260.& Soc.in consi.231.col.7.ubi ponit quid iuris,si huiusmodi uerba prolata fuissent in literis principis.

Summa-

Summarium in l.non nudis.C.de probat.

1 *Asseueratio non probat fraternitatem.*

Bar.in l.non nudis.C.de probat.

1 BART. in hac.l.non nudis,sic ait in summa. Asseueratio † non probat fraternitatem. Vide Abb.in cons.6.col.pen.in 2.vol.& uide quæ pono in l.præcedenti. Et dum Bar.subdit,eum,qui est in quasi possessione consanguinitatis,præsumi consanguineum,nisi contrarium probetur, uideas Dec.in cons.64. Et ad cautelam de qua hic agit Bar.vide Alex.in cons.51.in 1.volum. & Capr.in cons.2.in 1.dub.& Barb.in cons.14.col.pen.& fi.& Dec.in cons.54.

Summarium in l.uis eius.C.de probat.

1 *Violenta possessio non releuat possidentem ab onere probandi.*

Bar.in l.uis eius.C.de probat.

1 BART. in hac.l.uis eius, ait, uiolentam † possessionem non releuare possidentem ab onere probandi. sed nunquid iusta possessio releuet ab onere probationis? vide Bar. in l.si prius. colu.9.in tertia oppos.ff.de oper.nou.nunc.ubi Alex. colu.9.& Ias.colu.14. & quod possessio violenta non releuet,vide apud Alex.in d.l.si prius, colum. 10.versi. De materia,ubi Ias.col.15. uersi.secundò limita.

Summarium in l.siue possidetis.C.de probat.

1 *Meum quod fuit uel authoris mei, semper præsumitur esse meum, nisi contrarium probetur.*

2 *Si hodie probo dominium, per hoc non infertur me in præteritum fuisse dominum.*

Bar.in l.siue possidetis.C.de probat.

1 BART. in hac l.siue possidetis,dicit,quod meum † fuit, uel authoris mei, semper præsumi esse meum,nisi contrarium probetur.Collige ex hoc tex.præsumptionem iuris transferre onus probandi in aduersarium. & vide Feli.in c. mandata,in principio de præsumpt. & pulchrè in c. scribam,col.2.& seq.eod.titulo.Alex.in consi.47.in 1.volu.& in consi.100. in fi.eod.volu.& in consi.109.col.fi.in 5.vol.Aret.in consi.15.col.2.& in consi.66.col.7.& in consi.82.colu.4. Et pro possessore præsumendum esse docuit Soc.in consi.164.col.3.& Barb.in consi.12.colu.5. in 3.vol.ubi ait,si probo me aliàs possedisse, & nũc possidere,præsumor etiam medio tempore possedisse. & Soc.in consi.262.col.4.& Corn.in consi.130.in 4.vol.Attende tamen,quia si ho
2 die † probo dominium, per hoc non infertur me in præteritum fuisse dominum,ut per Alex. in consi.16.in 5.vol.& ad hæc uide Alex.in consi.96.in fi.in 4.vol.& Federic.de Sen. in consi. 134.col.pen.& aliquid per Feli.in c.præsentia,de probat.& Roma.in consi.91.in fi.& in consi. 329.in fi.& Alex.in consi.133.col.2.in 1.vol.& in cons.108.col.pen.in 3.vol.& Rotam in decis.4.in titulo de probat.in nouis.Aret.in cons.68.col.3.& in cons.103.colu.3. & in consi.120. Abb.in c.cùm ad sedem,de rest.spoli.Fel in c.inter monasteriũ,in 13.limit.de re iudic.& Curt. in cons.24.in 1.dubio ubi declarat.& ad ea quæ Bar.hic subiungit in uersi.tu tamen dic clarius, de illo,quem constat semel possedisse,& allegat se hodie possidere.vide Abb.in c.cùm ecclesia, col.3.de cau.poss.& propriet.& Alex.in cons.222.Examinato processu.colu.1.in lib. primi & secundi vol.& in cons.35.col.2.in 5.volu.vbi declarat quomodo hoc debeat adduci. & Corn. in consi.117.in fi.in 4.vol.& Paul.de Cast.in cons.260.& ad prædicta vide Bar.in l.quod te.ff.si cert.pet.in col.fi.vbi Ias.col.fi.limitat dicens,& si in aliquibus casibus continuata possessio præ sumatur,hoc tamen non procedere in mobilibus.

Summarium in l.cum precibus.C.de probat.

1 *Quod in instrumento continetur præsumitur uerum.*

2 *Instrumentum an sit probatio probata, & faciat rem liquidam.*

Bar.in l.cum precibus.C.de probat.

1 BART. in hac l.cum precibus,dicit uerum † esse præsumi quod in instrumento continetur. vide Barb.in consi.43.col.6.in 1.uol.& in consi.51.col.1.eod.vol.Roma.in consi.297. colu.3. Imol.in consi.4.& in consi.28.in fi.& in consi.83. & in consi.114.colu.3. & in consi.123. & in consi.138.Ana.in consi.14.& in consi.8.& in consi.93.colum.4.& in consi.97.Item in dubio

sustinendus

sustinendus est contractus.l.cùm hic status.§.1.ff.de donat.inter uir.& uxor.Bal.in consi.38.in fi.in 3.vol.Curt.in repet.l.admonendi,col.36.ff.de iureiur.Alex.in consi.112.in 5.vol.Soci.in
2 consi.266.col.3.in 1.vol.ubi ponit,an † instrumentum sit probatio probata,& faciat rem liquidam.& Barb.in cons.85.col.2.in 3.vol.ubi ait,instrumentum præsumi tale,quale est in prima sui figura. vide quoque alia multa apud Soc.in consi.46.col.3.in 1.vol.Bald.in consi.352.in 3. vol.& in cons.450.eod.vol.& in cons.392.in 1.volu.Dec.in cons.36.& in cons.118.colum.2. Barb.in cons.72.col.3.in 4.vol.Paul.de Cast.in cons.330.Soc.in cons.213.colu.3.& in consi. 158.col.4.ubi declarat.& in cons.162.col.3.& in cons.264.

Summarium in l.exceptionem.C.de probat.

1 *Exceptio dilatoria solutionis potest proponi ab initio, sed debet proponi post intentionem actoris fundatã.*
2 *Judex an possit prorogare uel minuere tempus opponendi peremptorias exceptiones, uel dilationes.*

Bar.in l.exceptionem.C.de probat.

1 BART. in l.exceptionem, sic ait in summa. Exceptio † dilatoria solutionis potest proponi ab initio,sed debet proponi post intentionem actoris fundatam. An autem fideiussor oppone re debeat exceptionem excussionis ante litem contestatam? & quid in eo qui promisit aliqué seruare indemnem? vide apud Ias.in l.fi.in principio.col.1.uersi. adde aliam.ff. si cert.pet. Illud autem,quod peremptorium post sententiam obijci non potest,limita non procedere quando talis exceptio sententiam non oppugnat,sed moderatur executionem.l.ex diuerso.§.fi.ubi glo.
2 & Barto.& ibi posui.ff.sol.matr. Nunquid † autem iudex possit prorogare uel minuere tempus opponendi peremptorias exceptiones,uel dilationes? vide Bar.in l.ij.col.2.ff.de re iudic. Et regula est,dilatorias exceptiones opponi debere ante litem contestatam. ex qua infertur, omnes exceptiones,quæ impediunt litis ingressum,debere opponi ante litem contestatam,ut per Ias.in l.nulli,col.2.versi.sed pulchrum,suprà de iudic.ubi ponit quid in exceptione, ne continétia causæ diuidantur,an etiam post litem contestatam obijci possit. & in 3.colu.ibi ponit exceptionem mutationis litis,de qua in l.ubi cœptum.ff.de iudic.opponendam esse ante litis contestationem. idem in exceptione præuentionis. Hinc est,exceptionem illam,ut prius cognoscatur de causa spoliationis,cùm sit dilatoria,opponi non posse post litem contestatam in petitorio. istud est elegans Bartoli documentum in l. naturaliter.§. nihil commune, in 4. combinat. col.10.ff.de acquirend.possess.ubi subtiliter Aret.in 11.col. & sequ.& Alexand.in 34.col.vers. secundò,& Ias.in 36.col.versi.tertiò.ex quorum dictis colligit multas limitationes scitu dignas in hac materia,& ibi semper recurre. & duas limitationes ponit Ias.in l. eum qui ita.j. col.7.ff. de uerb.obligat. Adde casum in quo exceptio dilatoria potest opponi lite iam contestata, ut per Alex.in l.recusare.§.si quis alio,col.4.ff.ad Trebell.ut puta,quando grauamen est successiuum. Et istam regulã limitat Soc.in regula 126.& de peremptoria & dilatoria, uide apud Feli. in c.exceptionem,col.4.versi.ad materiam,in 14.fallent.de except.Et dum Bart.hic ait, quandam esse exceptionem dilatoriam pacti de non petendo usque ad certum tempus solutionis,& hanc ab initio proponi & probari oportere. Declara hoc esse uerum,si ad repellendum à iudicio actorem objceretur,ut hic,alioqui uerò si ad moderandam executionem sententiæ: quoniam tunc etiam post sententiam potest opponi,ut pono ad Bart.in l. ita stipulatus,in 1.quæst. col.19.versi.respondeo.ff.de uerb.oblig.

Summarium in auth.qui semel.C.de probat.

1 *Testes post didicita testificata produci non possunt.*
2 *Renunciatio facta in causa principali an porrigatur ad causam appellationis.*
3 *Publicatis attestationibus admittitur probatio oculata.*
4 *Admittuntur testes qui simul cum instrumento producuntur post publicatas attestationes.*
5 *Testis examinari non potest ad sui dicti declarationem, quando eius testimonium fuit publicatum.*
6 *Si publicatio testium facta non fuit à iudice qui tulit sententiam, an sententia sit nulla.*
7 *Testificata didicisse quomodo quis dicatur.*
8 *Testes an possint examinari super eo quod non dixerunt testes prius examinati, sed põt sub eo cõprehendi.*

9 *Iudex*

Iudex ex officio suo an possit saltem testes repetere.
Testes an possint produci in causa appellationis post didicita testificata.
Bar.in l.auth.qui semel.C.de probat.

BART. in ista auth. qui semel, ait in summa, post † didicita testificata testes produci non posse. De hac re vide Ias.in l.admonendi,colu.120. & 128.ff. de iureiur.& in his, qui ex peritia suæ artis testimonium dicunt.non subesse periculum subornationis. Dec.in c.proposuisti, col. 6.de probat.& aliquid uide per eundem in c.licèt causam,col.12.de probat.ubi ait, in causa fal sitatis,& restitutionis in integrum cessare timorem subornationis. Item quando pars non potuit esse instructa: nam in istis casibus super capitulis contrarijs testes producuntur. Ad ea verò quæ hic ponit Bar.in 4.col.versi.canonistæ contra,aut illi testes, qui de nouo producuntur, & reliqua. uideas Bar.Ias.& alios in auth.iubemus,suprà de iudic.ubi nulla facta mentione huius distinctionis Bartoli hic,dicunt.renunciationem non ualere,nisi fiat differentia, potuerit ne producere tempore renunciationis an non. quamuis ibi limitent tribus modis non procedere,hoc est quando iuramentum interponeretur,uel si hoc lege constitueretur, uel si in iudicio renunciarent. istis enim casibus ualet,ut ibi per Ias. Et dum Bar. hic subiungit ideo renunciationem non ualere,quia non porrigitur ad ea,quæ quis nesciebat sibi competere. vide ad hoc Feli.in c.cùm in causis,de testi.& aliquid in c.intimauit,col.2.uerſ.& aduerte,eod.titulo.& in c. constitut.2.& in c.cùm clamor,colu.3.& seq.& in c.cùm ueniſſent,col.2.eod.tit.Posteà quærit Bar.utrum † renũciatio facta in causa principali porrigatur ad causam appellationis? vide Abb. in c.fraternitatis,in 2.notab.de testi.& Feli.in d.c.cum ueniſſent,& aliquid in d.c.fraternitatis. Et dum Bar.hic in uersi.circa tertium,dicit quando quis productionem testium uult impedire propter publicationem, id communiter fieri posse. Nunquid autem uir inculpatæ uitæ produci posit etiam publicatis attestationibus? vide Ias.in auth.iubemus,col.3.uerſ.in contrariũ, & uersi.istam conclusionem,suprà de iudic.ubi refert Bal. sibi ipsi contrarium in ista quæst. de qua uide etiam Abb.in d.c.fraternitatis,col.4.cum ibi additis,& ibi Felin.colu.8.versic.modo, & quæ ibi habentur in additionibus. Item scias publicatis † attestationibus admitti probationem oculatam. ita sing.ait Bal.in l.j.C.quand. prouoc. non est necess. ad quem accedit Firma. in tract.de episcopo,in 5.par.quarti libri quæst. 11. Et an & quando publicatio testium nouam productionem impediat,uide apud Alex.in consi.181.in 7.volu. Item dicas publicatis testium dictis admittitur pars ad probandum quando mediantibus capitulis aduersarij non potuit cogitare illud super quo testes deposuerunt. Feli.in c.ex tenore.nu.5.de testi.Item publicatio testium,quando propterea non sunt didicita eorum dicta, non impedit aliorum testium productionem. Feli.in c.constitutis.2.de testi.Item admittuntur † testes qui simul cum instrumento producuntur: quia tunc cessat timor subornationis propter concomitantiam instrumenti.tex. est sing.secundum intellectum Ant.de Butr.in c.series,de testi.ita Roma.in singu.80.incip. Tu habes,cum ibi additis,per Castill.qui dicit,intellectum Ant.in d.c.series,* communiter approbari. Item post publicatas attestationes admittuntur testes, quando primi deposuerunt de credulitate tanquam periti in aliqua arte: nam alij peritiores possunt reperiri. Feli.in c.causa, de probat.Attende quoque in re proposita,quoniam & si testes communiter post didicita testimonia produci non possunt,tamen secundum Bal.poterit pars producere iudici nomina testium,& ipse,in quo cessat omnis suspicio, poterit & debebit ex officio suo examinare, ut docet Alex.in consi.238.in 6.vol.sed nescio an cesset suspicio,cùm ipsa pars potuerit eos instruere,antequam producat nomina ipsorum.vide etiam cautelam apud Cæpoll.in caut.166. Et in hac materia scias,testem † examinari non posse ad sui dicti declarationem,quando eius testimonium fuit publicatum; quia subest suspicio. Alex.in consi.85.in 7.vol.Item publicatis attestationibus possunt produci testes ad reprobationem testium ab aduersario productorum,secundum gl.& Bar.in §.quoniam verò,in auth. de testi. Et dum Bar.paulò post declarat in uersi.breuiter,quid sit publicatio,aitque quandam esse publicationem,ideſt manifestationem seu notificationem factam partibus de dictis testium,& reliqua,ut hic per eum. uide Alex.in consi.84. in 4.uol.

in 4.vol.Feli.in c.ueniens. 2.col. 3. uersi.in ea gl.de testi.& in c.2.in fin.eod.tit.& in d.c. frater-
6 nitatis.col.7.uersi.modò quærit. quid si † publicatio testium facta non fuit à iudice, qui tulit sententiam,an sententia,sit nulla? vide Feli.in c.I.& A.de re iudic. Et ad ea quæ hic ait Bart. in antepen.col.uersi.si uerò fieret,vide Bal.in consi.151.in 1.vol.& in c.ex parte,col.pen.de testi. ubi limitat,& Feli.in c.pastoralis,col.pen.de except.Subiungit posteà Bar.si publicatio ista de iure non ualuit propter aliquem defectum,eam non esse impedimento. vide Feli.in d.c.fraternitatis,uersi.est autem regulare,de testib.ubi eruditè de hac materia egit.& in c.literis,colu.2.
7 de offic.deleg.Et dum Bar.in uersi. primò qualiter,quærit quomodo † quis dicatur testificata didiciſse, & declarat ut hic per eum. tu uerò quæras,quid si pars fuit præsens attestationibus & dictis testium, quando examinabantur, an dicatur attestata didiciſse,ita ut noua productio testium reijciatur? vide Feli.in d.c.fraternitatis,col.7.& in c.pen.col.1.& seq. de testi.ubi uẽ-tilat hoc Bartoli documentum. Et dum Bar.hic discusit significationem uocis, percunctatus, de qua habetur in tex.uide plenè Feli.in c.tertiam,de testi.& pulchram limitationem ad istam materiam uide apud Aluarot.in titulo quæ sit inuestit.col.13.& Dec.in consi.82.colu.fin. ubi concludit, eum non posse dici dicta testium didiciſse, qui ea non legit, sed alium ea legentem
8 audiuit. Et dum subdit Bar. utrum † testes posint examinari super eo,quod non dixerunt testes prius examinati,sed potest sub eo comprehendi? vide latè Abb.in d.c.fraternitatis,colum. antepen.de probat.ubi Feli.col.pen. Et dum Bar. ponit exemplum in articulo, in quo dicebatur. Titium 10.annis præscripsisse,necessariò enim includitur titulus,& isto casu testis nouiter examinari non debet: secus quando de necessitate facti tantùm,non autem probationis includeretur,ut hic per Bar.uide Alex.in consi.203.Viso processu,col.2.uersi.nec etiam possunt, in libro primi & secundi vol.ubi sequitur hæc duo Bartoli documenta. & limitat secundum, nisi testis simpliciter iurasset dicere ueritatem super tota causa. & Roma.in consi.479.ubi quærit, an in eadem instantia uel alia, posit pars, quæ articulos produxit de tempore præscriptionis, sed obscurè,facere articulum declaratiuum temporis post didicitas attestationes? & ibi etiam
9 loquitur in causa summaria. Et an iudex † ex officio suo posit ipse saltem testes repetere? uel alios examinare? uide Aret.in c.cùm causam,col.2.de testi.& Feli. in d. c.fraternitatis,colu.7. eod.titulo. Et dum Bar.hic in pen.col.quærit,quid requiratur ad hoc ut testis dicatur falsus, & ad ea quæ ibi subdit Bar.in uersi.breuiter quandoque,uide Abb.in d.c.fraternitatis,col.pen.& ad uersiculum si uero uolo, vide Abb.in c.fraternitatis, col.fi.de probat. sed refragantur trad. per eundem Abb.in c.ex tenore,de testi.in 4.lectura. & Dec.in c.licèt causam,col.12.de probat.Et dum subiungit Bar.si uolo probare faciendo articulum directè cõtrarium, & non possum, vide Alex.in consi.43.col.fi.in 4.vol.& Feli.in d.c.licèt causam, col.17.Et dum Barto. in uersi.ex prædictis,concludit,si testis dixit aliquid super quibusdam circunstantiis, quæ in articulo non continebantur ad necessitatem probationis,& super eo testes produci posse post publicatas attestationes,quid si dixit falsum super istis circunstantijs,an præiudicet dictum suum? vide Aret.in consi.60.Corn.in consi.149.in 2.vol.ubi ait huiusmodi testem dici mendacem,
10 sed non falsum. Posteà Bar.quærit,nũquid † in causa appellationis posint produci testes post didicita testificata. vide Bar.in l.admonendi,col.fi.in ultima quæst.ff.de iureiur. Et ad ea quæ inquit Bar.in uers.quæro an in alia instantia,ibi,aliàs obstaret processus & sententia,vide Alex. in cons.203.col.2.in 2.vol.Dum autem Bar.hic in colu.fin.quærit utrum in causa inquisitionis posint testes nouiter produci post didicita testificata? vide Aret.in consi.100.col.3. & Alex. in d.consi.103.col.2.Et dum Bar.hic in fi.quærit,an de partium uoluntate testes produci possint post didicita testificata? vide Rom.in consi.479. ubi loquitur in eadem uel in alia instantia,& in causa summaria.

Summarium in l. si de possessione.C.de probat.

1 *Habere instrumentum cancellatum non prodest ei, qui subtraxit.*

Bar.in l.si de possessione.C.de probat.

1 BART. in hac.l. si de possessione, sic ait in summa. habere † instrumentum cancellatum non

non prodeſt ei,qui ſubtraxit. ad materiam huius.l.uide Barb.in conſi.53.in 3.vol. & Feli. in c. cùm uenerabilis.col.5.de except.Anchar.in conſi.173.col.2.& Bal.in l.j.infrà titulo 2.Roma. in conſ.346.& Feli.in c.ſicut,col.5.de iudic.

Summarium in l.ad probationem.C.de probat.

Inſtrumenta proſunt illis quorum mandata ſunt perfecta, non autem extraneis.

Bar.in l.ad probationem.C.de probat.

BART. in hac l.ad probationem,ait,inſtrumenta† prodeſſe ijs,quorum mandato ſunt perfecta,non autem extraneis. item articulum impertinentem non eſſe admittendum. vide Barb. in conſ.58.col.4.in 2.uol.& in conſ.52.col.3.inter conſilia Alexan. in 4.uol. & in conſ.11.col. 10.in 2.uolu.& in alijs multis conſilijs ſuis, quæ omnia referre non curo. Et dum Bart.hic in fi. agit.de articulo,qui adminiculatur; quæro,quid ſi articulus parum facit ad cauſam, an debeat admitti? Bald.eum admittendum eſſe perhibet in cap.quoniam, de teſti.ſed contrarium tenet Dec.in c.cùm dilecti,in quarto notab.de except.vide doct.in l.j.ff.ſi cert.pet. vbi Bart.dicit,teſtes dictum ſuum declarare poſſe.

Summarium in l.actor.C.de probat.

Actori incumbit onus probandi,alioqui reus abſoluitur.

Bar. in l.actor quod aſſeuerat.C.de probat.

BAR. in hac l.actor,ait, actori† incumbere onus probandi, alioqui eo non probante reus abſoluitur. Hinc eſt,reum non teneri ſuſcipere iuramentum. Soci.in conſi.184.in primo uol. Abb. & alij plenè in cap.fi. de iureiur. & quomodo iſta regula locum habeat, & quæ remedia reo contra acto rem contumacem deſeruiant, vide Abb.in capitulo cauſam,de dol.& contum. Et limita iſtam regulam ut per Alex.in l.nec is,in princip.ff.de acquiren.hæred. Adde pro iſta regula ut reus abſoluatur,qui procedit etiam ſi actor eſſet perſona legalis, & ualde honeſta, & reus malæ conditionis,& aſſumeret onus probãdi,& deficeret.Dec.in l.qui accuſare, de eden. & de hac regula uide Iaſ.in l.Iulianus.ff.de condi.indeb. & Feli.in cap.cum tertio, de probat.

Summarium in l.iubemus.C. de probat.

Ille qui producit ſcripturas ſuſpectas debet probare eas eſſe ueras, alioqui eum puniri poſſe de falſo, iudicis officio.

Bar.in l.iubemus.C. de probat.

BART. in hac l.iubemus,ait,eum, qui producit† ſcripturas ſuſpectas, debere probare eas eſſe ueras, alioqui eum de falſo puniri debere officio iudicis. ſed declara ut per Alexand. in conſi.77. In cauſa accuſationis,in princip.in primo uolum.vbi ait, hunc teneri de falſo,quia ſuſpectam ſcripturam porrexit, non autem quia falſum inſtrumentum fieri fecerit. & in conſ.62. colu.2.in tertio uolu.

Summarium in l. ſciant cuncti.C. de probat.

In criminalibus exiguntur probationes luce clariores.

Bar.in l.ſciant cuncti.C. de probat.

BART. in hac.l. ſciant cuncti,dicit,in criminalibus† exigi probationes luce clariores. Attende tamen quia etiam ſi probatum eſſet plenè, tamen ſemiplena probatio & imperfecta in criminalibus facta ad fauorem rei elidit plenam probationem contra eum factam, ita ut abſolui debeat.ita Petr.de Anchar.in repet.cap.in præſentia, colu.6.de probat. Et quæ probatio dicatur eſſe plena,& quæ ſemiplena, vide apud Abb.in cap.fi.§.ſanè, de iureiuran. Et quomodo per indicia probetur,vide quæ poſui in l.neque natales,ſuprà eodem.& Abb.in capitulo tertio loco,colu.penul.de probat.& ad iſtam l.uide Roma.in conſi.54.in fi. Cæpoll.in conſ.6.col.3. & Feli.in cap.prudentiam.§.ſexta,col.2.& ſequ.de offic.deleg.& egregiè Alexand. in l.iiij.col. 2.infrà de teſtam. Dicas etiam non ſolùm in criminalibus,ſed etiam ubi petitur pœna, requiritur liquida probatio eorum, quæ ad commiſsionem pœnæ adducuntur. ita Bald.in c.1.in titu. qualiter domin.propri.vbi ait hoc probari per tex.ſing.in l.in teſtamẽto.ff.de cond.& demon.

ad quem accedit Alex. in conſ. 175. viſo themate, in lib. primi & ſecundi uol. & Soci. in conſ. 8. viſis & diligenter, verſ. nec obſt. in primo uolu. & pulchra exempla ad hanc l. vide apud Alex. in conſ. 207. in lib. primi & ſecundi uol. & in conſi. 89. in 3. volu. Paul. de Caſtr. in conſi. 197. Fulg. in conſi. 174. vbi loquitur in crimine falſi, & Ana. in conſ. 59.

Summarium in l. etiam. C. de teſtib.

1 *Domeſtici teſtes non admittuntur.*
2 *In probanda conſanguinitate conſanguinei alios teſtes excludunt.*

Bar. in l. etiam. C. de teſtib.

1 BART. in hac. l. etiam, inquit, teſtimonium † domeſticæ perſonæ non ualere. Limita hoc non procedere quò ad probandam innocentiam alicuius. ita Specu. in tit. de inquiſit. §. 1. verſ. ſed nunquid. idem tenuit Alex. in conſi. 5. nu. 15. in primo uol. vbi eleganter loquitur in hac materia, ideo eum uide omnino. & in conſi. 4. in fi. in 6. uol. & not. in conſil. 119. in 7. uolu. vbi docuit in cauſa capitali fratrem pro fratre admitti poſſe: & hoc idem de innocentia confirmatur per Crauet. in conſ. 2. nu. 10. Item hęc regula limitatur non procedere in ijs, quæ domi geruntur, in quibus non ſolùm domeſtici admittuntur, ſed etiam cæteris præſe runtur, vt melius inſtructi. ita Bart. in l. quoties. C. de naufrag. lib. 11. & Paulum Grillandum in tracta. de relaxatione carceratorum, in titu. de abſolutione, quæſt. 3. Item limitatur iſta lex ut non habeat locum in ijs, quæ ſui natura, non autem caſu, aliter probari non poſſunt. ita Alex. in conſi. 320. in libro primi & ſecundi uolu. & Soci. in conſi. 17. in primo uolu. Feli. in cap. tertio loco, de probat. & in cap. veniens. nu. 3. de teſti. & Alberic. in tract. de teſtibus, in cap. quando teſtes repelluntur ratione domeſticitatis. in fine. Item fallit in probanda conſanguinitate,
2 † nam conſanguinei alios teſtes excludunt. Feli. in capitulo quoties, de teſtib. Item fallit iſta l. quando huiuſmodi teſtes à partibus uocati uel rogati fuere. ita Cæpol. in cautel. 219. Et an & quando teſtes domeſtici & familiares admittantur, & qui nam dicantur eſſe domeſtici, uide apud Abb. & alios in capitulo in literis, de teſti. Et ad materiam huius. l. vide Alexand. in conſi. 122. colu. 3. in quarto uolu. & in conſi. 78. col. 2. in primo uolu. & in conſi. 111. colu. penult. in tertio uolu. & in conſi. 14. col. fi. in quinto uolu. & in conſi. 148. in eodem uolu. vbi loquitur de affine. & in conſi. 149. vbi agit de conuerſante, ut ipſe ait, in domo. & in conſi. 102. in quinto uol. Roma. in conſi. 7. Feli. in c. 1. de teſti. & in cap. inſuper, & in c. in literis, eodem titu. de teſti. Barb. in conſi. 50. col. 8. in primo uolu. & in conſi. 2. in 2. uol. & in conſi. 36. col. 12. eodem uol. Imol. in conſi. 35. col. 5. & ſeq. & in conſi. 105. col. 3. & in conſi. 106. & in conſi. 135. & in conſ. 138. Ana. in conſ. 52. & in conſi. 55. col. 2. & ſeq. Aret. in conſi. 13. in quarto dub. & in conſ. 61. Abb. in d. c. in literis. & ibi etiam Bal. Angel. in conſi. 194. Roma. in conſi. 420. & in conſi. 451. vbi loquitur in teſte conſanguineo, qui deponit ſuper adulterio uxoris conſanguinei, & in conſilio 382. & Soci. in conſi. 17. vbi tractat de adulterio. & quomodo accipiatur iſta uox, domeſtici, Fulg. in conſi. 11. Angel. in conſi. 194. Barb. in c. 3. in fi. de reb. eccleſ. non alien. Dec. in conſi. 133. Bal. in conſ. 352. in quinto uol. Ancha. in conſi. 246.

Summarium in l. ſolam. C. de teſtib.

1 *Solam atteſtationem legitimis adminiculis non ſubnixam non probare.*
2 *Quales eſſe debeant teſtes in cauſa criminali, & quæ contra eos opponi poſſunt.*
3 *Teſtis qui dicit ſe ſcire, non probat niſi afferat rationem.*
4 *Ille qui ſuper negatiua teſtimonium dicit, debet etiam non interrogatus cauſam reddere.*
5 *Teſtis qui deponit ſuper eo, quod eſt iuris, uel in quo multum laborat ratio intellectus nō probat niſi etiā non interrogatus reddat ſui dicti rationem.*

Bar. in l. ſolam. C. de teſtib.

1 BART. in hac l. ſolam, ait, ſolam † atteſtationem legitimis adminiculis non ſubnixam non probare. dicitque ſolam dici eſſe atteſtationem quando teſtis non iurauit. adde gl. in l. hac conſultiſſima,

sultissima,& ibi Bart.& omnes,infrà de test.& Bar.in repet.l.admonendi,colu.10.vers. quid si. ff.de iureiur.vbi Ias.colum. 86. Et dum subdit Bar.testem non teneri causam reddere sui dicti, nisi fuerit interrogatus,limita hoc non procedere in criminalibus, in quibus tenetur rationem reddere,etiam non interrogatus; alioqui ei non crederetur. Salic.in l.fi.suprà de probat. Alex.
2 in consi.15.in primo uolu.& Ias.in repet.l.admonendi colu.102.vers.item in causis.ff.de iureiur.& quales esse † debeant testes in causa criminali,& quæ cõtra eos opponi possint, vide per Cravet.in cons.6.& in consi.9.Et dum in uers.sed si deposuit,perhibet, dictum testis interroga ti de scientia super eo, quod non percipitur sensu, non ualere nisi rationem reddat per sensum corporis,credo ego istud procedere, etiam si de scientia non fuisset interrogatus: quia deponit super eo,quod non percipitur sensu. hinc opinor Bart.in l.j.col.2.vers.ex hoc ff.si cert.pet. malè dicere, præsupponit enim testimonium eius, qui dixit de mutuo, ualere nulla ratione red dita,quando non fuit interrogatus: nam dicendo de mutuo, nisi declaret dictum suum, loquitur de eo,quod est iuris tantùm,igitur non ualet. & ad hoc facit sing. dictum Bald. relatum ab
3 Alexan.in d.l.j.colu.7.versi.accedat,vbi ait,testem,† qui dixit se scire,non probare, nisi afferat rationem. idque quia illud uerbum,scire,intelligi posset de uehementi opinione: ideo propter hanc ambiguitatem ratio est necessaria, quæ concludat per sensum corporis. & ita dicit limitandam esse istam glo.hic,quamuis ibi Alex.quò ad uerbum,scire,hoc reprobet. Limita etiam hoc Bar.documentum non procedere,quando testis facilè potest percipere id, de quo agitur; nam eo casu probat quamuis non reddat rationẽ per sensum corporis,vt declarat Soci.in cons. 171.colu.2.in primo uolu.& hoc modo fortasse prædicta saluari possent. & ad hæc dicta Bart.
4 vide Alex.in consi.136.col.3.in primo uolu. vbi sequitur. Item scias eum,qui † super negatiua testimonium dicit,debere etiam non interrogatus causam reddere.Curt.in tracta. de testibus, vers.vigesimooctauò. Adde quòd statutum ualidans dictum testis cum mala ratione non ualet. Dec.pulchrè in consi.37.vbi etiam dicit, si statuto cautum esset, testem simpliciter sine interrogatione probare,eum tamen teneri rationem reddere. Et dum Bart.hic ponit exemplum in teste, qui deponit super dominio, vt non probet nisi reddat rationem quamuis non fuerit interrogatus,quia dominium est quid iuris,amplia hoc procedere etiam si rationem redderet; quia uidit uel audiuit. ita Imol.in l.sciendum.ff.de verb.obligat.colum.10. & Alexan.in consi. 291. Excellentissime domine,in lib.primi & secundi uolu. & ad hæc uideas eundem Alexand. in consi.152.Visis dispositionibus, colum.penul.in eodem lib.& in consi.148.& in consi.2.in tertio uolu.Feli.plenè in cap.cùm causam,de testi.& in cap.per tuas,eodem titu.Cæpol.in consilio 28.colu.penul.Barb.in consi.8.& in cons.29. colu.28.in primo uolu. Alex. in consi. in primo uol.& ad illud quod prædictum est de redditione rationis,uide Alexan.in consi.250.In causa & lite,in lib.primi & secundi uol.& in cons.28.in 5.uol.vbi pulchrum exẽplum adducens
5 ait,testem,† qui dicit super eo quod est iuris, uel in quo multùm laborat ratio intellectus, non probare,nisi etiam non interrogatus reddat sui dicti rationem. & aliquid uide apud Bal.in cõs. 181.in 4.uol.& per Corn.in consi.144.in 4.uol.Soc.in cons.39.col.3.in primo uol.vbi loquitur de illo,qui dicit,aliquem esse mutum.& Dec.in cons.109.col.3.vbi agit de illo, qui dicit aliquid esse de pertinentijs talis rei.& in cons.37.& in cons.160.Barb.in cons.24.col.3.in 4.uol. Paul.de Castr.in cons.179.in fi.Alex.in l.j.in princip.col.2.ff.de oper.no.nunci.& Card.in consil.25.& in cons.123.& de hac re uide Dec.in consi.101. & omnino Ias.in repet.l.admonendi, col.78.ff.de iureiur.& Soc.in cons.143.in primo uolu.vbi concludit,testem,qui deponit super ijs,quæ iudicio intellectus percipiuntur,etiam non interrogatum teneri rationem reddere.

Summarium in l. parentes.C. de testib.

1 *Ascendentes,& descendentes non sunt idonei testes.*

Bar.in l.parentes.C.de testib.

1 Bart. in hac l.parentes, in qua habetur, ascendentes † & descendentes non esse idoneos testes, quærit quid de fratre? vide ad istam l.plenè Cæpoll.in consi.3. & in consil.21. Barb.in

cons. 19.colu.6.in primo uol.Feli.in c.literis, de præsumpt.& in c.cùm M.Ferrarien. colu.7.de const.& in c.in præsentia,col. 10.de probat.& in c.cum nuncijs,de testi.& in c.in literis,col.12. vers.fallit sextò,eod.tit.& uide quæ posui in l.etiam,suprà eod.tit.

Summarium in l.iurisiurandi.C.de testib.

1 *Dicto unius testis credendum non est.*
2 *Unicus testis deponens de suo facto probat.*
3 *Unius testis dicto creditur quando cum eo alia concurrunt indicia.*
4 *Iudex potest credere dicto testium singularium.*
5 *Testis non debet iurare die feriato, alioqui non probat.*

Bar.in l.iurisiurandi.C.de testib.

1 BART. in hac.l.iurisiurandi, ait, dicto † unius testis credendum non esse: nam ut Bald.inquit, uox unius est uox nullius. adde quod à Papa uel Imperatore sanciri non posset, *ut dicto* unius fides habeatur.cap.indicas Hermanum. 3.quæst. 9.Roma.in singul.707.incip.*An Papa*, cum ibi addit.per Castill.& Feli.in capitulo constitutus, nume. 24. de rescript. vide eundem *in* capitulo ueniens,nu. 23.de testi. & in cap.licèt uniuersis, eodem titu. Limita regulam huius.l. non habere locum quò ad dissoluendum matrimonium, quia dictum unius sufficit, cap.super eo,in secundo responso,de testi. & ita istam l.limitat Rom.in singul.616.incip. Dictum unius. Item dicto unius testis statur contra producentem,quoniam ab eo censetur approbatus.argumento.l.cum precum,infrà de liber.cau.& ita docuit Mari.Soci.iuni.in consi.69. nu. 11. Item
2 unicus † testis deponens de suo facto probat, secundum Salic. quem refert & sequitur Alexan. in consi. 197.in septimo uolu. Item unus testis interrogatus super ueritate negocij, si est bonæ uitæ,facit indicium. Alexand.in consi. 325.in lib.primi & secundi uolu. Item scias, quamuis unicus testis non faciat fidem in probanda aliqua dispositione, tamen secus esse ubi de declaranda alicuius mente ageretur; quoniam unus testis facit indicium, & uoluntas ex indicijs
3 declaratur. ita Alexand.in cons.75. colu.4. in quinto uolu. Item unius † testis dicto creditur, quando cum eo alia concurrunt indicia. Bar.in l.j.§. idem Cornelio.ff.quæstion. Ias.in l.admonendi.ff.de iureiur.& Mari.Socin. iuni.in cons.61.nu.8. Item dicto unius,qui sit electus de uoluntate partium,creditur. Bart.in princip.finis. ff.de uerbor. obligat. vbi omnes, & præcipuè Ias. vbi ait hoc per statutum uel consuetudinem fieri non posse, quamuis per pactum fiat. vbi etiam subdit,isto casu necessarium non esse iuramentum. Et de hac re an inter partes hoc pacisci possit? vide Feli. in d.cap.veniens, vbi docuit in multis casibus dicto unius fidem haberi posse. & quam probationem faciat unus testis, latè aperuit Ias.in repet.l.admonendi, colu.73.
4 cum sequ.ff.de iureiur.vbi posuit xxx.casus, in quibus plenè probat. Item iudex † potest credere dicto testium singularium. Socin.in consi.262.colu.5.& sequ.vers.ex quibus in primo uolu. Et dum in hoc text.dicitur,testes iurare debere: Dicas hoc usque adeò uerum esse,ut contrarium à Papa dispensari non posset: ita Feli.in cap.constitutus, num.23.de rescript. vbi hoc dictum extollit ut aureum & mirabile. immo, si iurat non tangẽdo scripturam,eius testimonium
5 est inefficax,& inane,secundum Feli.in cap.fraternitatis,num.25.de testi. Item testis † non debet iurare die feriato, alioqui non probat. Alexand.in cons.46. in sexto uolu. Limita hanc regulam non procedere,quando ad declaranda eorum testimonia uocarentur. Dec.in l.j.§.creditur,colu.4.uers.quarta conclusio.ff.si cert.peta. Nunquid autem iusiurandum generale sufficiat? vt puta,si quis iurasset semper dicere ueritatem, ut est tabellio, uel mercator matriculatus,qui generaliter iurant? nunquid si producuntur ut testes iurare debeant an non? vide Ias. in d.l.admonendi,colu. 58.& colum. 86. cum sequ. vbi propè infinita disseruit in materia iuramenti testium, quem semper uideas in hac re. An autem testis iuramentum remitti possit à partibus. vide Feli.in capitulo tuis quæstionibus,de testib.vbi tradit quando testes dictum ualeat sine iuramento.

Summa-

Summarium in l.omnibus.C. de testib.

1 *Idoneus testis non est quis in causa propria.*
2 *Legatarius an possit esse testis in causa testamenti.*

Bar.in l.omnibus.C.de testi.

1 BART. in hac l.omnibus, ait, in re propria † multum esse idoneum testem. vide Cæpoll. in consi.34.col.3.Imol.in consi.111.in fi.Alex.in consi.124.colu.fi.in 1.volu.& in consi.136. col.fi.eod.vol.& in consi.62.in 3.volum.Attende tamen quia quando actor uel reus semiplenè probauit,eis defertur iuramentum in supplementum probationis,& sic testes sunt in causa propria. de qua re agit Bar.& alij in l.admonendi,columna penultima,uersic. hoc præmitto.ff.de iureiuran. Limita regulam huius.l.non procedere, quando quis non prætenderet aliquod interesse principaliter,sed in consequentiam,ut puta,si episcopus petit quartam decimarum contra unam ecclesiam, & rector illius ecclesiæ afferat generalem consuetudinem in contrarium, hoc est,nullam ecclesiam soluere,seu rectores earum: nam hoc probari poterit per alios rectores ecclesiarum, quamuis ad eorum utilitatem in quandam consequentiam, atque ita ad proprium commodum deponere uideantur. ita inquit Io.Andr.in cap.sine possessione, colu.pen. de regul.iur.in sexto, in mercurialibus, quem refert & sequitur Alexand. in consi.40.columna
2 penult.in quarto uolu. An autem legatarius † possit esse testis in causa testamenti? vide disputationem ad utranque partem apud Abb.in capitulo insuper, nume.9.de testib.& ibi Felin.& alios. Et dum agit hic Bart. de uenditore, vtrum possit esse testis pro suo emptore, vide Alex. in consi.5.colu.5.in primo uolu.& quæ posui ad Bar.in l.deferre.ff. de iur.fisc. & Feli.in d.cap. insuper,colu.6.versic.tertio quæritur. Et an & quando quis possit esse testis in causa propria? vide Feli.in cap.4.de testib. Adde quòd testis potest esse quis in causa in qua agitur de sua utilitate,quando protestatur se nolle aliquod ius acquirere. Thomas Ferratius in caut.40.

Summarium in l.quoniam.C.de testib.

1 *Socius non potest esse testis pro socio, quando sunt socij omnium bonorum.*
2 *Socius an interrogari possit de iniuria illata socio.*

Bar.in l.quoniam.C.de testib.

1 BART. in hac l.quoniam, versicu. quærit glo. ait, socium † non posse esse testem pro socio, quando sunt socij omnium bonorum. Vide in hac re Alberic.in tracta.de testibus, in capitulo quando testes repellantur ratione domesticitatis. & Alexand. in l.serui electione.§.primo.colum.2.versic. facit etiam ista materia.ff.de lega.primo.& Angel. in consi.295. Visis attestationibus. Areti.in consi.13.colu.2.& in consi.6.& in consi.164. Feli.in capitulo insuper, colum.6.vers.Decimò quærit, de testib.& in capitulo cùm à nobis, colu.5.versic.sed aduerte, eodem titulo. & in capitulo venerabilis, colu.1.de testib. Cæpoll.in consi.72.colum.3. Anan. in cons.59.colu.3.Alexand.in cons.132.colum.fin. in primo uolu. Abb.in cap.1.de confess.& glo.& ibi doct.in capitulo cùm.V.in fi.de offic. delega. & Alexand. in consi.111. visa facti narratione,colu.fi.in libro primi & secundi uoluminis. Et aduerte quia quamuis Bart. hic loquitur in socio omnium bonorum, tamen Alexand.in dicto consilio. & multi alij,loquitur in socio & participe criminis, & idem loquitur Alexand. in quibusdam alijs consilijs. in eodem libro.
2 Et an socius † interrogari possit de iniuria illata socio? vide hic Salic.& aliquid per Bald.in l.ut uim.ff.de iust.& iur. & Feli.in capitulo cùm I. & A. colu.4.de re iudic. Alexand. in consi.6.col. 2.in tertio uolu.vbi loquitur in participe criminis, & uasalli in dominum, & iam damnato de crimine ut possit esse testis contra participes, etiam si prius dixissent testimonium contra eum super crimine. & in cons.89.in tertio uolu. & in consi.99. eodem uolumine. vbi agit de associante,& in cons.127.colu.penult.& fi.in quarto uolu. & in consi.157. in quinto uolu.& Bald. in cap.1.de confess.& Dec.in consi.100.colu.8.& omnino in consi.234.vbi ait,socium criminis nullum prorsus iudicium facere contra socium,exceptis quibusdam casibus, in quibus potest interrogari,& fidem facit. & in hac materia uide Feli. in c.ueniens, de testi. & in c.uenera-

bilis,de testi.cogen.Abb.in d.cap.1.de confess.& in c.significasti, de adulter. & omnino Bart. & ibi ad eum addita in l.repeti.ff.de quæstion.vbi inter cætera traditum est, in causa furti posse socium interrogari,vt ait etiam Alex. in cons.89.in tertio uol. & multi sunt casus, in quibus socius interrogatur, ut in crimine hæresis, & in alijs casibus, de quibus agit Specul.in titu.de accusatore,colu.4.vers.item repellitur. & prædicta procedunt ut socius criminis communiter non sit idoneus testis,quando criminaliter ageretur, secus si ciuiliter; quia tunc socius criminis potest interrogari. Aret.in cons.61.col.1.

Summarium in l.libertorum. C.de testib.

1 *Dictum testis non citati an ualeat.*

Bar.in l.libertorum.C. de testi.

1 BART. in hac l.libertorum, quærit, nunquid dictum † testis non citati ualeat? Dicas testem examinatum parte non citata nullum penitus indicium facere, etiam si causa solennitate iuris omissa expediretur. Feli.in cap.2.nume.6.de testib. vbi subiungit tamen aliquos casus,in quibus sine citatione possunt examinari. videas quoque Soci.in consi.262.colum.4. in primo uolum. vbi dicit testes parte non citata examinari posse, quando periculum imminet, eos non posse amplius haberi. communiter autem & testes & scripturæ produci debent parte citata. Alexand.in cons.64.colu.3. in tertio uolu. & testes in criminalibus examinati non citata parte nihil probant,& nullum faciunt indicium ad tormenta.Alex.in consi.325.in lib.primi & secundi uol.& Dec. in consi.54.

Summarium in l.nullum. C.de testibus.

1 *Testis ferre debet testimonium omni fori præscriptione cessante.*

Bar. in l.nullum.C. de testib.

1 BART. in hac l.nullum, dicit, testem † ferre debere testimonium omni fori præscriptione cessante. Ad hanc l.vide Bald.in cons.101.in fi. in primo uolu. Feli.in c.2.colu.2. de testi.cogen.& in c.suspicionis,colum.1.de offic.delega.Angel.de malefic.in glo.in uoce, Falsario,col.4.vers.testis dixit. Imol.in consi.139. Abb.in cap.verum,colu.5.de foro compet.& in cap.ecclesia sanctæ Mariæ,in tertio notab.de constitu. hoc tamen non habet locum in clerico coram laico. Feli.in capitulo at si clerici,in principio.col.10.vers.fallit quartò,de iudic.Abb.in c.præterea,de offic.deleg.Aret.in cap.cum literis,colu.2.de testi.& Feli.in d.cap.præterea,& in d.c. uerum. Et hoc procedit etiam in arbitris,de quibus in d.c.suspitionis. & illi possunt punire testes, qui coram se falsum testimonium protulerunt. ita Abb.& alij.in d.c.suspicionis, & præcipuè Barb.in 6.colu.cum seq.

Summarium in l.siquis testibus.C.de testibus.

1 *Contra personam testis quem quis semel produxit,non potest aliquis excipere,nisi causa superueniente.*

Bar.in l.si quis testibus.C.de testib.

1 BART. in hac l. si quis testibus,sic ait in summa. Contra † personam testis, quem quis semel produxit,non potest aliquis excipere,nisi causa superueniente,sed contra eorum dicta pot test semper obijcere.vide Bal.in l.j.§.bestias.ff.de postul. & ad istam l.dum in ea de teste inimico agitur,vide Alex.in l.præscriptione,suprà si contr. ius uel util.public. & limita istam l.ut per Bal.in cons.41.col.2.in 5.uol.vide Roma.in cons.331.& Io.Andr.in addit.ad Specu.in titu.de test.§.sæpe,in prima addit.& in simili. Paul.de Cast.in l.quicunque, infrà de seru.fugit. Alex.in cons.111.col.2.in 3.uol.vbi dicit,eum,qui producit instrumentum,uideri illud approbare, ita ut illud amplius inefficax dicere nequeat. Limita quoque istam l.ut per Areti. in l.nec furiosus, col.2.vers.in glo.vltra.ff.de testam.& pro declaratione uide Bal.in cons.189.in 3.uol.

Summarium in l.testium. C.de testibus.

1 *De debito in scriptis contracto non potest probari liberatio, nisi per quinque testes uel aliam scripturam.*

2 *Statutum an ualeat, quo cautum est, solutionem debiti nisi per instrumentum probari non posse, an hoc etiam per pactum fieri possit.*

Bar.

Bar. in l. testium. C. de testib.

1 BART. in hac l. testium, sic ait in summa. De debito † in scriptis contracto nō potest probari liberatio, nisi per quinque testes, uel aliam scripturam. intellige & declara istam l. & alias similes, quæ requirunt scripturam, vt per Felin. in cap. 2. colu. 5. vers. secundò intellige, de probat. & in c. quoniam contra, colu. 10. eodem titu. & in capitulo licèt ex quadam, de testib. & in cap. sicut, col. 1. cum sequ. de re iudic. & vide ad hæc Barb. in cons. 19. col. 2. & 5. in primo uol. Et attende quoniam si iudex aliam probationem admitteret parte contradicente, & protestante, talis probatio non ualeret, etiam si pars ipsa non appellasset. ita colligitur ex dictis Felin. in c. cùm contingat, col. 2. vers. & nota ad hæc, de offic. deleg. & pro ampliatione uideas Anch. in cons. 350. & Feli. in cap. inter monasterium, colu. 14. de re iudic. & addita ad Abb. in c. fi. col. 3. in quinto notab. de succes. ab intest. & Alex. in cons. 68. in 3. uol. & in cons. 36. in quinto uo-
2 lu. & in cons. 50. eod. vol. vbi tradit, an statutum † ualeat, quo cautum est, solutionem debiti nisi per instrumentum probari non posse. & an hoc etiam per pactum fieri possit. & de hoc uide quoque Fulg. in cons. 200. vbi ponit, quid si huiusmodi pactum esset iuramento subnixum. Et dum Bar. hic in 2. notab. ait, testes debere testimonium ferre de eo, quod ipsi sciunt, & percepe runt per sensum corporis, vide quæ dixi in l. solam, suprà eod. & quæ posui ad Bar. in l. qui testamenta §. fi. ff. de testam. Et ad ea quæ Bar. subiungit de testimonio de auditu, vide quæ scripsimus de hac re in locis hic citatis per Bar. & alibi.

Summarium in l. siquando. C. de testib.

1 *In electione testis est satisdare, uel iurare de non recedendo.*
2 *Testes debent iurare præsentibus partibus.*

Bar. in l. si quando. C. de testib.

1 BART. in hac l. si quando, ait, in electione † testis esse satisdare, uel iurare de non recedendo, & reliqua ut hic per eum in summa. Ad istam l. vide Alexan. in cons. 105. colu. 2. in tertio uol. vbi dicit, scripturam etiam priuatam produci debere parte præsente vel citata. & in cons. 82. col. fi. eodem uolu. & in cons. 120. col. 3. in quinto uol. & Bal. in c. 1. si duo, de pac. ten. & testes debere examinari parte citata, vide Bar. in l. admonendi, colu. 10. de iureiur. vbi uult, testes receptos inter alias personas probare, si sunt mortui, id quod uidetur singulare. Et dum ex fine
ff.de liber.& posth. An stante prædicto statuto mulier posit dare bona sua in dotem marito forensi? Barb.in d.rub.in ultima q.& Curt.in cons.27.vbi tradit etiam quid si debet dotem inæstimatum,an ualeat saltem donec matrimonium dissoluatur? & Paul.de Cast.in cons.340. quid si hoc statutum uenditionem prohibet, nunquid locum habeat in permutatione? vide Bald.in consi.65.in 4.uol.& quomodo intelligatur statutum prohibens alienationē, tradit Bal.in auth. ei qui.C.de bon.aut.iudic.possid. Nunquid istud statutū ualeat in foro conscientiæ? vide Aret. in l.si ita quis.§.ea lege,col.3.ff.de uerb.oblig. An hoc statutum obliget forenses,qui antea acquisita retinent, vide Ias.in l.j.§.veteres,colu.5.ff.de acquiren.possess. An autem non obstante isto statuto, posit forensis à clerico acquirere, vide Federic. de Senis.in d.cons.85.& doct.in c.fi.de immunit.eccles. Attende etiam in hac materia quoniam ut plurimùm in huiusmodi statutis fit mentio de forensibus non subditis statuentibus,& ideo quis † dicatur propriè subditus 4
in materia statutorum,vide apud Abb.in cap.proposuisti,de for.compet.in principio. Anto.de Butr.in consi.21.in fi.& Soc.in consi.227.col.7. Et an isto casu mulier nupta non subdito, dicatur subdita ratione domicilij originis. vide glo. in l.origine.C. de municip.& origin. lib.10.& Bart.in l.cùm quædam.ff.de iurisdi.omni.iudic.& Soc.in d.consi.227. Et an mulier nupta non subdito,desinat esse ciuis propriæ ciuitatis,Bar.in l.fi.§.idem rescripserunt.ff. ad municip.

Bart.in l.fi.C.de contrah.empt.

Bart. in hac l.fi.ait, se materiam huius.l.tractasse in l.si quis arbitratu. limita tu hanc.l.ut per Abb.in consi.80.in primo dub.in secundo uol.& ad l.hanc,vide Ana.in consi.19.in primo dub.& in cons.128.col.fi.& in consi.160.col.4.

Summarium in l.emptor.C.de hæredi.uel acti.uendi.

1 *Actiones directas intentandas esse nomine cedentis seu mandantis, & utiles nomine cessionarij.*

Bar.in l.emptor.C.de hæred.uel action.uend.

1 Bart. in hac l.emptor, inquit, actiones † directas intentandas esse nomine cedentis seu mandantis,& utiles nomine cessionarij. vide Roma.in consi.86.col.3.

Summarium in l.certi iuris.C.de hæredi.uel acti.uendi.

1 *Quamuis utilis actio in rem cessionario competat, ei tamen non competit utile dominium.*

Bar.in l.certi iuris.C.de hæred.uel acti.uend.

1 Bart. in hac l.certi iuris,ait,quamuis utilis † actio in rem cessionario competat, ei tamen non competere utile dominium: quia sine traditione acquiri non potest. idem uoluit Bald.in c.1.§.prætereà. de capit.Corrad.in usibus feudorum. vbi subdit,isto casu tantùm utilē rei uendicationem sine utili dominio reperiri. citat glo.magnam in l.j.versi. sed si egi.ff. de eden.quæ quidem glo.ut opinor,videtur contrarium sentire,hoc est,ut non detur rei uendicatio sine dominio. ideo cogita,quia reluctatur etiam huic Bart.documento.

Summarium in l.ij.C.de rescind.uendi.

1 *Si aliquis in uenditione decipitur ultra dimidiam iusti pretij, potest agere ut res reddatur, uel iustum pretium suppleatur.*

2 *Venditio facta à procuratore alicuius rescindi potest, etiam si læsio non sit in dimidia, sed in sexta parte tantum.*

3 *Thesaurum si est inuentum in re uendita, an uenditori detur remedium huius legis.*

4 *Deceptus ultra dimidiam ratione dubij euentus an possit petere restitutionem in integrum.*

5 *Res minoris est pretij ratione oneris annexi.*

6 *Quomodo estimetur proprietas in emphyteosim perpetuam.*

Bar.in l.ij.C.de rescind.vendi.

1 Bart. in hac l.ij.sic ait in summā. Si aliquis † in uenditione decipitur ultra dimidiam iusti pretij, potest agere ut res reddatur, vel iustum pretium suppleatur. in hac materia dixi

multa iam anteà in lucubrationibus meis, ideo ero breuior. Limita istam. l. non habere locum, quando res esset perempta ante moram casu fortuito. nunquid competat hoc remedium saltem quò ad pretij supplementum? dicendum uideretur quòd non; quia perempta specie debitor liberatur. l. si ex legati causa. ff. de uerb. obliga. habetur in l. quod re. ff. si cert. per. Tamen isto casu agi potest ad pretij supplementum, secundum Abb. in c. dilecti, in fi. de empt. & uend. quam decisionem extollit Francis. Cremen. in singu. 84. incip. Volo te docere. Limitauit etiã istam. l. Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. dicens, eam non habere locum in uendi-
2 tione † facta à procuratore alicuius; quia rescindi potest, etiam si læsio non sit in dimidia, sed in sexta parte tantùm. Tamen ista limitatio reprobatur, ut per Areti. in consi. 125. per textum. in l. si uoluntate, infrà eodem tit. vbi filius uendidit nomine matris. Item non competit remedium huius. l. scienti ualorem ipsius rei. & quomodo scientia probetur, vide apud Dec. in consilio 583. An autem ista l. habeat locum in permutatione beneficiorum? vide Dec. in consi. 210. colum. 1. & sequ. Adde quòd dicitur quis esse deceptus ultra dimidiam etiam per excessum in uno nummo, Ias. in auth. qui rem, colu. 6. vers. sextò, suprà de sacrosanc. eccles. vbi posuit multa quoque alia similia, in quibus unus nummus considerari solet. Et aduerte quoniam & si læsio citra dimidiam permissa uideatur de iure ciuili & canonico, tamen secus est in foro conscien-
* tiæ. Aret. in l. si quis cùm aliter, colu. penult. ff. de uerbor. obligat. vbi testatur hanc esse * communem opinionem. & in consi. 93. Viso legato, colum. 3. & practica Papiens. in forma libelli in causa uenditionis, in glo. in uoce, pro pretio florenorum. vbi citat B. Thomam. Nunquid au-
3 tem propter pecuniam, vel thesaurum † inuentum in re uendita detur uenditori remedium huius. l. vide Ias. in l. iij. §. Neratius, colu. 3. vers. quartò. ff. de acquiren. possess. Quæro cuius loci attendi debeat æstimatio ad quærendam lęsionem, an loci contractus, an loci solutionis? vide Ias. in l. singularia, colu. 6. in quarto notab. ff. si cert. peta. Item scias agi non posse remedio huius. l. contra tertium, cui res mea fuisset uendita. Ias. in l. j. si hæres. ff. ad Trebell. vbi docuit etiam quo modo rei æstimatio fieri debeat; declarando multa, quibus res efficitur pretij uilioris, ut puta, si erat uenditor multùm implicitus, vel ratione mali uicini, vel propter pactum retrouendendi, & huiusmodi genus alia. Item ista. l. non habet locum in uendente ex necessitate, ita pretio constituto. Ias. in l. si fideiussor. §. fi. colu. 1. ff. de leg. 1. Et dum Bart. infrà in uers. quæro quid in alijs, tractat, an ista. l. habeat locum in alijs contractibus. vide Alex. in cons. 27. col. 2. in 1. uol. & eam procedere in contractu locationis, quæ non est finita, docuit Dec. in consi. 583. Et an & quando remedium huius. l. competat, vide Alex. in consi. 269. in lib. primi & secundi uolu. Postea Bart. in uers. quæro utrum, tradit, an ista. l. militet in transactione. vide Soci. in cons. 85. ait,
* eam intentari posse aduersus transactionem, & hanc esse * communem opinionem. idem ait Dec. in consi. 597. Tamen in contrarium testatur esse communem opinionem, Alex. in cons. 118. viso instrumento, in 7. uol. Dec. in cons. 479. pro utraque parte adducit uarias doctorum sententias, & tandem distinguit ut ibi uidere est. vide eundem in consi. 551. Et dum subdit
4 Bart. an † deceptus ultra dimidiam ratione dubij euentus possit petere restitutionem in integrum an non? vide Ias. in l. j. col. 3. in quarto notab. suprà de pact. & in l. fratris tui, suprà de tran sact. vbi uidetur affirmare etiam deceptum ultra dimidiam iusti pretij rescindere non posse, vt ibi plenius habetur per eum. Et dum Bar. subiungit de laudo & arbitramento, an aduersus illud competat hoc remedium? vide Dec. in consi. 60. vbi loquitur in laudo, etiam à partibus approbato, & Soci. in d. cons. 85. Ad ea uerò quæ dicit Bar. an iuramento super contractu interueniente tollatur beneficium huius. l. vide Alexand. in consi. 21. & omnino in consi. 53. in 3. uolu. & in cons. 27. col. 3. in primo uolu. & in consi. 42. eodem uolu. vbi tradit ex quibus sublatum esse intelligatur hoc remedium, & in cons. 125. in eod. uol. col. 5. & omnino in consi. 269. viso processu, in lib. primi & secundi uol. & in cons. 133. in 5. uol. & in consi. 1. in 6. uol. Abb. in cons. 71. col. fi. in 1. uol. Imol. in cons. 1. col. 3. & in cõs. 14. Soc. in cons. 80. & in consi. 155. in fi. & oĩno in cons. 48. in 4. uol. vbi aperit, ex quibus renunciatum esse intelligatur beneficio huius. l. Et dũ subdit Bar. an minor, qui iurauit aduersus contractũ nõ uenire ratione minoris ætatis, excludat?

vide

vide Raph.Cuma.in conſ.180.Alex.in cõſ.231.Viſo puncto,col.3.in lib.primi & 2.uol.vbi po
nit ét quando in inſtrõ renunciatum eſſet exceptioni doli & condictionis indebiti. & in d.cõſ.
259.in eod.lib.in conſ.21.col.pen.in 3.uol.& in conſ.133.col.pen.in 5.uol.Soc. in conſ.155.
col.pe.& fi.& Corn.in conſ.11.in 3.uol.& dum Bar.in 3.col.ver.quæro quid ſi emptor, ait hãc
l.procedere etiã ſi emptor rem emptam alteri uendidiſſet,& tradidiſſet,vide Abb.in conſi.31.
col.2.in 2.uol.& Imol.in conſ.1.col.4. Poſtea ſubdit Bar. quid ſi fuit dictum in inſtrumento il-
lud plus quod ualet,donatum fuiſſe à uenditore? vide Barb.in conſi.21.col.2.in 4.uol.vbi pul-
chra dicit de ſciente. & Dec.in conſ.583.vbi ait hoc remedium ceſſare in ſciente. & Alex.in d.
conſ.269.in lib.primi & ſecundi uol.vbi vult hoc habere locum etiam in ruſtico.& in conſ.17.
in 3.uol.vbi loquitur in muliere & minore.& in d.conſ.53.col.3.in 3.uol.& in conſi.133.colu.
fi.in 5.vol.& in conſ.299.Puto eſſe,in fi.in lib.primi & ſecundi uolu.& latè in l.pretia rerum.ff.
ad leg.Falc.& in conſ.46.col.2.in 3.uol.vbi aperit, quomodo teſtes debeant dicere ſcire quali
tatem & ualorem ipſius rei. & multa de hoc ualore uide apud Areti. in conſ.65. Alex. in conſi.
107.col.pen.in 4.uolu.vbi uult, nihil operari,etiam ſi teſtes dicant rem tantum ualore,& plus.
Contrarium ait Soc.in conſ.15.quem ſequitur Feli.in c.paſtoralis,de reſcrip.& ad præcedentia
vide Feli.in c.ad aures,col.pe.& fi.de reſcrip. Et ad ea quæ hic dicit Bar.de eo,qui ſcit ualorem,
& donat illud plus,videas Abb.in conſ.92.col.4.in 1.uol.Alex.in conſ.125.in 1.uol.& in conſ.
28.col.2.in 5.uol.Soci.in conſ.215.vbi quærit utrum in illo pluri inſinuatio exigatur? & Bal.in
l.ſi quis cùm aliter.ff.de uerb.oblig.Et dum Bart. hic in uerſ.vidimus,tradit quid narrandum ſit
in libello,quando huius.l.remedium intentatur,vide Ang.in conſi.311.col.4. Feli.in c.in præ-
ſentia,col.5.de probat.Imol.in conſ.30.Aret.in conſ.126.& in conſi.154.col.2.verſ.confirma
5 tur,vbi ait rem † minoris eſſe pretij ratione oneris annexi. Alex.in conſi.209. viſo themate,co
lu.2.in lib.primi & ſecundi uol.vbi dicit mutationem pretij non præſumi.vide etiam tex. & ibi
Abb.in 5.notab.in c.cùm Ioannes,de fide inſtru.Poſtremò agit Bar. hic de modo probandi ua
lorem ipſius rei uenditæ.vide Feli.in c.cùm cauſa,colu.1.& ſequ.uerſ.in glo.ſecunda,de teſti.&
Ant.de Butr.in conſ.53.col.2.Mari.in c.dilecti filij,col.2.de for.compet.Aret.in conſ.126.Bal.
6 in conſi.103.in primo uol.vbi ponit,quomodo † æſtimetur proprietas in emphyteoſim perpe
tuam.Corn.in conſi.21.in 3.uol.& omnino ad declarationem uide Pau.de Caſtr. in conſ.333.
Alex.in conſ.46.in 3.uol.& in conſi.107.in col.pen.in 4.uol.Quid ſi teſtes ſunt uarij in ſumma
ualoris rei?vide Alex.in conſi.206.in lib.primi & ſecundi uol. & omnino Aret.in d.conſ.65.&
in conſ.88.col.fi.denique ſcias remedium huius.l.durare per xxx.annos.Imol.in conſi.30. & in
conſi.99. in fi.

Summarium in l. ſi uoluntate.C.de reſcind.uendi.

1 *Venditio reſcindi non poteſt ratione læſionis ultra dimidiam, niſi probetur læſionem hanc fuiſſe tempore celebrati contractus.*

Bar.in l.ſi uoluntate.C. de reſcind.uendit.

1 BART. in hac l.ſi uoluntate,colligit ex iſto tex. in fi. uenditionem † reſcindi non poſſe ra-
tione læſionis ultra dimidiam iuſti pretij,niſi probetur læſionem hanc fuiſſe tempore celebrati
contractus. Vide omnino Flori.in l.non eſt neceſſe.ff.de proba.& Barb.in conſ.17.col.3.in 2.
uol.Alex.in l.uinum,in 5.notab.ff.ſi cert.pet.Mari.in c.dilecti filij,col.2.de for.compet.& colli-
ge,ex iſto tex.multa tractari quæ non perficiuntur. de qua re uide Alex.in conſi.19.colu.4.in
4.vol.& in conſi.12.col.6.in 1.vol.& in conſi.18.col.2.& in conſ.28.eod.vol. Feli.in c.fi.col.2.
uerſi.nota ultimo,de probat.uide etiam ad iſtum tex.Barb.in conſi.8.col.1.in 2. volu. Attende
tamen quoniam & ſi multa tractantur,quæ non perficiuntur,tamen ex tractatu præcedenti cõ-
iecturam ſumi ad ſequentia. Alex.in conſi.1.col.6.in 1.vol.& in conſ.68. col.fi.in 3. volu. & in
conſi.36.in fi.in 5.vol.vbi pulchrum exemplum adducit,& in conſ.148.col.2.eod. uolu. Barb.
in conſ.34.col.2.in 3.uol.ubi loquitur de præfationibus.Dec.in conſ.133.col.9.Soci.in conſi.
214.& Paul.de Caſtr.in conſi.132.

De periculo & commodo rei uenditæ.

Summarium in l. si maior. C. de rescind. uendi.

1 *Protestatio facta ab eo qui non habet ius protestandi, nullius est momenti.*

Bar. in l. si maior. C. de rescind. uendi.

1 BART. in hac. l. si maior, dicit, protestationem † factam ab eo, qui non habet ius protestandi, nullius esse momenti. Vide Roma. in consi. 204. colu. 3. in tertio dubio. & Alexand. in cons. 69. colu. 2. & seq. in tertio uolu.

Summarium in l. quis quis. C. de rescind. uendi.

1 *Deceptus ultra dimidiam præsumitur errasse.*

Bar. in l. quisquis. C. de rescind. uendi.

1 BART. in hac l. quisquis, inquit, deceptum † ultra dimidiam præsumi errasse, neque conijciendum esse eum sciuisse. vide Alex. in cons. 17. col. 2. in tertio uol.

Summarium in l. j. C. de peric. & commo. rei uendi.

1 *Si res euincitur ex causa contractus antecedentis, uenditor tenetur de euictione.*

Bar. in l. j. C. de peric & commod. rei uend.

1 BART. in hac. l. j. inquit, si res † euincitur ex causa contractus antecedentis, uenditorem teneri de euictione, secus si est causa contingens post contractum, & reliqua. Vide plenè in re proposita Dec. in cons. 74.

Summarium in l. ij. C. de peric. & commo. rei uendi.

1 *Venditio fundi facta ad mensuram, an antequam mensuretur, sit perfecta.*

2 *Rem dici certã, & perfectã quamuis referatur ad quantitatẽ quæ pendet à liquidatione cõium amicorũ.*

Bar. in l. ij. C. de peric. & commod. rei uend.

1 BART. in hac. l. ij. quærit, utrum uenditio † fundi facta ad mensuram, antequam mensuretur, sit perfecta? ad materiam huius. l. videas Dec. in consi. 179. sciasque uenditionem certi fundi, & certo statuto pretio pro quacunque pertica, cum pacto tamen ut mensurari debeat, esse conditionalem; scilicèt, si mensura subsequatur. & ideo ante dictam mensuram contractum esse imperfectum, & damnum interim contingens nõ ad emptorem, sed ad ipsum uenditorem pertinere. l. quod sæpe. §. in his. & ibi Bald. ff. de contrah. empt. Bar. in consi. 221. incip. In quæstione. Alexand. in cons. 24. viso processu, colu. 2. in sexto uolu. Areti. in consi. 11. Soci. in cons. ulti. in 3. uolu. & latissimè Curtius iunior in duobus consilijs editis pro D. Matthæo fratre suo, quibus se subscripsit, & adhæsit Mari. Soci. iuni. in consi. 26. & ibidem etiam prædicta consilia Curtij reperiuntur, qui omnes in facti contingentia concludunt, pactum de emendo & uendendo, in quo facta fuerat traditio rei, & dictum fuerat, ex tunc factum esse datum & emptionem, esse imperfectum & uenditionem esse conditionalem; quia facta erat relatio ad futuram mensuram. Attende tamen quoniam huic conclusioni uidentur reluctari trad. per Ana. quem
2 refert & sequitur Dec. in consi. 648. vbi uolunt, rem † dici certam & perfectam, quamuis referatur ad quantitatem, quę pendet à liquidatione cõium amicorum. id quod magis est dubiũ, & incertum, quàm sit relatio facta ad mensuram fundi: nam isto casu res est certa in se, quamuis nondum appareat. non enim potest fundus augeri, aut minui ab agrimensoribus; in alio autem casu potest quantitas ab amicis cõibus augeri, & minui. præterea explorati iuris est, tum demũ illud dici posse certum per relationem ad aliud, quando illud, ad quod fit relatio, est certum, ut est tex. in l. certum, & ibi doct. ff. si cert. pet. l. ij. & ibi doct. infrà de sent. quæ sin. cer. quant. glo. & Bar. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudic. tradit Aret. in cons. 28. colu. 2. sed in proposito casu, relatio quæ fit ad fundum, potest dici esse certa, cum fundus uariari non possit, & mensura illa, quæ expectatur, sit tantùm declaratio quædam, & ille, qui declarat, nihil de suo agit. l. hæredes palàm. ff. de hæred. inst. facit tex. not. in l. unum ex familia. §. 1. ff. de leg. 2. ideo cogita.

Summarium in l. si traditio. C. de actio. empt.

1 *An quis possit præcisè compelli ad tradendum.*

Bar.

Bar.in l.si traditio.C.de action.empt.

1 BART. in hac.l.si traditio,quærit,an quis † possit præcisè compelli ad tradendum? & reliqua,ut hic per eum.ad quæ uide Barb.in cons.52.in ultimò dub.in 3.vol.

Summarium in l.curabit.C.de acti.empt.

1 *Usuræ debentur ab emptore respectu fructuum ex empta re perceptorum.*

Bar.in l.curabit.C.de action.empt.

1 BART. in hac.l. curabit, agit de usuris † quæ debentur ab emptore respectu fructuum ex empta re perceptorum. de hac re uide Alex.in consi.69.col.2.in 1.vol. & in consi.147. in 5. vol.& Soc.in consi.109.& in consi.133.& latè & eleganter in consi.174.in 1.volu.& in consi. 176.& in consi.179.eod.vol.& in cons.25.in 4.vol.& in cons.89.& in cōs.103.& in cons.130. eod.vol.4.Dec.in cons.39.col.3.& in cons.119.in 2.dub.

Summarium in l.si pater tuus.C.de acti.empt.

1 *Ex eo quod quis pro re soluit tributa,non probatur rei possessio.*

Bar.in l.si pater tuus.C.de action.empt.

1 BART. in hac.l.si pater,sic ait in summa. Ex eo,quod quis pro re soluit tributa,non probatur rei possessio. Ad istam.l.uide aliquid per Barb.in cons.86.col.6.in 3.vol.Soci. in consi.89. col.5.& in consi.205.

Summarium in l.fi.C.de acti.empt.

1 *Venditor non tenetur defendere emptorem à uiolentia quæ sibi infertur de facto.*

Bar.in l.fi.C.de action.empt.

1 BART. in ista.l.fi.ait,uenditorem† non teneri defendere emptorem à uiolentia,quæ sibi infertur de facto. uide aliquid apud Ant.de Butr.in cons.22. in fi.& Ang.in consi.176.in fi.& in consi.seq.ubi egregiè loquitur.

Summarium in l.si emancipatis.C.si quis alte.uel sibi.

1 *Non sufficit si pater emit nomine filij,nisi sequatur traditio.*

Bar.in l.si emancipatis.C.si quis alter.uel sibi.

1 BART. in hac l.si emancipatis,dicit,non sufficere, † si pater emat nomine filij,nisi sequatur traditio. vide Roma.in cons.291.col.3.& Ias.in l.si donatione,col.3.infrà de collat.

Bar.in l.multum.C.si quis alt.uel sibi.

BART. in hac l.multum,in principio propè fi.agit de illo,qui emit cum pecunia aliena, & sibi non traditur possessio,sed ei cuius est pecunia.vide Roma.in cons.291.col.fi.

Summarium in l.multùm.§.si uerò.C.si quis alte.uel sibi.

1 *Si procurator facit actum tanquam nuncius,non ualet.*

Bar.in d.l.multum.§.si verò.C.si quis alt.uel sibi.

BART. in ead.l.§.si uerò,ait istum uersiculum non esse alibi secundum intellectum gl.hoc
1 est,si procurator † facit actum tanquam nuncius,non ualere. vide Bar.in l.quod videtur.§. constituere.ff.de const.pecun.& quæ ibi posui,& Roma.in singul.690.incip.Si procurator,ubi ait hunc.tex.esse singul.

Summarium in l.ij.C.de reb.alie.non alie.

1 *Si quis apponit sigillum suum non præsumitur approbare ea quæ in scriptura continentur.*

Bar.in l.ij.C.de reb.alien.non alien.

1 BART. in hac.l.ij.dicit,si quis apponit † sigillum suum,non præsumi propter hoc approbare ea,quæ in scriptura continentur. vide Alex. in consi.290.Ponderatis his, colu.2. versi.ad hoc,in libro primi & secundi vol.

Summarium in l.fi.C.de reb.alie.non alie.

1 *Prohibita alienatione censetur prohibitus omnis actus per quem fit translatio dominij.*

2 *Ubicunque*

2 *Vbicunque de uno deuenitur ad aliud, ſtatutum in uno etiam in materia pœnali habet locum in alio.*
3 *Seruitus ſuper re alienari prohibita imponi non poteſt.*
4 *In publicatione bonorum non ueniunt bona prohibita alienari.*
5 *Prohibita alienatione, prohibitus eſt etiam uſusfructus.*

Bar.in l.fi.C.de reb.alien.non alien.

1 BART. in hac.l.fi.dicit prohibitat alienatione,cenſeri prohibitum omnem actum,per quē fit translatio dominij,& reliqua. Attende tamen quoniam emphyteo ta,qui eſt prohibitus alie nare,poteſt ſeruitutem imponere. gl.in l.iij.ff.de ſeruit.tradit Iaſ.in l.ij.col.76.infrà de iur. emphyt.& in materia huius.l.dicas,alienatione prohibita,rem in iudicium deduci non poſſe.l. ait prætor.ff.de iure delib.glo.in cap. 1.de procurat.& alienatione prohibita cenſetur prohibitus omnis actus, per quem ius alteri acquiritur; quia de uno deuenitur ad aliud, hoc eſt ad alienationem. Bar.in l.in quorum.ff.de pignor.hinc dixit Abb.poſt gl.in c. 1.de poſtul.prælat.ubi
2 cunque de unot deuenitur ad aliud,ſtatutum in uno,etiam in materia pœnali,habere locum in alio. de cuius dicti ueritate uideas Dec.in c.nam concupiſcentiam,in ſecunda lectura,de cōſt. tamen contrarium ait Alex.in conſi.41.in 6.vol.& Soc.in conſi.75.in 1.vol. & eſt tex.not.in l. fi.iuncta rubrica.C.de prædi.decuri.ſine decre.non alien.lib.10.ubi prohibita alienatione,non eſt prohibita donatio. ſed iſta.l.decidit,ut prædictum eſt.& ideo ille,qui emit rem huiuſmodi, non poteſt retrouendere,neque prorogare tempus retrouendendi à principio ſtatutum. Soc.
3 in conſi.241.col.pen.& fi. Et quatenus in hac.l.habetur,ſeruitutem t ſuper re alienari prohibita imponi non poſſe,hoc ſanè intelliga›,hoc eſt in ſeruitute propriè, ſecus verò in aliqua obligatione perſonali, ut per Bart.in l.nulla.§.fin.ff.de alim.legat. Et quatenus in tex.traditum eſt, quid ueniat appellatione alienationis.uide in §.rurſus,col.3.& ſeq.inſt.de action.ubi citat Ang. qui tenuit ſtatutum de alienatione diſponens,locum non habere in pignore, aut uſufructu. tamen neſcio an hoc ſit uerum,propter dictum Abb.in d.c.1. Et an prohibita alienatione ſit prohibita permutatio,vide Iaſ.in l.iij.col.66.verſi.nunquid autem,infrà de iur. emph. Et an prohibita alienatione cenſeatur prohibita hæredis inſtitutio? uide apud Bar.in l. ſi quis ita promiſerit.§.ea lege,ubi doct.ff.de uerb.oblig.Ang.in §.fi.inſt.quib.mod teſta.infirm. An autem ſtatutum impedire poſsit alienationem? an pars? an arbiter? an iudex? ponit Bar.in l.filiusfamiliàs §.Diui.ff.de leg.1.& uide quæ ibi poſui,& ibi omnino Iaſ.& alios. ubi agunt etiam de differentia,quæ eſt inter prohibitionem alienationis,quæ fit in ultima voluntate, quia tunc impeditur tranſlatio dominij, & requiritur cauſa, & eam, quæ fit in contractu; quia tunc non requiritur cauſa,ſed non impeditur tranſlatio dñij, quāuis teneatur ad intereſſe. de qua re uide etiā doct.
4 in l.ea lege, ſuprà de cond. ob cau. Item in publicatione t bonorum non ueniunt bona prohibita alienari. Iaſ.in d.§.diui,in ſecunda lectura,col.3.verſi.ſextò pondera. & Soc. in conſi.266. col.15. Aduertas quoque in materia feudali,quia & ſi prohibita eſt alienatio, non tamen prohibitum eſt dare in feudum,ut aperit Curtius in tract.feudorum,col.150. Nunquid autem prohibita alienari,locari poſsint ad longum tempus? uide Curt.in d.tract.col.156.verſi.tertiò principaliter,& Feli.in c.quæ in eccleſiarum. nu.119.de conſt.ubi habetur,huiuſmodi bona locari poſſe etiam ad longiſsimum tempus,dummodò in inſtrumento contineatur,propterea non acquiri debere utile dominium conductori. vide in iſto caſu quæ dixi in l.manumiſsiones.ff.de iuſt.& iur.Item attende Curtium in d.trac.col.165.ubi uult ſeruitutem non obſtante hac prohibitione poſſe conſtitui,id quod huic.l.reluctatur,cuius meminit,& in col.166.verſi.decimo-
5 quintò ait prohibita t alienatione prohibitam eſſe uſusfructus conſtitutionem. quamuis dicat emphyteotam,qui alienare non poteſt.poſſe uſufructum ſine conſenſu domini conſtituere, ut per Iaſ.in l.iij.§.ex contrario,col.8.verſi.quærit.ff.de acquir.poſſ. Et in materia huius.l.vide omnino Io.Crotum in d.§.Diui.Iaſ.in §.ſi quis in fraudem,col.3.inſt.de action.Abb.in conſi.40.& in conſi.91.in 2.vol.Alex.in conſi.63.in 7.vol.Dec.in conſi.445.nu.24.& in conſi.660.Barb. in conſ.66.inter conſilia Curtij. Feli.in d.cap.quæ in eccleſiarum.nu.129.& in c.fi. nu.10. de

accuſat.

accusa. Et breuiter quicquid sit, prohibitus facere, qui alienare nõ põt, & de hac materia uideas plenè apud Fabianum de Monte in tract. de empt. & uend. in 4. q. vers. secundò & ultimò q̃ro.

Summarium in l. multum. C. de commu. rer. alie.

1 *Fiscus ratione partis potest totum uendere.*

Bar. in l. multùm. C. de comm. rer. alien.

1 BART. in hac l. multum, ait, fiscum † ratione partis posse totum uendere. vide ad istam. l. Feli. in c. quæ in ecclesiarum, col. 18. vers. sexta declaratio, de const. Aret. in cons. 126. Ias. in l. fi. col. 4. in 3. notab. infrà de iur. emphyt. Bal. in cons. 220. in 2. vol.

Summarium in l. si fundum. C. de pact. inter empto. & uendi.

1 *Pactum de retrouendendo continet etiam rem tradi.*
2 *An uigore pacti de retrouendendo possit uenditor oblato pretio agere rei uendicatione contra eum, cui postea emptor uendidisset.*
3 *Pactum de retrouendendo an ualeat in foro conscientiæ.*
4 *Si emptor promisit retrouendere infra certum tempus, an eo elapso teneatur.*
5 *An facta depositione pretij uigore pacti de retrouendendo dominium ipso iure ita retransferatur, ut possit in rem ipsam à quocunque uendicare.*

Bar. in l. si fundum. C. de pact. int. empt. & uend.

BART. in hac l. si fundum, ait, eam esse bonam. l. & reliqua. De huius. l. intellectu vide Ang. in cons. 199. & subtiliter tradit Aret. in cons. 6. colu. 1. per istum textum pactum
1 † de retrouendendo continere etiam rem tradi: tamen postea ibi uidetur contrarium diffinire. & ad istam. l. uide quæ posui ad Bar. in l. qui ita. §. qui ita. ff. de uerb. oblig. Bal. in cons. 118. in 5. vol. & in materia uide Alex. in l. qui Romæ, in principio propè fi. ff. de uerb. oblig. Et dum in hoc tex. habetur, stante hoc pacto retrouendendi, ei locum esse quandocunque uenditor obtulerit pretium, attende quoniam & si expressè dictum esset, quandocunque & ad omnem eius uoluntatem, tamen spacio xxx. annorum præscriberetur, ut per Ias. in l. petens. nu. 10. supra de pact. & ibi Dec. Amplia hoc habere locum etiam si huiusmodi pacto iuramentũ fuis-
✶ set annexum, ut per Mari. Soc. iuni. in cons. 146. ubi testatur, hanc esse * communem sententiã, tamen Crauet. in cons. 71. aliter uidetur sentire. sed Ias. in d. l. petens, & in l. si mater, infrà de inst. & substit. uersi. sicut etiam, dicit, huiusmodi pacto præscribi posse, etiam spatio x. annorum. & quando appositum est iuramentum, vide Feli. in c. cum uenissent, col. 12. de const. An autem
2 uigore † huius pacti possit uenditor oblato pretio agere rei uendicatione contra eum, cui postea emptor uendidisset? Curtius in cons. 12. tenet quòd non. de hoc uide Alex. in cons. 10. in 1. vol. Quomodo autem diuidantur fructus extantes, percepti, & pendentes? & cuius sint & quo tempore, uide Alex. in l. qui Romæ, in principio. col. fi. ff. de uerb. oblig. Item hoc pactum parit obligationem, & res non afficitur. Soc. in cons. 99. col. pen. in 1. vol. & multa de hoc pacto de retrouendendo uide apud Fabianum de Monte in tract. de emptione & uenditione, in
3 7. quæst. principali. Quomodo autem hoc pactum ualeat in foro conscientiæ, docuit Cæpol. in tract. de contractibus simulatis. Item scias simulationem non præsumi in rustico faciente huiusmodi pactum. Ias. in l. si quis id quod, col. 7. in 5. notabili. ff. de iurisd. omni. iud. Quid autem si quis emit à duobus cum pacto retrouendendi, quorum unus uult suam partem, & alius non? uide Bar. in l. cui usufructus legatus. ff. de usufr. leg. ubi dixi, & Fabianum de Monte in loco prę-
4 dicto. Quid si promisit † emptor retrouendere infra certum tempus, an eo elapso teneatur? vide de Ias. in l. eum qui ita. §. qui ita. j. col. 4. vers. pone. ff. de verb. oblig. ratione autem huius pacti, res dicitur minus ualere. Ias. in l. j. §. si hæres. ff. ad Trebll. An istud pactum cedi possit, vide aliquid per Ias. in l. j. §. fi. col. 3. vers. item. ff. de oper. nou. nunc. & in hac materia vide Soc. in cons. 261. col. pen. & fin. & multa ad rem hanc facientia uide per eundem Soc. in cons. 253. Et an re uendita teneatur quis ad rei traditionẽ? uide Ias. in l. in bonæfidei, col. 2. ff. de eo quod cert. loc.

Nunquid

5 Nunquid autem† facta depositione pretij uigore huius pacti,dominium ipso iure ita retransferatur,ut posit is rem ipsam à quocunque uendicare? vide Alex.in d.consi.10.in 1.vol. ubi ponit,quid differat pactum legis commissoriæ,ab isto? & nunquid emptor posit alteri alienare non obstante hoc pacto? & nunquid posit mora purgari? hæc pulchra est quæstio, quam posui ad Bar.in l.si insulam,col.pen.ff.de uerb.oblig. Et an res redempta uigore huius pacti dicatur easdem qualitates retinere,quas habebat antea? uide Dec.in consi.88.

Summarium in l.si quis ita.C.de pac.inter empto.& uendi.

1 *Pactum appositum uenditionis tempore ne liceat fundum religiosum uel sacrum facere,ualet.*

Bar.in l.si quis ita.C.de pact.int.empt.& uendit.

1 Bart. in hac l.si quis ita,dicit,pactum† ualere appositum uenditionis tempore,ne liceat fundum religiosum uel sacrum facere. Vide Alex.in l.filiusfamiliàs.§.diui.col.6.versi. uidetur in quantum Bar.hic.ff.de leg.1.

Summarium in l.si Patroclus.C.si manci.ita fue.alie.

1 *Si pactum appositum fuit ne liceat emptori alienare,& si alienat res deueniat ad ecclesiam; utrum hoc pactum consensu partium reuocari possit.*

Bar.in l.si Patroclus.C.si mancip.ita fuer.alien.ut manum.

1 Bart. in hac l.si Patroclus,quærit,si pactum† appositum fuit,ne liceat emptori alienare, & si alienat,res deueniat ad ecclesiam: utrum hoc pactum consensu partium reuocari posit? utrum hoc in præiudicium ipsius ecclesiæ fieri posit? aitque dicẽdum uideri quòd non; & remittit ad ea,quæ dixit in l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de uerb.obli. uide quæ dixi in lucubrationibus meis,& Barb.in cons.89.col.8.in 3.vol.

Bar.in l.j.C.de monopol.

Bart. in hac l.j.inquit,eam esse adnotandam contra conuentiones,quas faciunt artifices inter se. Vide ad.l.hanc Anch.in consi.157.& Barb.in consi.87.colu.3. uersi.alias. & in consi. 17.col.3.& seq.& col.fi.

Summarium in l.j.C.noua uectig.inst.non posse.

1 *Propter uetustam consuetudinem induci potest ius exigendi uectigal.*

2 *Vectigal quid sit.*

3 *Vectigalia non legitimè instituta possunt à quocunque defraudari.*

Bar.in l.j.C.noua uectigal.inst.non posse.

1 Bart. in hac l.j. inquit, propter† uetustam consuetudinem induci posse ius exigendi uectigal.Vide Bald.in consi.435.in 5.volu.ubi tradit,an feudatarius posit subditis suis nouum uectigal imponere? & arcem ædificare? scias etiam vectigal imponi non posse'transeuntibus per uiam communem duobus dominis, nisi eorum uterque consentiat, sed unus sine altero non potest. Abb.in consi.83.in 2.vol. Quomodo autem uectigalia à domino castri contra subditos præscribantur,& quomodo contra ipsum dominum præscribantur,& quæ in huiusmodi præscriptione requirantur,vide apud Aret.in consi.42.& Bar.& quæ ibi ad

2 eum posui in l.si publicanis.§.in uectigalibus.ff.de publica.Quid† sit uectigal? an differat à cẽsu uel alia præstatione? & quæ differentia sit inter uectigal, tributum, & pedagium, vide per Bar.& doct.in l.j.§.1.ff.de publican.& gl.in l.iiij.de compens.& doct.in c. tua nobis, de decim. & Abb.in cap.innouamus,de cens.& Ias.in l.apud Iulianum. §.hæres cogitur. ff. de leg.1.Item scias,uectigalia seu pedagia licitè à dominis secularibus instituta,à clericis exigi non posse:quia pedagium est onus personale,sed persona clerici nõ est subiecta dño seculari. de qua re uideas in c.quãquam,de cens.in 6.& in clem.presenti,eod.tit.& Abb.in d.c.innouamus.Item uectiga

3 lia† non legitimè instituta possunt à quocunque defraudari. Bar.in l.uectigalia.ff. de publica. Bar.in l.ueluti.ff.de iust.& iur.Abb.in d.c.innouamus,& in proœm. Gregor. & in c.1. de const. Et an solo imperatore,aut etiam à regibus & principibus uectigalia possint imponi? uide per

Bar.

Bar.in d.l.uectigalia,& Abb.in d.c.innouamus. An ciuitas siue alius citra principem possit collectas imponere? uide Abb.in c.peruenit,de immunit.eccles.& breuiter quid sit uectigal, unde dicatur,à quibus imponi possit,& quicquid ad materiam huiusce modi onerum pertinet,uide apud Bertachinum in suo tract.de gabellis,& Franciscum Lucanum in tract.de fisco,& eius priuilegijs,in 4.par.princip.

Rubrica.C.de rer. permut.

CIRCA istam rubricam uide quæ posui in rubrica & in uarijs legibus.ff.eod.tit.

Summarium in l.si cum patruus.C.de rer. permut.

1 *Contractus permutationis quomodo differat ab alio contractu innominato.*
2 *Permutatio est quando certa species pro certa datur specie.*

Bar.in l.si cum patruus.C.de rer.permut.

1 BART. in hac.l.si cùm patruus,in fi. quærit, quomodo differat contractus permutationis ab alio contractu innominato,do ut des,& remittit se ad gl.quæ uult, hunc titulum procedere quando de specie ad speciem fit permutatio, titulus autem generalis,do ut des, quando genus pro genere,uel pro specie.ita etiam declarat Barto.in l.ij.in principio.ff.si cert.pet.sed cogita, huic sententiæ refragari,quia lex istos contractus,ut diuersos seiunxit,scilicet permutationem, & do ut des,cum enim ambo sunt innominati,unus solus sufficiebat, hoc est, do ut des.item unus est bonæfidei,scilicet permutatio,& alius stricti iuris.unde hoc?itē reluctatur tex.in l.naturalis.§.1.ff.de præscript.uerb. ubi agendo de specie ad speciem dicitur explicitè,do ut des, igi-
2 tur contra prædicta. hoc tamen quod hic tenuit Bar. post glos.ut † permutatio sit, quando certa species pro certa datur specie,sequitur Ias.in §.actionum,col.17.uersi.in ea gl.& col.seq.inst. de actio.& in d.l.ij.col.5.& ibidem in 21.colu.ponit in quo differat permutatio ab emptione. de qua re hic subdit Bar.& ibi Ias.refert Ang.declarantem septem differentias, ut ibi per eum. Et ad ea quæ ponit Bar. hic in fi.scilicet quò ad translationem dominij, idem esse in alijs con-
* tractibus,quod in uenditione; dicas hanc esse * communem sententiam,ut inquit Alexan.in l. traditionibus,suprà de pact.

Summarium in l.ex placito.C.de rer.permuta.

1 *Ex pacto permutationis actio non oritur, nisi uestiatur.*

Bar.in l.ex placito.C.de rer.permut.

1 BART. in hac l.ex placito,ait,ex pacto † permutationis actionem non oriri, nisi uestiatur. ista.l.ex qua colligitur,agi non posse nisi prius impleto contractu,ex parte agentis,procedit ēt si offerat adimplere,ut ait Ias.in §.actionum,col.21.uersi.item aduertendum,inst.de action.

Summarium in l.ædem.C.loca.& condu.

1 *Pensio quando sit soluenda.*

Bar.in l.ædem.C.de loca.& conduct.

1 BART. in hac.l.ædem, instat solùm,quando † soluenda sit pensio. tu uerò ad istam.l. uide Alex.in consi.105.in 3.vol.& in consi.79.col.2.in 4.vol.& in consi.132. col.fi.eod. vol.4.& omnino in consi.105. in 3.volu. Et dum in hoc tex.habetur,conductorem domus expelli posse quando locator probaret eam esse eius proprijs usibus necessariam, limita hoc non habere locum,quando in instrumento positū esset pactum, ut conductor expelli non posset; quoniam hoc est intelligendū pro usu proprio,ut ista uerba aliquid operentur.ita Dec. in cons.667.Dum autem in tex.habetur,conductorem quoque expelli posse,si locator maluerit domum corrigere; adde quod refecta domo poterit conductor petere se reponi in domo conducta.glo.est sing.in l.si duo.§.si cum inquilinus, in uerbo,testari,infrà uti possidet. quam extollit Bar.ibi,& Roma.in singul.232.incip.Tu habes. Et dum in hoc tex.in fi.agitur de conductore,

ductore,qui malè utitur re conducta,uide quomodo dicatur malè uti,apud Alexan. in d.consi. 105.in 3.vol. & in consi. 118.in 5. vol. ubi multa docuit in hac re quando conductor dicatur malè uersari, & an super hoc declaratoria sententia exigatur,& in cons. 3.in 4.volu.& in l. si filiusfamiliàs.§.si uir.in quinquennium,col.2.ff.sol.matr.

Summarium in l.certi iuris.C.loca.& condu.

1 *Inuecta & illata obligari domino pro pensione rei locatæ.*

Bar.in l.certi iuris.C.de loca.& conduc.

BART. in hac l.certi iuris,nihil posuit. Tu uerò in materia huius.l.plenè uideas Antonium de Fano in tract.de pignoribus & hypothecis,in 4.membro,secundæ par.num.151.cum seq.

1 ubi ponitur ista regula,scilicèt,inuecta † & illata obligari domino pro pensione rei locatæ,cum octo ampliationibus,& octo limitationibus.

Summarium in l.licèt.C.loca.& condu.

1 *Mercedis remissio fieri debet propter sterilitatem,nisi cum ubertate compensetur.*

Bar.in l.licet.C.de loca.& conduc.

1 BART. in hac.l.licet,ex qua colligitur,remissionem † mercedis fieri debere propter sterilitatem,nisi cum ubertate compensetur,tradit quid sit sterilitas, & reliqua ut hic per eum. Ad istam.l.uide Alex.in consi.3.& in consi.57.in 1.vol. & in cons.173. Visis & accuratè,col.pe.in lib primi & secundi vol.& Roma.in cons.432.in fi.quem uide omnino,& Ange.in consi.311. col.4.Ana.in consi.74.& ibi addita.Aret.in cons.52.& in cons.55.

Summarium in l.emptorem.C.loca.& conduc.

1 *Successor particularis an & quando teneatur stare locationi factæ ab eius prædecessore.*

2 *Successor in beneficio an teneatur stare locationi factæ à suo prædecessore.*

Bar.in l.emptorem.C.de loca.& conduc.

1 BART. in hac.l.emptorem,agit de particulari † successore,an & quando teneatur stare locationi factæ ab eius præcessore. Pro limitatione huius.l.vide Imol.& doct. in l. filiusfamiliàs. §.Diui.ff.de lega.1.& in l.qui absenti.§.1.ff.de acquir.poss.Alex. in l. si filiofamiliàs.§.fi. col.2. ff.solut.matr.& Ias.in d §.diui.in 4.quæst.Bar.& de materia huius.l.uide Soc. in consi.32.in 1. vol.& Curt.in consi.110.& an conductor expelli possit de re conducta,in qua habet hypothecam,si ei offeratur pœna & interesse? uide Soc.in consi.90.in 4.uol.Et an & quando successor particularis teneatur stare locationi factæ per suum authorem? vide Bar.cum ibi additis in l. si

2 filiofamiliàs.§.si uir, & Abb.& alios in c.querelam,ne prælat.uic.suas. An autem † successor in beneficio teneatur stare locationi factæ à suo prædecessore? uide Alex. in consi.160. in 6.vol. Fulg.in consi.226.Bar.& ibi addita in d.§.si uir.Ias.in consi.94.in 1.vol.An autem ista.l.habeat locum in colono partiario? vide Roma.in cons.309.& in consi.311.Aret.in consi.160.colu.8. Alex.in consi.118.in 2.dub.in 5.vol. ubi ponit multa ad hanc.l.maximè afferēdo eius rationē. Et an procedat quando emptor emisit tantum fructus rei locatæ, uel quando esset facta locatio ad longum tempus? & in cons.122.eodem vol. uide etiam Soc.in cons.15.ubi limitat.Barb. in consi.36.in 3.dubio in 2.vol.

Semmarium in l.damnum.C.loca.& condu.

1 *Si damnum contingit in re locata diminutio mercedis fieri debet.*

Bar.in l.damnum.C.de loca.& conduc.

1 *BART.* in hac l. damum, ait, si damnum † contingit in re locata, diminutionem mercedis fieri debere. quomodo autem ista diminutio fieri debeat, tradit Soc.in consi.100.& quia de hac re egimus in titulo.ff.locat.non repetam.

Summarium in l.si olei.C.de loca.& conduc.

1 *Verba libelli impropriè accipi possunt, ut libellus sustineatur.*

Bar.in l.si olei.C.de loca.& conduc.

1 BART. in hac l.si olei,concludit, uerba † libelli impropriè accipi posse,ut libellus sustineatur. Vide Alex.in l.si debitor,col.5.ff.ad Trebell.& in consi.121.in 1.vol. Ana. in consi.10.&

ad rem

ad rem faciunt optimè trad.per eundem Alex.in consi.177. Et quomodo libellus ineptus & cõcludens contraria sustineri possit,uide apud Ang.in consi.36.& ad prædicta uide Soc. in consi. 161.col.pen.& Abb. in c.2.col.2.de restit.integr.

Summarium in l.ad probationem.C.loca. & condu.

1 *Ex contractu locationis dominium non probatur.*

Bart.in l.Ad probationem. C.de loca. & conduc.

1 BART. in hac.l.ad probationem,ait,ex contractu † locationis dominium non probari.Vide Alex.in consi.347.uersi.posset etiam responderi,in libro primi & secundi vol.& in consi.11. in 4.vol.& in consi.69.in 5.vol.Abb.in consi.118.colu.2.in 2.vol.Bald.in l.cùm tale.§.falsum, col.2.ff.de cond.& demonstr.Soc.in consi.89.col.5.& in consi.187.in 1.vol.ubi uult, ex instrumento locationis probari dominium quando concurrunt aliæ cõiecturæ.& in consi.286.Quid autem de instrumento emphyteosis? uide Soc.in consi.266.col.4.in 1.vol. & ad.l. hanc uideas Dec. in consi.146.col.6. & seq.& in consi.310.col.fi.

Summarium in l.si quis conductionis.C.loca.& condu.

1 *Conductorem conuentum ex hac lege debere ante omnia rẽ restituere,nec posse referre quæstionẽ dominij.*

Bar.in l.si quis conductionis.C.de loca.& condu.

1 BART. in hac.l.si quis conductionis,ait,conductorem † conuentum ex hac.l.debere. ante omnia rem restituere,nec posse referre quæstionem dominij.in hac materia uide omnino Curtium in consi.71.ubi multa scitu digna posuit,quæ sunt necessaria in hac.l.quæ non refero,cùm ibi uideri possint in fonte. Et dum Bar.infrà in uersi.ex his distingue,dicit,aut de locatione est dubium,& opponi potest exceptio dominij,& reliqua,ut hic per eum. uide Alex. in consi.11. in 4.vol.& in consi.43.col.2.cod.vol.& in l.si aliquam rem, col.fi.ff.de acquir.poss.ubi declarat hanc.l.& aliquid per Barb.in consi.12.col.4.in 3.vol.ubi loquitur in emphyteota.Abb.in c.inter dilectos,col.pe.de fid.instr.& ibi addita.& Anch.in consi.291.& de emphyteota uide omnino Soc.in consi.167.col.pen.in 1.vol.

Summarium in l.j.C.de iur.emphy.

1 *Quomodo fiat contractus emphyteoticus.*
2 *Argumentum an ualidum sit de emphyteosi ad locationem ad longum tempus.*
3 *Contractus emphyteoticus an in scriptis debeat celebrari.*
4 *Augmentum omne ad emphyteotam debet pertinere.*

Bar.in l.j.C.de iur.emphyt.

1 BART. in hac.l.j.ponit ad euidentiam,quomodo † fiat contractus emphyteoticus. Vide Alex.in consi.112.in 1.vol.& in consi.148.Videretur, in libro primi & secundi vol. & hoc est,quod uulgò liuellum nuncupatur.& an sit licitum? vide Abb. in consi.114. In causa mouenda,in 1.dubio.in 1.vol.ubi ait,non esse licitum. vide tex. not.in c. plerique.14.q. 3.Et ad ea,quæ ponit Bar.hic in 2.oppositi. uide. Barb.in consi.14.col.12.in 2.vol.Alexand.in consi.112.Aret.in consi.10.col.2.uersi.his præmissis. & in consi.55.ubi ponit quid iuris sit in locatione ad longum tps?& in consi.111.col.2.Posteà Bar.quærit,in quo differat iste cõtractus à contractu emptionis,& uẽditionis & locationis? vide Aret.in d.cõs.111.ubi tradit an de em-
2 phyteosi † ad locationem ad longum tempus ualidum sit argumentũ? Et dum Bar.subdit de illo,qui emit à communi Perusij fructus,redditus,& prouentus clusij; & concludit non esse curandum,nunquid in instrumento dicatur uendidit, uel locauit, sed inspiciendum esse utrum sit uenditio uel locatio.vide Alex.in consi.3.col.2.in 1.volu. & in consi.112.eod.volu.& in consi. 148.in libro primi &secundi uol.Barb.in consi.50.col.10.in 1.vol.& latè Soc.in consi.261.& in consi.266.col.3.Et attende unam regulam memorabilem, ubicunque forma contractus, & nomen repugnant,innitendum est formæ,non autem nomini. uide ultra alios Soc.in l.Gallus. §.& si parente.ff.de liber.& posth.ubi citat bonum tex.in l.cùm manu fata.§.fin.ff. de contrah.

empt.

3 empt. Et dum Bart. subiungit, utrum † contractus emphyteoticus in scriptis debeat celebrari? uide Barb. in consi. 14. colu. 12. in secundo volu. Roma. in consi. 103. Alex. in d. consi. 112. in fi. & in consi. 16. col. 4. in 1. vol. & in consi. 148. in libro primi & secundi vol. & in consi. 50. col. 2. in 5. vol. Aret. in fi. inst. loca. Bartolum sibi contrarium in l. iurisgentium. §. quinimmo, col. fi. ff. de pact. & Soc. in consi. 169. col. pen. Et dum Bar. subdit quid differat iste contractus à contractu precarij? vide Alex. in consi. 308. Visis duobus, col. 2. in libro primi & secundi vol. & in consi. 9. in 3. vol. ubi tradit an differat à contractu feudali. Posteà dicit si res diminuatur, ita tamen ut aliquid supersit, emphyteotam teneri ad totam pensionem. vide Alexan. in consi. 112. & in d. consi. 148. & Soc. in consi. 138. & seq. Et dum Bar. in uersi. quæro quid è conuerso, con-

4 cludit, omne augmentum † indistinctè ad emhyteotam pertinere, uide Præpositum in titulo de controuers. inuest. c. si quis de manso. col. 3. in fi. & seq. & Corn. in consi. 15. in 4. vol. Postremò quærit Bar. quid si res non perijt, sed est in loco, qui propter bellum coli non potest? uide aliquid per Bal. in consi. 379. in 5. vol. col. fi. Imol. in consi. 7. col. pen. Corn. in consi. 92. colum. 4. Alex. in d. consi. 112. & Aret. in consi. 140. & hunc articulum uideas plenè discussum per Antonium Corset. in suo repertorio in Abb. in uoce, emphyteota.

Summarium in l. ij. C. de iur. emphyte.

1 *Vasallus debens certam pensionem pro feudo, an cadat à iure suo illam non soluendo.*
2 *Canone non soluto res non reuertitur ad dominum ipso iure, sed tantùm eo uolente.*
3 *Vasalus habens feudum sub annua pensione, an cadat à iure suo, si desint soluere per biennium.*
4 *Emphyteota qui est dignus priuari emphyteotica re propter canonem non solutum an teneatur ad restitutionem fructuum medio tempore perceptorum.*
5 *Dominus an possit authoritate propria emphyteotam expellere.*
6 *Emphyteota soluere non potest canonem pro pluribus annis futuris.*
7 *Emphyteota potest compelli à domino ad exhibendum instrumentum emphyteoticarium.*
8 *An solus abbas qui sine consensu monachorum bona ecclesiæ alienare non potest, solus possit huiusmodi ius deuolutum repudiare.*
9 *Emphyteota si promisit pœnam si non soluerit pensionem, an talis possit deijci, an uerò per specialem prouisionem censeatur recessum à prouisione legis.*
10 *Prouisio legis cessat per prouisionem hominis.*
11 *Emphyteota si facit alium emphyteotam quomodo ipsi domino succurratur.*
12 *Secundus emphyteota si consentiente domino acquisiuit à primo utrum finita linea primi emphyteotæ is amittat emphyteosim, an non.*

Bar. in l. ij. C. de iur. emphyt.

Bar. in hac l. ij. diuidit dicens, hoc sufficere pro summario. Tu uerò ad istam. l. uide Barb. in consi. 5. col. 22. & seq. in 1. vol. & in consi. 50. in eod. vol. & in consi. 63. col. 17. cum seq. Alex. in consi. 71. col. 3. in 1. vol. & in consi. 156. Viso & considerato, in libro primi & secundi vol. &

1 in consi. 9. col. 2. in 3. vol. ubi ponit an † uasallus debens certam pensionem pro feudo, cadat à iure suo illam non soluendo. & in consi. 44. col. 3. ubi tractat ad quem spectent melioramenta facta in re emphyteotica, & an simplex conductor expelli possit si cessauerit soluere, uel malè utatur re locata? & ibi ponit exemplum quando dicatur malè uti, col. 6. & in consi. 9. col. 3. in 5. volum. ubi tradit, si uasallus habens feudum sub annua pensione, eam per biennium non soluit, utrum cadat à feudo? & in consi. 11. col. fi. & in consi. 17. col. 1. eod. 5. vol. ubi etiam dicit, utrum in hac materia, filiorum appellatione ueniant nepotes: & Socin. in consi. 167. in 1. dubio. ubi agit de eadem re, de qua Alex. in d. consi. 9. Et dum Bar. infrà in versi. uenio ad quæstiones, di-

2 cit, canone † non soluto rem non reuerti ad dominum ipso iure, sed tantùm eo uolente, vide aliquid apud Alex. in consi. 5. col. 2. in 5. vol. & in consi. 6. col. pen. in 3. vol. ubi docuit, utrum ad voluntatem domini declarandam sententia exigatur? & an citatio? uide eundem Alexand. in consi. 44. col. 3. Et num idem sit in uasallo, & in emphyteota alienantibus irrequisito domino?

vide

vide Bal.in conſ.9.colu.2.in primo uolumine.& Soci.in conſi.167.in primo uolu.& ad prædicta uide Barb.in conſi.40.colu.15.& ſequ.in primo uol.& Alexand. in conſ. 104. in tertio uolumine.& in conſ.4.colum. 3. in quinto uolu. vbi tradit an † uaſallus habens feudum ſub annua
3 penſione cadat à iure ſuo, ſi deſijt ſoluere per biennium? & Socin.in dicto conſ.167.in primo dubio. An autem emphyteota, qui ob non ſolutionem canonis cecidit à iure ſuo, poſsit moram purgare ſoluendo infra modicum tempus? & ſi talis eſt minor, nunquid petere poſsit reſtitutionem in integrum? Fulg.in conſ.7.Et qua cautela uti debeat, vt moram purgare poſsit, docuit Cæpoll.in cautel.135. An emphyteota,† qui eſt dignus priuari emphyteotica re pro-
4 pter canonem non ſolutum, teneatur ad reſtitutionem fructuum, quos medio tempore percepit? vide Feli.in capitulo de quarta, num. 37. cum ſequ.de præſcript.vbi etiam tradit, quid de feudatario, & quid de clerico digno priuatione beneficij. Vtrum emphyteota, quem dominus vult expellere, poſsit referre quæſtionem dominij? Dicas, aut agitur rei uendicatione, & tunc poteſt referri; quia per inſtrumentum locationis dominium non probatur, ut diximus in l. ad probationem,ſuprà de loca. Aut agitur vt ſibi poſſeſsio reſtituatur, & eo caſu non poteſt, etiam ſi incontinenti ſe eſſe probaturum aſſereret. Soci. in dicto conſi.167.in primo uo-
5 lumine. vbi etiam habetur an † dominus poſsit authoritate propria emphyteotam expellere. & quid ſi iudex fuiſſet aditus? vide Dec. in conſil. 146. & in hac materia de domino, qui vult emphyteotam expellere, de quo agit Bart. hic in uerſi.hoc præmiſſo, vide Federic.in conſilio 170.& Abb.in conſ.3.in octauo dubio, in ſecundo uolumine. Barb. in conſi.51.colum.21.in primo uolumine. Areti.in conſi.21. Alexand.plenè in conſi. 105. in tertio uolumi. quem vide omnino.Paul.de Caſtr.in conſi.135.& Fulgoſ.in conſi. 2. & Soci.in dicto conſi.167.& Dec.in
6 conſi. 146. Scias quoque emphyteotam † ſoluere non poſſe canonem pro pluribus annis futuris. Dec.in l.cùm tempus.ff.de regul.iur. vtrum emphyteota, qui ob non ſolutionem canonis cecidit à iure ſuo, cecidiſſe intelligatur etiam à beneficio pacti de retrouendendo? vide Rapha.Cuma.in conſi.65. Quid ſi non conſtat, an quis ſit emphyteota, an cenſuarius, nunquid non ſoluendo priuetur? Dec.in dicto conſ. 146. Limita prædictam regulam de emphyteota, qui deſijt ſoluere per biennium, non procedere, quando in regione uigeret conſuetudo, vt talis non cadat à iure ſuo. quæ quidem conſuetudo ualida eſt, cùm non ſit contra ſubſtantialia, ſed tantum contra accidentalia ipſius contractus. ita Abb.in conſi.72. in primo uo-
quæ & in d.§.cum proponeretur. Secundò limita,ut non habeat locum in matre, quæ non tenetur dotare.l.mater,infrà titulo proximo,ubi pono. Limita etiam nisi pater haberet patrem; quoniam dotandi onus ad eius patrem, & sic ad auum spectat, non ad ipsum filium & patrem puellæ. Ias.in d.l.j.col.8.uersi.iuxta.ff.sol.matr.Item limita ut filiam naturalem pater dotare nõ teneatur.l.uxorem.§.pater naturalis.ff.de leg.3.ubi Bart. & uide quæ ibi dixit de hac re. Item
3 limita,quia pater † non tenetur dotare filiam hæreticam uel Iudæam. gl.in l.si uero pater.ff.de in rem uers. An autem filius teneatur dotare matrem uolentem secundo nubere? uide Ias.in d. auth.res quæ.col.3.uersi.secundò,& tex.in l.j.§.præterea,ubi Bar. & ibi posui.ff. de tutel. & ration.distrahen.Postea Bar.quærit quid de extraneo,utrum censeatur de suo dotare an non? vide Abb.in consi.12.col.5.in 5.dubio.in 1.vol.& in consi.48.in 3.dubio.eod.vol.Capr.in cons. 17.in fi.Alex.in consi.242.Vilo puncto.in 3.dub. in libro primi & secundi vol. & in cons.297. Videretur circa,in fi.in eod.lib.& in cons.103.col.fi.in 3.uol.in quibus locis concluditur extraneum non censeri dotare de suo.vide Anch.in cons.300.Fulg.in cons.19.Paul.de Cast.in cons. 386.col.fi.ubi loquitur in matre,& Bal.in consi.293.in 2.vol.

Summarium in l.j.C.de iur.dot.

1 *Si dos incipit à promissione dans dotem tenetur de euictione, secus si à traditione.*

Bar.in l.j.C.de iur.dot.

1 BART. in hac.l.j.dicit,si dos † incipit à promissione, dans dotem tenetur de euictione. secus si à traditione,nisi promissio uel dolus dantis intercedat. ad materiam huius.l. uide tex. in l. pater filio.ff. de euiction. Et attende quoniam mulier nunquam tenetur de euictione,si dedit in dotem rem alienam sciente marito, nisi in specie sit promissa. casus est in l.si à matre,in uoce,nullum,& ibi glo.infrà eod.ita Ias.in §.fuerat,col.9.versi.& unum, instit. de action.cogita.dote euicta,quando de euictione agi non potest,utrum pater uel fratres eam denuo dotare teneantur,tanquam eo casu dos perierit? uide quæ posui ad Barto. in l. obligamur. ff.de action.& oblig.

Summarium in l.quoties.C.de iur.dot.

1 *Æstimatio facit emptionem in dote.*

Bar.in l.quoties.C.de iur.dot.

1 BART. in hac.l.quoties,ait,æstimationem † facere emptionem in dote. Vide Barto. in l.si inter uirum,infrà eod.& de materia huius.l.uide latè apud Soc.in consi.56.in 1.vol.& in consi. 189.& Franciscum Cremens in singul.18.incip.Habebis milies.& de reæstimata data in dotẽ, vide semper ea,quæ posui in l.si æstimatis.ff.sol.matr.& in rubrica.ff.de fund.dotal.

Summarium in l.auia.C.de iure dot.

1 *Pater qui dotat filiam sibi non quærit actionem,nisi stipuletur.*

Bar.in l.auia.C.de iur.dot.

1 BART. in hac.l.auia,dicit,patrem, † qui dotat filiam,sibi non quærere actionem, nisi stipuletur,& reliqua.Ad istam.l.vide Oldr.in cons.132.

Summarium in l.etiam.C.de iure dot.

1 *Illud quod est in dote,est etiam in eius augmento.*
2 *Augmentum habet eadem priuilegia quæ habet principale.*

Bar.in l.etiam.C.de iur.dot.

1 BART. in hac l.etiam,colligit ex tex.illud, † quod est in dote,esse quoque in eius augmento. Vide omnino Cæpoll.in consi.8.col.2.ubi per istam regulam ait,si statuto cautum est,bannitum posse impunè offendi,si reperiatur in territorio statuentium,& postea augeatur potestas banniendi per 15. milliaria passuum ultra territorium, intelligatur etiam aucta facultas eum offendendi.& ad hanc.l.uide semper Paul. de Castr. in consi.8. ubi tradit, an bona mariti quæ obligata erant pro dote,censeantur etiam obligata pro dotis augmento postea facto? & Soci.

in cons.

in consi.230.col.fi. Dec.in consi.41.col.fi.aliquid per Corn.in consi.322.in 1.uol.Fulg.in cõsi. 40.& col.2.Alex.& alios in l.si ex toto.ff.de leg.1.& in hac re nunquam prætermittas uidere Albertum Brunum in suo tract.de augmento,in nona conclusione principali,ubi dicit augmẽ-
2 tum † habere eadem priuilegia,quæ habet etiam principale.citat text.not.in §.1.aliàs.§.aliud, in auth.de æqual.dot.& ibi Ang.& in eod.tract.in quinta conclusione principali inquit,augmẽ tum quod fit alicui rei,sortitur eandem naturam,quam habet res, cui adijcitur. idem ait Curtius in consi.56.ubi multa tradit exempla. An autem augmentum gabellæ uel alterius rei uenditæ accrescat uenditori,an emptori? uide Dec.in cõsi.40.ubi multa dicit ad rem hãc faciẽtia.

Bar.in l.si inter uirum.C.de iur.doti.

Bart. in hac l.si inter uirum,agit de re æstimata,quæ data fuit in dotem.uide tex.in l. manu sata,in fi.ff.de contrahen.empti.& de hac materia uide Soc.in consi.56.in 1.volum.Aret. in consi.84.Diligenter ponderatis.Ias.in l.si ex conuentione, suprà de pact. & omnino uide quæ posui ad Bar. in l.si æstimatis.ff.sol.matr.& in rubrica.ff.de fund.dotal.

Bar.in l.si prædium.C.de iur.dot.

Bart. in hac.l.si prædium,agit de muliere,quæ iurauit non alienare fundum dotalem.vide Feli.in c.cùm.M.Ferrarien.col.pen.de const.

Summarium in l.in rebus.C.de iure dot.

1 *Mulier pro rebus dotalibus etiam æstimatis habet rei uendicationem.*

Bar.in l.in rebus.C.de iur.dot.

1 Bart. in hac.l.in rebus,dicit,mulierem † pro rebus dotalibus etiam æstimatis habere rei uendicationem. vide Alex.in l.si mora,col.2.ff.sol.matr.Abb.in consi.72.col.3.in 2.vol. Aret. in consi.32.& Antonium de Fano in tract.de pignor.& hypothec.in primo membro quintæ par. nu.49. Sed nunquid hoc priuilegium competat etiam hæredibus mulieris? dicas quòd non.l.Nesennius.§.fundum,& ibi doct.ff.de re iud. Et dum Bar. hic in 2. notabili dicit, actionem hypothecariam,& rei uendicationem posse diuersis respectibus competere, uide Alex. in l.j.col.fi.ff.de lega.1.

Summarium in l.in rebus.§.omnes autem.C.de iur.dot.

1 *Non sufficit maritum uergere ad inopiam,nisi probetur hoc esse manifestum.*

Bar.in d.l.in rebus.§.omnes autem.C.de iur.dot.

1 Bart. in ead.l.§.omnes autem,dicit nõ sufficere † maritum uergere ad inopiam,nisi probetur hoc esse manifestum. ad hoc Bartoli documentum accedit Alex.in l.si constante.ff. solu. matr.ubi Ias.in recollectis, uersi.quintò pondera,reprobat hoc dictum, quamuis regulam in se ueram esse confiteatur,ut ibi uidere est.

Summarium in l.fi.C.de iur.dot.

1 *Dotis titulus ex parte mariti est lucratiuus.*

Bar.in l.fi.C.de iur.dot.

1 Bart. in hac.l.fi.in princ.colligit ex tex.dotis † titulum ex parte mariti esse onerosum.vide Alex.in consi.71.in 4.vol.& quia de hoc diximus iam antea,non repetam.

Summarium in d.l.fi.§.præterea sancimus.C.de iur.dot.

1 *Promissor dotis per lapsum biennij in mora constituitur.*

Bar.in d.l.fi.§.præterea sancimus.C.de iure dot.

1 Bart. in ead.§.præterea sancimus,dicit,promissorem † dotis per lapsum biennij in mora constitui,ut ad fructus & usuras hac.l.expressas teneatur. De hac re uide Ias.in §.fuerat, col.4. uersi.quando autem,inst.l.de action.ubi refert hæc formalia Bartoli uerba. Et dum concluditur currere post biennium,limita non procedere,quando anteà non interpellasset; quoniam in mora non constitueretur. item quando dos non esset promissa ad certam diem. & sublimita ut ibi uidere est apud eum.

Summarium in l.j.§.rei uxoriæ.C.de rei uxo.acti.

1 *Dos petitur actione ex stipulatu,etiam si non fuerit interposita.*

Bar.

De rei uxoriæ actione.

Bar.in l.j.§.rei uxoriæ.C.de rei uxor.action.

1 BART. in hac.l.j.§.rei uxoriæ,sic ait in summa. Dos † petitur actione ex stipulatu, ēt si non fuerit interposita,& reliqua,ut hic per Bar.nunquid autem si mulier post numerationem dotis,eam stipuletur sibi reddi,uerè uel per fictionē legis oriatur actio, etiam ex numeratione,an solùm ex stipulatione ? uide Iaſ.in l.singularia, col.9. uersi. circa gl.ff. si cert.petat.Adde quòd actio ex stipulatu competit etiam ipso iure patri dotanti absque expressa stipulatione. Iaſ.in §.fuerat,col.12.inſt.de action.& hoc,quod competat,uel fingatur stipulatio,est de iure speciali: ideo eius incertitudo uitiaret,secundum Paul.de Caſt.in l.j.col.2. in 2.speciali.ff.sol.matrim.Posteà Bar.colligit ex illo tex. stipulationem fictam non requirere solennitatem uerborum. Attende, quoniam ex hoc patet solutio ad argumentum Bartoli.l.j. col.3.ff.solut.matrim.ut ista stipulatio tacita etiam in muto præsumatur,cum in ea neque uerba neque aliæ solennitates exigantur.& ad rē faciūt trad.per Bar.in l.reos,col.1.ff.de duob.rei.

Summarium in d.l.j.§.& ut plenius.C.de rei uxo.acti.

1 *Actio de dote habet tacitam hypothacam.*

2 *Tacita hypotheca usque adeo mulieri competit, vt possit remanere in domo mariti absque decreto iudicis.*

Bar.in d.l.j.§.& ut plenius.C.de rei uxo.acti.

1 BART. in ead.l.§.& ut plenius, ait, actionem † de dote habere tacitam hypothecam. De hac re uide plenè apud Antonium de Fano in tract.de pignoribus & hypothec.in quarto membro secūdæ par. An autem hæc hypotheca tātùm competat mulieri,an etiam uiro & extraneo? uide Bar.in l.j.col.1.& quæ ibi dixi.ff.solut.matrim. Vtrum autem hoc priuilegium tacitæ hypothecæ competat sponsæ de futuro ? tradit Bar.in l.ij.§.fin.ff.de priuileg. credit. ubi posui, & ibi uideas. Nunquid locum habeat in matrimonio putatiuo ? uide tex.& ibi Bar.in l.si cùm dotem.§.fi.ff.sol.matr.& Iaſ.in §.fuerat,colu.9. & seq. inſt.de action.ubi latè examinat etiam nunquid locum habeat in donatione ante nuptias ? & Bar.in l.assiduis, cum ibi addit. infrà qui potior.in pignor.habean.Et an habeat locum in bonis paraphernalibus ? & an pro alimentis à marito debitis in casu.l.si cùm dotem.§.sin autem sæuissimo.ff.solut.matr.an pro dote confessa?& an pro bonis acquisitis per hæredes ex rebus mariti ? hæc omnia uide apud Iaſ. in d.§.fuerat,

2 col.11.& usque adeo tacita † hypotheca mulieri competit,ut posit remanere in domo mariti absque decreto iudicis. Bal.in l.pen.infrà qui potior.in pignor.habean. & in l.pen. in primo notab.suprà de non numer.pecun.& in l.si cum tibi.infrà qui potior.in pignor. habean. ita Iaſ. in §.item Seruiana,col.11.uersi.gl.paruula,inſt.de action.ex hoc etiam.§.uidetur dicendum, tacitam hypothecam inductam esse de iure isto. de qua re uide gl.contrarium sentientem in l.si

✱ constante,in principio in uoce,dotis.ff.solut.matr.cum qua transeunt * omnes ibi. uide tamen Iaſ.ibi columna 10.uersic. pro declaratione, ut locum habeat pro rebus dotalibus euictis. & hoc esse intelligendum secundum distinctionem.l.primæ sequitur Iaſ.in l.§.fuerat, colum.8. uersic. & aduerte.

Summarium in d.l.j.§.sed & si non.C.de rei uxo.actio.

1 *Actio ex stipulatu est bonæfidei.*

Bar.in d.l.j.§.sed & si non.C.de rei.uxo.acti.

1 BART. in ead.l.§.& si non, inquit, hic adnotandum esse,tertium priuilegium actionis † ex stipulatu,quæ est bonæfidei. Amplia istam regulam ut procedat tam ex parte uxoris,quàm uiri,ut per Bar.hic,qui se remittit ad glo.in l.ij.in principio.ff.solut.matrim. vide Alexan. in cons. 147.in 5.volu.Limita prædictam regulam non procedere, quando mulier soluto matrimonio stipulatur sibi dotem reddi;quia tunc est stricti iuris.ita singul ait Alex.in d.l.ij.in princ. colu.4. sol.matr.ubi etiam sublimita,ut ibi uidere est.

Summarium in d.l.j.§.primum.C.de rei uxo.actio.

1 *Actio ex stipulatu pro dote non minuitur propter legatum factum uxori nisi exprimatur.*

Bar.

Bar.d.l.j.§.primum.C.de rei uxo.acti.

BAR. in ead.l.§.primum,ait,actionem† ex ſtipulatu pro dote non minui propter legatum factum uxori,niſi exprimatur pro intellectu huius.§.vide Fulg.in conſ.59.

Summarium in d.l.j.§.taceat.C.de rei uxo.actio.

Mulieri agenti ad dotem an poſſit dos retineri ab hæredibus mariti donec ei reddatur ratio adminiſtratæ tutelæ.

Bar.in d.l.j.§.taceat.C. de rei uxo.acti.

BART. in ead.l.§.taceat,nihil dicit, ſed per iſtum tex.dubitatur, vtrum† mulieri agenti ad dotem poſsit dos retineri ab hæredibus mariti donec ei reddatur ratio adminiſtratæ tutelæ? Soci.ſenſit hoc fieri poſſe: & reſpondet ad iſtum textum. Contrarium uerò tenuit Anton. de Fano in tract.de pignoribus & hypothec. in primo membro quintæ par.nu.45.

Summarium in d.l.j.§. ſed nec ob impenſas. C.de rei uxo.actio.

1 *Impenſæ neceſſariæ an minuant dotem.*

Bar.in d.l.j.§.ſed nec ob impenſas.C.de rei uxo.acti.

1 BART. in eadem l.ſed nec ob impenſas,tradit, an impenſæ † neceſſariæ minuant dotem? vide aliquid per Bald.nouell.in tract.de dote, in ſecundo priuilegio octauæ, & penult.par. & in præcedenti priuilegio.

Bar.in d.l.j.§.cum autem. C.de rei uxo.acti.

BART. in eadem l.§.cùm autem, agit de actione iſta, quæ non datur contra uirum,niſi in quantum facere poteſt.& ex iſto tex.videtur probari hoc beneficium de iure.fforum non com petijſſe, id quod uidetur à iuris tramite declinare: ideo uideas Bart. in l.ij.in principio.ff.ſolu. matrimo. vbi declarat.

Summarium in d.l.j.§. accedat.C.de rei uxo.actio.

1 *Extraneus ſi dat dotem pro muliere, mulieri quæritur actio integra, niſi dans incontinenti fuerit ſtipulatus.*

2 *Extraneus quis dicatur.*

Bar.in d.l.j.§.accedit.C.de rei uxo.actio.

1 BART. in eadem l.§.accedit,ſic ait in ſumma. Si extraneus † dat dotem pro muliere, mulieri quæritur actio integra, niſi dans incontinenti fuerit ſtipulatus. Adde quòd iſto caſu mulier de ipſa dote diſponere non poteſt, ſecundum Alexand.in conſi.101. Super eo, colum.2.in libro primi & ſecundi uoluminis. Et de intellectu & materia huius.§. videas Dec.in conſilio 35.cum duobus ſequent. Limita quoque hunc text.vt per Soci.in conſi.135.& Corn.in conſil.124.in primo uolumine. Quid in patre an præſumatur tacitè ſtipulatus? text. videtur in iſto.§.vt præſumatur: vide tamen Iaſ.in §.fuerat,colu.12.inſtitu.de action.vbi contrarium docuit. Nunquid ſicut extraneus poteſt ſibi ſtipulari, ita conuenire poſsit ut ſoluto matrimonio morte uiri uxore ſuperſtite hæredes mariti lucrentur dotem? vide Soci.in l.ij.colu.1.& 2.ff.ſolu.matrimo.vbi Iaſ.colu.2. Et aduerte quoniam actio ex ſtipulatu quæ ipſi extraneo competit,dicitur ſtricti iuris. Bart.in l.de diuiſione. ff.ſolu. matrimon. Item dicitur eſſe alia & diuerſa ab ea, quam habet uxor. Item iſta non habet tacitam hypothecam. Iaſ.in §.fuerat, colum.9. inſtitu.de action.vbi tenet contrarium. Nunquid autem pater comprehendatur, & admittatur in tali caſu,& ſic dicatur extraneus, quando filius in materia non tranſitoria ad hæredes ſtipulatur ſibi & hæredibus ſuis; & an pater deficientibus filijs admittatur? Iaſ. in l.Gallus.§.etiã, 2 colum.5.verſic.quid autem.ff.de liber. & poſthum. Et quis dicatur † extraneus, habetur in §. cæteri,inſti tu. de hæred.qual.& differ.Attende tamen, quia & ſi emancipatus reſpectu ſuitatis propriè dicatur extraneus, alioqui tamen ex reſpectu filiationis.l.fi.ff.commun. utriuſque iudi. quæ uult extraneum non debere conferre, & tamen locum non habet in emancipato. Iaſ.in l.ſi emancipati,col.3.in ultima par.glo.infrà de collat.

Summarium in d.l.j.§.& cum lex.C.de rei uxo.actio.

1 *Fundus dotalis ubicunque positus alienari uel obligari non potest.*

Bar.in d.l.j.§.& cum lex. C.de rei uxo. acti.

1 BART. in eadem l.§.& cum lex, ait, fundum † dotalem ubicunque positum alienari uel obligari nō posse.istud priuilegium transit ad hæredes uxoris, qui similiter reuocare possunt. Bar.in l.j.colu.2.ff.solu.matrim. An autem alienare posit consentiente marito? vide Bar.in l.si æstimatis, solu.matrimo.& in fi.colu.fi.in auth. ut immob.ante nupt.dona. & alienari potest.in casu.l.quamuis,cum l.seq.ff.eod.tit.solu.matr.& vide glo.in l.ij.eod.tit.vbi omnes.

Summarium in l.quamuis.C.de pac.conuen.

1 *Pactum patris non nocet filiæ in actione dotis.*

Bar.in l.quamuis.C. de pac.conuent.

1 BART. in hac l.quamuis,ait, pactum † patris, non nocere filiæ in actione dotis. Aduerte quoniam ista.l.habet locum etiam in extraneo, secundum Bart. in cons.136. Titius maritauit. vbi dicit hoc procedere etiam si stipulatio interuenisset, quamuis glo.hic sentire contrarium uideatur. & ita etiam vult Roma.in l.ij.§.1.ff.solu.matrimo. sed ibi Areti. ad Bartoli opinionem accedit. Bart. videtur bene dicere in patre, per istum text.quem etiam sequitur Salic. & maximè, quia cùm dos restituitur patri,cum hoc ut iterum dotet filiam uolentem nubere, tenetur ad illam dotem, & non ad minorem.l.j. & auth.ibi posita, suprà de rei uxor. action. alioqui sequerentur filiæ præiudicium: quia si pactum ualeret, facultates patris diminuerentur, & proinde ipse dotis prioris summam dare non teneretur,sed eam quæ facultatibus suis conueniret.l. quæro. ff. de iure doti. Sed ista ratio non uidetur bona, quoniam auth.ibi posita, vult, patrem nullo modo posse diminuere summam prioris dotis, nisi eius substantia casu aliquo fortuito decreuisset; atque ita filiæ non præiudicabitur, & sibi imputet, qui huiusmodi pacto se astrinxit.

Summarium in l.fi.C.de pac.conuent.

1 *Prouisione hominis receditur à prouisione legis.*

Bar.in l.fi.C.de pact.conuen.

1 BAR. ex ista l.fi.in fi.colligit illam regulam, per prouisionem † hominis recedi à prouisione legis. vide Bald.in l.certi iuris,suprà de loca. & Bart.in l.post dotem,in principio.ff.sol. matrim. Limita istam regulam habere locum solummodò quando prouisio legis est extraordinaria, & facta in defectum prouisionis hominis, secus si est ordinaria,vt per Bal.in l.j.colu.3.versi. quæro si testator,infrà commun.de lega. & Anto. de Fano in tract.de pignoribus & hypothe. in quarto membro secundæ par.nu.191.

Summarium in l.j.C.de dot.caut.non num.

1 *Confessio dotis receptæ in qua renunciatum fuit exceptioni non numeratæ pecuniæ, an ualeat.*

Bar.in l.j.C.de dot.caut.non numer.

1 BART. in hac l.j.in fi.agit de confessione † dotis receptæ, in qua renunciatum fuit exceptioni non numeratæ pecuniæ. De qua re uide quæ latè posui in rubrica.ff. de donat. inter uirum & uxor. An autem renunciari posit exceptioni,non numeratæ dotis? vide Bald.in l.vnic.suprà de priuil.dot.col.4. & in l.assiduis,infrà qui poti.in pign.habe.& in l.pecuniæ,infrà de solut. & Imol.in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff.de uerb.obligat. Et ad ea, quæ hic ait Bar.de exceptione non numeratæ dotis,vide Aret.in cons.86.Bal.in cons.352. in tertio uol.in cons.39.in primo uol.& in cons.73.in quinto uolu.

Summa-

Summarium in l.in dotibus.C.de dot.cau. non num.

1 *Quamuis in instrumento priuato ut in apodissa contineatur pecuniam uerè esse solutam, tamen opponi potest exceptio non numeratæ pecuniæ.*

Bar.in l.in dotibus.C.de dot.caut.non numer.

1 BAR. in hac l.in dotibus,ait,quamuis † in instrumento priuato, ut in apodissa contineatur, pecuniam uerè esse solutam, tamen opponi posse exceptionem non numeratæ pecuniæ. Vide aliquid per Roma.in consi.46.Abb.in consi.73. in secundo uolumine. Anchara.in consilio 307. Areti.in consi.86.Roma.in consi.44.& in consi.445.Angel.in consi.5.& Corne.in cons. 284.in primo uolu.

Summarium in auth.quod locum.C.de dot.cau.non num.

1 *Limitatur tempus proponendæ exceptionis non numeratæ dotis.*

Bar.in auth.quod locum.C.de dot.caut.non numer.

BART. in ista auth.quod locum, ait, in isto tex.limitari † tempus proponendæ exceptionis non numeratæ dotis. Ad materiam huius auth.vide omnino Ancha.in consi.307.& Fulg. in consi.133.

Summarium in l. si ancillam. C.de dona.inter uirum & uxor.

1 *Milites ancillis suis concubinis donare non possunt.*

Bar.in l.si ancillam.C.de dona. inter uir.& uxo.

1 BART. in hac l.si ancillam, inquit, milites † ancillis suis concubinis donare non posse. Vide Roma.in consi.43.in quarto dubio.Ant.de Butr.in consi.14. Bald.in consi.247. in primo uol.& in consi.262.in eod.uol.

Summarium in l.in fructus.C.de donat.inter uir. & uxor.

1 *Donatio fructuum inter coniuges non ualet.*

Bar.in l.si fructus.C.de donat.inter uir. & uxo.

1 BART. in hac l.si fructus,ait,donationem † fructuum inter coniuges non ualere.vide Aret. in consi.160. colu.2.

Summarium in l.et si de tua.C.de dona.inter uir. & uxo.

1 *Dominium rerum emptarum de pecunia uiri ad uxorem pertinet, & quando.*

Bar.in l. et si de tua. C.de donat.inter uir.& uxor.

1 BART. in hac l.et si de tua,dicit,dominium † rerum emptarum de pecunia uiri,ad uxorem pertinere. intellige quando fuerunt emptæ nomine ipsius uxoris. vide Bal. in l.j.C.si quis alte. vel sibi. & Bart. in l.iij.suprà de fide instrumen.ad rem facit tex. in l.ad probationem, suprà de probat.vide Bald.in l.si ut proponis,in sexta quæst.supra de rei uendic. & in l.cùm oportet.col. 4.vers.quæro nunquid,infrà de bon.quæ liber. Salic.in l.Papinianus.ff.eod.titu. Alex.in consi. 133.in quarto uolu.Signor.in consi.122.Angel.in consi.141. Bal.in cons.358.colu.fi.in tertio uolu.Salic.in l.si mater,suprà de contrah.empt.

Summarium in l.si non uerum. C.de dona.inter uir.& uxor.

1 *Simulata uenditio ius creditoris non impedit.*

Bar.in l.si non uerum.C.de donat.inter uirum & uxor.

1 BART. in hac l.si non uerum, ait, simulatam † uenditionem ius creditoris non impedire,& reliqua. vide ad hæc Bal.egregiè in cons.66.in primo uol.

Summarium in l.à marito.C.de dona. inter uir.& uxor.

1 *Rei donatæ inter coniuges non transfertur dominium.*

Bar.in l.à marito.C.de donat.inter uirum & uxor.

1 BART. in hac l.à marito,dicit,rei donatæ † inter coniuges non transferri dominium.& reliqua,vt hic per eum.ad l.hanc uideas Dec.in consi.240.vbi huius.l.aperit intellectum.

De donationib. inter uirum & uxor.

Summarium in l. res uxoris. C. de dona. inter uir. & uxor.

1 *Donatio inter coniuges confirmatur morte.*

Bar. in l. res uxoris. C. de donat. inter uir. & uxor.

1 BART. in d. l. res uxoris, dicit, donationem † inter coniuges confirmari morte naturali, vel ciuili, ex quâ perditur libertas. & reliqua. Ad hanc l. vide Ruin. in l. Gallus. §. & quid si tantùm, colum. 1. & sequ. ff. de liber. & posthum. Et dum Bart. hic. in fi. ait, deportatum posse reuocare donationem, quam fecit. & ideo infert ad monachum. vide latè apud Barto. in auth. si qua mulier. colum. 3. vers. hanc partem, suprà de sacrosanc. eccles. sed ibi Ias. colu. 7. tenet contra Bartolum vbi vult, eo solo casu, quo monachus potest testari, eum posse etiam reuocare testamentum. & ibi conatur declarare hunc text. ad rem non facere, quia loquitur in contractibus, quorum deportatus est capax. & ideo non est mirum si ea reuocare potest, quæ facere potest: sed ibi monachus testari non potest, igitur nec reuocare, vt ibi per eum.

Summarium in l. donationes. j. C. de dona. inter uir. & uxor.

1 *Donatio quæ excedit legitimam summam non ualet, etiam infra quingentos aureos.*

Bar. in l. donationes. j. C. de donat. inter uir. & uxor.

1 BART. in hac l. donationes. j. pauca dicit. sed ex ea singul. colligit Salic. donationem, † quæ excedit legitimam summam non ualere, etiam infra quingentos aureos. ad quod uide Soci. in cons. 115. colu. 2. in quinto uolu.

Summarium in l. donationes. 2. C. de donat. inter uir. & uxor.

1 *Inter principem, & augustam ualet donatio incontinenti.*

Bar. in l. donationes. 2. C. de donat. inter uir. & uxor.

1 BART. in hac. l. donationes. 2. sic ait in summa. Inter principem, & augustam ualet donatio incontinenti, & reliqua. ad istam l. vide aliquid per Felin. in cap. cum non liceat, colu. 4. de præscrip. Barb. in capitulo licèt ex suscepto, in decimo casu Abb. de for. compet. vbi dicit hanc l. habere locum inter regem & reginam. & Alexand. in l. quanquam. infrà de testamen. milit. & Barb. in capitulo cæterùm, colu. pen. & sequ. de iudic. Ias. in auth. ex testamento, col. 7. infrà de collat. & Curt. in consi. 66. colu. 7.

Summarium in auth. econtrà. C. de repud.

1 *Cuius consensus in contrahendo requiritur, eiusdem requiritur in dissoluendo.*
2 *Monachus post professionem potest reuocare testamentum prius factum.*
3 *Prodigus alienare potest, & quando.*
4 *Solennitas necessaria in faciendo, requiritur etiam in reficiendo.*

Bar. in auth. econtra. C. de repudijs.

1 BART. in ista auth. econtra, in secundo notab. sic ait: Cuius consensus † in contrahendo requiritur, eiusdem requiritur in dissoluendo. De hac re, scilicèt, an eadem solennitas in dissoluendo requiritur, quæ in contrahendo; vide Bar. in l. hęredes palàm. §. si quid post. col. 2. & quæ ibi posui. ff. de testa. Ias. in l. quod iussit, colu. 47. in secundo notab. ff. de re iudic. Bar. in l. actor, colu. pen. ff. rem rat. habe. quamuis ibi in quæstionibus tenere uideatur, minorem posse solùm reuocare, quod constituere non poterat solus, & Ias. in l. Mæuium, colu. 3. vers. item dum dicitur, de testa. vbi aliqua posui, quæ huic documento refragantur. ad rem facit, quoniã eadem exigitur in destructione testamenti, quæ in confectione solennitas. necesse enim est aliud contrarium condere testamentum. §. posteriore, iuncto. §. ex eo, insti. quib. mod. testa. infirm. quamuis contra hoc faciũt trad. per Bar. in auth. si qua mulier, suprà de sacrosanc. eccl.
2 col. 3. vers. iuxta hoc. vbi ait, monachũ † post professionẽ posse reuocare testm̃ prius factũ, licèt testari nequeat. sed Ias. ibi in 7. col. vers. itẽ adde, post alios, quos ibi retulit, dicit monachũ posse reuocare solũ in casu quo testari possit. pro ista regula faciũt q̃ in simili docuit Ias. in l. iij. ff. de re iudic.

iudic.colu.14.& facit regula.l.nihil tàm naturale.ff.de regul.iur.vbi omnino videas Dec.Adde quòd beneficium consuetudine acquisitum, non tollitur unico actu contrario,sicut si esset concessum à principe. quemadmodum enim ad minus per duos actus fuit quæsitum,ita duo actus requiruntur ad hoc ut dissoluatur. Ias. in l.fi. in septima limit.ff. de constitut. princip. Tamen
3 huic regulæ reluctantur, quia prodigus † alienare potest, quòad expresè sit ei per iudicem interdictum, vt per Bart. & omnes in l.is cui bonis. ff. de uerborum obligat. nihilominus prodigalitate cessante, ipso iure & absque aliqua iudicis authoritate cessat interdictio. l.j. ff. de curat.furio. quamuis Bald.ibi rationem afferre uideatur. Limita istam regulam procedere, quando solennitas necessariò exigebatur, alioqui non. Item limita quando per destructionem redimus ad ius commune. ist æ duæ limitationes colliguntur ex trad. per Bart.in l.omnes populi, colu.10.vers.iuxta prædicta.ff.de iust.& iur. Et ad regulam hanc & eius materiam uide omnino quæ posui in d l.hæredes palàm.§.si quid post.ff.de testa. & Felin.in capitulo cùm accessissent,colu.2.vers. Et ratio, de constitu.& in capitulo edoceri, colum.6.vers.non obstat,de rescrip. & Ias.in l.is qui hæres, in primo notab.ff.de acquiren. hæred.bene facit, quia solenni-
4 tas † necessaria in faciendo, requiritur etiam in reficiendo. Barto. in l.nuptiæ.ff.de ritu nupti. quandoque tamen requiritur maior solennitas in reuocatione, quàm in confectione,vt declarat Aret.in consi.75.& contra prædicta facit Bar.in l.j.§. & post operis.ff.de oper.nou.nuncia. Item quandoque minor solennitas requiritur in reuocatione,quàm in confectione,ut in reuocatione testamenti,vt dixi in l.hæredes palàm.ff.de testam.

Summarium in l.consensu.C.de repud.

1 *Matrimonium sine causa legitima dissolui non potest.*
2 *Ad probandum adulterium admittuntur testes domestici familiares, quamuis alioqui reijciuntur.*
3 *Res tunc dicitur esse difficilis probationis quando id ex natura ipsius rei contingit, alioqui uerò si casu aliquo.*

Bar. in l.consensu.C.de repud.

1 BART. in ista.l.consensu, ait, matrimonium † sine causa legitima dissolui non posse. & mulierem contrafacientem perdere dotem, & donationem propter nuptias, & reliqua. Attende sing. quoniam ista.l.non solùm procedit in muliere committente adulterium uiuo marito, vt amittat dotem, & donationem propter nuptias, sed etiam habet locum in uidua, quæ stuprum commiserit. ita egregiè decidit Paul.de Castr.in consi. 121. Reuocatur in dubium. & in consi.128. & in l.sororem, infrà de his quibus ut in dign. per glo. ibi.& in l.fideicommissum, post glo.ibi infrà de fideicommis. quanquam contrarium teneat Alexand. in dicta l.sororem,vnico argumento,cui respondet Paul.de Castr.in dicto consi.121.quod consilium fortasse Alexand.non uiderat. Item aduerte quia hæc.l.non solùm habet locum in dote & donatione propter nuptias, sed etiam in bonis paraphernalibus. glo. in capitulo plerunque,de donat. inter uirum & uxorem, quam dicit esse mirabilem Roma.in singul.311.incip. Propter adulterium. & eam sequitur Cardin.in consi.111.& Feli.in capitulo pastoralis, colum.3.vers.mulier impudica. ad quos accedit Castill.in addit.ad d.singul.Roma. An autem pœnæ huius legis subiaceat ea, quæ fuit cognita per uim? vide Abb.in consil.4. in primo uolumine. Considera etiam si ista.l.possit habere locum in sponsis, si quid dedissent, ut illud propter fornicationem amittatur? per ea, quæ habentur in capitulo quemadmodum, de iureiuran. Et de illa opinione Paul.de Castr. vide aliquid apud Federic. de Sen. in consil.162.& Roma.in consilio 286. Abb.in capitulo gaudemus, colum.2.de conuers.coniug.Bald.in cons.182. in tertio uolu.vbi tradit,an hæredes mariti possint eam accusare, quando ipse uiuens eam non accusauit? de qua re alibi egimus,ideo non repetam. Et dum Bar. hic ex hoc text.colligit, ad probandum
2 † adulterium admitti testes domesticos familiares,quamuis alioqui reijciantur, vide Alexan.in cons.320.in lib.primi & secundi uol.& in cons.64.in 1.uol.& in cons.5.col.3.& in cons.93.colu.3.eod.uol.1.Soci.in cons.17.in 1.uol.Feli.in cap.tertio loco, de probat. & in cap.quoties. n

secundo notab. de testi. & in cap. de cætero, eodem titu. & in cap. in literis, eodem tit. & in cap. ueniens. 2. in 8. colu. vers. in glo. fi. eodem tit. Cæpoll. in cons. 40. col. fi. Barb. in consi. 54. colu. 10. & sequ. in 1. vol. & in cons. 7. colu. 2. in 2. vol. Ant. de Butr. in cons. 24. Imol. in consi. 35. col. 6. Ana. in consi. 17. col. fi. & omnino uide Aret. in consi. 13. vbi ait, testes domesticos & familiares in huiusmodi rebus, quæ uix aliter probari non possunt, esse cæteris testibus præferendos. & ad prædicta uide Bal. in c. eam te, colu. 2. de rescrip. Abb. in c. dilecti, colu. fi. de electi. Aret. in consi. 61. Alexan. in cons. 207. Visis processibus, colu. fi. in lib. primi & secundi uol. vbi declarat,

3 rem † tunc dici esse difficilis probationis, quando id ex natura ipsius rei contingit, alioqui uerò si casu aliquo, & in cons. 148. col. 2. in 5. uol. & in cons. 151. eodem 5. vol. & omnino in cons. ibi sequ. & in cons. 156. eodem quinto uolu. & Federic. de Sen. in cons. 119. & Bar. in l. quoties. C. de naufrag. lib. 10.

Summarium in l. si dos à patre. C. solu. matrimo.

1 *Dos à patre profecta si in matrimonio decesserit mulier filiafamilias ad patrem redire debet.*

Bar. in l. dos à patre. C. solu. matrim.

1 BART. in hac l. dos à patre, inquit, eam esse summam sui ipsius, & hoc dicit: Dos † à patre profecta, si in matrimonio decesserit mulier filiafamilias, ad patrem redire debet. De materia huius. l. vide Alex. in cons. 115. in primo uol. Soc. in cons. 9. in 1. uol. & Fulg. in cons. 66. Et dum Bar. quærit, vtrum hæc. l. sit intelligenda patre decedente cum liberis, an sine liberis? dicitq; à consuetudine approbatum esse, vt sine liberis intelligatur. & quid sit huius quæstionis effectus, remittit ad ea, quæ dixit in l. post dotem. ff. solu. matr. vt uidere est in 8. col. in 5. quæst. vbi Ias. col. 59. uers. circa quæstionem quintam, dicta Bar. ibi oppugnat, scilicèt, vt consuetudo, qua dos remanet apud maritum existentibus filijs, non procedat, si primò maritus decessisset relicta uxore uidua cum filijs; quia si mulier & mater decedat, tunc filij su-

✱ perstites dotem nequeunt retinere, quamuis ista sit * communis opinio, ut ibi per Ias.

Summarium in l. siquidem. C. solu. matrim.

1 *Mortuum esse aliquem quomodo probetur.*

Bar. in l. si quidem. C. solu. matrim.

1 BART. in hac. l. si quidem, quærit quomodo † probetur aliquem esse mortuum. vide Alex. in cons. 34. in 4. uol. in l. ex facto. §. si quis autem. j. ff. ad Trebell. in cons. 175. col. pen. in 5. uolu. in consi. 172. vers. tunc succedit, in 6. uol. & in cons. 27. in 7. uol. & Abb. in cap. in præsentia, de sponsal. Et dum Bar. in vers. item posit, ait probari posse mortem alicuius per lapsum centum annorum. Adde quòd in antiquis sola fama plenæ sufficit probationi, secundum Bal. in l. in bonæfidei, suprà de rebus credit. & uideas Oldr. in cons. 101. Alex. in consi. 1. col. fi. in 4. uolu. & in cons. 25. col. 2. & in cons. 75. & in cons. 115. & 117. eod. 4. uol. & in cons. 15. in 5. uol. Feli. in c. causam, col. 2. de probat. & in c. ueniens, col. 3. de testi. & col. 5. vers. quarta conclusio, & in c. series, col. 2. eod. tit. & in c. cùm nobis. col. 3. de præscrip. Cæpoll. in cons. 22. col. 3. Barb. in consi. 8. in 1. uol. & in cons. 41. col. 2. & in cons. 60. col. 16. eod. uolu. Aret. in cons. 37. & in cons. 42. & glo. in c. 1. & ibi addita, de præscrip. in 6. Bal. in l. conuenticulam, suprà de episc. & cleric. & omnino in hac re uide Alex. in consi. 146. Videretur inspectis, col. 4. in lib. primi & secundi uolu. vbi tradit multos modos probandi mortem alicuius. & in cons. 66. in 3. uolu. & in consi. 98. & seq. eod. uolu. & in cons. 116. col. 6. in 5. uol. & in ijs quæ sunt difficilis probationis, vide Bal. in cons. 154. in 2. uol. Corn. in cons. 144. in 4. uol. vbi loquitur maximè in antiquis, & in cõsi. 247. col. 13. in 2. uol. & Paul. de Castr. in cons. 161. colu. 1. & de morte probanda uideas Dec. in consi. 652. An aũt mors alicuius maximè unius cõiugis probari posit per uiolẽtas p̃sumptiones, an uerò certa & perfecta probatio exigat̃, vide Abb. in c. qm̃ frequenter. §. porrò, ut lit. nõ contes.

Summarium in l. dotis. C. solu. matrimo.

1 *Actione sibi competenti quis debet agere, & non sua authoritate possessionem ingredi.*

Bar.

Bar.in l.dotis.C.sol.matrim.

1 BAR. in hac l.dotis,ait,actione † sibi competenti quem debere agere, & non sua authoritate possessionem ingredi. vide Alex.in consi.146.in lib.primi & secundi uol.

Summarium in l.vnica.C.si dos consta.matri.sol.sit.

1 *Dos si constante matrimonio soluatur sine causa,ea potest repeti à muliere,& eius hæredibus.*

Bar. in l.vnica.C.si dos const. matr.sol.sit.

1 BART. in hac.l.vnica, tradit, si dos † constante matrimonio soluatur sine causa, eam repeti posse à muliere, & eius hæredibus. Et ad ea, quæ Bart. ait ibi uel hic uir erat pactus de lucrando, vide Bald.in consi.53.in quinto uolumine. vbi declarat. & quia glo. vult stante huiusmodi pacto maritum lucrari etiam superstitibus filijs, vide Soci. in l.ij.col.1.ff.solu.matrim.vbi quærit quare filijs superuenientes nō reuocent ipso iure talem donationem. per tex. in l.si unquam,infrà de reuocand.donat.

Summarium in l.j.C.ne fideiuss.dot.dentur.

1 *Quare fideiussores dotium dari prohibeantur.*

Bar.in l.j.C.ne fideiuss.doti.dent.

1 BART. in hac l.j.simpliciter ait,in ea contineri quod in rubrica expressum est. Tu uerò declara & limita istam materiam quare fideiussores † dotium dari prohibeantur, vt per Bald.nouell. in tracta. de dote, in uigesimoprimo priuilegio.& Specul.in tit. de donat.inter uir.& uxor.vbi vult quamuis fideiussores dotium dari non possint,posse tamen constitui duos reos debendi.l.fi.suprà de dot.caut.non numer.& ibi posui.

Summarium in l.generali.C.ne fideiuss.dot.dentur.

1 *Fideiussores an dari possint pro dote restituenda.*

Bar.in l.generali.C.ne fideiuss.doti.dent.

1 BART. in hac l. generali, quærit, an fideiussores † dari possint pro dote restituenda? vide Bart.in l.si constante, colu.2.ff.solu.matrim. & quæ ibi posui in lucubrationibus meis. vbi habetur sing. quamuis constante matrimonio fideiussores dotium dari non possint, tamen hoc non habere locum in casu inopiæ mariti, vt ibi per Ias.colu.10. vers.antequam ueniam ad glo. quamuis contrarium,& fortasse malè, senserit Bar.in hac re. Postea Bar. in uers.vltimò quæro, ait,huic legi renunciari non posse. de qua re, & similibus, vide Ias.in l.si quis in conscribendo, columna sexta,vers.in contrarium facit,suprà de pact. Et dum Bart.citat ea, quæ dixit in auth. sacramenta puberum, vide ibi latè Ias.in duodecima col.vers. secundò si, vbi Bartolum reprobat in illa distinctione.

Summarium in l.j.C.de fundo dota.

1 *Fundi dotalis alienatio uoluntaria prohibetur, non necessaria.*

Bar.in l.j.C.de fund.dota.

1 BART. in hac.l.j.ait, fundi † dotalis alienationem uoluntariam prohiberi, non necessariam. vide Bald.in consil.53.in quinto uolumine, vbi declarat, & omnino uide quæ posui in rubrica.ff.eodem titu.

Summarium in l.j.C.de alen.liber.

1 *Filij an patris debita soluere teneantur.*

Bar.in l.j.C.de alend.liber.

1 BART. in hac l.j.quærit,utrum filij † patris debita soluere teneantur. vide ad istam l.Ant. de Butr.in cons.57.

Summarium in l.j.C.de natu.lib.

1 *Viri in dignitate constituti si ex uilissimis mulieribus filios legitimos susceperint, sunt infames.*

2 *Quando relinquitur filijs spurijs ad reuocandum, quæ personæ admittantur.*

De naturalibus liberis.

Bar. in l.j. C. de natural. liber.

1 BART. in hac l.j. sic ait in summa. Viri † in dignitate constituti si ex uilissimis mulieribus filios legitimos susceperint, sunt infames, eisq; datum quocunque titulo per personas legitimas retractatur. Aduerte tamen, quia ualet pactum ut filij spurij succedant in emphyteosi. ita Franciscus Cremen. in suo singul. 129. incip. An ualeat pactum. & ad ea, quæ ponit Bart. hic in uers. item per hoc, scilicet, si res patris reperitur apud filium spurium, emptionem præsumi factam esse in fraudem. vide in simili Roma. in cons. 68. colum. 1, Barb. omnino in consi. 12. colum. 2. in primo uolumine. & in cap. possessiones, colu. fi. de rebus eccles. non alien. Capr. in cons. 54. colum. penultima, & fi. & egregiè Aret. in l. si is qui, colu. penult. & fi. ff. de uulg. & pupil. aliquid per Bald. in cons. 336. in tertio uol. & in cons. 162. in quinto uolu. Fulg. in cons. 23. in fi. Et dum Bar. hic in uers. item nota, colligit ex fine huius l. quando
2 † relinquitur filijs spurijs, ad reuocandum admitti quasdam personas hic memoratas, atque ita alias personas excludi à fisco, tenuit Bart. in cons. 118. incip. Odoutius Corneti de gualdo, *in* fi. in uers. superest, & in consi. sequ. incip. Dominus Dominicus. tamen communiter fiscus non admittitur nisi exclusis his, qui ueniunt, vnde agnati, & vnde cognati, & unde vir & uxor, vt habetur in l.j. C. vnde uir. & uxor. ad ea uerò quæ hic propè fin. ponit Bart. dicens, ea quæ palàm spurijs relinquuntur, ad hæredes scriptos reuerti, vide Alexand. in consil. 74. colum. fin. in tertio uol. & Fulg. in cons. 44.

Summarium in auth. licet patri. C. de natu. lib.

1 *Pater potest ex testamento suam hæreditatem filio naturali relinquere.*

Bar. in auth. licet patri. C. de natural. liber.

BART. in ista auth. licet patri, ait, quid iuris hodie sit in ijs, quæ filijs naturalibus relinquuntur. De materia huius auth. vide Imol. in cons. 71. Roma. in cons. 43. in tertio dubio, & aliquid per Areti. in l. si is qui. ff. de vulga. & pupilla. colum. 3. & sequ. & ex ea collige, patrem
1 † posse ex testamento suam hæreditatem filio relinquere naturali. id quod Barto. sentit in l.j. in fi. ff. de bonorum possess. contratabul. & Alexand. in consi. 216. in uers. præterea, in lib. primi & secundi uolum. & est tex. de hoc in l. fi. infrà eodem tit. & ponit in l.j. infrà quor. bonor. & ad ea quæ habentur in isto tex. in fi. ibi, sed qui ex condemnato sunt coitu. videas Dec. in consi. 288. & in hac materia Soc. in cons. 148. in primo uolu.

Summarium in l. communium. C. de natu. lib.

1 *Legitimati ex forma statuti non intelliguntur esse legitimati quò ad eos, qui sunt extra illam ciuitatem, quæ statutum condidit.*

Bar. in l. communium. C. de natural. liber.

1 BART. in hac l. communium, dicit, legitimatos † ex forma statuti, non intelligi esse legitimatos quò ad eos, qui sunt extra illam ciuitatem, quæ statutum condidit. vide Ias. in l. pactum dotale, col. 2. infrà de collat. & quò ad legitimatos per rescriptum principis, de quibus hic agit Bar. in fi. vide Ias. in l. si is qui pro emptore, col. 64. ver. octauò, de usucap.

Summarium in auth. item fine. C. de natu. lib.

1 *A principe, uel Imperatore etiam cum clausula non obstante, filius naturalis uel spurius legitimari non potest quò ad successionem ubi adsunt legitimi, & naturales.*

Bar. in auth. item fine. C. de natural. liber.

BART. in ista auth. item fine, agit de nouo modo legitimandi, de quo habetur in hoc text. Ad istam auth. vide Bald. in l.ij. in vers. oppono, infrà quib. res iudic. non nocet. & in c. innotuit, & omnino Præposit. in c. per tuas, qui fil. sint legit. vbi propè infinita adducit. & Dec. in consi. 176. Quæ autem requirantur ad hoc ut dispositio huius auth. procedat. vide apud Curt. in l. neque professio, infrà de testa. Alexand. in consi. pen. col. 1. & pen. in 5. uol. & in consi. 94. col. 3. in 1. uol. Paul. de Castr. in consi. 85. Ias. post alios in l. Gallus. §. & quid si tantũ. ff. de liber. & posth.
1 quinimmo non desunt, qui aiunt, à principe † uel imperatore ẽt cũ clausula, nõ obstante, filium

naturalem

naturalem uel ſpurium legitimari non poſſe quò ad ſucceſsionem, ubi adſunt legitimi & naturales; quoniam aufert ius debitum eis. ita uoluit Andr.de Iſern.in c.naturales,ſi de feud. fuer. controuer.int.domin.& agnat.ad quem accedit Alex.in conſ.187.Videretur prima.col.1.in 5. vol.& in conſ.ſeq.& breuiter in hac legitimationis materia, uide omnino quæ poſui.in l.filium. ff.de his qui ſunt ſui uel ali.iur.

Summarium in l.fi.C.de natu.lib.

1 *Auus an relinquere poſſit legitimo nepoti nato ex ſpurio.*

Bar.in l.fi.C.de natural.liber.

BART. in hac.l.fin. pauca dicit. Tu uerò de intellectu huius.l.uide Dec.in conſi.258. ubi ait,ea,quæ in hac.l.de iuſta ſobole conſtituuntur,habere locum etiam in legitimatis. An autem
1 auus † relinquere poſsit legitimo nepoti,qui tamen ſit natus ex ſpurio? & alia circa materiam huius.l.uide apud Alex.in conſ.74.in 3.uol.& omnino Raph.Fulg.in conſ.23.ubi ſubtiliter loquitur.Soc.in conſ.147.in 1.vol.& Dec.in conſi.462.

Summarium in l.j.C.de confir.tuto.

1 *Tutor datus à matre non habet neceſſe excuſare niſi confirmetur.*

Bar.in l.j.C.de confirm.tutor.

1 BART. in hac.l.j.ſic ait in ſumma. Tutor datus † à matre non habet neceſſe excuſare, niſi confirmetur.Vide Roma.in conſ.188.

Summarium in l.neque per epiſtolam.C.de confir.tuto.

1 *Tutor dari non poteſt à patre in uoluntate imperfecta.*

Bar.in l.neque per epiſtolam.C.de confirm.tutor.

1 BAR. in hac.l.neque per epiſtolam,ſic ait in ſumma. Tutor † non poteſt dari à patre in uoluntate imperfecta. vide Alex.in conſi.140.in 1.vol.

Bar.in l.nepotibus.C.qui pet.tutor.

BART. in hac.l.nepotibus,agit de intellectu huius tex.Vide Bal. in conſi.489.in 5.vol. & Capr.in conſi.14.in 3.col.

Bar.in auth.minoris.C.qui dar.tut.poſſ.

BART. in iſta auth.inquit,ſummarium huius.l.eſſe quatuor columnarum. ad iſtum tex.uide gl.in l.pater.ff.de procur.Et dum Bart.in uerſic.ſecundò quæro,idem ait de fratre,quod de matre & auia; uide Aret.in conſi.37.col.3.Et dum Bar.in 3.col.quærit an iſta auth. locum habeat in quacunque tutela? vide Bar.in conſ.143.& Seuerinum in tract.de pact.quæſt.2.

Summarium in l.ij.C.quando mul.tute.offi.fun.pot.

1 *Bona ſecundi uiri ſunt obligata pro tutela mulieris.*

Bar.in l.ij.C.quando.mul.tut.offic.fung.pot.

1 BART. in hac.l.pauca dicit. Tu uerò dum hic habetur,bona † ſecũdi uiri eſſe obligata pro tutela mulieris,vide Soci.in conſi.126.in 1.vol.

Summarium in auth.matri.& auiæ.C.quando mul.tute.offi.fun.pot.

1 *Mater auo præfertur.*
2 *Mater ſi non renunciauit uelleiano,utrum ualeat datio curæ uel aſſumptio tutelæ.*
3 *Mulier pro debito contracto ratione tutelæ capi poteſt.*

Bar.in auth.matri & auiæ.C.quand.mulie.tut.òff.fung.pot.

BART. in iſta auth.ait,ab ea in multis corrigi.l.C.& declarat,ut hic per eũ. Nunquid autẽ iſta auth.locum habeat in proauia? vide Bar.in l.cui eorum.§.affinitatis.ff.de poſtul.& in l.Gallus.§.inſtituens,in fi.ff.de liber.& poſth.ubi Iaſ.in col.fi.Et ad ea,quæ ponit Bar.infrà in 2.colu. verſi.aduerte,uide Barb.in conſi.423.in 2.vol.& in conſ.224.in 1.uol. Et dum Bar.paulòpoſt

ait,

1 ait,matrem † auo præferri, uide Barb.in conſi. 11.col.2.in 3.dubio.in 3.volu.ubi etiam loquitur in patre matris. & ibi in 4.dubio.ponit,quid ſi filius eſſet in poteſtate patris? & quid ſi ſtatuto cautum eſſet, filiumfamilias ſine conſenſu patris ſe obligare non poſſe? uide etiam Bal.in conſ.224.in 1.vol.ubi dicit,qui præferantur an mater,an auia paterna? Et dum ſubiungit Bar. utrum mater ſit tutrix legitima an datiua? uide Alex.in conſi.171.col.2.in 5.volum.& Soci. in

2 cõſi.20.in 1.vol.Poſteà Bar.hic in antepe.col.ver.quęro quid ſi mater,tractat,ſi mater † non renunciauit uelleiano,utrum ualeat datio curæ uel aſſumptio tutelæ? uide Anan.in conſi.100. & Barb.in conſi.11.in 3.volum.Ad ea uerò,quæ ait Bar.in penul.colum.uerſi. ſed quæro quid ſi renunciauit uelleiano,& ſecundis nuptijs,nec fuit dictum omni alij auxilio,an ualeat? Dicas renunciationem de omni legis auxilio operari, ut dos retineri poſsit. Soci. in conſi. 180. & iſta generalis renunciatio includit exceptionem cedendarum: quia uidetur ei renunciatum. Soci. in conſi.200.col.pen.& fi.& Dec.in conſi.27.ubi beneficio quoque excuſsionis renunciatum uideretur. ex dictis tamen ſuis uidetur diſtinctio colligi. & de hac re uide Alex. in conſi.153. Viſis ac ut oportet,col.4.uerſi.pondero illa uerba,in libro primi & ſecundi vol.& Barb.in conſ.

3 11.in primo dubio in 3.vol.Poſteà Bar.in uerſi.ex hoc etiam,dicit mulierem † pro debito contracto ratione tutelæ capi poſſe, igitur multomagis poterit dos retineri. ſed iſta illatio non uidetur bona; quia tale ius introductum eſt fauore conſeruandæ honeſtatis, & ſic ad tuendos bonos mores,ſed iuri conſtituto propter bonos mores renunciari non poteſt, ut per doct. in l. ius publicum.ff.de pact. & in c. ſi diligenti, de for. comp. & ita in terminis hanc illationem reprobat Curtius in l.alia.§.eleganter.ff. ſolut.matrim. & Barb. in c.lator, de pignor. & hoc Bartoli documentum,ut mulier capi poſsit, ait eſſe mirabile Matthæſill. in ſingul.109. incip.Nota caſum quotidianum. Aliud quoque priuilegium continent iſta uerba,renuncians omni legum auxilio,ut per Iaſ.in l.fi.in principio.col.2.in 2.limit.ff.ſi cert.pet.quamuis illud ibi reprobet. & de huiuſmodi renunciationis uigore, vide Soci.in conſi.104.in 3.volum.& latè Iacob.Butrig. in tract.de renunciatione legum. Et dum Bar.in colum.fin.dicit multos effectus expreſsæ hypothecæ,uide Barb.in d.conſi.11.in ultimo dubio in 3.vol.Poſtremò Bar.quærit, quid ſi tutor datur à iudice matre ignorante; & reliqua,ut hic per eum. uide ad hæc Anch.in conſi.347.ubi loquitur in auia,quæ aſſumpſit tutelam nepotis non facto inuentario, & non uocatis illis, qui eam præcedunt.Et dum in fi.concludit Bar.matrem eſſe citandam,cuius data negligentia, iudex dabit alterum.vide Alex.in conſ.161.in 5.vol.ubi declarat.

Summarium in auth.ſacramentum.C.quand.mul.tute.offi.fun.pot.

1 *Mater quæ ad ſecundas nuptias tranſiuit,eſt à tutela reijcienda.*

Bar.in auth.ſacramentum.C.quand.mul.tut.offi.fung.pot.

1 BART. in iſta auth.quia hic habetur, matrem, † quæ ad ſecundas nuptias tranſiuit, eſſe à tutela reijciendam: quærit, quid ſi aliter uixit luxuriosè? vide Barb.in conſi.11. in 1.dubio.in 3.vol.Et dum ſubdit Bar.matre excluſa à tutela per tranſitum ad ſecunda uota, ad quem tutela redeat,an ad datiuum,an ad legitimum? vide Soc.in conſ.12.col.4.& ſeq.in 1.vol.Et ad ea quę dicit Bar.infrà in uerſi.quæro an ſtatim,vide Bar.in conſ.140.in ultimo dubio.

Summarium in l.licet.C.in quib.cau.tut.hab.tute.uel iur.dari poteſt.

1 *In locum excuſati ſiue remoti tutoris alius dandus eſt.*

Bar.in l.licet.C.in quib.caſib.tut.hab.tut.uel cur.dari pot.

1 BART. in hac.l.licet, ait, in locum † excuſati ſiue remoti tutoris alium eſſe dandum. Vide Roma.in conſi.454.colum.4.ubi limitat, & ibi etiam ponit, quomodo curator pupillo conuentò dari debeat.

Summarium in l.non eſt ignotum.C.de admi.tuto.

1 *Adminiſtratores qui iuſtam cauſam litigandi non habuerint, proprio nomine in expenſis legitimis condemnantur.*

Bar.

Bar.in l.non est ignotum.C.de admin.tutor.

1 BART. in hac.l.non est ignotum,sic ait in summa. Administratores,† qui iustam causam litigandi non habuerint proprio nomine, in expensis legitimis condemnantur, vide Barb.in consi.62.col.7.in 1.vol.

Summarium in l.pro officio.C.de admi.tut.

1 *Pro mala administratione,& pro neglectis,bona administratoris tacitè obligari.*

Bar.in l.pro officio.C.de admin.tutor.

1 BART. in hac l.pro officio,inquit pro mala † administratione,& pro neglectis bona administratoris tacitè obligari. An autem res hæredis non facientis inuentarium sint obligatæ, vide Raph.Cuma.in consi.58.& Soc.in consi.85.col.fi.in 1.vol.& in cons.61.in 2.dubio.

Summarium in l.lex quæ tutores.C.de admi.tut.

1 *Immobilia & mobilia seruando seruari possunt,sine decreto alienari non posse.*

Bar.in l.lex quæ tutores.C.de administr.tutor.

1 BART. in hac.l.lex quæ,dicit, immobilia † & mobilia, quæ seruando seruari possunt, sine decreto alienari non posse. Vide Abb.in consi.10.in 2.vol.& Aret.in cons.22. & limita ut per Iaſ.in l.fin.in fin.infrà qui testa.fac.poss.& de hac re uide Felin.in c.uenerabilis, in fin.de offic. deleg.Alexand.in cons.174.in libro primi & secundi vol.ubi loquitur de iuramento, quod derogat huic solennitati.

Summarium in l.tutores.C.de admi.tuto.

1 *Tutor quàm primum potest,debet facere inuentarium.*

Bar.in l.tutores.C.de administr.tut.

1 BART. in hac l. tutores, sic ait in summa. Tutor † quàm primùm potest, debet facere inuentarium,& reliqua. vide Fulg.in cons.196.& an debeat fieri coram pluribus notarijs, vide Roma.in consi.99.in 2.dub.& quia de hoc inuentario tutoris iã anteà latè diximus,nõ repetã.

Summarium in l.cum quidam.C.de admi.tuto.

1 *Quod quis facit ut tutor, sibi non præiudicat ut priuatæ personæ.*

Bar.in l.cùm quidam.C.de administ.tut.

1 BART. in hac l.cùm quidam,ait,quod † quis facit ut tutor,sibi non præiudicare ut priuatę personæ. atque ita ubicunque in una persona duæ qualitates concurrunt,quarum una non tollit alteram,sed sunt paris potentiæ,tunc iudicamus de illa persona ut de duabus.uide Rom.qui ponit exemplum in consi.422.

Summarium in l.sancimus.§.& si quis.C.de admin.tuto.

1 *Lite cœpta si persona indigeat curatore ad litem,dari debet officio iudicis, qui illi liti præest.*

Bar.in l.sancimus.§.& si quis.C.de adminstr.tuto.

1 BART. in hac l.sancimus.§.sed & si quis,ait,lite † cœpta si persona indigeat curatore ad litem,dari debere officio iudicis,qui illi liti præest.vide Oldr.in cons.59.

Bar.in d.l.sancimus.§.personis.C.de adm.tuto.

BART. in ead.l.§.personis,in fi.ait de sollicitudine matris in his tutoribus, quos ipsa mater petijt. uide Capr.in cons.16.in fi.& Fulg.in cons.52.in 3.dub.ubi declarat.

Summarium in d.l.sancimus.§.omnem autem.C.de admi.tuto.

1 *Tutores, & curatores debent in specie, & expressè promittere tempore quo creantur, quòd defensionem subibunt.*

Bar.in d.l.sancimus.§.omnem autem.C.de admi.tuto.

1 BART. in ead.l.§. omnem autẽ,sic ait in summa. Tutores & † curatores debent in specie & expressè promittere tempore quo creantur,quòd defensionem subibunt.vide Alex.in cons.122.col.3.& in consi.123.col.1.in 4.uol.& in cons.129.col.2.in 1.vol.& in cons.8. col.pen.in 3.uol.Barb.in consi.8.col.15.in 1.vol.& in cons.16.col.1.eod.vol.& in cons.19.col.8.& seq.& in cons.

De tutore uel curatore qui ſatis non dedit.

in conſ.22.col.2.eod.1.vol.& in conſ.24.& 25.eod.vol. col.13. & in multis alijs conſilijs ſuis. Aret.in conſ.12.col.fi.Feli.in c.tranſlato,col.3.de conſt.& Curt.in conſ.49.col.47.& ſeq.

Summarium in l.ſi tutor.C.de peri.tuto.

1 *Vnusquiſque ſcire præſumitur, quod publicè ſcitur.*

Bar.in l.ſi tutor.C.de peric.tut.

1 BART. in hac.l.ſi tutor.dicit,illud unumquemque † ſcire præſumi,quod publicè ſcitur.vide Alex.in conſ.115.col.fi.in 4.vol.& Ang.in conſi.160.col.fi.

Summarium in l.tutor.C.de tuto.& cura.qui ſatis non ded.

1 *Tutor non tenetur ſolennitatem implere in his, quæ non ſunt damnoſa ipſi pupillo.*

Bar.in l.tutor.C.de tutor.uel curat.qui ſatis non ded.

1 BART. in hac.l.tutor, uerſic.item quia,dicit,tutorem † non teneri ſolennitatem implere in ijs,quæ non ſunt damnoſa ipſi pupillo. uide Corn.in conſi.163.in 4.volu. & Alex.in conſi.163.in 5.vol.

Summarium in l.j.C.ſi con.matr.uolunta.tuto.dat.ſit.

1 *Ex eo quòd quis creatus ſit tutor contra matris uoluntatem poterit remoueri.*

Bar.in l.j.C.ſi contr.matr.uolunt.tut.dat.ſit.

1 BART. in hac.l.j.ſic ait in ſumma. Ex eo † quod quis creatus ſit tutor contra matris uoluntatem,poterit remoueri. Vide Imol.in conſ.78.in fi.

Summarium in l.j.C.ubi pupil.educ.deb.

1 *Pupillus educandus eſt apud matrem non tranſeuntem ad ſecunda uota.*

Bar.in l.j.C.ubi pupil.educ.debea.

1 BART. in hac.l.j.dicit,pupillum † educandum eſſe apud matrem ad ſecunda uota non trã ſeuntem. Vide Fulg.in conſ.169.& de hoc alibi diximus,ibi uide.

Summarium in l.utrum nepos.C.ubi pupil.educ.deb.

1 *Pupillus ubi educetur, arbitrio iudicis relinquitur.*

Bar.in l.utrum nepos.C.ubi pupil.educ.deb.

1 BART. in hac.l.utrum, ſic ait in ſumma.Vbi pupillus † educetur, arbitrio iudicis relinquitur,& de illo,qui ſuccedere debet pupillo,eſt iuſta ſuſpicio. vide Bal.in conſ.489.in 5.vol.

Summarium in l.nomina.C.arbi.tutel.

1 *In exigendis nominibus debitorum tutor tenetur de dolo, & lata culpa.*

Bar.in l.nomina.C.arbitrium tutelæ.

1 BART. in hac.l.nomina, inquit, in exigendis † nominibus debitorum tutorem de dolo & lata culpa teneri. Vide Imol.in conſi.75.Roma. in conſi.433.col.penul. in ſeptimo dubio.ubi loquitur etiam in negociorum geſtore. & ibi ponit, quid iuris quando tales habent rem communem cum pupillo. & ad declarationem huius.l.& ſimilium, vide Angel.in conſi.310.ubi tradit quando alicui obijci poſsit, eum non exegiſſe nomina debitorum. & Fulgoſ.in conſi.25.

Summarium in l.quicquid.C.arbi.tute.

1 *In actione tutelæ, & utili negociorum geſtorum, uenit dolus, lata culpa, & leuis.*

Bar.in l.quicquid.C.arbitr.tut.

1 BART. in hac.l.quicquid,ait,in actione † tutelæ & utili negociorum geſtorum uenire dolum,latam culpam,& leuem. Ad hanc.l.uide multa per Feli.in c.1.col.6.de præſcript. Roma. in conſi.413.in 5.dubio.& Signorel.in conſ.121.

Summarium in l.ſi defunctus.C.arbi.tute.

1 *Tutor quæ quæſiuit, in dubio non præſumuntur quæſita de bonis pupilli.*

Bar.

Bar.in l.si defunctus.C.arbitr.tutel.

1 BART. in hac.l.si defunctus,dicit,quæ tutor † quæsiuit,in dubio ex bonis pupilli quæsiuisse non præsumi. ad hanc.l.uide Feli.in c.scribam,col.2.de præsumpt.& Aret.in consi.31.Alex. in consi.224.Prospectis his,col.fi.in libro primi & secundi vol.& in consi.13.in fi.in 3. volu. & in consi.40.col.fi.eod.vol.& Præposit.in tit.de feud. guard.in princ.colu.3. & Roma. in consi. 346.in ultimo dubio.ubi loquitur in socio.

Summarium in l.ueteris iuris.C.arbi.tute.

1 *Confessio tutoris erronea circa patrimonium pupilli, sibi non præiudicat.*

Bar.in l.ueteris iuris.C.arbitr.tutel.

1 BART. in hac.l.ueteris,ait,confesionem† tutoris erroneam circa patrimonium pupilli sibi non præiudicare, nisi in inuentario scribi fecerit. vide Soci.in cons.159. & in cons.61. & in consi.155.in 1.vol.Roma.in cons.102.Imol.in cons.75.

Summarium in d.l.ueteris iuris.§.illo etiam.C.arbi.tute.

1 *Tutor administrare non potest nisi facto inuentario, ei administratio decernatur.*

Bar.in d.l.ueteris iuris.§.illo etiam.C.arbitr.tute.

1 BART. in ead.l.§.illo etiam,inquit,tutorem† administrare non posse,nisi facto inuentario, ei administratio decernatur. vide Abb.in consi.90.in 1.dub.in 1.vol.Roma.in cons.185.in 3. dub.Feli.in c.si diligenti,col.12.de for.comp.ubi tradit de remissione inuentarij. & Ancha. in consi.349.Et de hac re iam anteà egimus.ibi uide.

Summarium in l.si diuisio.C.de diui.tute.

1 *Administratione non diuisa uel diuisa à se ipsis, quilibet tenetur insolidum.*

Bar.in l.si diuisio.C.de diuid.tutel.

1 BART. in hac.l.si diuisio,dicit,administratione † non diuisa, uel diuisa à se ipsis quemlibet teneri in solidum.vide Imol.in consi.75.

Summarium in l.j.C.de in lit.iura.

1 *Aduersus hæredes tutoris iuratur in litem,ob dolum suum tantùm.*

Bar.in l.j.C.de in lit.iuran.

1 BART. in hac l.j.inquit,aduersus † hæredes tutoris iurari in litem ob dolum suum tantùm, & reliqua. vide Aret.in consi.29.

Summarium in l.j.C.de hæredi.tuto.

1 *Hæredes tutoris tenentur de dolo & lata culpa,etiam non gerentis.*

Bar.in l.j.C.de hæred.tutor.

1 BART. in hac.l.j.inquit,hæredes † tutoris teneri de dolo & lata culpa, etiam non gerentis, & reliqua.vide Roma.in cons.413.in 5.dubio.

Summarium in l.ueterem.C.de auth.præsta.

1 *Tutores plures si sunt,in quolibet actu unius authoritas sufficit.*

Bar.in l.ueterem.C.de auth.præstanda.

1 BART. in hac.l.ueterem,sic ait in summa. Si sunt plures † tutores in quolibet actu unius authoritas sufficit,nisi in eo,per quem finitur tutela. vide Bar.in l.iiij.§.Cato,col.fi.ff.de uerb.obligat.& quid per istum tex.inferat Abb.in c. prudentiam,in princ.col.4. uersic. uenio ad secundum,de offi.deleg.

Summarium in l.testamento.C.de excusa.tuto.

1 *Tutor testamentarius cogitur ad gerenda negocia,etiam extra prouinciam constituta,nisi se excusauerit.*

Bar.in l. testamento.C.de excus.tutor.

1 BART. in hac.l.testamento,inquit tutorem † testamentarium cogi ad gerenda negocia, etiam extra prouinciam constituta,nisi se excusauerit.vide Alex.in consi.161.col.2.in 5.vol.

Summa-

De curatore furioſi.

Summarium in l.uoluntarie.C.de excuſa.tuto.

1 *Per unum actum contrarium, non amittitur priuilegium in alijs.*

Bar.in l.uoluntariè.C.de excuſat.tutor.

1 BART. in hac.l.uoluntariè, ait, per unum† actum contrarium nõ amitti priuilegium in alijs. Vide aliqua per Alex.in conſ.108.col.pen.in 3.vol.& in conſi.33.in 5.vol.

Summarium in l.ſeueriter.C.de excuſ.tuto.

1 *Qui nominat aliquem ad iniuriam, criminaliter punitur.*

Bar.in l.ſeueriter.C.de excuſ.tutor.

1 BART. in hac.l.ſeueriter, ſic ait in ſumma. Qui nominat † aliquem ad iniuriàm, criminaliter punitur, qui nominat, ut uexet, ad expenſas ciuiliter tenetur. uide omnino Bart. in conſil. 47.col.1.& 2.in 1.vol.

Summarium in l.unica.C.qui æta.ſe excu.

1 *Ætas ſeptuaginta annorum excuſat quem à tutela.*

Bar.in l.unica.C.qui ætat.ſe excuſ.

1 BART. in hac.l.unica, inquit, ætatem † lxx.annorum excuſare quem à tutela. an autem alia ætate quis dicatur ſenex? dixi iam anteà.& uide Oldr.in conſi.93.in fi.

Summarium in l.orationis.C.de cura.furi.

1 *Quod conſtitutum eſt in prohibendis alienationibus rerum omnium extenditur etiam ad res furioſorum.*

Bar.in l.orationis.C.de curat.furioſ.

1 BART. in hac.l.orationis, inquit, quod conſtitutum † eſt in prohibendis alienationibus rerum omnium, extendi ad res furioſorum. Vide Barb.in conſ.42.in 1.volu.Ancha. in conſi.5.col.fi.ubi per ea, quæ hic habentur, ait, quemadmodum pupillis, & minoribus non currit præſcriptio durante minori ætate uel pupillari, ita nec furioſis exiſtente furore.

Summarium in l.cum furioſus.C.de cura.furi.

1 *Pater eſt legitimus adminiſtrator filij furioſi.*

Bar.in l.cùm furioſus.C.de curat.furioſ.

1 BART. in hac.l.cùm furioſus, inquit, patrem † eſſe legitimum furioſi filij adminiſtratorem ex ijs ſequitur, filiofamiliàs non eſſe dandum curatorem. ſed hoc intelligi ubi daretur perſonæ, ſecus ſi rebus, uel ad aliquem actum certum: ita gl.in l.fi.§.ſin autem.2.infrà de bon.quæ liber.& Alex.in cõſ.201.Viſo proceſſu, col.2.uerſ. inſuper non obſtat.in lib.primi & ſecũdi vol.

Summarium in l.non ſolum.C.de prædi.mino.

1 *Minoris immobilia nullo titulo alienari poſſunt ſine decreto.*

Bar.in l.non ſolum.C.de præd.minor.

1 BART. in hac.l.non ſolum, ait, nullo † titulo immobilia minoris alienari poſſe ſine decreto, & reliqua.vide Imol.in conſ.39.col.3.& Bal.in conſ.331.in 3.vol.

Summarium in l.prædia.C.de præd.mino.

1 *Minoris immobilia ex cauſa dotis uel donationis propter nuptias alienari non poſſunt ſine decreto.*

Bar.in l.prædia.C.de præd.minor.

1 BART. ex iſta.l.prædia, colligit, ex cauſa † dotis uel donationis propter nuptias immobilia minoris alienari non poſſe ſine decreto. vide Alex.in l.ſi conſtante, col.antepen.ff.ſol.matr.& Bal.in conſ.108.in 1.vol.

Summarium in l.& ſi is quem cogere.C.de prædi.mino.

1 *Alienatio licèt ſit prohibita fauore minoris, alij tamen obligari poſſunt.*

Bar.

Bar.in l.& ſi is quem.C.de prædi.minor.

1 BART. in iſta l.ſi is,ſic ait.licèt † alienatio ſit prohibita fauore minoris, alij tamen obligari poſſunt.vide Alex.in conſ.66.in fi.in 4.vol.

Summarium in d.l.prædiorum.C.de præd.mino.

1 *Contractus quando nullius roboris,tunc aduerſarius debet probare ipſum eſſe locupletatum.*

Bar.in l.prædiorum.C.de præd.minor.

1 BART. in hac.l. prædiorum, ait, quando † contractus eſt nullius momenti, tunc aduerſariũ minoris debere probare ipſum eſſe locupletatum. vide Alex.in l.ſæpe,col.8.ff.de re iudic.

Summarium in l.ſi quidem.C.de præd.mino.

1 *Alienatio ſi eſt nulla & inefficax,reſtitutio non neceſſaria.*

Bar.in l.ſi quidem.C.de præd.minor.

1 BART. in hac.l.ſi quidem,inquit,ſi alienatio † eſt nulla & inefficax,reſtitutionem non eſſe neceſſariam.ad materiam huius.l.uide Barb.in conſ.11.in ultimo dubio.

Summarium in l.ob æs alienum.C.de præd.mino.

1 *Licèt in lege ſit poſita dictio taxatiua,tamen caſus ſimiles propterea non excluduntur.*

Bar.in l.ob æs alienum.C.de præd.mino.

1 BART. in ead.l.ob æs alienum,colligit ex tex.quamuis in † lege ſit poſita uox,taxatiua,tamẽ caſus ſimiles propterea non excludi. vide Anch.in c.canonum ſtatuta,col.64.de conſt.& quæ poſui in l.ſerui.ff.de uſucap.& Barb.in conſ.2.col.8.in 4.vol.

Summarium in l.etiam.C.de præd.mino.

1 *Prædium emphyteoticum ſine decreto alienari non poteſt.*

Bar.in l.etiam.C.de prædi.minor.

1 BAR. in hac.l.etiam,inquit,prædium† emphyteoticum ſine decreto alienari non poſſe.vide Roma.in conſi.166.col.2.in 2.dubio.

Summarium in l.ſi prædium.C.quando decre.opus eſt.

1 *Ex uoluntate defuncti expreſſa poſſunt ſine decreto immobilia alienari.*

Bar.in l.ſi prædium.C.quand.decret.opus eſt.

1 BART. in hac.l.ſi prædium,dicit,ex uoluntate † defuncti expreſſa poſſe ſine decreto immobilia alienari. vide Alex.in conſi.27.in 3.vol.

Summarium in l. ſi quando.C.ſi ma.fac.alie.fac.rat.habue.

1 *Si immobilia ſunt alienata ſine decreto titulo oneroſo, minore tacente per quinquennium poſtquàm effectus eſt maior ratihabitio inducitur.*

Bar.in l.ſi quando.C.ſi mai.fact.ſuam alien.fact.rat.hab.

1 BART. in hac.l.ſi quando,ait,ſi immobilia † ſunt alienata ſine decreto, titulo oneroſo, minore tacente per quinquennium poſtquam effectus eſt maior,ratihabitionem induci,ſi uerò titulo lucratiuo,taciturnitatem longi temporis exigi.Attende quoniam taciturnitas huius temporis inducit ratihabitionem non ſolùm circa principalia,ſed etiam circa acceſſoria, & dependentia. ita Alex.in conſ.117.in 5.vol.ubi ponit etiam alium modum habendi præterquam per taciturnitatem,ut puta,ſi pro executione actus principaliter geſti ageretur.

Summarium in l.fi.C.de magiſtra.conue.

1 *In eo in quo quis damnificatur,quia notarius ſcribere omiſit,datur actio contra notarium.*

Bar.in l.fi.C.de magiſtrat.conueni.

1 BAR. in hac.l.fi.ſic ait in ſumma. in eo † in quo quis damnificatur, quia notarius ſcribere omiſit,datur actio contra notarium. An autem iſto caſu pœna falſi teneatur? uide Anchar. in conſ.285.& Barb.in rubrica de fid.inſtrum.colum.34.in dubio tamen excuſandus eſt à falſitate. Bal.in l.iuris gentium.§.quod ferè.ff.de pact.& multa ad hæc habentur apud Alex.in l.quoties.§.ſed ſi non in corpore,in addit.ad Bartolum.ff.de hæred.inſt.& in conſ.73. Non puto, in 1.vol.& ad declarationem huius.l.uide Alex.in l.ubi exigitur,in princ.ff.de edend.

Summa-

De ſeruis fugitiuis.

Summarium in l.j.C.de ſer.fugi.

1 *Si quis nollet uti uſucapione ſed præſcriptione, eodem modo habet locũ in re mobili, ſicut in re immobili.*

Bar.in l.j.C.de ſeru.fugit.

1 BART. in hac.l.j.col.2.in uerſi. ſed ſi quis non uellet, dum approbando lecturam Ricar. Mal.ait, ſi quis nollet † uti uſucapione, ſed pręſcriptione, eodem modo habere locum in re mobili, ſicut in re immobili, ut hic per eum. ex quibus colligitur, eum, qui uſucepit rem, poſtea quoque poſſe præſcribere: & qui præſcripſit minori tempore, poſſe etiam præſcribere maiori. uide Aret.in conſi.104.colum.3. Et dum Bart. hic propè finem ait, ſi quis incipit rem abſentis poſsidere, hodie præſcriptionem non incipere, ſed exigi lapſum longi temporis, ut obliuio illius abſentis præſumatur. vide Abb. in conſi.18. in fin.in 2. volum. & in conſi.62. colum.penul.eod.uol.

Summarium in auth. ſed nouo iure.C.de ſer.fugitiu.

1 *Furis pœna eſt ut ſuſpendatur.*

2 *Excuſatur à pœna furti is qui eſt creditor alicuius, & ei ſubtrahit æquiualens.*

3 *An furto an excuſetur ſi dominus rei dicat rem inuito non fuiſſe ſibi ablatam.*

Bar.in auth.ſed nouo iure.C.de ſeru.fugit.

1 BART. in hac auth.in fi.concludit, pœnam † furis eſſe hodie ut ſuſpendatur. Vide Alex. in conſi.110.in 4.volum.& in conſi.5.col.11.in 1.vol. & aliquid per Bald.in conſi.348.in 5.volu. Et quamuis fur pro paruo furto ſuſpendi non poſsit, tamen ſi is plura modica furta commiſit, ſuſpendi poterit, ut per Feli.in c.at ſi clerici.§.de adulterijs.colum.fin.nu.31. de iudic. ubi citat Roma. Item quod fur manifeſtus in quadruplum condemnetur, & fur non manifeſtus in duplum, non eſſe hodie in uſu, niſi in ciuitate Romana, dixit Petrus à Blaſio in ſuo tract.de actione, & eius natura.in quadrageſimaquinta actione, in fi.ſed credo eum decipi. excuſatur tamen
2 à pœna † furti is, qui eſt creditor alicuius, & ei ſubtrahit æquiualens, dummodò inde non ſit ſcandalum ſecuturum. ita Innoc.in c.olim.j.de reſt.ſpoli. & Felin.in c.1.nu.26.cum ſeq.de iudic. An autem excuſatur qui res uidente domino & tacente ſubtraxit? dicas quòd non, niſi alia quoque concurrant indicia, ex quibus domini conſenſus eliciatur. Abb. in c. dudum, de
3 elect. An † excuſetur à furto ſi dominus rei dicat rem ſe inuito non fuiſſe ſibi ablatam? Bart. ait eum non excuſari, niſi eſſet amicus uel conſanguineus, in l.inter omnes.§.rectè.ff.de furt.tamẽ Feli.ait, inſpiciendas eſſe coniecturas, in c.1.in fi.de præſumpt.ſed documentum Bartoli ſequitur Abb.in conſi.107.in 1.volu.& in d.c.dudum, de elect. Item ſcias non ſemper eum dici eſſe furem, qui res alienas ſubtraxit. & quæ requirantur ad hoc, ut quis furtum commiſiſſe dicatur, vide apud Alex.in conſ.125.cum duobus ſeq.in 4.vol.

Summarium in l.quicunque.C.de ſer.fugi.

1 *In pœnis alternatiuis cuius ſit electio, an iudicis, an rei.*

2 *Vbicunque pœna capitalis imponitur, ibi ſemper intelligendum eſt, ſi dolus in delicto interuenerit.*

3 *Occidens ſine dolo punitur.*

Bar.in l.quicunque.C.de ſeru.fugit.

1 BART. in hac.l.quicunque, tradit in pœnis † alternatiuis, cuius ſit electio, an iudicis an rei? de hac re uide plenè Cæpoll.in l.ſi fugitiui, ſuprà eod.& Anan.in conſi.21.col.2.cum ſeq. Feli. in c.inter cæteras, colu.2. cum ſeq.de reſcript.& in c.ſicut Iudæi, de iudic. Quid ſi in iſtis pœnis alternatiuis abſciſsio manus imponeretur, utrum eligi poſsit manus arida? ita ut dicatur legi ſatisfactum eſſe, ſi manus arida delinquenti amputaretur? vide Felin.in d.c.inter cæteras, nu.15.
2 de reſcript.& in c.1.de calumni. Et dum in hac.l.habetur, ubicunque pœna † capitalis imponitur, ibi ſemper intelligendum eſſe ſi dolus in delicto interuenerit, vide Cæpoll.in conſi.29.& in cautel.3.incip.Si uis differre. Alex.in conſ.109.in 1.vol.Feli.in c.lator, de homic.& Iaſ. in conſ. 137.in 1.vol.& in l.non dubium, col.8.C.de legi.& ideo in homicidio, dolus & lata culpa non æquiparantur.

æquiparantur. Iaſ. in l.j. col. 3. ff. de leg. 1. & de hac re uide eundem latiſsimè. in l. quod ſi quis. §. quid prętor, primo notab. ff. ne quis eum qui in ius uoc. vbi limitat hoc, niſi ſtatutum uoce, quouis modo, vel qualitercunque occiderit, vteretur. Item huiuſmodi ſtatutum de illo intelligendum eſt, qui iniuriosè fecit, ut per Iaſ. in d. l. non dubium, colu. 8. vidi tamen Bar. in l. pen. & in l.
3 Pomponius. ff. de parric. vbi occidens † ſine dolo punitur. ſed * communiter dolum exigi te-
* nuit etiam Iaſ. in l. ſororem, infrà de his quib. vt indign. & in l. in actionibus, colu. 4. & ſequ. ff. de in lit. iuran. & latè Angel. de malefic. ſuper uoce, ſcienter & dolosè. Dec. in conſi. 1. & Cæpoll. in conſi. 32. Adde quòd hoc ſtatutum intelligitur de occidente aliquem immediatè, ſecus ſi mediatè, ut ſi illum fugientem ſequeretur, qui propter fugam caderet, & ſeipſum interficeret. Aret. not. in conſi. 146. Bal. in l. de pecoribus, infrà ad leg. Aquil. vide Bart. in l. diuus. ff. de ſicar. & in l.j. §. diuus. eod. tit.

Summarium in l.j. C. de fur.

1 *Ille qui allegat contraria, non eſt audiendus.*

Bar. in l.j. C. de furtis.

1 Bart. in hac. l.j. inquit, eum, † qui allegat contraria, non eſſe audiendum. Vide Aret. in conſ. 150. col. fi. Alex. in conſi. 110. in 5. vol. vbi loquitur in libello repugnantiam continente, & habente clauſulam, omni meliori modo. & Angel. in conſ. 167. vbi etiam ipſe loquitur in libello, & Bal. in conſ. 52. in 5. uol. & quia de hac re alibi diximus, ulterius non progrediar.

Summarium in l. inciuilem. C. de furt.

1 *Emens rem à fure, debet eam reddere domino, pretio non reſtituto.*

Bar. in l. inciuilem. C. de furt.

1 Bart. in hac l. inciuilem, ſic ait in ſumma. Qui emit † rem à fure, debet eam reddere domino, pretio non reſtituto. Attende tamen, quia datur cautela, qua pretium huic emptori erit reſtituendum, ſcilicèt, ut is in inſtrumento emptionis proteſtatur, ſe illam rem emere nomine eius, cuius eſt, offerens ſe paratũ eſſe illi rem reſtituere ſibi pretio reſtituto. ita Cæpol. in cautel. 10. vide ad prædicta eundem in caut. 26. Et dum ſubdit Bar. utrũ ille, qui emit rem furtiuam, præſumatur id ſciens facere? aitq; non propter unam uicem tantũ, alioqui uerò ſi hoc ſæpe faceret, & reliqua ut hic per eum. vide Roma. in conſ. 54. colu. 2. & in conſ. 86. col. 3. Bal. in conſ. 494. in fi. in 1. uol. Fulg. in conſ. 175. Barb. in conſ. 42. colu. 10. in 1. vol. & Aret. in conſ. 154.

Summarium in l. ſiquis ſeruo. C. de fur.

1 *Vbi duo caſus ſunt æquiparati à lege ueteri, tunc legem nouam ſuper eorum altero diſponentem, porrigi debere ad alium.*

Bar. in l. ſi quis ſeruo. C. de furt.

Bart. in hac l. ſi quis ſeruo, agit de extendendo ſtatuto. & quia ex hac. l. Doctores ſumũt
1 regulam, vbi duo † caſus æquiparati ſunt à lege ueteri, tunc legem nouam ſuper eorũ altero diſponentem, porrigi debere ad alium. vide ad hanc regulam multa apud Alex. in conſ. 171. in 7. uol. & dicas eã procedere tantùm qñ lex noua emanat præcisè in illa materia, in qua facta erat æquiparatio, alioqui non militat. Alex. in cõſ. 171. in 7. uol. Et de hac extenſione, de qua hic agit Bar. vide Roma. in conſ. 32. col. 3. & in conſ. 120. & in conſ. 129. & in conſ. 179. col. 4. & in cõſ. 221. & in conſ. 383. Cæpol. in conſ. 5. col. 5. & in conſ. 18. in 1. dub. & in conſ. 2. & in conſ. 154. Barb. in conſ. 19. col. 4. in 1. uol. & in conſ. 24. col. 5. eod. vol. & in conſ. 60. eod. uol. 1. & in cõſi. 24. col. 5. in 2. uol. & in conſ. 34. col. 16. & in conſ. 64. col. 2. eod. 2. uol. Ant. de Butr. in conſ. 15. Ana. in conſ. 27. Alex. in l. poſtulante, col. 3. ff. ad trebell. & in l.j. §. 1. col. 2. ff. ad leg. Falc. & in l.j. infrà de ſucceſ. edicti. & in conſ. 35. in 3. uol. Anch. in c. canonum ſtatuta, col. 94. de conſt. Abb. in c. translato, cum ibi addit. in 2. notab. de conſt. Aret. in conſ. 3. col. 4. & in conſ. 163. Ancha. in conſ. 237. Soci. in conſ. 1. Corn. in conſ. 154. col. pen. in 1. vol. Aret. in rubr. ff. de acquir. poſſ.

Summarium in l.manifestissimi.§. sed quærebatur.C.de fur.

1 *Ille qui eligit unum ius, non uidetur alteri renunciari.*

Bar.in l.manifestissimi.§. sed quærebatur. C.de furt.

1 BART. in hac l.manifestissimi.§. sed quærebatur, in uers.nota etiam, ait, eum, qui † eligit unum ius non uideri renunciare alteri iuri, quod ignorat sibi competere. ad rem facit glo. in l. fi.in uerbo,cessat.ff.de condi.indeb.vide aliquid per Iaſ.in l.cùm quis,suprà de iur.& fact.igno. & ad istum tex. vide Bald.in l.leges sacratissimæ,suprà de legib.& Ana.in consi.72.Visis & consideratis,colu.fi.ad rem faciunt trad.per Dec.in l.j.suprà de pact.in sol.l.nec uos, infrà de capt. & postlim.reuers. dum uolunt,ibi reuera intelligi materteram esse mortuam, sed tamen penès contrahentes dubium remanere. atque ita ibi concluditur, sicut ille, qui est certus de uita alicuius, non potest super illius hæreditate pacisci,ita neque ille, qui dubitat. & sic idem est iudicium de dubio,quod de ignorante, vt ait Bald. in d.l.leges sacratissimæ,& Ana.in d.consi.72. ac etiam de sciente.ex quo adnotari potest,aliquando de dubio iudicari,ut de ignorante,& aliquando,ut de sciente, secundum subiectam materiam. Et uide Bar.in l.fi.suprà de cond.indeb. vbi limitat. & vide aliquid per Alexand. in consi. 14. colu. 2. in quinto uolumine. & textum.& ibi Bar.in l.j.infrà de testa.Feli.in capitulo pastoralis,colu. 17.de except.& in cap. fi.colu.6.de præscript.Barb.in conſ. 16.col. 3.in secundo uolu. Præpositi.in c.non est.§.is itaque, dist.6.& in c.quo iure,col. 3.distinc.8.& Iaſ.in l.quamdiu,in prima & secunda colu.infrà,qui admit.Anch. in conſ.88.vbi tradit,an tempus,in quo dubitatur de bello,attribuatur bello.

Summarium in d.l.manifestissimi.§ sed cum in secunda.C. de furt.

1 *Qua actione redimet commodatarius rem à fure.*

Bar.in d.l.manifestissimi.§.sed cum in secunda.C.de furt.

1 BART. in ead.l.§.sed cum in secunda,quærit,qua † actione redimet commodatarius rem à fure? & dum ait,dari actionem in factum,uel officium iudicis, vide Bar.in l. Aquilius.in fi.ff.de donat. Bal.in l.idem,col. 1.vers.quid si dominus,suprà loca.& ad ea,quæ ait Bar. hic,in uers.sed quæro,quid si ad aliquem peruenit possessio sine uitio eius rei,quam ego tunc possidebam.vide Iaſ.in §.sed istæ,col. 5.instit.de action.& ad uerba,quæ subiungit Bar.ibi,aliàs si hoc non constaret,credo quòd non posset agi. vide Alexand. in conſ. 51. in 1.uolu. & in conſ.260. in libro primi & secundi uolu.

Summarium in l.j.C.de op. liber.

1 *Necessitas legi non subiacet.*

Bar.in l.j.C.de oper.libert.

1 BART. in hac l.j.in fi.ait,necessitatem † legi non subiacere. Vide Iaſ.latè in §.item Seruiana,instit.de action. Cæpoll.in auth. sed nouo iure, colu.18.& sequ.suprà, de seru.fugit.doct.in capitulo licèt,de feri. Feli.in cap.cùm accessissent, colu. 9.de constitu.& quæ dixi iam anteà in alijs lucubrationibus meis.

Summarium in l.ij.C.de liber.& eor.liber.

1 *Quis ex leui offensa reuocatur in seruitutem.*

Bar.in l.ij.C.de libert,& eor.liber.

1 BART. in hac l.ij.colligit ex isto tex.quem † ex leui offensa reuocari in seruitutem.ex hoc quæri solet,an filius legitimatus ingratus in pristinum statum reuocari possit. vide Roma.in sing.222 incip. Vltimò quæritur,iunctis ibi trad.per Castell.& Iaſ.in l.ex hoc iure,col. 11.ff.de iusti.& iur.& ad l.hanc. vide aliqua per Feli.in c.ex literis, colu. 8.de constitu.& Roma.in consi.459.vbi in secundo dubio.per istam l.ait,ciuilitatē datam aliquibus, quæ propter bellum superueniens fuit extincta,nō reuiuiscere, quamuis denuò amicitia superueniat.

Summarium in l.j.C. qui admit.

1 *Ratihabitio quo tempore fieri debeat.*

Bar.

Bar.in l.j.C.qui admit.

1 BART. in hac.l.j.col. penul.in fi. agit de ratihabitione,† quo tempore fieri debeat,aitque, eam quocunque tempore fieri debere, quando non fit ut actus ualidus efficiatur. vide Feli. in cap.ueniens,col. 2.verſ.ſed ſi eſſet caſus,de teſti. & in cap.cùm ſuper,col. 3. de re iudic. Et dum Bart.in colu.fi.verſ.ponit glo.agit de filio,vtrum habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio ſine conſenſu patris? aitque eum poſſe petere bonorum poſſeſsionem,quia non petitur in forma iudicij, & hoc modo reſpondet ad l.cùm non ſolùm.§.neceſsitate.ff.de bon.quæ liber.vide Barb.in conſi. 3.colu. 15.in ſecundo uolu. & ad declarationem.d.§.neceſsitate, vide Dominos de Rota in deciſ.ſexta in nouis,in tit.de iudic.ad quam deciſionem ſimpliciter accedit Barb. in c.licèt ex ſuſcepto,de for.compet.

Summarium in l.emancipata.C. qui admit.

1 *Quamuis de iure prætorio non ſit inductum ut bonorum poſſeſſio non tranſmittatur, tamen de iure ciuili inductum eſt ut hæreditas, & bonorum poſſeſſio tranſmittatur ad ſuos.*

Bar.in l.emancipata.C.qui admit.

1 BART. in hac.l.emancipata,exponendo glo.inquit, quamuis † de iure prætorio non ſit inductum, vt bonorum poſſeſsio non tranſmittatur,tamen de iure ciuili inductum eſſe, vt hæreditas & bonorum poſſeſsio tranſmittatur ad ſuos. vide Alexan.in conſi.20.col.4.in primo uol. & Soci.in conſi.153.col.4.in primo uol.

Summarium in l.ij.C.de bon.poſſ.ſecun.tab.

1 *Quot teſtes requirantur ad probandum teſtamentum.*

Bar.in l.ij.C.de bonorum poſſ. ſecun.tabul.

1 BART. in hac l.ij.quærit, quot teſtes † requirantur ad probandum teſtamentum? & ad ea quæ inquit in uerſ.item cum tale teſtamentum,vide Alexand.in conſ.189. Abundè per celeberrimos,in lib. primi & ſecundi uol.& in conſi.20.colu.2.in quarto uol.Aret. in l.hæredes palàm,col. 5.ff.de teſtam. Bald.in conſi.158.in ſecundo uolu.vbi tradit, quid iuris ſit,ſi per duos teſtes probetur,à tali notario ſcriptum fuiſſe teſtamentùm Titij, quãuis hæc ſcriptura ſimul cum alijs ſcripturis illius notarij non reperiatur. vide Aret.in conſi.88.col.fi.

Summarium in l.j.C.de bon.poſſ.contra tab.

1 *Rupto teſtamento per contratabulas, quibus debeatur legatum.*

Bar.in l.j.C.de bonor.poſſ.contratabul.

1 BART. in hac l.j.in qua continetur,rupto † teſtamento per contratabulas, quibuſdam personis coniunctis tantùm deberi legata; ſupplet cum glo. vt hoc etiam ad alias perſonas porrigatur; ita ut ex iſto tex.& glo.colligatur,per hanc uocem, ſolis, quæ poſita eſt in hac.l.antiqua iura non corrigi. videas Dec.in conſi.87.col.pen.

Summarium in l.poſthumo.C.de bon. poſ.contratab.

1 *Poſthumus præteritus poteſt dicere teſtamentum nullum, & uenire contratabulas.*

Bar.in l.poſthumo.C. de bonor.poſſ.contratab.

1 BART. in hac l.poſthumo, inquit, poſthumum † præteritum poſſe dicere teſtamentũ nullum,& uenire contratabulas. item ſi eſſet exhæredatus,ait eum non habere contratabulas, ſed uenire poſſe per querelam. Ad huius tex.declarationem vide Bal.in l.ſi pater, in nona oppoſitione,infrà de inſti.& ſubſti.ſub condit. fact. quem refert & ſequitur Ial.in l.emancipata, ſuprà qui admit. Et dum Bar.hic in præteritione matris ait non dari cõtratabulas, quoniam habetur pro exhæredatione: attende,quoniam à ceſſante ratione Bart.& glo.videtur colligi,hodie contra teſtamentum matris dari poſſe contra tabulas, quia præteritio matris ſine cauſa nõ habetur pro exhæredatione,ſed pro præteritione,ſecundum glo.in §.exhæredatos, in auth.de hæred.& falci.& iſtam opinionem multi tenuerunt. vide hic Alex.& in l.in ſuis, in fi.ff.de libe.& poſth.

Summarium in auth. præterea. C. vnde uir & uxor.

1 *Legatum factum marito ab uxore cum lucro delato à statuto compensari debet.*

Bar. in auth. præterea. C. vnde uir & uxor.

1 BART. in ista auth. agit de legato † facto marito ab uxore, vt cum lucro delato à statuto compensari debeat. De hac re latè iam anteà egimus, dum loquerentur de debito necessario, cum quo legatum simpliciter factum debeat cõpensari: ideo ibi uide. & ad istam auth. videas Dec. in consi. 24. vbi habetur, quid si mulier tempore mortis mariti fuit inops, posteà diues efficitur? nunquid propterea prohibeatur petere quartam sibi debitam? & an ista auth. locum habeat ab intestato, an verò etiam præter uel contra uoluntatem testatoris? & an rescindi possit uigore huius auth. donatio facta per maritum? vide Soci. in consil. 108. in primo uolu. An autem ista auth. locum habeat in muliere, quæ à principio fuit dotata, & posteà dotem amisit? vide Soci. in consi. 30. in quarto uolu. vbi etiam subdit, nunquid ista auth. procedat, quando mulier non habet dotem congruam, sed ex ea uiuere potest exercendo officia? de intellectu autem huius auth. vide Matthæsill. in tract. de successionibus ab intest. in quarto artic. princip. nu. 8. cum seq. & ad materiam hanc uide Soc. in consi. 121. in 4. uol.

Summarium in l. pactum dotali. C. de collat.

1 *Pactum quòd filia dotata non succedat, non ualet.*

Bar. in l. pactum dotali. C. de collat.

1 BART. in hac l. pactum dotali, ait in summa. Pactum, † quo filia dotata non succedit, non ualere. Ad materiam huius. l. vide omnino Alexand. in consi. 29. in tertio uolu. & in hac re uide quæ posui in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. dum ibi agimus de pacto huiusmodi facto etiã iuramento interueniente.

Summarium in l. si maritus. C. de collat.

1 *Jus petendi collationem transit ad hæredes.*

Bar. in l. si maritus. C. de collat.

1 BAR. in hac l. si maritus, ait, ius petendi † collationem transire ad hæredes. de intellectu huius. l. uide Soc. in consi. 116. col. 6. in 1. vol.

Summarium in l. furiosum. C. qui testa. face. poss.

1 *Furor impedit testamentum inchoari, & inchoatum perfici.*

2 *Furiosus habens dilucida interualla si committit delictum, an præsumatur illud commisisse tempore furoris, an non.*

Bar. in l. furiosum. C. qui testa. facer. poss.

1 BART. in hac. l. furiosum, sic ait in summa. Furor † impedit testamentum incohari, & incohatum perfici; ualet autem testamentum factum tempore, quo quis habet dilucida interualla. Ad materiam huius. l. uide Alex. in consi. 141. in 1. volu. & in consi. 227. in libro primi & secundi uolu. vbi habetur, nunquid testamentum conditum ab habente dilucida interualla præsumatur factum tempore furoris an non? & an uerba notarij asserentis in testamento, illum testatorem esse sanæ mentis, probent? & quomodo testes concludant, eum non fuisse in furore tempore actus gesti? vide etiam eundem Alex. in consi. 228. in eod. lib. primi & secundi uol. Et qũo probetur furor, vide Soci. in consi. 42. in 1. uol. & in consi. 89. in 3. uol. vbi multas attulit coniecturas, ex quibus præsumitur testatorem sanæ mentis non fuisse. videas etiam Alex. in consi. 10. in 6. uolu. & omnino in consi. 147. in septimo volu. Dec. in consi. 448. Anchar. in consi. 5. Bar. & ibi addita in l. his qui. §. Diuus. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. & Dec.

2 omnino in l. furiosi, & in l. in negocijs contrahendis. ff. de regu. iur. Quid si furiosus † habens dilucida interualla committit delictum, præsumitur ne illud commisisse tpe furoris, an non? vide

Dominic.

Dominic.de sancto Gemi.in c.unico,col.pen.de cleric.ægrot.in 6.Quomodo autem distet furiosus à mentecapto,docuit Alex.in cõsi.54.in 1.vol.ubi ex mente Bal.in l.furiosi. C.de nupt. & in l.humanitatis.C.de impuber.& alijs substi.concludit,furiosum esse illum, qui est cum rabie euidentis furoris, mentecaptum uerò, cui mens & consilium deficit, nullum tamen furorem ostendit. hoc idem uide apud Alexand. in consi.3. in 6.colum.& in hac materia uideatur Fulgos.in consi.80.

Summarium in l.nolumus.C.de testam.

1 *Primum testamentum non tolli per aliud sequens, quamuis in eo esset scriptus princeps.*

Bar. in l.nolumus. C.de testa.

BART. in hac l.nolumus,ait,primum † testamentum non tolli per aliud sequens, quamuis in eo esset scriptus princeps. De materia huius.l.vide Fulg.in consi.20.

Summarium in l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testam.

1 *Testamentum imperfectum ratione solennitatis ualet quòad liberos tantum.*
2 *In testamento appellatione liberorum continentur etiam nepotes.*
3 *Si quis cæpit facere testamentum,illudque morte præuentus perficere non potuisset, non ualet,etiam fauore liberorum.*
4 *Testamentum imperfectum scriptum manu testatoris an ualeat inter liberos.*

Bar.in l.hac consultissima.§. ex imperfecto.C.de testa.

1 BART. in hac l.hac consultissima.§.ex imperfecto,ait,testamentum † imperfectum ratione solennitatis ualere quò ad liberos tantùm. de intellectu huius.§. vide Alexand.in consi.105.in 7.uolu. Soci.in consi.5.colu.fi.in tertio uolu.Dec.in cons.105. colu.pen. & fi.& in consi.361. Limita istum tex.non procedere,nisi ipsi filij essent hæredes instituti, secus uerò si essent instituti extranei,& filijs facta essent legata,vt in simili singul.ait Ant.de Butr.in c.quod clericis, de for.compet.dicens textum in c.relatum,de testam.non habere locum,nisi quãdo pia causa fuit hæres instituta. quod an sit uerum,vide apud Soci.in consi.49.in 4.volum.& ad prædicta uide Soci.in consi.115.in 4.vol.& omnino Dec. in cons.455. vbi concludit,si pia causa non est hæres instituta,seruandam esse solennitatem iuris communis. Amplius limita istum tex.non procedere,nisi ipsi filij essent æqualiter instituti. ita Dec.in d.consi.361. quæ quidem limitatio est magna. vide ad istam.l.eundem Dec.in cons.631.& Soci.in consi.2.in 3.vol.vbi differentiam facit inter testamentum,& instrumentum testamenti; dicens ex hoc si scriptura testamenti deficeret in forma à lege requisita,eam non probare testamentum,etiam inter liberos. Declara
2 insuper istum tex.vt in eo appellatione † liberorum etiam nepotes contineantur. Alex.in cons. 114.in 7.uol.& Soci.in d.consi.2. in 3.uol. immo amplius nepotes etiam ex filiabus cõprehenduntur secundum Alex.in consi.166.in 5.uol. An autem iste.§. locum habeat in filijs legitimatis? Dec.in consi.610.tenuit quòd non, quamuis contrarium senserit Bald.vt ibi per eum. An cæcus possit hoc modo testari? & quid si aliud testamentum præcedit, an per secundum hoc modo celebratum tollatur primum? vide Raph.Cuman.in consi.112.Fulgos.in consi.41.& in consi.93.& Dec.in d.cons.631. & quæ pono infra in hac ead.l.in §.si quis autem. Adde quòd iste.§.intelligitur quando testamentum deficit in solennitate, non autem in uoluntate, quia si
3 quis † cœpisset facere testamentum,illudque morte præuentus perficere non potuisset,nõ ualeret etiam ex fauore liberorum. Abb.in d.consi.105.in 2.vol. Attende tamen quoniam Alex.in consi.4.col.pen.in 7.uol.dicit,si testator inter liberos cœpit cõdere testamentum,& illud morte præuentus publicare non potuit, validum esse dummodò constet illud esse scriptum manu ipsius testatoris,citat Imol.in c.2.de testa.& in l.si is qui.ff.de testa. voluntas enim testãtis perfecta ratione uoluntatis,quamuis perfecta non sit ratione solennitatis,valida est.Ancha. & alij.
4 in c.1.de testa.Bal.in l.fi.C.famil.erciscs. & Ana. in cons.57. An autem testamentum † imperfectum scriptum manu testatoris ualeat inter liberos? vide Alex.in cons.76.in 3.uol.Adde quòd

huiusmodi testamenta,in quibus remittitur à iure solennitas requisita,nõ dicuntur propriè testamenta,vt per Iaſ.hic,& per doct.in l.j.ſuprà de ſacroſ.eccl.ex hoc poſſet poſteà inferri, ea in ſtatuto non cõtineri,id quod durum uideretur, & ideo cogita ſi hæc opinio poſſet refelli: nam ſicut dos præſumpta,quam mulier dare præſumitur ſecundo uiro, dicitur dos uera & in ſtatuto continetur,quamuis in ea ſit remiſſa ſolennitas probationis: ſola enim preſumptione proba tur,& ideo in ſtatuto etiam continetur,vt per Soc.in conſ. 80.in 4.uol.col.fi.& Io.Crot.in cap. Raynutius,de teſta.ita & in propoſito caſu. De materia uerò & intellectu auth.hoc inter liberos,quæ hic poſita eſt,vide Mari.Soci.iuni.in conſi. 127.

Summarium in d.l.hac conſultiſſima.§.ſiquis autem.C.de teſtam.

1 *Teſtamentum primum non tolli per ſubſequens imperfectum.*

Bar.in d.l.hac conſultiſsima.§.ſi quis autem.C.de teſtam.

Bar. in prædicta.l.hac conſultiſsima.§.ſi quis autem,qui his ſubiungitur,inquit,teſtamen-
1 tum † primum non tolli per ſubſequens imperfectum, niſi in eo ſcripti fuerint uenientes ab inteſtato. Limita iſtum tex.non habere locum, quando in primo teſtamento pariter inſtituti eſſent uenientes ab inteſtato. Soci.in conſ. 11.col.4.in 3.uolu. & vide quæ poſui ſuprà in hac l.in principio.Rurſus limita hunc tex.non procedere, quando in primo teſtamento pia cauſa fuiſſet hæres inſtituta,quia eius fauor ceſſare facit fauorem uenientium ab inteſtato.Abb.in conſi. 11.colu.fi.in primo uolu.

Summarium in l.ſancimus. C.de teſtam.

1 *Teſtamentum perfectum non tollitur per imperfectum.*

Bar.in l.ſancimus.C.de teſtam.

1 Bart. in l.ſancimus,ait, teſtamentum † perfectum non tolli per imperfectum, niſi curſus decennij ſubſequatur. de materia huius.l.vide Paul.de Caſtr.in conſi.155.in primo uolu.& aliquid per Soci.in conſ.2.col.3.in 3.uol.Alex.in conſi.246. in lib.primi & ſecundi uol.& in cõſi. 31.in 3.uolu.& omnino in conſ.159.in 7.volu.Abb.in conſi.11.in primo uolu.& de intellectu huius.l.in uerſ.ſin autem medio,vide Fulg.in conſi.57.

Summarium in l.cum antiquitas.§.cum autem.C.de teſtam.

1 *Teſtator poſt teſtamentum manu propria ſcriptum, hodie ſe ſubſcribere non tenetur.*

Bar.in l.cùm antiquitas.§.cum autem.C.de teſta.

1 Bart. in hac l.cum antiquitas.§.cum autem,ſic ait in ſumma. Teſtator † poſt teſtm̃ manu propria ſcriptum,hodie ſe ſubſcribere nõ tenetur. Aduerte quoniam eſt memorabilis ad hoc, ſi in aliquo caſu requiritur ſubſcriptio alicuius,vt non ſufficiat,quamuis ex ſerie ſctipturæ appareat eam illius manu ſcriptam fuiſſe, niſi ipſe hoc proteſtetur expreſsè. ita Areti.in conſi.64. vbi iſtum tex.adducit ad l.ſcripturas.C.qui potior.in pignor.habean.

Summarium in l.fi. C.de teſtam.

1 *Ruſticis eſt permiſſum ut poſſint facere teſtamentum coram quinque teſtibus, ſi plurium copiam habere non poſſunt.*

Bar.in l.fi.C.de teſta.

1 Bart. in hac l.fi.ait,ruſticis † eſſe permiſſum,ut poſsint facere teſtamentum coram quinque teſtibus, ſi plurium copiam habere non poſſunt. Aduerte hic, quoniam ad probandum huiuſmodi teſtamentum,requiritur, vt iſti quinque teſtes de hac re in iudicio teſtimonium dicant,vt per Alexan.in conſi.321. in libro primi & ſecundi uolu. & de materia huius.l.vide pleniſsimè Dec. in conſil. 284. vbi ex iſta.l.colligit, teſtamentum factum tempore peſtis coram quinque teſtibus ualidum eſſe. de qua re uideas Alexand.in conſi.216.& in conſ.221.in libro
* primi & ſecundi uol.& Soci.in conſ.101.col.3.in 3.uolu.vbi teſtatur * communem ſententiam eſſe contra hanc opinionem de tempore peſtis. & idem ait in conſi.85.in 4.vol.vide ſuper hoc articulo Io.Hannibalem in repet.l.nemo poteſt.ff.de leg.1. nu.72. cum ſequ.& nu.215.vbi ad aliam quæſtionem uerba huius.l.diligenter examinantur.

Summa-

Summarium in l.j.C.de hæred.inſtit.

1 *Banniti noſtri temporis an poſſint hæredes inſtitui.*

Bar.in l.j.C.de hæredib.inſtit.

1 BART. in hac l.j.& latius Alexand. tradunt, an banniti † noſtri temporis poſsint hæredes inſtitui? vide quæ latè poſui in l.ſi qua.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.& ad iſtam l. vide Soci.in conſi.22.& in conſ.58.in primo uolu.

Summarium in l.cum proponas.C.de hæred. inſti.

1 *Subſtitutio uulgaris porrigitur etiam ad alium caſum.*

2 *Dictio tunc, eſt taxatiua.*

Bar.in l.cum proponas.C.de hæred.inſtit.

1 BART. in hac.l.cum proponas, agit de ſubſtitutione † uulgari, vt eius effectus etiam ad alium caſum porrigatur,de qua re diximus iam anteà in titulo.ff.de vulga. & pupill.vbi uideas. & iſtam.l.limita,vt per Dec.qui multos retulit in conſi.315.vt ſubſtitutio locum habeat ſolùm in caſu expreſſo, & ad alium caſum non porrigatur, quando in ea fuit appoſita uox taxatiua,ut puta, tunc & eo caſu, vt ſæpe contingit. idem tenet Petr.de Anchar.in conſi.256.Soci.in conſilio 259.in primo uolumine,cum ſubſcriptione ibi ſequ. Dec.in conſi. 314. & in conſil.ſequ. & in conſi.334. in quibus locis traditum eſt, quemcunque caſum excludi, etiam ſi alioqui ex natura ipſius diſpoſitionis contineretur. ſed contra iſtam tot ac tantorum patrum ſententiam dici poſſet, urgere textum ſi ſubtiliter conſideretur, in l. Gallus, iuncto text. in §. & quid ſi tantùm.ff.de liber.& poſthum. ubi in principio habetur, ſi teſtator dicat, ſi filius meus me uiuo morietur, tunc nepos, qui infrà x.menſes naſcetur, ſit hæres; atque ita ibi fuit adie-
2 cta uox,tunc, † quæ eſt taxatiua, & tamen illa diſpoſitio, quæ facta eſt in caſu mortis, porrigitur ad caſum deportationis, & ad aliam mortem ciuilem, in d.§. & quid ſi tantùm, igitur contra prædictam limitationem infertur. Reſpondeo, ibi illam uocem, tunc, non fuiſſe poſitam ad limitandum caſum mortis, ſed ad oſtendendam ſolam extremitatem temporis, hoc eſt, ut nepos, qui naſcetur infra decem menſes, tunc, ideſt, qui naſcetur infra decem menſes à die mortis filij, & ſic,tunc,exponitur,ideſt,à die mortis filij. ita ibi ſenſit gl.in uoce, tunc.primum enim exponebat glo.illam uocem,ſcilicet, eo caſu, ut hic dicitur, ſed ab hac ſtatim receſsit interpretatione, & dixit,tunc,ideſt à tempore mortis filij. citat l. in quartam.§.fin.ff.de condi.& demonſtra. quæ loquitur de extremitate temporis. quapropter cum hæc ſit nouiſsima expoſitio, ei eſt innitendum,vt habetur in l.bona fides.ff.depoſ. & per glo. in l.qui filium.§.primo. ff. ad Trebell.poſſet etiam dici in d.l.Gallus,uocem,tunc, ſolam fuiſſe prolatam,ſed in propoſito caſu dictum eſt, tunc & eo caſu,quæ quidem geminatio ſolet potentius operari, ut per Bart.in l.cùm ſcimus.C.de agricol.& cenſit.lib.12.& in l.baliſta.ff. ad Trebell. & in terminis ſuper iſta geminatione,tunc & eo caſu, facit uim Dec.in d.conſ.315. præterea in d.l.Gallus, illa uox taxatiua dilatatur à lege,id quod fieri ſolet in quacunque uoce omnes alios caſus excludente,qui à lege ipſa poſſunt extendi. l.ob æs,& ibi glo. & Bar.C.de prædi.minor. & Bar.in l.ſerui nomine.ff.de uſucap.ſed hic ab homine,non autem authoritate legis fieret extenſio, ergo &c.

Summarium in l.fi.C. de hæred.inſti.

1 *Hæres hæredis eſt hæres ipſius teſtatoris.*

Bar.in l.fi.C.de hæred.inſti.

1 BART. in hac.l.fi.colligit ex tex.hæredem † hæredis eſſe ipſius teſtatoris hæredem. Amplia hoc idem eſſe, etiam ſi quis eſſet uniuerſalis ſucceſſor alicuius alio titulo quàm hæreditario, ex quo multi effectus ſcitu digni eliciuntur, ut per Roma. in ſuo ſingul. 683. incip. Hæres hæredis, cum ibi addit. per Caſtill. vide Alexand. hic. & in l.paterfamiliàs. ff. de vulgar. & pupillar.

De instit. & substitutionib.

Summarium in l.j.C.de instit.& substi.

1 *Conditio consistens ex facto instituti, & alterius debet impleri.*

Bar. in l.j.C.de instit.& substi.

1 BART. in hac l.j.dicit, conditionem † consistentem ex facto instituti, & alterius, debere impleri, & reliqua, ut hic per eum in summa. Vide omnino ad istam l.Soci. in consi.44. in primo uolu.

Bar. in l.generaliter.§.cùm autem.C.de insti.& substi.

BART. in hac l.generaliter.§.cùm autem, ait, ut hic per eum. Tu uerò attende hunc tex. in fi.quem putat esse singul. Areti.in consi.92.vel 93. ad intellectum.l.cùm acutissimi, infrà de fideicom.vt illa lex locum habeat etiam in legatis particularibus. id quod obliuioni nõ tradas

Summarium in l.fi.C. de instit.& substi.

1 *Substitutus an & quando per uulgarem substitutionem admittatur eueniente casu pupillaris.*

2 *Illa est uera & ampla uulgaris quæ ad alios casus præter expressum dilatatur.*

Bar. in l.fi.C.de instit.& substi.

1 BART. in hac.l.fi.tradit, an † & quando substitutus per uulgarem substitutionem admittatur eueniente casu pupillaris? vide elegans consi.Alexand. in consi.333. in libro primi & secundi uolu.& aliqua vide apud Dec.in consi.238.& in consi.314. Soci.in consi.52.in primo uolumine.& omnino Fulg.in consi.49.& quæ posui in titu. ff. de uulga. & pupilla.& circa istam.l. considera,quamuis ex ea colligatur, substitutionem, quam fecit testator filio suo si non nascetur, locum habere etiam si nascatur, & in pupillari ætate decesserit: quoniam ista conditio, si non nascetur, vulgarem indicat substitutionem, quæ sub se tacitam pupillarem complectitur.l. iam hoc iure.ff.de uulg.& pupilla.& l.quamuis,infrà de impuber.& ali.substitu.tamen hoc non procedere,quando filium, quem nasci contigerit, hæredem instituisset,& ei neminem substituisset,& posteà ei substituat in casu quo non nascatur: nam ista uulgaris expressa tacitam pupillarem sub se continere non debet. & ratio est,quoniam, quòd tacita pupillaris sub expressa uulgari comprehendatur, ex eo prouenit, quia lex præsumit testatorem de pupillari non cogitasse,eumque, si de ea cogitasset,fuisse uerisimiliter dispositurum. atque ita hæc tacita pupillaris à præsumpta uoluntate defuncti conijcitur secundum Bar. & alios in d.l.iam hoc iure. sed in proposito casu, ista ratio corruit,cùm testator cogitauerit filium esse nasciturum, & neminem ei substituere uoluerit,igitur sub ista uulgari pupillaris non continetur.argumento.l.cum ex filio.§.filio.ff. de uulg.& pupill.& ad rem faciunt trad.per Soc.in l.j.ff.de vulg.& pupill.vbi uult, si testator duobus substituit impuberibus, vni vulgariter, & alteri pupillariter, ab ista uulgari expressa tacitam pupillarem excludi ea ratione,quia testator de illa cogitauit,& nihil disposuit. & quamuis isto casu testator expressam pupillaris mentionem non faceret, tamen satis est de pupillari cogitatum fuisse, vt præcisè ait Dec. in consi.315. Præterea diligenter aduerte circa intellectum huius l.nam conditio ista,si non nascetur,habet locum etiam si nascatur, & in pupillari ætate decedat. Quid si testator dixisset,si filius in uita testatoris non nascetur, uel ei non superuixerit? dicas isto casu non habere locum huius.l. constitutionem. & ratio differentiæ est, quia conditio,si non nascetur,de qua in hac.l.habetur, est necessaria ad essentiam uulgaris substitutionis, cum sit unus ex casibus impotentiæ, vt præcisè ait Soci.in consi.140.in fi.in primo
2 uolumine. in quo casu quando expressa est conditio aliqua ad actum necessaria, tunc illa † est uera & ampla uulgaris, quæ ad alios etiam casus, præter expressum dilatatur, ut ait Bart o. in
✱ l.Gallus.§.& quid si tantùm. ff. de liber. & posthum. ad quem alij * communiter accesserunt. sed ista conditio, si filius patri superuixerit, non est necessaria, sed uoluntaria, ideo nullum alium casum præter expressum complectitur,& impleri debet in forma specifica.l. Mæuius, & l.qui hæredi.ff. de condi.& demonstr. & ideo ea deficiente substitutio corruit: nam etiam si ad

essentiam

essentiam uulgaris necessarium sit,filium non esse hæredem,uel quia nolit,uel quia non possit, tamen quod non nascatur uiuente testatore,uel ut ei non superuiuat, hoc nihil in se habet necessitatis.sed istæ qualitates ex pura testãtis uoluntate proueniunt,ut docuit Bar.in d.§.& quid si tantum,in prima solutione,qua attulit ad.l.commodissimè.ff.eod.tit.ait enim ibi casum omissum haberi pro omisso,quia ex quo posthumus simpliciter institui poterat, & tamen fuerat institutus sub conditione,si nascetur in uita testatoris,propterea istam institutionem procedere non posse,nisi in forma specifica impleatur,quoniam illa qualitas,quòd in uita nascatur,uoluntaria est,& ista distinctio Bartoli inter conditionem uoluntariã & necessariam est * ab omnibus approbata,ut tradit Soci.in d.consi.140.Præterea considerandum est, etiam hanc.l. non procedere, quando adiecta essent illa uerba, tunc & eo casu,per ea quæ diximus in l. cùm proponas,suprà de hæred.instit.

Summarium in l.j.C.de impuber.& alijs subst.

1 *Partes adiectæ in institutione intelliguntur tacitè repetitæ in substitutione simplici.*

Bar.in l.j.C.de impub.& alijs subst.

1 BART. in hac.l.j.sic ait in summa. Partes adiectæ † in institutione,intelliguntur tacitè repetitæ in substitutione simplici. De materia huius.l.uideas Dec.in cons.304.& in cons. 49.col.4.in 1.vol.

Summarium in l.cum quidam.C.de impube.& alijs substi.

1 *Quando duobus impuberibus fit substitutio cum adiectione nominis collectiui, ita demum substitutioni est locus, si in utraque persona conditio substitutionis uerificetur.*

Bar.in l.cùm quidam.C.de impub.& ali.subst.

1 BART. in hac.l.cùm quidam,sic ait in summa. Quando † duobus impuberibus fit substitutio cum adiectione nominis collectiui,ita demum substitutioni est locus, si in utraque persona conditio substitutionis uerificatur. De intellectu & materia huius.l.uide Abb.in cons.58.in 2.vol.Alex.in cons.101.in 4.vol.& in cons.175.in 5.vol.

Summarium in l.fi.C.de impube.& ali.substi.

1 *Substitus proprio nomine cum hæredibus institutis per uerba distributiua admittitur pro uirili.*

Bar.in l.fi.C.de impuber.& ali.substi.

1 BART. & alij in hac.l.fi.aiunt,substitutum † proprio nomine cum hæredibus institutis per uerba distributiua,quisque mihi hæres erit,admitti pro uirili. De intellectu & materia huius.l. uide solenne consilium Dec.in consi.382.ubi adducit multa,quæ ibi uideantur.

Summarium in auth.ex causa.C.de lib.præte.

1 *Pupillaris substitutio quæ cõtinetur sub compendiosa an conseruetur per istam auth.quando testamentum est ruptum præteritione posthumi.*

Bar.in auth.ex causa.C.de liber.præterit.

1 BART. in ista auth.ex causa,dicit,eam esse multùm difficilem. De materia huius auth. uide Ang.in consi.211.vbi tradit, an pupillaris † substitutio, quæ continetur sub compendiosa, conseruetur per istam auth.quando testamentum est ruptum præteritione posthumi? An autem seruetur fideicommissum relictum in testamento in quo filius est præteritus;uideas Dec.in consi.86.col.1.& 2.An testamentum ruptum agnatione posthumi conseruetur per clausulam codicillarem? Soc.in consi.93.in 4.vol.Bar.& doct.in l.filio præterito.ff.de inoffic.testa.Aret. in consi.92.col.4.cum seq.ubi not.docuit,an & quando per istam auth.& per clausulam codicillarem legata facta in huiusmodi testamento conseruenter. An autem conseruetur testamentum ruptum agnatione posthumi: uide Alex. in consi.30.in 3.volu. & in cons.ibi seq. & de hac materia uide omnino Dec.in consi.490.ubi ait opinionẽ Bartoli hic in 4.col.uers.pone enim, non procedere in duobus casibus. uideas etiam Angel.in cons.364. Quid si reperitur aliud

testamentum

testamentum præcedens,an illi hæredes ad legata & fideicommissa facta in hoc testamento irrito teneantur? Ang.in consi.183.ait eos non teneri.

Summarium in l.fi.C.de posth.hære.instit.

1 *Institutio facta posthumo in uno casu porrigitur ad alium quando testator uerisimiliter præuidisset, si de illo cogitasset.*

Bar.in l.fi.C.de posth.hæred.instit.

1 BART. in hac.l.fi.ait,institutionem † factam posthumo in uno casu porrigi ad alium, quando testator uerisimiliter prouidisset, si de illo cogitasset. Ad istam.l.uideas Dec. in consi.369. & an & quando substitutio facta in uno casu,ad alium porrigatur,vide Soc.in consi.140. col.fi. & in cons.259.in 1.vol.& in cons.5.in 3.vol.& in cõs.77.eod.3.uol.& omnino Curt.in cõs.29.

Summarium in l. si infanti.C.de iur.delib.

1 *Hæreditatem delatam infanti ascendens per lineam masculinam potest adire.*

Bar.in l.si infanti.C.de iur.delib.

1 BART. in l.si infanti,sic ait in summa. Hæreditatem † delatam infanti, ascendens per lineam masculinam potest adire; & reliqua, ut hic per eum. Ad istam. l. uideas omnino Alex.in consi.198.& in 6.uol.Raph.Cuma.in consi.110.Fulgos.in consi.83. & in cons. 85.& omnino in consi.180.Soc.in consi.153.& Dec.in consi.87.

Bar.in l.edicto.C.de edict. Diu.Adr.toll.

BART. ait hanc.l.esse singul.uideas Dec.in cons.84.

Summarium in l. si quis agere.C.de codicill.

1 *Ex eadem scriptura potest peti hæreditas ut ex testamento, & ut ex codicillis.*

Bar.in l.si quis agere.C.de codicill.

1 BART. in hac.l.si quis agere,dicit ex † eadem scriptura posse peti hæreditatem,ut ex testamento,& ut ex codicillis.vide ad istam.l.Raph.Cuma.in cons.94.

Summarium in l.uxor patrui.C.de lega.

1 *Qui legat rem in qua ius habet quod morte finitur, censetur uoluisse illud ius legare, & hæres ad aliud non tenetur.*

Bar.in l.uxor patrui.C.de lega.

1 BART. in hac l.uxor patrui,ait,eum,qui legat † rem,in qua ius habet,quod morte finitur, censeri uoluisse illud ius legare,& hæredem ad aliud non teneri. An ex huiusmodi legato saltem æstimatio debeatur,quando factum esset coniunctæ personæ? Bal.in l.habitatio.C.de usufruct.tenet simpliciter quòd non. ad quem accedit Soc.in cons.25.col.6.in 1.vol.& de hac materia quando aliquis legat rem,in qua habet ius aliquod,an & quando ad illud ius tantum coarctetur,diximus in l.serui electione.ff.de leg.1.

Summarium in l.ab eo.C.de fideicomm.

1 *Qui non est honoratus grauari non potest à testatore.*

Bar.in l.ab eo.C.de fideicommiss.

1 BART. in hac.l.ab eo,ait,eum,quit non est honoratus,grauari non posse à testatore.solet in hac materia dubitari,an ille,qui est grauatus,censeatur etiam uocatus & honoratus? Bar.in l.Centurio,uers.quæro ulterius,tenet affirmatiuam partem,contra quem pluries
* consuluit Alex.& * communiter eius sententia reprobatur.vide quæ ibi posui,& trad. per Soci. in cons.140.in 1.uol.& latè de hac regula,& suis limitationibus uide apud Alex.& alios,& maximè Mari.Soc.iuni.in repet.l.cùm filiumfamiliàs.nu.27.cum seq.ff.de leg.1.

Summarium in l.quamuis.C.de fideicomm.

1 *Vbicunque in aliqua dispositione unica tantum ratio reddi potest,ea habetur pro expressa.*

Bar.

Bar.in l.quamuis.C.de fideicomm.

BART. in hac.l.quamuis,pauca dicit,ſed ex iſta gl.ſumunt doct.illam regulam, ubicunque
1 † in aliqua diſpoſitione unica tantùm ratio reddi poteſt, eam haberi pro expreſſa. vide Dec.in conſi. 372.& Alex.in conſ.129.in 7.vol.ubi ait,hanc appellari interpretationem intellectiuam non extenſiuam.& ideo omnes caſus,qui ſub ea comprehunduntur,contineri in ſtatuto,perinde ac ſi ratio in eo fuiſſet expreſſa.ſed contrarium tenuit Raph.Cuma.in conſi.97. in fi.ubi ait, ſi hoc eſſet uerum,omnia ſtatuta debere extendi; quia in eis ſemper debet eſſe aliqua ratio cõſiderabilis: id quod eſſet contra regulas communes,ut ibi per eum.

Summarium in l.cum uirum.C.de fideicomm.

1 *Prælegata an & quando ueniant in fideicommiſſo uniuerſali.*

Bar.in l.cùm uirum.C.de fideicomm.

1 BART. in hac.l.cùm uirum,quædam pauca dicit, Tu uerò an† & quando prælegata ueniãt in fideicommiſſo uniuerſali,uide apud Dec.in conſi.254.

Summarium in l.cum acutiſſimi.C.de fideicomm.

1 *Si deſcendentes rogantur reſtituere,intelligitur ſi ſine liberis deceſſerint.*

Bar.in l.cùm acutiſsimi.C.de fideicommiſſ.

1 BART. in hac l.cùm acutiſsimi,ait,ſi deſcendẽtes † rogantur reſtituere, intelligatur ſi ſine liberis deceſſerint. Dicas tu coniecturam huius.l.habere locum etiam in legatis particularibus ut non debeantur ſi filij naſcuntur,quaſi ſi teſtator de filijs cogitaſſet, ea non reliquiſſet. Aret. in conſi.92.uel 93.col.5.citat tex.ſingul.in l.generaliter,in fi.ſuprà de inſtit. & ſubſt. uide Bar. in l. filio præterito.ff. de iniuſt. teſta. Item iſta regula limitatur non habere locum, quando in aliqua teſtamenti parte facta eſt mentio liberorum; quia ex quo teſtator ueriſimiliter cogitauit de filijs, in caſu ommiſſo ceſſat ratio huius.l.uide Maria.Socin.iuni.in conſi.128. cum ſubſcrip. ibi ſeq.

Summarium in l.j.C.commu.de lega.& fideicomm.

1 *Pro rebus legatis tres actiones competunt,perſonalis,in rem,& hypothecaria.*

Bar.in l.j.C.commun.de lega.& fideicomm.

1 BART. in hac.l.inquit,pro rebus† legatis tres actiones co mpetere,ſcilicèt,perſonalem in rem,& hypothecariam. & de iſta hypotheca,quæ competit pro legatis,uide regulã cum tribus ampliationibus, & ſex limitationibus, apud Antonium de Fano in tract. de pignoribus & hypothec.in 3.membro ſecundæ par.nu.10.cum ſeq.

Summarium in l.fi.§.ſin autem.C.commu.delega.& fideicomm.

1 *Res quæ ſubiacent reſtitutioni ſub conditione uel uta incerta, interim alienari poſſunt.*

Bar.in l.fi.§.ſin autem.C.commun.de lega.& fideicomm.

1 BART. in hac.l.fi.§. ſin autem, ait, res, † quæ ſubiacent reſtitutioni ſub conditione uel die incerta,interim alienari poſſe,ſed aduenientе cõditione fingitur factum retro nullum. quomodo autem res ſubiecta reſtitutioni alienari poſsit,ita ut emptor ſit tutus, etiam eueniente caſu fideicommiſsi,uide apud Dec.in conſ.333.

Summarium in auth.res quæ.C.commu.de leg.& fideicomm.

1 *In quibus caſibus poſſint alienari bona ſubiecta fideicommiſſo.*

Bar.in auth.res quæ.C.comm.de leg.& fid.

1 BART. in iſta aut.ait,in † caſibus hic expreſsis alienari poſſe bona ſubiecta fideicommiſſo. De intellectu & materia huius auth.uide Alex. in conſi.329. in libro primi & ſecundi uol.Soci. eleg.in conſi.49.col.pen.& fi.in 1.volu.& in conſ.75.eod.volu.& omnino Dec.in conſ.519. & Io.Campegium in tract.de dote,in 18.quæſt. quintæ par. An autem iſta auth. locũ habeat quò ad reſtitutionem dotis? vide Soc.in conſ.23.in 3.vol.ubi idem uult in lucro dotis. Quid ſi maritus dedit fideiuſſorem pro dote reſtituenda,utrum res ſubiectæ fideicõmiſſo alienari poſsint

per

per istam auth.Roma.in singul.249. incip. Ego habui, ait hoc fieri non posse. & ibi multas rationes adducit,quæ uideri poterunt,& ibi addit.per Castill.Et an ista auth.ita locum habeat in prohibitione alienationis expressa sicut in tacita, & multa alia ad materiam istius auth. uide apud Ambrosium de Oppizon. in repetit.l. filiusfamiliàs.§. Diui.ff.de leg. 1. in 6. quæst. ubi limitat hunc tex.traditque etiam si precedat fideicommissum,tamen dotem posse constitui contra opinionem Angeli.

Summarium in l.iubemus.C.ad Sena.consu.Trebell.

1 *Quando filij rogantur de hæreditate restituenda fratribus uel eorum filijs, fructus non debent in quartam trebellianicam imputari.*

Bar.in l.iubemus.C.ad senatusconsl.Trebell.

1 BART. in ista l.iubemus,ait,quando† filij rogantur de hæreditate restituenda fratribus vel eorum filijs,fructus non debere in quartam trebellianicam imputari. De intellectu & materia huius.l.uide Imol.in consl.63.& Ant.Corset.in tract.de trebellianica,& omnino Mari.Soc.iuni. in consl. 131.& in consl. 132.Et limita istam.l.ut per Ias.in consl.43.col.pen.& fin.in 3.volu. & quoniam per istam.l.excitatur illa quæstio,nunquid trebellianica prohiberi possit in filijs primi gradus,uide quæ dixi in l.Marcellus.ff. ad Trebell. & alibi ubi hæc materia pertractatur.& de satisdatione danda de restituenda hereditate secundum hãc.l.uide Abb.in consl.79.in 1.vol.

Summarium in auth.sed cum testator.C.ad l.Falcid.

1 *Falcidia,& trebellianica an & quando prohiberi possint à testatore.*

Bar.in auth.sed cùm testator.C.ad leg.Falcid.

1 BART. in ista auth.tradit an & quando† falcidia & trebellianica prohiberi possint à testatore. & quia concluditur,prohiberi posse; declara hoc habere locum in prohibitione expressa tantùm,secus si per uerba æquipollentia prohiberetur. ita Soc.in consl.14. & in consl.23.col.pen.& fin.in 1.volu.& Io. Hannibalem in repet.l.nemo potest.nu.297.ff.de leg.1.Et dum Bar.hic in col.fi.quærit,utrum per non confectionem inuentarij trebellianica per datur,uideas Dec.in consl.236.

Summarium in auth.sed in ea.C.ad leg.Falcid.

1 *De re prohibita alienari, falcidia detrahi non potest. & idem est in trebellianica.*

Bar.in auth.sed in ea.C.ad leg.Falcid.

1 BAR. in auth.sed in ea,nihil dicit,tamen est tex.memorabilis,ex quo colligitur,de re† prohibita alienari falcidiam detrahi non posse: & idem est in trebellianica,ut hic per Bald.& alios. de ista auth. vide Aret. in consl.12. ubi not. docuit, nunquid ista generalis prohibitio tantum operatur,quantum specialis prohibitio quartæ.

Summarium in auth.similiter.C.ad leg.Falcid.

1 *De legatis ad pias causas quarta detrahi non debet.*

Bar.in auth.similiter.C.ad leg.Falcid.

1 BART. in ista auth. tradit, de legatis† ad pias causas quartam detrahi non debere. in hac materia attende unum scitu dignum, hoc est, de legato, quod debetur pleno iure quartam detrahi non posse,secundum Roma.hic,quem extollit Feli.in c.conquestus, nu.3. de for.compet.& ad istam auth.uide Dec.in consl.299.Soc.in consl.77.col.5.& in consl.seq.in 1.volu. ubi habetur,an ista auth.locum habeat quando restitutio fieri debet piæ causæ non immediatè sed mediatè. & in consl.80.col.5.eod.uol.& in consl.144.ubi distinguit. Limita singul. istã auth. non procedere,quando eidem personæ factum esset legatum non pium, quia tunc falcidia detraheretur,secundum Ang.not.in l.seruus.ad legem falc. & in l.non est.in fi.& ut latius ait Firma.in tract.de episcopo,in 4.quæst. quarti libri quæst.31.uersi. quæro etiam an de legatis pijs ubi aliæ quoque limitationes habentur,quas ibi uideas omnino.

Bar.

Bar.in l.fi.C.ad leg.Falcid.

BART. in hac.l.fi.nihil dicit,sed uideas eum in l.quod nomine.ff.de cond.indeb.

Summarium in l.si qua illustris.C.ad Senatusconſ.Orfic.

1 *Spurij quomodo ſuccedant matri.*

Bar.in l.ſi qua illuſtris.ff.ad ſenatusconſ.Orfic.

1 BART. in iſta.l.ſi qua illuſtris,tradit,quomodo ſpurij † ſuccedant matri. Vide Soc.in conſ. 148.in 1.vol.& quæ poſui in l. item in poteſtate.ff.de his qui ſunt ſui uel ali. iur. & in alijs locis in quibus egi de ſpurijs.

Bar.in l.quod ſcitis.C.de bon.quæ liber.

BART. diuidit hãc.l.quod ſcitis,ut hic per eum.Vide omnino pro intellectu huius.l. Raph. Cuma.in conſ.122.ubi reprehendit Bar.hic in uerſ.ſin autem.

Summarium in l.cum oportet.C.de bon.quæ lib.

1 *In aduentitijs proprietas acquiritur filijs,& patri uſusfructus.*

Bar.in l.cùm oportet.C.de bon.quæ liber.

1 BAR. in hac.l.cùm oportet,ait,in aduentitijs † proprietatem acquiri filijs,& patri uſumfru ctum.Vide Soc.in conſ.92.col.antep.& in conſ.162.& in conſ.192.in 1.vol.

Summarium in auth.item hæreditas.C.de bon.quæ lib.

1 *Quando pater cum filio in hæreditate concurrit,tunc patri uſusfructus in parte filij non acquiritur.*

Bar.in auth.item hæreditas.C.de bon.quæ liber.

1 BART. in iſta auth.nihil dicit,ſed ex ea colligitur,quando † pater cum filio in hæreditate concurrit,tunc patri uſusfructus in parte filij non acquiritur. Quid ſi pater iſte qui concurrit cum filio tranſeat ad ſecunda uota,utrum amittat proprietatem,& retineat ſolum uſumfructũ? vide ſubtiliter apud Aret.in conſ.72.ubi dicit hunc eſſe caſum nouum.

Summarium in l.cum oportet.§.non autem.C.de bon.quæ lib.

1 *Patri dilapidanti bona filij an poſſit adminiſtratio interdici.*

Bar.in l.cum oportet.§.non autem.C.de bon.quæ lib.

1 BART. in ead.l.cùm oportet.§.non autem,quærit,an patri † dilapidanti bona filij,poſsit adminiſtratio interdici? Ad iſtum tex.uide Soc.in conſ.34.in 1.vol.

Summarium in d.l.cum oportet.§.fi.C.de bon.quæ lib.

1 *Filius habet hypothecam in bonis patris à tempore adminiſtrationis inchoatæ.*

Bar.in d.l.cum oportet.§.fi.C.de bon.quæ libe.

1 BART. in ead.l.cùm oportet.§.fi.ait,filium † habere hypothecam in bonis patris à tempore adminiſtrationis inchoatæ. vide Soc.in conſi.61.col.1.in 1.volu.& per iſtum tex. hoc idem dicitur in tutore,& in prælato,ut eorum bona hypothecata ſint à tempore ſuſceptę adminiſtra
* tionis,non autem à tempore malæ geſtæ adminiſtrationis, ut per Iaco. de Are. Bal. Salic. & * communiter doct.in l.pro officio.C.de adminiſtr.tutor.& Ant.de Fan. in tract. de pignoribus & hypothecis,in 2.par.quarti membri,nu.12.& eſt gl.in c. quicunque.12.q.4. & in c.placuit, in glo.fin.7.quæſt.1.

Summarium in l.diffamari.C.de inge.manu.

1 *Quomodo contra diffamantem ſtatum alterius implorandum ſit officium iudicis, ut ei perpetuum imponat ſilentium.*

Bar.in l.diffamari.C.de ingen.manumiſ.

1 BART. in hac.l.diffamari,nihil ait,ſed ex ea colligitur,quomodo † contra diffamantẽ ſtatutum alterius,implorandum ſit officium iudicis,ut ei perpetuum imponat ſilentium. De qua re uide Soc.in conſ.41.col.2.in 1.vol.ubi tradit memorabile remedium pro reo. & quomodo ſit intentandum hoc remedium,uide apud Cæpoll.in cautel.110. & quis iudex ſit adeundus in materia huius.l.docuit Alex.in conſi.103.in 5.vol. Declara & limita iſtam.l.ut per Feli.in cap. venerabilis.

venerabilis.nu.12.& 13.cum seq.de iudic.& in c.si quis, de for. compet. Ad rem faciunt trad. per Barto. in l. Titia. ff.de accusat.& quæ ibi posui. & omnino uide quæ latius dixi in l.si apud quem,suprà de edend.

Summarium in l. si te,& filios.C.de inge.manu.

1 *Renuncians liti non uidetur fateri aduersarium habere ius.*

Bar.in l.si te & filios.C.de ingen.manumiss.

1 BART. in hac.l.si te,nihil dicit. sed iste tex.putatur esse sing.ad hoc, quòd renuncians † liti, non uidetur fateri aduersarium habere ius: ita Roma.in sing.781. incip. Dicit.l. postquam. & Alex.in l.naturaliter.§.nihil commune,col.25.ff.de acquir.poss.& Bal.hic.

Summarium in auth.malæfidei.C.de præscrip.long.tempo.

1 *Malafides authoris an noceat singulari successori.*

Bar.in auth.malæfidei.C.de preſcrip.long.temp.

1 BART. & alij in ista auth. malæfidei,agunt de mala † fide authoris, utrum noceat singulari successori. Circa istum tex.dicas eum non procedere quando uerus dominus rem alienat,quamuis per eũ sit alteri obligata. Alex.in cons.220.in 6.vol.Limita hanc auth. multis modis,ut remissiuè habetur apud Feli.in c.si diligenti.nu.6.& 7.de præscript.

Summarium in l.j.C.si aduer.credi.

1 *Quanto tempore hypotheca præscribatur.*

Bar.in l.j.C.si aduers.credit.

1 BART. in hac.l.j. dicit quo † tempore hypotheca præscribatur. Tu autem quo tempore tertius possessor contra hypothecariam præscribat,vide omnino Alex.in consi.58. in fin.in 5. vol.ubi opinatur istam.l.hodie.& in materia præscriptionis hypothecę uide semper Antonium de Fano in tract.de pignoribus & hypothecis,in secundo membro sextæ par.

Summarium in l.omnes.C.de quadri.præscrip.

1 *Qui emit à fisco rem tanquam fisci, pro ea re conueniri non potest, sed conueniendus est fiscus infra quadriennium.*

Bar.in l.omnes.C.de quadrien.præscrip.

1 BART. in hac l.omnes,sic ait in summa. Qui emit † à fisco rem tanquam fisci,pro ea re cõueniri non potest,sed conueniendus est fiscus infra quadriennium. Pro intellectu huius.l.& de ipsius materia,vide Alex.in consi.52.in 7.volu.& Soc.in consi.46.in 4.volum. & in consi.121. col.3.& 6.eod.vol.

Summarium in l.bene à Zenone.C.de quadri.præscrip.

1 *Fiscus uendens rem alienam,recursus habetur contra fiscum,& non contra emptorem.*

Bar.in l.bene à Zenone.C.de quadri.præscript.

BART. in hac.l. bene à Zenone,sic ait in summa. Quod suprà proximè statutum est in his, qui emunt à fisco,eundem habet effectum in his,qui emerũt,uel alio titulo acceperunt ab Augusto,uel principe,uel eorum procuratoribus. pro intellectu huius.l.uide Alex.in consi.52. in 7.vol.Curt.in consi.50.nu.32.cum seq.Abb.omnino in cons.3.nu.8.in 2.vol.Soc.in consi.69. in 1.vol.& in cons.46.in 4.vol.Limita istam.l.non habere locum in ecclesia.gl.est sing.in c.quicunque.12.q.2.ita Roma.in singul.612.incip.Lex bene à Zenone.& Feli.in c.quæ in ecclesiarum,de const.Item limita istam.l.qua cautum est, si fiscus † uendit rem alienam, recursum haberi contra fiscum, & non contra emptorem, ut procedat quando fiscus credit illam rem esse suam,secus si putat esse alienam. ita Roma.in singul.737.incip.Anno præterito. ubi citat glo. sing.in l.multùm interest.C.de comm.rer.alien.Item limita istam.l. procedere solùm, quando uendit rem ut suam simpliciter,alioqui uerò si eam uenderet ex causa publicationis bonorum: ita Soc.in consi.121.col.5.& 6.in 4.vol.& ibi etiam quædam alia scitu digna in hac materia docuit,quæ apud eum uideri poterunt.

Summa-

Summarium in l.sicut.C.de præscript.30.annorum.

1 *Omnes actiones tolluntur præscriptione triginta annorum.*

Bar.in l.sicut.C.de preſcrip.xxx.annorum.

1 BART. in hac.l.sicut,ait,omnes † actiones,tolli præscriptione xxx. annorum, & reliqua. De intellectu & materia huius.l.uide Soci.in consi.2. col.pen.in 3.vol.ubi tenet contra huiusmodi preſcriptionem non competere in integrum restitutionem.& quia latè alibi iam anteà egimus de materia præscriptionis,ulterius non progrediar.

Summarium in l.j.C.de anna.except.

1 *Contra non ualentem agere præscriptio non currit.*

Bar.in l.j.C.de anna.except.

BART. in hac.l.j.tradit aliqua,ut hic per eum. Ex isto tex. in fi. colligitur regula, qua dici
1 solet,contra † non ualentem agere, præscriptionem non currere. Limita istam regulam non procedere,quando quis ob suam culpam fuisset impeditus,ut per Alex.in consi.58.in fin.in 5. vol.& citat tex.sing.cum gl.in c.quia diuersitatem,de concess.præben. Item limita,ut non procedat quando aliquis potest facere,ut agere posit; quia dicitur potuisse,eique ista regula nõ deseruit. ita Alex.in consi.62.in 6.vol.

Bar.in auth.qui semel.C.quomod.& quand.iud.

BART. in ista auth.dicit multa,ut hic per eum. Tu dicas eam,dum disponit in ciuilibus, habere locum etiam in criminalibus.Soc.in consi.45.col.2.in 1.vol.

Summarium in l.ad solutionem.C.de re iudic.

1 *Dilationem qui petit ad soluendum,uidetur approbare sententiam.*

Bar.in l.ad solutionem.C.de re iudic.

1 BART. in hac.l.ad solutionem,ait;eum,qui petit † dilationem ad soluendum,uideri approbare sententiam. Limita istam.l.ut non procedat,quando aliquis consentit præfixo à iudice ad soluendum; quia propter hoc non uidetur renunciare appellationi interponendæ.Soc. in cõs. 104.in fi.in 4.vol.& omnino vide multas limitationes apud Feli.in c.quod ad consultationem, de re iud.quas hic referre breuitatis causa non curaui.

Summarium in l.executorem. C.de executi.rei iud.

1 *Executores ultimarum uoluntatum si cessant per annum, executio deuoluitur ad episcopum.*

Bar.in l.executore.C.de executio.rei iudic.

1 BART. in hac.l.executorem,quia hic habetur,si executores † ultimarum uoluntatũ cessant per annum,executionem deuolui ad episcopum; quærit si testator reliquit centum danda pauperibus,quos elegerit Titius,quem fecit suum executorem, an elapso anno posit eligere?eumque hoc posse facere concludit.sed contra Bartolum tenuit Ang. in cõs.64.

Summarium in l.per hanc.C.de tempo.appel.

1 *In causa appellationis licet utrique parti non propositum proponere, & non probatum probare.*

Bar.in l.per hanc.C.de tempor.appell.

1 BART. in hac.l.per hanc,sic ait in summa. In causa † appellationis licet utrique parti non propositum proponere, & non probatum probare. Ad materiam huius.l. quæro an exceptio dilatoria omissa in causa principali,in causa appellationis posit opponi? Et quid si exceptiõ aliqua fuit dolosè aut negligenter omissa? uide apud Feli. in c. ad audientiam.2. nu.13. cum seq. de rescript.Limita etiam istam.l.ut non procedat,quando appellans uult deducere & probare circa ea,quæ coram primo iudice deducta fuerunt;secus autem si aliquid noui peteretur.Fel.in c.significauerunt,nu.5.& seq.de excepti.alias quoque limitationes uide per eundem Feli. in c. cùm Ioannes,de fid.instrum.Item limita.l.hanc ut non habeat locum in eo, quod in causa principali

cipali ex proposito non fuit deductum; quia in appellationis causa deduci nòn poterit, Feli. in c.exceptionem,in principio de except.

Summarium in l.fi.C.quando prouo.non est necess.

1 *Victus si appellationē prosequitur, victor appellare non potest propter condēnationē expensarū omissam.*

Bar.in l.fi.C.quando prouoc.non est necess.

1 BART. in hac l.fi.sic ait in summa. Si victus † appellationem prosequitur, victor appellare non potest propter condemnationem expensarum omissam, & reliqua. Declara & limita istā l.ut per Feli.in c.significauerunt,de except.ubi inter cætera traditum est,hanc.l.locum non habere,quando reus fuit expressè absolutus ab expensis.sed huic sententiæ uidentur reluctari uerba tex.ibi,iussa est,iunctis præcedentibus.

Summarium in l.cum solito.C.qui bon.ced.poss.

1 *An detur dilatio, uel admittatur, statur maiori parti creditorum, inspecto cumulo debiti, uel numero personarum.*

Bar.in l.cum solito.C.qui bon.ceder.poss.

1 BART. in hac.l.cum solito,sic ait in summa. An detur † dilatio,uel admittatur dilatio,statur maiori parti creditorum inspecto cumulo debiti uel numero personarū? & reliqua. Ad materiam huius.l.uide aliqua apud Alex.in consi.350.in libro primi & secundi vol. & Ang.in consi.213.& an beneficio huius.l.renunciari possit, uide Feli. in c.si diligenti. nu.4. de for.compet.& Abb.in cons.42.in 2.vol.ubi ait,cum iuramento renunciari posse. Item scias in hac re,si maior pars creditorum facit pactum cum hærede antequam adeat hæreditatem, illud etiam creditores non consentientes astringere; quia maior pars consensit.gl. est per illum tex.in l.suum hæredem.ff.de pact. id quod ibi à doct. intelligitur, de maiori parte creditorum respectu summæ,non autem numeri personarum.

Summarium in l.j.C.unde ui.

1 *Pro defendendis rebus licet uim ui repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

Bar.in l.j.C.unde ui.

1 BART. in hac.l.j.inquit,pro † defendendis rebus licere uim ui repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ. In hac materia vide Aret. in consi.334. ubi declarat quando liceat alicui se defendere, & quomodo excedatur moderamen inculpatæ tutelæ. & vide quæ latius dixi in proposita re in l.vt uim.ff.de iust.& iur.

Summarium in l.si quis in tantam.C.unde ui.

1 *Ille qui rei suæ apud alium constitutæ possessionem inuaserit, eam restituere debet, & dominio priuatur.*

Bar.in l.si quis in tantam.C.und.ui.

1 BAR. in hac.l.si quis in tantam,inquit,eum † qui rei suæ apud alium constitutæ possessionem inuaserit,eam restituere debere,& dominio priuari. Tu autem ad euitandas pœnas huius l.uide Cæpoll.in caute.100.

Summatium in l.ij.C.de pigno.

1 *Habens specialem hypothecam ac etiam generalem, non recurrit ad generalem in preiudicium secundi creditoris, si specialis sibi sufficiat ad debitum.*

Bar.in l.ij.C.de pignor.

1 BART. in hac.l.ij.sic ait in summa. habens † specialem hypothecam,ac etiam generalem, non recurrit ad generalem in præiudicium secundi creditoris,si specialis sibi sufficiat ad debitum.De materia huius.l.uide Soc.in consi.75. in 4.vol. & omnino Antonium de Fano in tract. de pignoribus & hypothec.in 1.par.octauæ par.princ.nu.27.

Summarium in l.creditores.C.de pigno.

1 *An contra successorem singularem cui debitor alienauit, ista conuentio exerceri possit.*

Bar.

Bar.in l.creditores.C.de pignor.

1 BART. in l.creditores,col.6.verſ.item dubitatur,quærit de † ſucceſſore ſingulari,cui debitor alienauit,an contra eum iſta conuentio exerceri poſsit. vide Raph.Cuma.in conſi.155.

Summarium in auth.hoc ſi debitor.C.de pignor.

1 *Priusquam ad extraneos pignorum poſſeſſores deueniatur, principales debitores, & eorum fideiuſſores ſunt excutiendi.*

Bar.in auth.hoc ſi debitor.C.de pignor.

1 BART. in hac auth.nihil dicit,ſed ex ea colligitur,hodie priusquam † ad extraneos pignorum poſſeſſores deueniatur, principales debitores & eorum fideiuſſores eſſe excutiendos. De hac l.vide Soci.in conſi.24.colu.6. in primo uolu. & quia latè iam antea egi de materia excuſſionis non repetam.

Summarium in l. ſi mater.C.in quib.cau.pign.taci. contrah.

1 *Mater pupilli tranſiens ad ſecunda uota ſi tutorem non petierit, & quod ex adminiſtratione debebat, nō ſoluerit, bona mariti tacitè obligantur.*

Bar.in l.ſi mater.C.in quib.cau.pign.tacitè contr.

1 BART. in iſta.l.ſi mater,inquit, ſi mater † pupilli ad ſecunda uota tranſiens,eidem tutorem non petierit,& quod ex adminiſtratione debebat non ſoluerit,bona mariti tacitè obligari. Videas Dec.in conſ.591.& eos quos ipſe ibi retulit.

Summarium in l. ſcripturas.C.qui poti.in pig.habea.

1 *Si debitor debitum augeat, & ſcripturam fateatur, præiudicat ſibi, & ſcriptura probat contra eum, non autem præiudicat alijs.*

Bar.in l.ſcripturas.C.qui poti.in pign.hab.

1 BART. in hac l.ſcripturas,ſic ait in ſumma. Si debitor † debitum auget, & ſcripturam fateatur,præiudicat ſibi,& ſcriptura probat contra eum,non autem præiudicat alijs,ut puta creditoribus,& reliqua. Et dum hic habetur neceſſariam eſſe teſtium ſubſcriptionem, limita iſtā l.non procedere,quando probari uellet,rem eſſe uxoris;quia probatur per ſcripturam ipſius mariti abſque aliqua ſubſcriptione teſtium.Soc.in conſi.60.in 1.vol.& de materia huius.l.vide latè & ſubtiliter Aret.in conſ.64.& omnino Ant.de Fano in tract. de pignoribus & hypoth. in 2.membro quintæ par.nu.72.An autem renunciari poſsit huic legi,& paciſci ut ſola ſcriptura priuata probatio ualeat?vide Feli. in c. ſi diligenti.nu.10.de for.compet.& in c.2. de fid. inſtr.

Bar.in l.ſi aſsiduis.C.qui poti.in pignor.habe.

BART. in hac.l.aſsiduis,agit de priuilegio tacitæ hypothecæ quā habet mulier, ut hic per eum. Circa priuilegia huius.l.vide omnino ferè omnes quæſtiones plenè diſcuſſas apud Antonium de Fano in tract.de pignor.& hypothec.in quarto membro ſecundæ par. & multa quæ ego poſui in rubrica.ff.de donat.int.uir.& uxo.ubi egimus de confeſsione dotis factæ conſtante matrimonio.& nouam cōſiderationem ad iſtam.l.vide apud Gomenſium in §.fuerat. nu.28. inſtitu.de action.vbi contra * communem ſententiam tenuit, mulierem non ſolùm tacitè hypothecæ,verùm etiam expreſſæ præferri.

Summarium in l.fi.C. ſi in cau.iudi.pig.capt.ſit.

1 *Cum reperitur emptor res in caſu iudicati accepta, debet uendi.*

Bar.in l.fi.C.ſi in cau.iudic.pign.cap.ſit.

1 BAR. in hac l.fi.nihil ſcribit, ſed ex ea colligitur, cùm † reperitur emptor rem in caſu iudicati acceptam debere uendi. De materia huius.l.vide Ant. de Fano in tract.de pignor.& hypothec.in tertio membro.5.par.nu.17.

Summarium in l.fi.C. de remiſ.

1 *Si res in qua ſemel remiſſum eſt pignus, denuo in dominio debitoris peruenit, pignus non renouatur uigore generalis obligationis.*

Etiam ob chirographariam pecuniam.

Bar.in l.fi.C. de remiſſ.pignor.

1 BART. in hac.l.fi.dicit hanc.l.eſſe ſingularem, & ex ea colligi, ſi res, † in qua ſemel remiſſum eſt pignus,denuo in dominio debitoris peruenerit, pignus non renouari uigore generalis obligationis. vide Angel.in conſ.61.in fi. & omnino Antonium de Fano in tract. de pignor. & hypothec.in tertio membro ſextæ par.nu.25.

Summarium in l.unica.C.etiam ob chiro.pecu.

1 *Per nouationem pignus extinguitur,niſi fuerit repetitum.*

Bar.in l.vnica.C.etiam ob chyrograph.pecu.

1 BART. in hac l.vnica,ſic ait in ſumma. Per † nouationem pignus extinguitur, niſi fuerit repetitum,& reliqua. De materia huius.l. vide Antonium de Fano in tract. de pignor. & hypothec.in tertio membro 5.par.nu.79.cum ſeq.

Summarium in l.j.C.de pac.pigno.

1 *Pactum legis commiſſoriæ an & quando prohibitum ſit in pignoribus.*

Bar.in l.j.C. de pact. pignor.

1 BART. in hac l.j.declarat iſtam.l. vt hic per eum. Tu uerò de materia huius.l. & l.fi. ſcilicèt an † & quando pactum legis commiſſoriæ prohibitum ſit in pignoribus, vide Alex.in conſ. 178.cum ſequ.in 7.uolu.

Summarium in l.optimam.C.de contrah.ſtipul.

1 *Verba enunciatiua utrum in contractibus probent.*

Bar.in l.optimam.C.de contrahen.ſtipul.

1 BART. in hac.l.optimam, agit de uerbis † enunciatiuis, vtrum in contractibus probent. vide Dec.in conſ.118.& quia de uerbis enunciatiuis latè iam anteà egi,tum in l.ex hac ſcriptura.ff.de donat.tum etiam alibi, non repetam hic.

Summarium in l.ij. C.de fideiuſſ.

1 *Creditor fideiuſſori ſoluenti tenetur actionem cedere perſonalem, & hypothecariam.*

Bar.in l.ij.C. de fideiuſſor.

1 BAR. in hac l.ij.ait, creditorem † fideiuſſori ſoluenti teneri actionem cedere perſonalem, & hypothecariam. De hac re uide Soci.in conſi.207.vbi eleg.loquitur. & omnino Ant.de Fano in tract.de pignorib.& hypothec.in tertio membro quintæ par.nu.54.

Summarium in l.ſi delegatio.C.de nouat.

1 *Actiones directæ remanent apud eum, qui mandauit ſeu ceſſit.*

Bar.in l.ſi delegatio.C.de nouatio.

1 BART. in hac.l.ſi delegatio,dicit,hanc l.eſſe ſingul.& in ſumma continere,apud eũ,† qui mãdauit,ſeu ceſsit,actiones directas remanere. & reliqua.vide Soc.in conſ.18.col.5.in 1.uol.Adde qũo fieri poſsit ut debitor ſoluere nõ poſsit cedẽti,vt p Cępol.in caut.190.

Summarium in l.nouationum. C.de nouat.

1 *Nouatio in dubio hodie non intelligitur factam, niſi ſpecialiter exprimatur.*

Bar.in l.nouationum. C.de nouation.

1 BAR. in hac.l.nouationum, ait, hodie nouationem † in dubio non intelligi eſſe factam,niſi ſpecialiter exprimatur. De intellectu & materia huius.l. vide Alex. in conſ.152.in lib.primi & ſecundi uol.vbi concludit, pp interuentum nouæ perſonæ non tolli priorem obligationem ẽt ope exceptionis.& in conſ.155.in eod.lib.& in conſ.173.in 7.vol.videas ẽt Fulg.oĩno in conſ. ✱ 130.Dec.in conſ.40.& Soc.in conſ.21.in 1.uol. & in cõſ.89.in 3.vol.vbi teſtatur magis * cõem eſſe ſnĩam,ut hodie nouatio per interuentum nouæ perſonæ non fiat ipſo iure, neq; ope exceptionis.& in hac materia uide Aret.in conſ.5.& qũo & qñ nouatio fiat,& quis ſit eius effectus, latè docuit Albert.Brun.in ſuo tract.de augmento,in tertia concluſ.principali, nu.40.cum ſeq.

Summa-

Summarium in l. ex his prædijs. C. de euicti.

1 *Antequam res tradatur, uel pretium soluatur, potest emptor petere ut pignoris obligatio dissoluatur.*

Bar. in l. ex his prædijs. C. de euiction.

1 BART. in hac l. ex his prædijs, sic ait in summa. Antequam † res tradatur uel pretium soluatur, potest emptor petere ut pignoris obligatio dissoluatur. Ad istam l. vide Alex. in consi. 65. in 5. uol. & Alberic. hic, qui singul. ait, si emptor erat sciens huius obligationis, eũ non posse opponere ut res libera tradatur. id quod non satisfacit, quia sciebat ius suum saluum esse, tamẽ idem uidetur dicere Angel. de Aret. in §. fi. institu. de suspect. tutor. vbi ait, se hoc uidisse in facti contingentia in ciuitate Ferrariæ, hoc idem uoluit Ant. de Fano in tract. de pignor. & hypoth. in 1. membro quintæ par. nu. 29. vbi dicit etiam quid si res erat obligata sub conditione.

Summarium in l. si post perfectam. C. de euicti.

1 *Euictio quando imminet in limine contractus, emptor non cogitur ad soluendum pretium, nisi sibi caueatur idoneè.*

Bar. in l. si post perfectam. C. de euiction.

1 BART. in hac l. si post perfectam, sic ait in summa. Quando † euictio imminet in limine contractus, emptor non cogitur ad soluendum pretium, nisi sibi caueatur idoneè. De hac materia uide Alex. in consi. 65. in 5. uol. vbi multa scitu digna in proposita re aggregauit. & Soc. in cõs. 208. col. fi. in 1. uol. Rom. in cons. 8. in 3. dub. & Ang. de Aret. in §. fi. inst. de suspect. tutor.

Summarium in l. æris alieni. C. de donat.

1 *Aes alienum non sequitur fundum, sed successorem uniuersalem.*

Bar. in l. æris alieni. C. de donat.

1 BART. in hac l. æris alieni, ait, æs † alienum non sequi fundum, sed successorem uniuersalẽ. De materia huius. l. videas Dec. in consi. 237.

Summarium in l. si quis pro redemptione. C. de donat.

1 *Solidi cuius ualoris sint.*

Bar. in l. si quis pro redemptione. C. de donat.

1 BAR. in hac l. si quis pro redemptione, dicit, vt hic per eum. Tu autem in isto tex. ibi, usque ad quingentos solidos ualituris, quære cuius † ualoris sint isti solidi, apud Feli. in c. conquerente, de offic. ordinar. ubi ait, hodie donationem usque ad octingentos aureos ualere.

Summarium in l. si unquam. C. de reuoc. donat.

1 *Donatio habet in se tacitam conditionem, vt donatori superuenientibus filijs reuocetur.*

2 *Licèt testator faciendo mentionem de filijs, non censeatur de posthumis cogitasse, tamen si de posthumis in alia testamenti parte fit mentio, tunc de illis cogitasse existimatur.*

3 *Matrimonia ad procreandam sobolem contrahuntur.*

4 *Donator si tempore donationis habebat filium, an ex hoc præsumatur cogitasse de filijs nascituris.*

5 *Filij superuenientes qui rumpunt donationem si postea moriantur, an ex tacita mente donatoris reconualescat prima donatio.*

Bar. in l. si unquam. C. de reuoc. donat.

1 BART. in ista l. si unquam, ait donationem † habere in se tacitam conditionem ut donatori superuenientibus filijs reuocetur. Pro intellectu & de materia huius. l. vide Soc. in consi. 93. in 4. vol. Roma. in consi. 24. & in consi. 26. sciasque hanc. l. esse prolatam fauore filiorum. Soci. in consi. 23. col. 7. in primo uol. & Curt. in cons. 1. Limita istam. l. non habere locum in donatione facta piæ causæ, quia non reuocatur nisi usque ad legitimam. vt docuit Feli. in c. in præsentia. nu. 75. de probat. de qua re uide Mari. Soci. iuni. in consi. 225 Secundò limita ut non procedat de iure canonico in donatione iuris patronatus. ita Dec. in cõsil. 675. Tertiò limitatur nõ procedere in donatione ex causa dotis facta à patre filiæ existenti in eius potestate. Quartò limita istam l. ut non habeat locum, quando facta esset donatio ali-

cui & eius filijs natis & nascituris; quoniam sicut cogitauit de filijs nascituris ex donatario, ita pariter & de nascituris ex se præsumitur cogitasse: sicut in simili casu traditum est, quamuis te-
2 stator † faciendo mentionem de filijs, non censetur de posthumis cogitasse, tamen si de posthumis in alia testamenti parte fit mentio, tunc de illis cogitasse existimatur, vt habetur in l. qui filiabus. ff. de leg. 1. & hac ratione ita decidit Soc. in cons. 147. Visa, col. 5. vers. quod autem cogitauerit, ad quem accedit Normannottus in subscriptione sua ad consilium Maria. Socin. iuni. in cons. 128. nu. 205. Quintò limita istam l. vt non procedat, quando fit donatio in ipso actu ma-
3 trimonij contrahendi, ea ratione, quia matrimonia † ad procreandam sobolem contrahuntur, igitur ex natura ipsius actus, de quo agitur. præsumitur de filijs cogitasse. per trad. per Bar. in l. Titia. §. imperator. ff. de leg. 2. et pro ista decisione adducit bonus tex. in l. vnica. C. si dos cõst. matr. ex quibus ita decidit Soci. in l. ij. in primo notab. ff. solu. matr. dicens, ita D. Iuonem de Copulis, & quosdam alios doctores Perusinos consuluisse. & quamuis referat Alexandrum consuluisse contrarium, tamen ait responsiones eius non militare. Et ad istam limitationem accedit Hormannottus in loco prædicto, nu. 207. et ad prædicta uide Soci. in consi. 126. in 3. uol. Quid
4 si tempore donationis † donator habebat filium, an ex hoc præsumatur cogitasse de filijs nascituris? vide Soci. in cons. 22. in 4. uolu. Sextò limita non procedere in donatione remuneratoria. ita Dec. in consi. 20. & in consi. 276. colu. pen. quod tamen limita nisi excederet merita ut per Soci. in d. consi. 22. in 4. uol. Nunquid autem ista. l. habeat locum in filijs legitimis tantùm, an uerò etiam in filijs naturalibus & adoptiuis? vide Alex. in consi. 39. Super primo, in quarto dubio, in 4. volu. vbi de naturalibus dubitat, sed affirmat spurios in l. non contineri. quid uerò de filijs legitimatis sit dicendum? vide apud Soci. in consi. 226. Dec. in consi. 365. & in consil. sequen. An autem ista. l. habeat locum in donatione rei particularis? vide Alex. in consi. 68. in quarto uol. Aret. in consi. 92. col. 4. Soci. in consi. 147. colu. 6. in primo uolu. vbi multa quoque alia scitu digna ad materiam huius. l. posita sunt. & in consi. 53. in quarto uolu. & Dec. in consil.
5 581. Quæro si filij † superuenientes, qui rumpunt donationem, posteà moriantur, an ex tacita mente donatoris reconualescat prima donatio? respondeo quòd non, secundum Aret. in cons. 92. vel 93. colu. 5. citat Bar. in l. Titia. §. imperator. ff. de leg. 2. An autem huic. l. renunciari possit cum iuramento, etiam quando est facta mentio filiorum? Curt. tenuit quòd non, in consi. 1. sed contrarium tenuit Ias. in cons. 125. in 1. uol. vide Rom. in cons. 24. & Dec. in l. si quis in con
* scribendo, num. 14. suprà de pact. vbi testatur * communem opinionem esse ut renunciatio ualeat contra Curtium in d. cons. 1. Quid si donator tempore quo donauit, & huic legi renunciauit, non sperabat se amplius esse filios susceptorum, nunquid filijs ei præter spem superuenientibus donatio reuocetur? vide Soci. in consi. 2. inter consilia Curtij. & de materia huius. l. vide omnino quæ posui in l. Titia Seio. §. Imperator. ff. de leg. 2. vbi egi de hac re.

Summarium in l. fi. C. de reuoc. donat.

1 *Donatio ex causa ingratitudinis reuocatur.*

Bar. in l. fi. C. de reuoc. donat.

1 BART. in hac l. fi. ait, donationem † reuocari ex causis in ea expressis. inter quas est causa ingratitudinis. sed an huic. l. renunciari possit? dicas quòd non, nisi iuramento interueniente. Feli. in c. si diligenti. nu. 72. de for. compet.

Summarium in l. quisquis. C. ad l. Jul. maiest.

1 *Qua pœna puniantur illi, qui incidunt in crimen læsæ maiestatis.*

Bar. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest.

1 BART. in hac l. quisquis, tradit qua pœna † puniantur illi, qui incidunt in crimen læsæ maiestatis. vide multa apud Soci. in consi. 272. Et de ratione huius. l. maximè in §. filij. Et nunquid locum habeat in collateralibus? vide Soci. in cons. 22. in 1. uol. & dũ hic hr̃,

filios

filios priuari honoribus,quæro nunquid amittant beneficia ecclesiastica? Roma. in sing.686. tenet quòd non.Contrariũ ibi ait Castill.in addit.ubi multas adducit authoritates,quas breuitatis causa non recenseo. Limita sing.istam.l.ut non procedat,quando pater ipse filium accusasset: quia eo casu parcendum est filio.tex.est sing.in l.milites agrum.§.desertorum.ff.de re milit. & ita in facti contingentia fuisse obtentum ait Felin.in c.accusanti, de accus.& istam cautelam tradit Cæpoll.in caut.1.

Summarium in l.fi.C.ad l. Jul.maiest.

1 *Post mortem rei de crimine læsæ maiestatis quæri potest,ut eius memoria damnetur.*

Bar.in l.fi.C.ad leg.Iul.maiest.

1 BART. in hac.l.fi.ait post mortem † rei,de isto crimine quæri posse,ut eius memoria damnetur. Dicas tamen huiusmodi ius accusandi post mortem elapso quinquennio extingui,secundum gl.sing.in l.qui manichæos,suprà de hæret.& gl.in summa.24.q.2.& Roma.in singu.431. incip. De crimine,cum ibi addit per Castil.

Summarium in l.Gracchus.C.ad l. Jul.de adulter.

1 *Adulterum uilem inuentum in crimine,impunè occidi posse.*

Bar.in l.Gracchus.C.ad leg.Iuli..de adulter.

1 BART. in hac.l.Gracchus,ait,adulterum † uilem inuentum in crimine posse occidi impunè. An autem ista.l.permittens adulterum posse trucidari,ualeat? uide Feli.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.nu.40.de const.

Bar.in l.cum qui.C.de adulter.

BART. in hac.l.eũ qui,nihil dicit.Tu uerò ad materiã huius.l.uide Alex.in cõs.65.in 7.vol.

Summarium in l.quamuis.ij.C.de adulte.

2 *De adulterio cui liceat accusare.*

Bar.in l.quamuis.ij.C.de adulter.

1 BART. in hac l.quamuis.ij.inquit,De adulterio † accusare licere marito,& alijs coniunctis personis,non autem extraneis.Tu uerò ad istam.l.in fi.ibi,sacrilegos gladio puniri. uide Raph. Cuma.in cõs.154.ubi multa de intellectu huius tex.& de pœna incestus & adulterij declarauit.

Summarium in l.si quis ad se fundum.C.ad leg.Iul.de ui pub.

1 *Spoliatus ante omnia est restituendus.*
2 *Incontinenti probare dicitur ille,qui probat infra breue tempus.*
3 *Spoliatus non restituitur quando culpa sua uel negligentia cecidit à possessione.*
4 *Spoliatus cui obstat notorius defectus tituli,an sit restituendus.*
5 *Spoliatus si renunciat omnia iura sua spoliatori,an hoc ei obstet.si postea uelit agere hoc interdicto.*
6 *Spoliatus uxore,uel qui petit se ante omnia esse restituendum,an audiatur.*
7 *Spoliator potest nonnunquam facere fructus suos tanquam bonæfidei detentor.*

Bar.in l.si quis ad se fundum.C.ad l.Iul.de ui pub.

1 BART. in hac.l.si quis ad se fundum,ait,spoliatum † ante omnia esse restituendum,& tradit materiam spoliationis,& interdicti recuperandæ.& de hac re uide eundem Bar.in l. qui possessionem.ff.de ui & ui arm.& l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.poss. & c.sollicitæ.& c.in literis,de rest.spoli.& in c.reintegranda.3.q.1. Limita multis modis hanc l. ut per Soc.in cons.87.col.pe.& fi.in 3.vol.quem uide omnino.Limita etiam hanc.l.non procedere quãdo spoliator statim esset iura sua ostensurus. ita Cæpoll.in caut.82.& Dec.in cons.224. ubi multa adducunt, quæ referre non curo. tamen contrarium uidetur dicere Abb.in c.1.de
2 rest.spoli.nisi ubi peccatum immineat, & ille dicetur incontinenti † probare, qui probat infra breue tempus.Abb.in c.literas,de rest.spoli.Item limitã,ut non habeat locum in beneficialibus quando spoliatus ostendit reseruationem Papalem.Domin.de Rota in decis.16.in nouis. Item Limita nisi res restituenda,esset fortilicium; quoniam propter difficultatem recuperandi,restitutio

tutio fieri non debet.ita Pau.de Caſt.in l.j.ſuprà de edict.diu.Adri.tollen.quem ibi ſequitur Iaſ. & Riminal.& de hac re latè habetur in conſ.12.inter conſilia Albert.Brun.col.13.uerſ.tacetur octauò. Rurſus limita,ut non procedat quando ſpoliatus eſt excommunicatus.Fallit tamen in
3 aliquibus caſibus,ut per Feli.in c.dilectus.nu.17.cum ſeq.de reſcript.Limita etiam ut † non cõ petat hoc auxilium illi,qui culpa ſua uel negligentia cecidit à poſſeſsione. ita Soc. in cõſi.266. col.5.& 6.ubi multa ualde memorabilia in hac materia declarauit.Item ſpoliatus non debet reſtitui,quando eſt dubium ne ſcandalum oriatur.Felin.in c.2.de præſcript.in uerſ.ſextò propter ſcandalum.& vide gl.in c.ad petitionem,in uoce,reſtituendus,de accuſ.& breuiter uide multas fallentias ad hanc regulam,quas poſuit Ant.Corſet.in tract.fallentiarum reſtitutionis ſpoliatorum. Attende quoque in hac materia quoniam hoc remedium poteſt etiam contra ipſum iu-
4 dicem intentari.Soc.in conſ.12.col.3.in 1.volu.& Feli.in c.cum eam,de offi.deleg.An † autem ſpoliatus,cui obſtat notorius defectus tituli ſit reſtituendus?vide Feli.in c.ſi conſtiterit, de accuſat.& omnino eundem uide in c.ad petitionẽ,eod.tit.ubi tradit,an & qñ ſpoliato obſtet proprietatis exceptio. Quid autem probare debeat ſpoliatus,uide omnino Alex.in cõſ.6.in 3.vol. & Dec.in conſ.125.Feli.in c.olim.nu.21.de reſcript.ubi ait ſufficere,ſi ſola ſpoliatoris confeſſione probetur poſſeſsio ſpoliati.& attende,quoniam in hoc iudicio nõ eſt neceſſe probare de ſpoliatione poſsidentis,ſed ſatis eſt probare,actorem poſſediſſe,& poſtea reũ poſsidere rẽ, de qua eſt controuerſia.ita egregiè Alex.in conſ.61.in 7.vol.& de materia huius.l.vide pleniſsimè
5 Soc.in l.rem quæ.ff.de acquir. poſſ. Si ſpoliatus † renunciat omnia iura ſua ſpoliatori,an hoc ei obſtet,ſi poſteà uelit agere hoc interdicto?Alex.in conſ.93.not.dicit quod non: quia metu renunciaſſe exiſtimatur.Item ſcias,ſpoliatũ,ad cuius fauorẽ lata fuit ſentẽtia,ut reſtituatur,impediri à tertia perſona,quæ dicat ad ſe rem illam pertinere.Felin.in c.veniens. nu.15.de teſt.Et ſi ſpoliatus fuerit abſens,poteſt quilibet pro eo comparere ſine mandato.Feli.in c.cùm olim,col.
* 2.de teſti.& de hoc eſt tex.ſecundum lecturam * cõiter approbatam in l.j. C. ſi per uim uel ali. mod.Item hoc idem locum habet in eccleſia ſpoliata,ut ibidem per Feli.nu.8.Adde quòd hoc remedium intentari poteſt à clerico contra laicum coram iudice eccleſiaſtico ex ſpeciali priuilegio.Soc.in conſ.18.col.11.in 1.vol.& an & quando iſtud remediũ competat contra ſingularem ſucceſſorem ſpoliatoris,& alia ſcitu digna uide apud Soc.in d.conſ.166.col.5.& 6.Et an
6 & quando ſpoliatus † uxore,uel qui petit ſe ante omnia eſſe reſtituendum,audiatur? vide apud Damaſum in tract.de brocardis,in primo membro.nu.39.& quomodo procedaſ in cauſa ſpolij, latiſsimè tradunt Abb. & alij in c.cùm dilectus, de ord.cognit.Itẽ ſcias ſpoliatum poſſe agere ſiue petitorio ſiue poſſeſſorio,neque poterit ei obijci proprietatis exceptio;eiq; uiginti quatuor remedia competere ad obtinendam reſtitutionẽ,docuit Philip.Franc. in ſua diſputatione
7 petitorij & poſſeſſorij,in 1.dub.Et ſpoliatorem † poſſe nõnũquã facere fructus ſuos tanquã bonæfidei detentorẽ,tradunt Domini de Rota in deciſ.24.in nouis.Et circa p̃dicta videas Alex. in cõſ.345.in lib.primi & ſecũdi vol.Soc.in conſ.12.col.3.in 1.vol.Dec.in conſ.57.& in conſ. 252.& in cõſ.302.Iaſ.in auth.qui rẽ,ſuprà de ſacroſ.eccleſ.& in l. naturaliter.§.nihil cõe.ff. de acq.poſſ.& in l.rem quæ nobis.ff.eod.tit.de acqu.poſſ.ut multos alios breuitatis cauſa ſilentio præteream.De hac enim re multa & propè infinita in diuerſis locis tradita ſunt.

Ignoſcat mihi tua clementia, Beatiſsime pater, cuius intuitu hoc impar uiribus meis onus ſuſcepi,ſi multa,& potiſsimùm ex ijs,quæ ad hanc ſecundam Codicis partem attinent, tum ſtudij ac laborum laſsitudine, tùm etiam tot meorum caſuum reluctante iniuria prætermiſi, volui quò ad potui.Tu autem quod cultu nominis tui editum eſt,protege,ac defende.

FINIS.

LAVS DEO OPT. MAX.


Hieronymi Car
Album Bezeomens
Lucubrationem
Bartholun
X
13130
fol.
X
13130 Fol
Eg.

Inches
Centimetres
Farbkarte #13
B.I.G.
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black